Ezra [illegible]

MATTHAEI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONES CONTINENS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT LIBRARIA BAUMGAERTNERI

MDCCCXLII.

MATTHÆI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II. SECT. I.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONUM PARTEM PRIOREM CONTINENS.

LIPSIAE
SUMPTUM FECIT LIBRARIA BAUMGAERTNERI
MDCCCXL.



MATTHAEI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONES CONTINENS.

LIPSIAE
LIBRARIA BAUMGAERTNERI
)CCCXLII.

MATTHAEI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II. SECT. I. Vsq. p. 354.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONUM PARTEM PRIOREM CONTINENS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT LIBRARIA BAUMGAERTNERI

MDCCCXL.

Praefatio.

Ante hos octo annos quom librarius honestissumus Lexicon Homeri et Pindari Dammianum, Seberi indicem Homeri aliosque libros, qui bona antiquarum litterarum adiumenta continerent, denuo volgare constituisset, edendum ego susceperam utilissumum Matthaei Devarii librum, quo is omnem particularum Graecae linguae doctrinam copiose docteque persecutus erat. Id faciebam eo consilio, ut quom et ipse Devarii institutum pro eo tempore, quo olim erat susceptum, plane egregium cognovissem et idem ab aliis iudicari intellexissem, a quibus etiam nostro tempore sedulo eum librum usurpari vidissem, eo ego libro quasi fundamento uterer, in quo etiam illa, quae post auctorem nostrum in hoc genere litterarum docti homines praestitissent, recte atque ordine reponerem. Sic

enim putabam universam Graecarum particularum rationem a me facillume explicari posse.

Hoc institutum meum quamquam permultas difficultates habuit eo, quod multa a Devario prorsus omissa erant, quae mihi de integro suscipienda atque tractanda fuerunt, alia autem ita tradita legebantur, ut mea oratio sese ad Devarii librum vix posset accommodare, tum quia nonnulla etiam plane confutanda videbantur, quae a Devario olim falso proposita erant, tamen susceptae caussae me nondum poenituit. Devarius enim in explicanda Graecarum particularum doctrina iam illo tempore ea ratione usus erat, quae mihi quoque maxumopere probanda videretur, ut non solum usum illarum vocularum exponeret diligenter, verum etiam intumam earum naturam caussasque formularum accurate enucleare studeret, ut mihi non incommode cognitis Devarii rationibus adnotationes nostrae consuli posse viderentur.

In ipsis autem adnotationibus conscribendis id mihi secutus esse atque obtinuisse videor, quod unum libero homine dignum est, ut omne partium studium procul remotum haberem atque incorrupto iudicio et eorum errores coarguerem, quorum ego universa studia magis probanda putassem, nec eorum bene inventa improbarem, quorum rationes saepius non probandas existimavissem, si inita subductaque ratione tute ac sine erroris periculo mihi videbar posse iudicare. Sic fortasse id fiet, quod in

eiusmodi rebus saepe factum videmus, ut utrisque opera nostra minus probetur. Sed quis tandem, dum verum quaerit, harum rerum rationem habebit? Itaque de hac quidem caussa nihil dicam amplius.

Utar hac opportunitate ut singula quaedam, de quibus conscriptis iam adnotationibus meis mihi compertum est, reprehendam. Ac primum quidem quod ego dixi vol. II. p. 48 sqq. in Demosthenis oratione *Philippica* I. §. 19. ed. Bekk. p. 45, 13. ed. Reisk. scribendum esse lenissuma mutatione *ἀλλ' ἣ* pro *ἀλλ' ἡ* in verbis his: *Ταῦτα μέν ἐστιν ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἶμαι· πρὸ δὲ τούτων δύναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει· μή μοι μυρίους ταύτας δυνάμεις μηδὲ δισμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἣ τῆς πόλεως ἔσται κτέ.*, id iam antiquo tempore ab omnibus fere criticis ita iudicatum est, qua de re videatur *Apparatus criticus et exegeticus ad Demosthenem* tom. I. p. 343 sq. ed. Schaef. Quo magis miror quemquam recentiorum interpretum ab illa ratione, quam ego secutus sum, recedere potuisse.

Quod autem nuper vir laudatissumus G. A. Sauppius in *Quaestionum Xenophontearum* particula III., edita in programm. pasch. Torgaviae anno MDCCCXLI., mecum in Xenophontis loco de *Convivio* cap. 1. §. 15. dissensit, quem ego ita constitutum exhibueram vol. II. p. 52.

Καὶ ὁ Καλλίας· Τί τοῦτ', ἔφη, ὦ Φίλιππε; ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; miror virum egregium non vidisse suam quidem rationem, qua scribi voluit hunc locum in hunc modum: *Τί ταῦτ', ἔφη, ὦ Φίλιππε, ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε;* adferens propter similitudinem Platonis locum de *Phaedro* p. 258. E.. *Τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κἄν τις ζῴη ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα;* per se quidem, praesertim ex ea ratione, qua ego ἀλλ' ἦ particulas explicandas censui, stare posse, sed minume hoc cadere in istum locum. Etenim si Xenophon revera scripsisset: *Καὶ ὁ Καλλίας· Τί τοῦτ', ἔφη, ὦ Φίλιππε, ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε;* remota interrogatione Calliae oratio denique nihil aliud sibi vellet, nisi hoc: Nihil aliud, o Philippe, nisi dolor te cepit, aut alio quodam modo: Profecto te dolor cepit, Philippe. Nunc autem incertus est Callias, quid sibi velit Philippus, itaquè rectissume hoc dicit: *Quid istuc, o Philippe? num forte dolor te cepit?* Cui recte deinceps respondet scurra: *Ναὶ μὰ Δί', ὦ Καλλία, μεγάλη γε.*

De altero loco ex Xenophontis *Convivio*, qui legitur cap. IV. §. 37., quem ego tractavi vol. II. p. 110. et rursus p. 139., ita adsentior viro doctissumo, quod interpretationem meam pronominis αὐτὸς vituperavit — necessario enim *ipse* hoc pronomen interpretandum erit, non *solus* —, et quod εὑρίσκω ipse pro indicativo habuit, quom ego auctore Bornemanno pro coniunctivo habuissem. Sed hoc nihil tamen facit

ad explicationem usus particulae ἄν, quem ego illo loco unum spectavi. Indicativus enim effectum significat, coniunctivus consilium, neque hi modi per se quidquam ad ἄν particulam pertinent. Illud autem non recte existumavit vir doctissumus, quod putavit me aliter, atque G. Hermannus fecisset, explicare voluisse hunc locum. Nam quod ego docendi caussa distinxi: ὡς μόλις αὐτά, καὶ ἐγω ἄν αὐτός, εὑρίσκω., id non feci nisi docendi caussa, ut illa ipsa Hermanni ratio magis exstaret. Ipse enim si Xenophontis scriptum ederem, scriberem coniunctim omnia: ὡς μόλις αὐτὰ καὶ ἐγὼ ἄν αὐτὸς εὑρίσκω, atque adeo hoc ipsum declaravi p. 139., Graecos haec quasi unam enuntiationem pronuntiasse, etiam si ipsa particula ἄν clamaret, proprie duas fuisse has enuntiationes.

P. 128. vix opus erat a me testimonia poni de verbo composito προσμένειν. Habent enim saepius hoc verbum etiam solutae orationis auctores, veluti Xenophon *de venatione* cap. VII. §. 11. et in *historia Graeca* lib. II. cap. 4. §. 7. itemque in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 6. §. 1. hoc verbum ex optumis libris revocandum mihi videtur.

Ad p. 132. adnotatum habeo a quopiam pro τί γὰρ ἄν coniectum esse: τί γὰρ οὖν. Hoc igitur aut etiam id, quod ego conieci τί γὰρ αὖ, reponendum erit in illis verbis.

Quod ego p. 203. pronuntiaveram in Thucydidis lib. VII. cap. 24. scribendum videri:

MATTHAEI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II. SECT. I.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONUM PARTEM PRIOREM CONTINENS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT LIBRARIA BAUMGAERTNERI

MDCCCXL.

Postremo loco hoc commemoro, me propter temporis angustias nunc quidem doctae Ernesti Popponis censurae, quam is fecit de priore parte huius libri in *Ephemeridibus Halens. litterariis*, nullam rationem habere potuisse, ut quae de locis a Poppone tactis adhuc dicenda sint, alia opportunitate data explicanda videantur.

Dabam Lipsia die XVI. ms. Mart. anni MDCCCXLII.

R. Klotz.

REINHOLDI KLOTZ

adnotationes ad Matthaei Devarii librum de Graecae linguae particulis.

CAPUT I.

De particula ἈΛΛΑ, et compositis ex ἀλλὰ et ex ἄλλο.

Ne quis illud, quod Matthaeus Devarius p. 1. de particula ἀλλὰ docuit, esse vi et potestate adversativam, munere vero et functione in structura orationis copulativam, aliorsum accipiat, res sic mihi explicanda esse videtur. Ἀλλά, quod ab ἄλλος est profectum, fuit illud initio quidem non, ut indicare videtur M. Devarius p. 2., ἄλλο, sed potius ἄλλα. Deinde ut particulae formam etiam externam prae se ferret, et voce et scriptione ab illo discerni ita coeptum est, ut particula scriberetur efferreturque ἀλλά, adiectivum autem ἄλλα. Idque ne aut casu factum aut a grammaticis temere ita positum esse videatur, sic existumare debemus, particulae ἀλλὰ accentum non tam novatum esse, quam ex antiquiore sermone potius remansisse, in quo olim videtur ἀλλός, aut etiam ἈΛΟΣ, ut καλὸς, unde etiam κάλλος, eadem et litterae geminatione et immutatione accentus, ductum est, locum obtinuisse. Quo etiam ducit illud, quod Dorienses accentum adverbii ἀλλῶς, de qua forma disputat C. Goettlingius in Doctrina universa accentus Graecae linguae (Allgemeine Ἀλλά. P. 1.

II.

Lehre vom Accent der griechischen Sprache) p. 334., item, ut ego arbitror, ex antiquiore sermone retinuerunt. Illud enim, quod tam saepe usurpabatur, quam cotidianum hoc ἀλλά, mansit antiquum, nec potuit in aliam formam mutari: eoque lubentius hoc cultior quoque sermo agnovit, quod sic etiam particula ἀλλὰ ab altera forma, in qua accentus erat mutatus, posset distingui. Hoc igitur sive ἄλλα sive ἀλλά, quocum Io. Ad. Hartungius in *Doctrina particularum Graecae linguae* (*Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache*) vol. II. p. 30 sq. recte comparavit Gothorum *alja* (*ausser, nur, allein*, ut ipse interpretatur) et illud in septentrionali Germania olim usurpatum *ella* (*alias, aut*) et id, quod tantum modo casu alio esset, *elles* (*alias*) Anglosaxonum et veterum Germanorum *ellchôr* (πλήν), de quo laudat Grimmii *Grammaticam Germanicam* (*teutsche Grammatik*) vol. III. p. 187 sq., nostrum denique *allein*, hoc, inquam, ἀλλὰ eam rem, quam dicturi sumus, secernit ab illa re, de qua aut taciti apud animum ante cogitabamus aut antecedenti oratione mentionem fecimus, ita ut quasi singulari ac per se absoluta enuntiatione dicatur, *aliud iam hoc esse*, quod sumus dicturi, atque illud fuerit, quod aut cogitatione volvimus aut oratione expressimus ante, eodem prorsus modo, quo Latinorum *verum* antiquitus enuntiationem separatam et per se constantem effecisse videtur. Sed quoniam, si quid ab altero discernimus, duas res comparare debemus ac componere, non potuit fieri quin hoc ἀλλά, etsi per se copulandi vim non haberet, videretur etiam coniungere sententias. Sic igitur in illo exemplo factum est, quod adtulit Devarius p. 1. ex Homeri *Odysseae* lib. I. v. 45 sqq.

Ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ.
ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.
ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ,
δυσμόρῳ κτέ.

Namque in verbis his: ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ κτέ., particula ἀλλὰ per se nihil aliud significat, nisi *aliam rem esse*, quam nunc dictura sit Minerva, et sic demum componit inter se sententias easque coniungit; sic etiam in *Odysseae* libro XIV. v. 32 sqq., quo loco Hartungius l. l. in eadem caussa utitur, res se habet:

Ἔνθα κεν ᾧ πὰρ σταθμῷ ἀεικέλιον πάθεν ἄλγος.
ἀλλὰ συβώτης ὦκα ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπὼν
ἔσσυτ' ἀνὰ πρόθυρον, σκῦτος δέ οἱ ἔκπεσε χειρός,

ubi ita demum particula ἀλλὰ duae res coniunguntur, quod ea indicatur aliud factum hoc esse, quod iam narrabitur,

atque illud, quod declaratum antea est. Sic denique etiam in illis locis, ubi magis conclusa oratio est, eadem sententiarum oppositione duo enuntiata connectuntur, ut in illo Aristophanis versu 970. de *Ranis*, quem adtulit Devarius: *οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κεῖος*, ubi hoc dicitur: *Non est Chius, aliud est*, nempe *Ceus*, quasi Latine dicas: *Non est Chius, verum Ceus*, id est, *Non est Chius, verum est illud, quod est Ceus.* Sic etiam in illo epigrammate, quod habet noster p. 2.:

> Τοῦτο τὸ βουλεύειν εἶχες πάλαι, ἀλλὰ τὸ βῆτα
> Οὐκ ἐπιγιγνώσκω· δέλτα γὰρ ἐγράφετο.,

quibus in verbis hoc dicitur: *Hoc quidem dudum habebas, aliud tamen est, quod beta non agnosco etc.* Quamquam in cultiore sermone si quis hac particula utebatur, is minime de hac prima eius vi cogitasse putandus est, sed illud, quod maiores in lingua invenissent, accepit quasi instrumentum paratum atque supellectilem orationis consuetudine dicendi comprobatam, non ille sollicitus de prima dictionis origine. Ex hoc primo quasi fonte omnis huius particulae usus facillume derivari poterit atque deduci, ita ut iam de singulis tantum locis, si quid minus recte Devarius administrasse videatur, mihi dicendum sit.

P. 2. Devarius docet *ἀλλὰ* particulam respondere particulae *μὲν* et pro *δὲ* accipi, ut si quis dicat: *μικρὸν μέν, ἀλλὰ καλόν.* Id si recte accipitur, verum est; si falso, sane perversum. Non enim potest *ἀλλὰ* particula sic usurpari, nisi gravior quaedam oppositio inter duo enuntiata intercedit, ita ut quod in altero membro negetur, adfirmetur in altero, aut omnino actiones inter se contrariae componantur. Sic in Homeri *Iliados* libro XVI. v. 239 sq.

'Αλλὰ pro δέ. P. 2.

> Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι,
> ἀλλ' ἕταρον πέμπω, πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν,
> μάρνασθαι.,

quo in loco ideo usurpata particula *ἀλλὰ* est, ut oppositio illa, quae inter *μενέω* et *πέμπω* intercedit, magis appareat atque exstet. Nam *μενέω* et *πέμπω*, ut negatio et adfirmatio, inter se differunt. Eadem ratio est etiam eius loci, qui iam ab aliis pro exemplo est usurpatus, *Iliados* lib. I. v. 22 sqq.

> Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί,
> αἰδεῖσθαι θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·
> ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ κτέ.

Neque enim si Homerus tantum significare voluisset, quid Achaei egerint et quid egerit Agamemno, particulam *ἀλλὰ* huic loco adhibuisset, sed voluit poeta hoc dicere, ceteros

quidem Achaeos adsensos esse, sed aliud prorsus Atridem fecisse, nempe ei displicuisse consilium Chrysae, ita ut ἐπευφήμησαν inter et οὐκ — ἥνδανε intercedat oppositio, neque solum omnino quae facta sint declaretur, verum etiam quem ad modum ea, quae facta sint, inter se sint opposita. Contra interdum etiam in iis locis, ubi hanc graviorem et quasi internam rerum oppositionem exspectaveris, Graeci quae facta sint declarare simpliciter maluerunt, quam verbis quidem ipsis internam istam, quam dixi, rerum oppositionem indicare, veluti in illo Sophoclis loco de *Antigona* v. 26 sqq.

> Τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
> ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
> τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα,
> ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
> θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.,

ubi si poeta dixisset: ἀλλ' ἐᾶν ἄκλαυτον, ἄταφον κτἑ., etiam internam illam, quam saepe dico, oppositionis vim expressisset, sic tantum, quae facta sunt, simpliciter inter se opponit, ut isti interpretes, qui simpliciter δὲ pro ἀλλὰ positum esse dixerunt, vehementer errent. Sed de hac re infra dicendi locus erit, ubi de particula δὲ agetur, ad p. 58.: revertor eo, unde digressus sum. Nam alium Homeri locum, qui legitur *Iliados* lib. XV. v. 88 sqq.

> Οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ
> μίμνεν ἐνὶ Τρώων ὁμάδῳ πύκα θωρηκτάων·
> ἀλλ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων
> ἔθνος ἐφορμᾶται κτἑ.,

rectius Chr. God. Schützius in *Henrici Hoogeveeni doctrina particularum linguae Graecae,* quam in epitomen redegit, p. 2. accepit, quam Hoogeveenus ipse. Etenim μίμνεν et ἐφορμᾶται per particulam ἀλλὰ inter se opponuntur, ut negatio et adfirmatio, nec δὲ particula, quae versu demum 694. legitur, in verbis: τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθεν κτἑ., quidquam huc facit. Eadem caussa est etiam Xenophontei illius loci, quem petiverunt ex *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 1. §. 16. Καὶ ὁ Ἀβραδάτας εἶπεν· Ἀλλὰ τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Κῦρε, καλῶς ἔχειν· ἀλλὰ τὰ πλάγια λυπεῖ με, ὅτι κτἑ. Ibi enim enuntiatum hoc δοκεῖ καλῶς ἔχειν opponitur per particulam ἀλλὰ illi λυπεῖ, quod sequitur, et sic reliqui loci multi etiam scriptorum pedestris orationis explicandi erunt. Unum addo: non posse nobis opponi tales locos, ubi ista, quam dico, oppositio non tantopere appareat et minus sub oculos cadat. Facile enim interna ista oppositio ex toto loco eruitur, si quando verbis ipsis minus sit expressa, velut in illo Demosthenis loco, qui est

in oratione *contra Androtionem* §. 15. ed. Bekk. p. 597 extrema ed. Reisk. *Τὰ μὲν πολλὰ ἐάσω· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Δεκελεικοῦ πολέμου — τῶν γὰρ ἀρχαίων ἕν, ὃ πάντες ἐμοῦ μᾶλλον ἐπίστασθε, ὑπομνήσω — πολλῶν καὶ δεινῶν ἀτυχημάτων συμβάντων τῇ πόλει οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέστησαν, πρὶν τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἀπώλετο.* Hic verbis his: *τὰ μὲν πολλὰ ἐάσω,* non opponitur verbum illud, quod exspectaveris, *ἀλλὰ τοῦτο λέξω, ὅτι κτέ.,* sed, quem ad modum saepe etiam in Latina oratione factum est, ipsa res sine ista circuitione ponitur, eoque minus hoc debet offensioni esse, quod ea, quae addita est, parenthesi satis significatur, quem ad modum totus locus intellegendus sit.

P. 2. Primaria particulae *ἀλλὰ* vis facile etiam agnoscitur in hortatione et suasione et in exclamationibus reliquis huiusce modi. Nam in his quoque locis, etsi particula illa per se non facit conclusionem argumentorum, sic tamen coniungit novam, quam infert sententiam, cum ea, quam aut elocuti sumus ante aut etiam in animo habuimus, quod significat nos istam priorem rem aut cogitationem velle relinquere, et aliquid novi suscipere. Sic ista particula, cum neget rem esse eandem diversamque indicet, tamen duas componit istas res et sic coniungit, ut videatur altera ex altera originem ducere. Sic autem accepit illa particula hanc significationem, quod argumentorum enarrationem aut aliam cogitationem abrumpit et ad rem ipsam, quae sit agenda, vocat. Ita reddi ex indole quidem linguae Latinae fortasse poterit interdum *proinde, quare, quam ob rem etc.*, quod per se falsum esse recte iudicavit G. Hermannus ad Vigerum p. 812., nostro sermone *Also, So .... denn,* modo illud teneamus, Graecos in his locis aliter sententiarum rationem animo conformasse, atque aut Latinos aut nos ipsos, et illud per oppositionem expressisse, quod nos plerumque per quandam conclusionem efficimus. Sed etiam hic exemplis omnis res clarior erit. In eo igitur loco, quem Devarius adtulit ex *Iliados* libro II. v. 139 sqq.

Ἀλλά pro ὥστε. P. 2.

Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες·
φεύγωμεν σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν·
οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.,

Agamemno ante rationem reddiderat, cur Troia expugnari non posse videretur: deinde descriptionem coniugum et liberorum, qui in patria remansissent et reditum exercitus misere exspectarent, dum ipsi hic frustra morarentur, adiecerat. Iam volt ille argumentorum quidem enarrationem concludere et id ponere, quod, prout res se habeant, faciundum sit:

verum tamen sic adiungit hortationem, non ut concludat aliquid et colligat ex antecedentibus, sed ut avocet potius mentes et cogitationes militum ab illis, quas descripsit, tristibus rebus ad illam rem, quam iam opponit, quae sit anteferenda miserae illi condicioni rerum, cum dicit:

Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες·
φεύγωμεν σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν κτέ.

Eodem modo in *Iliados* libro I. v. 259. sententiae Nestoris sunt compositae. Etenim postquam dixit:

Ὦ πόποι! ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει·
ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες,
ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ,
εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν,
οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι,

quae verba acerbam rixae condicionem expresserunt, volt ille rixantes a discordia avocare et ad aliud idque melius consilium adducere, itaque pergit:

ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο,

quibus in verbis illud quidem significat, quid, ut res sese habeant, agendum sit, sed tamen hoc non per conclusionem quandam, sed per oppositionem instituit. Si hoc loco pro ἀλλὰ πίθεσθε poneremus ὥστε πίθεσθε, ratio quidem etiam appareret, sed tamen interna ista vis oppositionis, quae graviorem etiam hortationem facit, prorsus evanesceret: ita ut scriptoris sit iudicare, quibus locis haec ratio, quibus altera conveniat. Sic etiam Platonis ille locus, quem habet Devarius, interpretandus erit libro *de legibus* VII. p. 41. ed. Bekk. p. 808. ed. H. Steph. Ὕπνος γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν οὐδ' αὖ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἁρμόττων ἐστὶ κατὰ φύσιν· καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος· ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμών, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον. τὸ πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων χρήσιμον. Nam posteaquam Plato demonstravit nimium somnum esse inutilem neque quemquam dormientem plus valere quam mortuum: ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν, inquit, καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμὼν κτέ., quae sententia etsi Latine sic reddi poterit, quem ad modum fecit Devarius: *quam ob rem si quis etc.*, tamen Graeca verba hoc potius dicunt: *at is, qui nostrum et corpore et animo valere volt etc.*, ita ut per oppositionem illud, quod volt philosophus efficere, maiore pondere accedat.

Hinc factum est, ut particula ἀλλὰ etiam in iis locis, ubi antecedenti oratione nihil eius modi expressum est, cui iam id enuntiatum, quod inducit illa particula, opponatur, locum habeat, ut ex tota orationis conformatione appareat, nos animo quidem aliquid cogitasse, cui iam opponamus novi quid ac diversi. Sic recte, etiam si qui taciti in aliquo loco morati sunt nec quidquam inter se collocuti, cui opponatur particula ἀλλά, tamen alteruter poterit dicere: Ἀλλ᾽ ἴωμεν, quoniam cogitatione quidem certe hoc opponitur alteri rei, quam usque adhuc egerunt, aut certe ei modo, quo, si nihil egerunt, tempus adhuc fefellerunt. Sic saepe etiam in optando haec particula usurpatur, ubi, cui hoc, quod optamus, opponatur, nihil ante declaratum est, quamquam is, qui loquitur, aliquid eius modi debet in animo habere, quam rem recte explicavit Hartungius vol. II. p. 35 sq. Innumerabilia eius rei exempla sunt, ut Aeschyli in *Choephoris* v. 1063., ubi chorus ita loquitur:

> Ἀλλ᾽ εὐτυχοίης, καί σ᾽ ἐποπτεύων πρόφρων
> θεὸς φυλάσσοι καιρίοισι συμφοραῖς.

Hic particula ἀλλά, etsi in eo loco nihil ipsis verbis declaratum est, cui opponatur, tamen ad omnia ea respicit, quae usque adhuc acta ac dicta sunt, et sic transitum ad has preces quasi ad rem novam facit. Eodem prorsus modo etiam Sophocles locutus est in *Oedipo rege* v. 1478 sq.:

> Ἀλλ᾽ εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ
> δαίμων ἄμεινον ἢ 'με φρουρήσας τύχοι.

Latini simili ellipsi usi sunt, etsi illi quidem non oppositionem, sed conclusionem ita animo conceperunt. Nam si Horatius *Carminum* libro I. od. III. v. 1. sic scribit:

> *Sic te diva potens Cypri,*
> *Sic fratres Helenae, lucida sidera,*
> *Ventorumque regat pater,*
> *Obstrictis aliis praeter Iapyga,*
> *Navis, quae tibi creditum*
> *Debes Virgilium finibus Atticis:*
> *Reddas incolumem, precor,*
> *Et serves animae dimidium meam,*

ille particula *Sic* id, quod usque adhuc gestum sit, abrumpit, ita tamen ut non tam per oppositionem, quam per conclusionem quandam hoc instituat, cum dicit: *Sic igitur, quem ad modum parata res est, te regat diva potens Cypri etc.* Sic etiam nos loquimur: *So mag dich denn Gott geleiten*, et quae sunt similia. Graeci autem plerumque particula ἀλλὰ usi hoc fere dicunt: *Aber es mag dich Gott geleiten*, quoniam alio modo, quae antea fuerunt, solent relinquere.

Sic denique factum est, ut etiam in approbatione et adsensu, ubi minus etiam exspectaveris, huic particulae in Graeca oratione locus sit, veluti in eo, quod iam Devarius p. 2. usurpavit, exemplo: Ἀλλὰ καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, quod petivit ex Platonis libro *de re publica* IV. p. 168. v. 19. ed. Bekk. p. 921. ed. H. Steph., ubi Adimantus Socratis orationi illis verbis adsentitur, aut in eo loco, qui est in *Protagora* eiusdem Platonis p. 298. v. 9. ed. Bekk. p. 362. ed. H. Steph. Καὶ περὶ τούτων δὲ εἰσαῦθις, ὅταν βούλῃ, διέξιμεν· νῦν δ' ὥρα ἤδη καὶ ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, οὕτω χρὴ ποιεῖν, εἴ σοι δοκεῖ. Quibus in locis etsi ipsum orationis argumentum eius modi esse videtur, ut minume hanc particulam, si primam eius significationem obtines, exspectaveris, tamen ex Graecorum mente rectissume instituta oratio est. Nam ille, qui hoc modo adsentitur, non opponit aliquid orationi alterius, sed potius ipse et se et alterum, quicum loquitur, volt ab omni alia cogitatione avocare, dum ponit particulam ἀλλά, quem ad modum nos quodam modo possumus uti particula *doch*, velut in illo loco, quem adtulit Hartungius ex Platonis *Protagora* p. 170, 11. ed. Bekk. p. 320. C. ed. H. Steph. εἰ οὖν ἔχεις ἐναργέστερον ἡμῖν ἐπιδεῖξαι ὡς διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή, μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ φθονήσω., ubi Protagoras, etsi morem gerit voluntati Socratis, et ita oppositio nulla est in oratione, tamen ex mente sua utitur particula ἀλλά, qua hoc, quod iam probat, ab omni alia cogitatione videtur segregare et nunc iam, quod alterius voluntati concedit, eo animo accipit, ut velit post habitis ceteris rebus hanc unam potissumum perficere. Similiter locutus Xenophon est in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. V. §. 50. ed. Zeun. Καὶ νῦν, ἔφασαν, λαβὼν τοὺς ἵππους, ποίει, ὅπως ἄριστόν σοι δοκεῖ εἶναι. Ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ ἀγαθῇ τύχῃ ἡμεῖς τε ἱππεῖς γενοίμεθα, καὶ ὑμεῖς διέλοιτε τὰ κοινά., ubi Cyrus ita adsentitur, ut ex mente sua hoc ceteris rebus opponat, ut nos dicimus: *Doch, ich nehme sie an etc.* Sed tamen in his locis non possumus omnia ad vivum, ut aiunt, resecare. Nam multis in locis huiusce modi primaria illa particulae ἀλλὰ vis ita videtur obscurata esse, ut denique nihil aliu per eam significetur nisi alacritas quaedam respondentis, qui sic forti animo illa, quae alter proposuerat, accipit, dum missa facit reliqua omnia, quem ad modum hoc fit in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. Cap. II. §. 1 sq., ubi postquam hoc dictum est: Ἀλλ' εἰ βούλεσθε συναπιέναι, ἥκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς πρωῒ ἀπιέναι φησίν,

Clearchus ita respondet: Ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, ἐὰν μὲν ἥκωμεν, ὥσπερ λέγετε· εἰ δὲ μή, πράττετε ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε μάλιστα συμφέρειν, et sic etiam in ceteris locis, quos C. G. Kruegerus adfert in indice p. 457. Atque hac ratione respondet fere nostro: *Ja, so muss man thun etc.*, quamquam semper hoc tenendum est, oppositione Graecos id efficere, quod nos adfirmatione consequi studemus. Dissimilis est ille locus Aristophanis ex *Ranis*, quem huc traxit Devarius p. 3.:

Οὐδὲν ποιεῖς γάρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει,

in quo ille ipse recte demum agnovit vim particulae ἀλλὰ adversativam.

P. 3. Quod Devarius docet particulam ἀλλὰ per se tantundem valere, quod ἀλλὰ καί, *sed etiam*, id verum non esse vix est quod dicamus. Namque iis verbis, quae habet Devarius: Οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν, longe aliud dicitur, ac si scriptum esset: Οὐ μόνον ἐκινδύνευσεν, ἀλλὰ καὶ ἔπαθεν. Hoc enim est simpliciter: *Non solum periclitatus est, verum etiam passus*, illud autem est tantum: *Non periclitatus, sed passus est*, quibus verbis hoc significatur: *Non dico istum periclitatum esse, sed passum*, ita ut, cum ille dicatur passus esse, iam ne cogitetur quidem de eo, quod priori membro dictum est. Contra si dicitur: Οὐ μόνον ἐκινδύνευσεν, ἀλλὰ καὶ ἔπαθεν, hoc dicitur: *Non modo periclitatus est, sed etiam passus*, id est, non solum hoc commemoro, quod item factum est, et quod hoc loco numerari potest et numeratur, istum periclitatum esse, sed etiam illud aio, istum esse passum, quod praeter illud, quod erat minus, nunc etiam accedit, ita ut utrumque in censum vocetur. Eadem ratio obtinenda est etiam ibi, ubi postquam οὐ μόνον dictum est, non inferuntur particulae ἀλλὰ καί, sed tantum ἀλλὰ ponitur. Etenim si dicimus: οὐ μόνον ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν, sic incipimus quidem orationem, ut velimus singulis membris suum pondus tribuere, sed tamen, ubi ventum est ad posterius membrum, ita loquimur, ut, quoniam hoc membrum nobis in primis grave esse videatur, illam priorem rationem reiiciamus, et hoc posterius ita exprimamus, ut alterum iam non vocemus in numerum, qua re momentum illud per hoc, quod nobis gravius ac fortius esse videatur, tollatur et prius membrum ab hoc altero quasi absorbeatur. Sic hoc dicitur: *Non modo periclitatus, sed passus est*, ut hoc *passum esse* iam magis efferatur, quasi unum illud, cui hoc loco maximum pondus tribui velit scriptor: itaque adaucta gradatio est eodem modo, quo etiam

Ἀλλὰ pro ἀλλὰ καί. P. 3.

Latini post particulas *non modo*, *non solum* etc. inferunt simplex *sed* pro *sed etiam* et quae sunt similia. Ut unum ponamus exemplum, poterit comparari Xenophontis locus ex *Memorabilibus Socratis* lib. I. Cap. 6. §. 2. *Καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος.*, quo in loco etsi dici potuit: *ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος*, tamen multo gravius est, quod scripsit Xenophon. Nam postquam dixit: *Καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον*, quibus verbis voluit illud quidem, quod minus grave esset, primum ponere, ita tamen, ut suo numero esset, deinde posterius ita adiicere, ut gravius quidem esset, quam prius, sed tamen alterum non plane tolleret: at fecit in altero deinceps membro graviorem orationem dicendo: *ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος*, quibus verbis prius membrum iam plane exclusit nec amplius in numerum vocavit, quasi Latine dicas: *Et veste amictus es non solum sordida, sed eadem per aestatem et hiemem*, ubi eo adaucta gradatio est, ut posteriore membro pene tollatur alterum. Idem statuendum est de ceteris formulis, in quibus *ἀλλὰ* ibi ponitur, ubi *ἀλλὰ καὶ* exspectaris, velut post *οὐχ ὅτι* vel *μὴ ὅτι*, post *οὐχ ὅπως* vel *μὴ ὅπως*, post *οὐ μόνον, ὅτι*, post *οὐχ οἷον* et alia id genus multa.

Nec vero particula *ἀλλὰ* post negationem per se significat *sed potius*, sed, ut recte iam exposuit Devarius, simpliciter aliquid adiicit, quod sit diversum ab eo, quod dictum est. Sic in Plutarchi *Lycurgo* cap. 30. p. 58. B. ed. Francof. *οὐ πόλεως ἡ Σπάρτη πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον ἔχουσα*, per se nihil aliud dicitur, nisi hoc: *non civitatis disciplinam habuit Sparta, sed hominis moderati vitam*, ita ut ex toto orationis nexu demum appareat, quem ad modum haec sententia, simpliciter declarata, accipienda sit. In his locis autem tenendum est, saepe fortiorem esse et orationem et sententiam, si *ἀλλὰ* simpliciter ponatur, quam si adiecta alia voce intellegentia loci adiuvetur. Nam ubi fortes in sermone volumus esse, omnes eas orationis particulas omittimus, quae ita supervacaneae esse videntur, quod eorum vis ex ipsa oratione intellegi potest.

Facilis explicatu etiam ille Plutarchi locus est, quem adtulit Devarius ex *Romulo* cap. 15. p. 26. C. ed. Francof. *εἰ δὲ τοῦτο μὴ λέγεται κακῶς, ἀλλ' ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι τότε τῷ ὀνόματι τῆς ταλασίας, καθάπερ ἡμεῖς, ἑτέραν ἄν τις αἰτίαν εἰκάσειε πιθανωτέραν.* Nam ibi *ἀλλὰ* nihil aliud nisi *sed*, *verum* significat. *Si autem*, inquit, *hoc non falso dicitur*, *sed*, id quod diversum ab illo *falso* est, *Romani tum*

utebantur nomine ταλασία, quem ad modum nos, alia possit excogitari caussa etc. Et sic habendum est de omnibus iis locis, quos hic tractavit Devarius.

Plurumus usus est ac pene infinitus particulae ἀλλὰ in obiectione, quibus in locis singulis etsi aliis linguis eandem dicendi rationem consequi vix possumus, tamen debebimus vim quidem certe ac rationem huius particulae explicare. Praeter eum locum, quem ex Aristophanis *Pluto* huc vocavit Devarius p. 5., maxume huc pertinet celebratissumus ille locus ex Aristophanis *Acharnensibus*, quo iam usi sunt grammatici, v. 402—409: 'Αλλὰ obiicientis et respondentis. P. 5.

Δικ. ἐκκάλεσον αὐτόν. Κηφ. Ἀλλ' ἀδύνατον. Δικ. Ἀλλ' ὅμως.
οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.
Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον,
ὑπάκουσον, εἴπερ πώποτ' ἀνθρώπων τινί·
Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλίδης, ἐγώ.
Εὐρ. Ἀλλ' οὐ σχολή.
Δικ. Ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'. Εὐρ. Ἀλλ' ἀδύνατον. Δικ. Ἀλλ' ὅμως.
Εὐρ. Ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι· καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.,

quo in loco ex prima illa, quam supra explicavimus, vi ac significatione facillume poterit omnis caussa huius particulae, quotiescumque legitur, explanari. Nam postquam dixit Dicaeopolis Cephisophonti: Ἐκκάλεσον αὐτόν, hic ei, quod postulaverat alter, opponit aliquid, quod esset diversum: *Non posse fieri.* Tum Dicaeopolis, qui respondet: Ἀλλ' ὅμως, illi, quod ei erat oppositum: Ἀλλ' ἀδύνατον, iam reddit aliud eadem obiectione: *Sed tamen*, i. e., etiam si non posse fieri videatur, tamen concede. Sequitur deinde simplex illa oppositio ac magis conclusa, de qua supra p. 2 sq. diximus: οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν. Rursus v. 407., postquam Dicaeopolis dixit: ὑπάκουσον κτέ., opponit Euripides: Ἀλλ' οὐ σχολή, *non esse otium*. Cui obiectioni tamen iam denuo occurrit Dicaeopolis, cum dicit: Ἀλλ' ἐκκυκλήθητι, i. e., etiam si otium non est, tamen iube te extrudi. Nihilo minus huic rei iam aliam rem opponit Euripides dicens: Ἀλλ' ἀδύνατον, cui denuo opponit Dicaeopolis, ut supra Cephisophonti: Ἀλλ' ὅμως. Denique his rebus omnibus opponit Euripides illud, quo demum concedit, quod voluit Dicaeopolis: Ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι, ea ratione, de qua supra p. 8 sq. egimus. Nam vis ipsa particulae eadem est in omnibus his locis. Sic in Aristophanis *Avibus* v. 643.:

Ἐπ. Καὶ τοὔνομ' ἡμῖν φράσατον. Πεισθ. Ἀλλὰ ῥᾴδιον.
ἐμοὶ μὲν ὄνομα Πεισθέταιρος.,

quo in loco ita morem gerit Pisthetaerus quaerenti, ut ei opponat primum hoc non esse difficile, quasi dicat: *Tu nomen quaeris meum, at hoc facile est*, nempe, *tibi tradere, mihi nomen est Pisthetaerus*, et sic in altero loco, quem ex eadem fabula v. 1177. adfert Hartungius l. c. p. 36., ubi Pisthetaerus interrogat:

Οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν
πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

nuntius autem respondet:

Ἀλλ' ἐπέμψαμεν
τρισμυρίους ἱέρακας ἱπποτοξότας κτἑ.

hoc est: *Tu dicis mittendos esse excursores etc. At misimus etc.* Sic denique in Platonis *Gorgia* p. 7, 11. ed. Bekk. p. 449. A. ed. H. Steph. *Ἀγαθόν γε, ὦ Σώκρατες, εἰ δή, ὅγε εὔχομαι εἶναι, ὥς ἔφη Ὅμηρος, βούλει με καλεῖν*, ac Socrates respondet: *Ἀλλὰ βούλομαι*, ubi hoc ille dicit: *Tu rogas, ut te sic adpellem, at ego volo.* Eodem modo in eodem *Gorgia* p. 8, ed. Bekk. p. 449. ed. H. Steph. *ΣΩ. Τούτου μὲν δεῖ, ὦ Γοργία, καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βραχυλογίας· μακρολογίας δὲ εἰσαῦθις. ΓΟΡΓ. Ἀλλὰ ποιήσω, καὶ οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι.* Sed quem ad modum in singulis his locis hae oppositiones explicandae sint, facile intellegitur.

νὴ Δί' ἀλλά. p. 5. Revertor ad Devarium, qui recte p. 142. discrimen quidem esse statuit, utrum dicas *ἀλλὰ νὴ Δία*, an *νὴ Δί' ἀλλά*, sed tamen p. 5. non satis dilucide explicavit de formula hac *νὴ Δί' ἀλλά*. Nam Graeci in oppositione sententiarum sic utuntur hac voce, ut illud quidem, quod iam ante declaratum est, confirment verbis *νὴ Δία*, at deinceps particula *ἀλλὰ* aliquid contra dicant, quae contradictio eo gravior debet esse, quo magis illa adfirmatione id confirmaverant, cui iam aliud opponitur, veluti in illo loco Demosthenis, quem habet Devarius ex oratione *de falsa legatione* §. 272. ed. Bekk. p. 428. ed. Reisk., ubi haec dicuntur: *οὐκοῦν ἔστιν, ὡς ἔοικεν, ἐκ τούτων [τῶν γραμμάτων] ἰδεῖν ὅτι οἱ πρόγονοι μὲν ὑμῶν* [sic Bekkerus quidem, sed lege ex libris et plurumis et optumis: *ἡμῶν*] *ὅπως μηδ' ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς ἐπὶ χρήμασι μηδὲν ἐργάσεται κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐφρόντιζον, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν πόλιν αὐτὴν ὅπως μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀδικήσει προορᾶσθε.* Si deinceps pergit orator: *νὴ Δί' ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμμαθ' ἕστηκεν*, primum illud, quod de litteris illis

dictum erat, confirmat, ita tamen ut confirmatione facta aut significata certe pergat ad oppositionem: ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμμαθ' ἕστηκεν, cui rei iam occurritur denuo his verbis: Ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως κτὲ. quae verba non amplius huc pertinent. Eadem caussa est simillumi loci, quem ex Demosthenis oratione *de corona* §. 251. ed. Bekk. p. 310. ed. Reisk. adtulit Devarius p. 142. Nam ibi quoque postquam haec verba dicta sunt: Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων τί προσῆκεν [sic Bekkerus, sed lego ex optumis libris concinnitatis caussa προσῆκον] ἢ τί δίκαιον ἦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα, οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον, οὐχ ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστάς, οὐχ ὃ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν; adfirmatur iam hoc, quo melius aliud deinde possit opponi: Ναί, φησίν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν. Apud Aristophanem autem in *Vespis* V. 907 sqq. Xanthias dicit:

Τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ' ἣν ἐγραψάμην,
ἄνδρες δικασταί, τουτονί. δεινότατα γὰρ
ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαῖ.
Ἀποδρὰς γὰρ ἐς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν
κατεσικέλιζε κἀνέπλητ' ἐν τῷ σκότῳ.,

quam orationem iam interturbat Philocleon dicens:

Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστ'. ἔμοιγέ τοι
τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν
ὁ βδελυρὸς οὗτος.,

quibus verbis primum quidem, quod alter dixerat, confirmatur, ita tamen ut hanc confirmationem statim sequatur contradictio haec: ἀλλὰ δῆλός ἐστιν, qua aliud idque gravius infertur.

P. 5. recte id quidem Devarius docuit, quem ad modum ἀλλὰ in interrogationibus usurpetur, sed non satis caute dixit in Demosthenis oratione *de corona* §. 24. ed. Bekk. p. 233. ed. Reisk. Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε., extremis verbis ἀλλὰ priore loco positum vim habere particulae πότερον aut ἆρα. Nam etiam priore loco ἀλλὰ particula suam vim habet, et interrogatio, ut in antecedentibus: ἐπὶ τὴν εἰρήνην; per se constat. Ἀλλὰ enim in his locis quasi ex mente adversarii aliud quid post id, de quo iam sublata dubitatio est, infert, nec cum interrogatione ipsa quidquam commune habet.

Ἀλλά pro *γέ*. P. 6. P. 6. Si ἀλλὰ *certe* aut *at certe* significat, facile agnoscitur prima particulae vis. Nam etsi multis in locis oppositio ipsis verbis expressa non est, facile tamen tacita cogitatione suppletur. Adiecta oppositione res facillima est, ut apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. V. Cap. 5. §. 33. Zeun. *Νῦν μέντοι ἐγώ, Κῦρε, εἰ μὴ ταῦτα, ἄλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι*, aut apud Homerum *Iliados* libro I. v. 81 sq.

> *Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,*
> *ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.*

et aliis locis multis, quos adtulerunt grammatici, qui recte etiam comparaverunt simillumum particulae Latinae *at* usum, veluti apud Ciceronem *pro P. Quinctio* cap. 31. §. 97. *obsecravit — ut aliquando misericordiam caperet: aliquam si non propinquitatis, at aetatis suae: si non hominis, at humanitatis rationem haberet etc. Pro T. Annio Milone* cap. 34. §. 93. *Si mihi bona re publica frui non licuerit, at carebo mala.* Sed haec caussa, uti dixi, sane expedita est, sed facilis etiam illa, ubi illud, cui opponitur particula ἀλλὰ in his locis, ipsis verbis expressum non est, sed cogitatione sola adsumitur, uti in Euripidis illo loco, quem recte G. Hermannus ad Vigerum p. 811. ed. tert. huc vocavit ex *Oreste* v. 1561.:

> *Ἀνοιγέτω τις δῶμα, προσπόλοις λέγω*
> *ὠθεῖν πύλας τάσδ', ὡς ἂν ἀλλὰ παῖδ' ἐμὴν*
> *ῥυσώμεθ' ἀνδρῶν ἐκ χερῶν μιαιφόνων.*,

ut, *si nihil aliud, at certe filiam meam servemus*, el. etiam *Iphigenia quae est Aul.* v. 1239 sq.:

> *Βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,*
> *ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν*
> *μνημεῖον, ἢν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.*,

ubi tamen verbis his: ἢν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις, elliptica illa dicendi ratio quodam modo et adiuvatur et excusatur. Huc pertinet etiam ille locus Antiphanis apud Athenaeum p. 446. C., quem laudat Elmsleius, qui recte ad Euripidis *Heraclidarum* v. 565. de hac dicendi ratione disputat:

> *A. Σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. B. Τοῦτο μέν σοι πείσομαι.*

et Sophoclis *Antigonae* v. 550.

> *Τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ;*

ad quem locum conferantur quae scripsit C. Wexius Vol. I. p. 187. Sed ne quis ex exemplis his adlatis existumet magis

poetarum hanc usum proprium esse quam reliquorum scriptorum, eius rei caussa commemorandus mihi videtur non tam ille locus, quem hic pro exemplo posuit I. A. Hartungius l. l. vol. II. p. 41. ex Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 34. ed. Zeun. Ἐμοὶ δ', ἔφη, ἀλλὰ ἑκατὸν δάνεισον, quoniam ibi Ernestus Peppo edidit: Ἐμοὶ δ', ἔφη, ἄλλα ἑκατὸν δάνεισον, isque locus dubitationi quidem certe obnoxius est, quam Lysiae locus, qui in libris omnibus ita scriptus legitur, ut dubitari de eius auctoritate plane non possit. Est ille orationis *adversus Theomnestum* prioris §. 15. ed. Bekk. p. 117. ed. H. Steph., ubi legitur: Βούλομαι οὖν αὐτὸν καὶ ἐξ ἑτέρων νόμων περὶ τούτων διδάξαι, ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ καὶ τὸ λοιπὸν ἡμῖν μὴ παρέχῃ πράγματα. Nam quam hoc loco Reiskius adiecit post νῦν particulam γέ, quo magis vis horum verborum appareret, ea a libris omnibus repudiatur particula, ita ut I. Bekkerus parum caute illud γὲ in Lysiae oratione reliquerit, praesertim quom haec dicendi formula ἀλλὰ νῦν tam saepe legatur apud scriptores veteres, ut isto loco de eius significatione plane dubitari non possit. Adiecta condicione ipsa legitur particula ἀλλὰ eodem modo simpliciter in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. V. §. 33. Zeun., quo loco supra usi sumus. Praeterea hoc commemorandum est non posse, id quod ipsa locutio per se requirit, ab alia voce atque illa, quae particula ἀλλὰ effertur, hanc particulam in oratione excipi, veluti in illis locis omnibus factum est, quos modo adtulimus, nisi tales partes orationis interponantur, quae aut vere encliticae sint aut certe notionem, quae per se constet, non efficiant, ut in illo loco Aristophanis, quem male Hoogeveenus p. 5. ed. Schütz. interpretatus est, *Acharnensium* v. 1082 sq.:

Σὺ δ' ἀλλά μοι σιαλαγμόν εἰρήνης ἕνα
εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί,

et in Euripidis *Phoenissarum* v. 618.

μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε.,

quo in loco Polynices postquam *sorores* non potuit appellare, matrem quidem iubet valere.

Quod Devarius p. 6. ex Homeri *Iliados* lib. I. v. 82. adtulit ἀλλά γε, id haud scio an nulla interposita voce usquam apud bonos auctores legatur. Nam illo quidem loco iure videtur Fr. A. Wolfius reposuisse: Ἀλλά—γε. P. 6.

εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.,

et v. 62. eiusdem libri recte ab eodem editum est:

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα.,

ubi olim legebatur Ἀλλά γε δή κτἑ. Denique etiam tertius ille locus, quem Dammius in *Lexico Homerico-Pindarico* p. 65, 3. ed. Rost. ex Pindari *Pyth.* XI. v. 55. adtulerat, correctus iam ab Aug. Boeckhio est, qui, ut iubent plurumi libri, ibi edidit: ἀλλὰ χρονίῳ σὺν Ἄρει πέφνεν κτἑ. pro eo, quod antea legabatur: ἀλλά γε χρονίῳ κτἑ. Ac ne quis commemoret, quod Hartungius l. l. vol. I. p. 411. adtulit ἀλλά γε ex Theocriti *Idyllio* V. v. 22., alius generis est id, quod ibi legitur: ἀλλά γέ τοι διαείσομαι, de quo suo loco dicendi locus erit. Sed ea voce, quae potissumum efferenda est, aut certe particula eius vocis interposita, ἀλλά — γέ saepissume in scriptis Graecorum legitur, veluti apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. III. §. 6. Zeun. Εἰ τοίνυν οὕτω γιγνώσκεις, ὦ παῖ; ἀλλὰ κρέα γε εὐωχοῦ, ἵνα νεανίας οἴκαδε ἀπέλθῃς, et lib. VIII. cap. VI. §. 18. Εἰ δὲ τοῦτο ψεύδονται, ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον., ubi omnis illa enuntiatio, quae pendet a particula ὅτι sic effertur, eodem modo, quo e. c. apud Sophoclem in *Oedipo Colon.* v. 590. particulae ἀλλά — γέ omnem enuntiationem complectuntur in his verbis:

Ἀλλ' εἰ θέλοντά γ', οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

Huc pertinet etiam Demosthenis locus *orat. Olynth.* III. §. 35. ed. Bekk. p. 37. ed. Reisk. Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν ἐθελήσητε στρατεύεσθαι κτἑ. Sic etiam res explicanda est, ubi particulae ἀλλά — γέ interposita particula οὖν, quae ex antecedentibus aliquid concludit, adiuvantur. Qui loci recte explanati sunt a Devario, nisi quod p. 7. dixit, idem hoc quod ὅμως vel ἀλλ' ὅμως significare. In illo enim loco Isocratis ex *Panegyrico* §. 171. ed. Bekk. p. 76. ed. H. Steph., quem Bekkerus addita ἂν particula recte ita constituit: Εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τούς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἂν κατέλιπον, οὖν particula hanc vim habet praeter ἀλλὰ et γέ, ut legentes iubeat respicere ad ea, quae facienda fuerunt, quae si suscepta essent, hoc est, οὖν, hoc quidem certe, quod iam infert, illi reliquissent. Eodem modo intellegenda particula οὖν est etiam ibi, ubi excipit ἀλλὰ particulam, non addito γέ, ut in Euripidis *Phoenissis* v. 508 sq.

Ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.,

quibus in locis non satis caute Hartungius vol. II. p. 12. particulam οὖν ait adversativam vim adsumpsisse, quam nusquam habet, sed tantum modo hoc dicitur addita illa particula: *tamen*, *quem ad modum res se habet*, *mihi sapienter loqui videris*, ita ut οὖν fere nostrum: *nach den Umständen*, aut: *wie die Sache vorliegt*, significet. Sed de vi particulae οὖν infra ad p. 181. dicetur accuratius.

P. 7. Si quando particula ἀλλὰ ita usurpata est, ut pro εἰ μὴ vel πλὴν posita esse videatur, revera tamen suam propriam vim retinet, ut in Aristotelis *Politicorum* lib. V. cap. 10. §. 5. πολλῶν τε οὐσῶν αἰτιῶν δι' ὧν γίγνονται αἱ μεταβολαί, οὐ λέγει ἀλλὰ μίαν, ὅτι ἀσωτευόμενοι κτἑ., quo in loco verba οὐ λέγει ἀλλὰ μίαν fere idem dicunt, quod Latinorum constructio: *non dicit nisi unam*, sed ipsa tamen oratio paullo aliter instituta est: *non dicit* (nempe *plures istas caussas*), *sed unam*. Sic etiam in illo Xenophontis loco, quem Devarius p. 7. ex *Memorabilibus Socratis* lib. III. cap. 13. §. 6. adtulit: Ἤρετο αὐτόν, εἰ καὶ φορτίον ἔφερε; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἱμάτιον., ἱμάτιον non etiam inter φορτία referendum est, sed hoc dicitur: *Minume vero, sed pallium porto*, i. e. non fero φορτίον, sed ἱμάτιον. Huc pertinet etiam Euripidis *Hippolyti* v. 638. Ἀλλὰ exceptivum. P. 7.

Ῥᾷστον, δ' ὅτῳ τὸ μηδέν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνὴ κτἑ.

quem adtulit Hartungius l. c. vol. II. p. 43. Nec aliter accipi possunt ii loci, ubi post comparativum gradum infertur ἀλλὰ particula, ut saepius apud Thucydidem factum est, e. gr. lib. I. cap. 83. καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον, ἀλλὰ δαπάνης, hoc est: *Maior pars belli non ad arma pertinet*, *verum ad sumptum*, aut, ut oratio Latina magis ad Graecam accedat: *Bellum non armorum plus est, verum sumptus*. Neque enim comparativus ille gradus τὸ πλέον quidquam facit ad particulam ἀλλά. Sic etiam in reliquis locis, quos grammatici excitaverunt, lib. II. cap. 43. ἐλάμβανον τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν ἀείμνηστος καταλείπεται. et cap. 44. οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν — μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι. Nam ibi quoque ἀλλὰ negationi, quae antecessit: nequaquam gradui comparationis respondet, quem ad modum recte iam rem expedivit Hartungius l. c., a quo ne R. quidem Kuehnerus in *Gr. Gr. Ling.* Vol. II. p. 439. dissentit, nisi quod is illos comparativos nimis diligenter ad eas res, de quibus aut

adfirmatur aut negatur, revocare studet. De simillimo Isocratis loco videantur ea, quae infra ad p. 9. dicentur.

Ἀλλὰ ellipsin indicans. P. 7. P. 7. Aristophanis loco de *Nebulis* v. 1595 sq., quem recte Devarius p. 7. interpretatus est, possunt hi loci Demosthenis addi, *contra Aristogit.* §. 5. ed. Bekk. p. 771. ed. Reisk. ὁ δὲ κρινόμενος τῶν μὲν εἰς σωτηρίαν φερόντων ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν πάρεστιν ἔχων. *de falsa legatione* §. 37. ed. Bekk. p. 352. ed. Reisk. ὑπὲρ δὲ τῶν Φωκέων ἢ Θεσπιέων ἢ ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ μικρόν. Denique *Prooem.* 48. ed. Bekk. p. 1455. ed. Reisk. οἱ γὰρ ἄρχοντες ἤ τινες αὐτῶν, ἵνα μὴ πάντας λέγω, τῶν μὲν ὑμετέρων ψηφισμάτων ἀλλ' οὐδὲ τὸ μικρότατον φροντίζουσιν, quos locos recte iam tractavit G. Schützius l. c. p. 11. Denique conferantur ea, quae de hoc usu disputavit G. Hermannus ad Aristophanis *Nubes* p. 191 sq. ed. secundae.

P. 7. Recte Devarius quidem docet ἀλλὰ particulam multis aliis praeponi, ex quibus nihil prorsus significationi eius accedat neque dematur, ita ut plerisque locis facile intellegatur, quem ad modum singulae particulae accipiendae sint, verum tamen quoniam et Devarius ipse deinceps singulas quasdam huius particulae compositiones explicavit et multis in locis sane necesse est scire, quid Graecorum consuetudo tulerit, quid repudiarit, nos quoque de particulae ἀλλὰ cum aliis quasi commissura, quae ab ipso auctore omissa sunt, suo loco adiungemus.

Ἀλλ' ὅταν. P. 8. P. 8. Cum particulis ἀλλ' ὅταν, de quibus recte exposuit Devarius, componi potest simillumus usus Latinarum particularum *sed si*, quae eodem modo, quo Graecae ἀλλ' ὅταν, ita ponuntur, ut aliquid nos facturos promittamus, sed ea tamen condicione, si prius aliud quid fecerimus, quibus in locis ita non sine maiore quadam vi ista condicio exprimitur. Sic rectissume R. Stürenburgius ad Ciceronis orationem, quae est *pro Archia poeta* cap. 10. §. 25., p. 151. et constituit Ciceronis locum in *Tusculan. disputat.* lib. I. cap. 7. §. 14. *Sic enim mihi in praesentia occurrit, ut adpellarem* ἀξίωμα: *utar post alio, sed si invenero melius*, ut est etiam a me et a Mosero editus, et adtulit lib. *ad Herennium* I. cap. 1. §. 1., ubi legitur: *Nunc ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus, sed si te unum illud monuerimus artem sine adsiduitate dicendi non multum adiuvare.*

Ἀλλ' οὐ pro καὶ οὐ. P. 9. P. 9. Apud Isocr. etiam πρὸς Νικοκλ.] Legitur hic locus Isocratis p. 23. ed. H. Steph. ita: Καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δὲ οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν,

ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσιν. Et haec oratio per se inepta non est, sed ita interpretanda, quem ad modum supra ad p. 7. Thucydidis quosdam locos explicandos vidimus, ut hoc dicatur: *Verum malunt cum iis potius esse, qui una vitia committunt, sed non cum iis, qui repudiant.* Qua re dubitari potest, num id, quod Imm. Bekkerus ex cod. Urbinati optumo illo quidem libro reposuit: *Καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μέν, πλησιάζειν δὲ βούλονται τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσιν,* ab ipsa Isocratis manu profectum sit.

P. 9. Quem Devarius adtulit Aristotelis locum, in quo ἀλλ' ἄρα exceptivam vim haberet et pro εἰ μὴ acciperetur, is legitur in *Ethic. ad Nicom.* lib. III. cap. 2. §. 16. et recte nunc ita editus est: *Τί οὖν ἢ ποῖον τί ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐδέν ἐστιν; ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται· τὸ δ' ἑκούσιον οὐ πᾶν προαίρετον. Ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον; ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας.*, qua interrogatione hoc fere dicitur: *Allein wohl doch das Vorherbeschlossene?*, ita ut ἀλλά, quem ad modum recte de ceteris huius modi locis iudicavit auctor noster, suam propriam vim retineat. Illud ἀλλ' ἄρα tamen, quod Devarius explicare hic voluit, aliis locis multis legitur, de quibus quoniam Hartungius nuper l. l. vol. I. p. 441. non satis recte disputavisse videtur, breviter nobis dicendum est. In his enim locis utriusque particulae propria vis facile agnoscitur. Ἀλλὰ enim rem, quae iam sequitur, quasi novam ei rei, quae antecessit, opponit, id autem, quod deinde, plerumque interiecta alia voce, adiicitur ἄρα, multo secus atque Hartungius statuit, respicit tamen ad ea, quae usque adhuc acta sunt, aut etiam ad omnem rerum condicionem, ut, quod opponitur ei, quod iam actum est, tamen quodam modo ex praesenti rerum statu deducatur, quasi conveniens quiddam ac rei accommodatum, qua de re infra uberius dicendum erit ad p. 40., ubi de particula ἄρα agetur. Sic in illo Homeri loco ex *Iliados* lib. XXIV. v. 522. Ἀλλ' ἄρα. P. 9.

Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἄρ' ἕζευ ἐπὶ θρόνου.

non ita, uti voluit Hartungius, particula ἄρα significat, minume debuisse Priamum hanc Achillis benevolentiam, qua senem iubet in solio considere, exspectare: esset enim rustici, non regis, nedum regis Achillis, hoc seni ita significare: sed illud potius declarat, rebus ita comparatis decere senem in solio considere, id quod etiam ex toto loco satis apparet. Nam cum antea v. 515 sq. dictum esset de Achille:

Αὐτίκ' ἀπὸ θρόνου ὦρτο, γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη,
οἰκτείρων πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον.,

non iam poterat mirum hoc Priamo videri, quod benigne ab Achille etiam sessum reciperetur. Si Achilles deinceps Priamum his verbis adloquitur:

Ἆ δειλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν.
Πῶς ἔτλης ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἐλθέμεν οἶος,
ἀνδρὸς ἐς ὀφθαλμούς, ὅς τοι πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς
υἱέας ἐξενάριξα; σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ.
ἀλλ' ἄγε δὴ κατ' ἄρ' ἕζευ ἐπὶ θρόνου· ἄλγεα δ' ἔμπης
ἐν θυμῷ κατακεῖσθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.,

ne in hac quidem adpellatione quidquam dicitur, quo iubeatur Priamus contrarium ab Achille exspectare, quamquam hic miratur, quod Priamus ad se potissumum se converterit, quippe qui eius liberos interfécisset. Sed ab hac miratione iam ad aliud se vertit Achilles, si quidem dicit:

Ἀλλ' ἄγε δὴ κατ' ἄρ' ἕζευ ἐπὶ θρόνου.

i. e. Sed age iam, quoniam res ita se habet, ut tu huc, quod ego minume exspectaram — qua de re miratus antea fuerat — ad me adveneris, conside in solio. Itaque illud ἄρα tantum abest, ut significet eam rem, quam Priamus minume debuerit exspectare, ut declaret esse hoc iam praesenti rerum statui accommodatum, ut fiat. Eodem modo etiam ille *Odysseae* versus lib. III. v. 259. interpretandus est, quem huc vocavit Hartungius:

Εἰ ζώοντ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετμεν
Ἀτρείδης, Τροίηθεν ἰών, ξανθὸς Μενέλαος·
τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
ἀλλ' ἄρα τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν,
κείμενον ἐν πεδίῳ ἑκὰς Ἄργεος κτἑ.

Nam ibi quoque ἄρα non hoc dicit, quod ille voluit, hanc talem Aegisthi fortunam futuram fuisse, quam neque ipse nec vero reliqui homines exspectassent, sed hoc potius declaratur: S i A e g i s t h u m M e n e l a u s i n v e n i s s e t, e u m n e i n m o r t e q u i d e m s u a t e r r a m e x c e p i s s e t, s e d i d, q u o d e x h a c r e s e q u e r e t u r p e r s e s e, c a n e s a c v o l u c r e s e i u s c a d a v e r d e v o r a s s e n t. Quam ob rem illud ἄρα eadem ratione, qua modo vidimus, spectat ad praesentem, qui tum futurus esset, rerum statum et hoc quidem loco ad eum, qui antecedenti versu erat descriptus. Sic in *Odysseae* lib. X. v. 213 sqq.

Ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες,
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.
οὐδ' οἵγ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀλλ' ἄρα τοίγε
οὐρῇσιν μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν.,

locum recte accepit quidem R. Kühnerus l. c. vol. II. p. 455., quom dixit particulam ἀρα significare: *Es war nun eben einmal so*, sed debebat tamen ille declarare quem ad modum per particulam ἄρα hoc, quod factum esse dicitur, deducatur ex iis, quae antea dicta sunt. Nam illae bestiae, quae a Circe domitae erant, non adgressae sunt viros, sed id, quod eis, quae propter mitigatam naturam non adgrediebantur homines, consentaneum erat, fecerunt, ut longis caudis adulantes surgerent. Nec aliter explicandus est ille locus in *Hymn. in Venerem* v. 9 sq., ubi postquam poeta negavit potuisse a Venere falli Minervam, sic loquitur:

Οὐ γάρ οἱ εὔαδεν ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης,
ἀλλ' ἄρα οἱ πόλεμοί τε ἅδον καὶ ἔργον Ἄρηος.,

quo in loco particula ἄρα illud significat, quod ex eo, quod Minervae opus Veneris non placeat, sit ei deae consentaneum: nullo autem modo illud exprimitur, quod volt Hartungius, mirum esse virgini placere opera Martis. Sic denique legitur apud Sophoclem in chorico carmine *Trachin.* v. 498 sqq. ed. Herm.

Καὶ τὰ μὲν θεῶν
παρέβαν, καὶ ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν, οὐ λέγω,
οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν,
ἢ Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας·
ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν
τίνες ἀμφίγυοι πρὸ γάμων κτέ.,

quo in loco hoc dicit scriptor: *Deorum fraudes non dico, sed ad hanc coniugem igitur etc.* i. e. de qua dis omissis a me dici iam consentaneum est. Quod autem Hartungius adfert Xenophontis *Hieronem* cap. 1. §. 13. Εἴποις οὖν ἂν ἴσως σύ· Ἀλλ' ἄρα ἔρχεται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ οἴκοι μένουσιν, et Platonis *de re publica* lib. II. p. 374. B. ed. H. Steph. [p. 88, 13. ed. Bekk.], his in locis si non scribendum est ἀλλ' ἆρα, quod per se fieri potest, sed retinendum id, quod in libris scriptum est, ἀλλ' ἄρα, ratiocinatio ista, quae continetur particula ἄρα, facile agnoscitur. Nam priore loco postquam Hiero negaverat, posse tyrannum ad spectacula ipsa proficisci, alterum sibi fecit respondentem: Ἀλλ' ἄρα ἔρχεται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ οἴκοι μένουσιν, i. e. *Sed rebus ita comparatis*, nempe ut non possint tyranni proficisci ad res spectandas, *adferuntur illis talia et domi manent*, Platonis autem locum, si ἄρα servandum esset, recte iam C. E. C. Schneiderus p. 171. ita interpretatus est: *At nimirum* (possis etiam *igitur* dicere, sed particula *nimirum* etiam spectat ad ea, quae ante acta erant) *res ita habet*,

ut sutor quidem prohibendus ab aliis operibus esset, bellatori vero talia concedenda sint? Hinc obscurum non potest esse, quam vim particula ἄρα in eius modi locutionibus habeat, quae plerumque post ἀλλὰ ita adiungitur, ut interiecta aliqua voce legatur, veluti in Platonis *Critone* p. 153, 13. ed. Bekk. p. 47. E. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα ἡμῖν βιωτὸν διεφθαρμένου, ᾧ τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν; quo in loco ex Critonis responso, quod praecessit, Socrates per particulam ἄρα deducit hanc novam interrogationem, ut ἄρα Latino *igitur* vel *proinde* respondeat. Sic res se habet etiam aliis in locis, veluti in lib. *de re publica* X. p. 476, 8. ed. Bekk. p. 600. C. ed. H. Steph. ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται κτέ., qui locus tamen longior est, quam ut possit a nobis hic uberius exponi. Ceterum conferantur, quae infra de particulis ἄρα et ἆρα suo loco dicentur.

Ἀλλὰ γάρ. P. 10. P. 10. De universo usu particularum ἀλλὰ γὰρ recte exposuit Devarius. Neque enim dubitari potest quin altera explicandi ratio, quam ille proposuit, ut particulae γὰρ sua servetur vis, sit anteferenda. Praeterea conferri possunt, quae G. H. Schaeferus in *Meletem. crit.* p. 76 sqq. G. Hermannus ad Vigerum p. 810 sq. ed. tert. P. Elmsleius ad Eur. *Med.* v. 1035. ad *Heraclid.* v. 481. A. Matthiae ad Eurip. *Phoeniss.* v. 371., denique C. Wexius ad Sophoclis *Antigonam* Vol. II. p. 139. adtulerunt. De Latinis particulis, quas iure contulit Devarius, *at enim* conferatur F. Handius, qui in *Tursellino* vol. I. p. 444 sqq. accuratissume de his particulis exposuit, et de coniunctis particulis *sed enim*, quae ab interpretibus adlata sunt ad Vigerum p. 473 sq. ed. tert., veluti illud Virgilii *Aeneidos* lib. I. v. 23 sqq.

Hoc regnum dea gentibus esse,
si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.

et Ovidii *Metamorphos.* lib. X. v. 323 sqq.

Si tamen hoc scelus est: sed enim damnare negatur
hanc Venerem pietas: coeuntque animalia nullo
cetera delectu.

Nostra quidem lingua vix possumus has particulas ita coniungere, ut uno enuntiato contineantur, nisi quod in quibusdam locis nobis licet eodem prorsus modo uti particulis *Aber — ja.*, veluti in illo Aristophanis loco *Pluti* v. 423 sq., ubi cum Blepsidemus dixisset:

Ἴσως Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας·
βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.,

Chremylus respondet:

Ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας.,

quod nos ad verbum ita possumus reddere, si dicamus: ***Aber sie hat ja keine Fackeln.*****, itaque mihi non videtur Erinys esse, aut in Aristophanis** ***Nub.*** **v. 797 sq.:**

Ἀλλ' ἔστ' ἔμοιγ' υἱὸς καλός τε κἀγαθός·
ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν, τί ἐγὼ πάθω;

ubi nos dicamus: ***Ja ich habe einen artigen und guten Sohn, aber er will ja nicht lernen.*** **Quod legitur in Euripidis** ***Phoenissis*** **v. 1318 sq.:**

Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας λόγους,

verti poterit: ***Aber ich sehe ja Kreon etc.*** **Denique Herodoti lib. IX. cap. 109.** Ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε· διδοῖ τὸ φᾶρος, **est fere nostrum:** ***Allein er konnte ihn ja nicht überreden, gibt ihm den Mantel:*** **qua in locutione primum aliquid opponitur alteri rei, deinde additur etiam adfirmatio, quae rationem adferat, quam ob rem ab ista re, quam primum posueramus, tamen abeamus.**

Restat, ut doceamus id, quod Devarius p. 12. postremo loco posuit, interdum tamen ἀλλὰ γὰρ **simpliciter pro** ἀλλ' ὅμως **adversativo sine redditione caussae accipi, falsum esse. Nam in his quoque locis** γὰρ **suam vim servat, veluti si apud Herodotum lib. I. cap. 147. legitur:** Βασιλέας δὲ ἐστήσαντο, οἱ μὲν αὐτῶν, Λυκίους, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας· οἱ δὲ, Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελάνθου· οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρους. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων· ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες κτέ. **Nam ibi hoc dicitur:** ***Aber sie halten ja an dem Namen fast mehr als die andern Ionier fest: mögen auch sie denn rein erhaltene Ionier sein.*** **Itaque hoc modo solvenda singula membra sunt:** Ἀλλὰ — περιέχονται γὰρ τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων — ἔστωσαν [δὲ] καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. **Nam particula** δὲ **propterea est adiecta, ut, quoniam particulae** ἀλλὰ γὰρ **in unam nationem coaluerant, illa vis, quae iam per** ἀλλὰ **particulam significata erat, denuo exprimeretur. Denique in altero loco, quem Devarius usurpavit, ut doceret caussativam particulae** γὰρ **vim evanuisse interdum in hac coniunctione verborum,**

nullo modo prima particulae vis amissa est. Nam si Dicaeopolis in Aristophanis *Acharnensibus* v. 173 sq., postquam ab fictis illis barbaris iniuriam accepit, dixit:

Οἴμοι τάλας, μυττωτὸν ὅσον ἀπώλεσα,

tum autem, ubi adspexit Amphitheum, ita pergit:

Ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί·
χαῖρ', Ἀμφίθεε.,

non vacat particula γάρ, sed ipsa quoque rationem reddit, cur haec iniecerit Dicaeopolis. Etenim hoc fere dicitur isto loco: *Sed enim hic est Amphitheus Lacedaemone: salve, mi homo*, ut, si Graeca solvas, sic procedat oratio: *Ἀλλὰ — ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί — χαῖρ', Ἀμφίθεε:* Quod nos dicamus: *Aber da ist ja Amphitheos aus Lakedaemon zurück; sei gegrüsst, Amphitheos.* Neque tamen quisquam in his locis Graeca verba ita interpunget, quem ad modum nos docendi caussa modo fecimus, recteque C. Wexius in Sylloge vol. II. p. 139. retractavit, quod in Sophoclis *Antigona* v. 390 sqq. scripserat:

Ἀλλ', ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,
ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος κτἑ.

Namque istae particulae his in locis, uti dictum est, ita coaluerunt, ut iam unam notionem efficiant, quae sine sententiae detrimento etiam ibi, ubi patitur hoc collocatio verborum, scriptione dirimi ac dividi nullo pacto possit.

Quem ad modum particulae ἀλλὰ — γάρ, etsi utraque particula suam vim facile tuetur, tamen saepe numero ita coniunctae leguntur, ut quasi unam notionem efficere videantur, eodem modo etiam particulae ἀλλὰ — γέ, ita compositae et coniugatae sermone sunt, ut quamquam suam quaeque vim servet — etenim ἀλλὰ oppositionis, γὲ autem adfirmationis significationem habet, si quis in rem diligentius inquisiverit — tamen altera alteram adiuvet: quo efficitur, ut etiam hae particulae, dissimillumae illae quidem per sese, unam tamen rem declarare atque consociatam quandam significationem habere videantur. Ita autem differunt particulae ἀλλὰ — γὰρ et ἀλλὰ — γέ, ut, quom γὰρ et adfirmandi et concludendi vim habeat, quod compositum est ex particulis γὲ et ἄρα, qua de re suo loco accuratius explicabitur ad p. 48., γὲ tantum adfirmandi, sic etiam particulis ἀλλὰ — γὰρ praeter oppositionem et adfirmatio et conclusio exprimatur, particulis autem ἀλλὰ — γὲ tantum modo oppositio et adfirmatio et haec quidem, ut in particularum ἀλλὰ — γὰρ consociatione idem

Ἀλλὰ—γέ.

fit, ad singularem quandam enuntiati notionem relata significetur. Sic in illo Aristophanis loco ex *Nubibus* v. 399 sqq.

> Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν
> οὐδὲ Κλεώνυμον οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρα γ' εἴσ' ἐπίορκοι·
> ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνέων κτέ.,

quo in loco primum particula ἀλλὰ occurritur negationi, quae erat in antecedenti oratione, deinde particula γὲ de ea re, quae alteri opponatur, ita adfirmatur, ut etiam si in res ante commemoratas hoc, quod dicitur, non cadat, tamen pertineat ad hanc singularem rem, cui deinceps poeta adiicit etiam alias res, velut: Σούνιον ἄκρον Ἀθηνέων καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας, quae proinde eodem loco esse existumandae sunt. Eadem vero etiam est harum particularum vis, si magis inter se consociatae esse videntur, ut apud Euripidem in *Iphigenia, quae est Aulide* v. 1011 sqq., ubi Achilles:

> Πείθωμεν αὖθις πατέρα βέλτιον φρονεῖν.

Cui respondet Clytaemnestra:

> Κακός τίς ἐστι καὶ λίαν ταρβεῖ στρατόν.

Quam sic excipit ille:

> Ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλαίουσιν λόγους.,

quibus verbis hoc exprimitur: At tamen, etiam si illud verum est, quod dicis: Κακός τίς ἐστι καὶ λίαν ταρβεῖ στρατόν, rationes (orationes) certe, etsi aliis rebus non facile corrigetur, convincunt rationes (orationes). Hinc factum est, ut particulae ἀλλὰ — γὲ unam fere notionem, compositam illam quidem ex duabus significationibus, exprimere videantur, qua cum aliqua adfirmatione vel potius exceptione aliquid opponatur antecedentibus. Et ita evenit, ut in vita communi aut certe labenti Graeco sermone etiam coniunctae usurparentur eae particulae, quem ad modum in evangelio Lucae cap. XXIV. v. 21. legitur: Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο., quod non magis debet offensioni esse, quam si ἀλλ' ἄρα, ἀλλὰ γὰρ et similia coniuncta leguntur, quibus in locis posterior particula eo, quod adiecta ad ἀλλὰ particulam est, cum hac denique ad omnem enuntiationem, quam inducit illa particula, pertinet.

Eadem caussa est etiam particularum ἀλλὰ — γέ, si quando in elliptico particulae ἀλλὰ usu, ubi particula ἀλλὰ

cum quadam oppositionis significatione aliquid adfirmat, ita coniunguntur, ut γὲ istam rem, quam introducit ἀλλὰ particula, magis etiam ecferat, veluti in illo Demosthenis loco: ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν, ἐθελήσητε στρατεύεσθαι, de quo diximus supra ad p. 6. Modo ne quis existumet posse sic etiam metri caussa has particulas transponi, ut γὲ praecedat ἀλλὰ particulae. Nam quem adferunt Sophoclis locum ex *Electra* v. 411. ed. Brunk. v. 403. ed. Herm.

Ὦ θεοὶ πατρῷοι, συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν.,

ibi γὲ particula pertinet ad verbum συγγένεσθε, et hoc dicitur: Si nihil aliud faciatis, certe adeste, deinde accedit temporis significatio: ἀλλὰ νῦν, si non alio tempore, at nunc saltem, ad quae verba iam per sese particula γὲ nihil pertinet, non magis quam in *Antigona* v. 775., si legitur: γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦτα, illud γοῦν, quod ad verbum spectat, consociandum est cum verbis ἀλλὰ τηνικαῦτα. Ceterum istis particulis ἀλλὰ — γὲ adiiciuntur etiam reliquae particulae, quae aliis in locis cum γὲ particula coniunguntur, veluti τοὶ particula, ut in Sophoclis *Antigona* v. 1051. legitur: Ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι, et μέντοι, uti in eiusdem Sophoclis *Aiace* v. 1349. dicitur: Ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασο, quibus in locis quoniam omnes hae particulae suam vim servarunt, earum explicatio nullam habebit difficultatem.

Ἀλλὰ δή. Sequitur, ut dicamus de particulis ἀλλὰ δή, quae particulae, etsi utraque suam servat vim, si quando coniugatae leguntur, tamen ideo huc vocandae sunt, quod quom saepius coniungerentur illae voculae, consuetudine dicendi factum est, ut ipsae quoque unam quasi notionem exprimere viderentur. Quamquam in locis his omnibus facile primam utriusque particulae vim agnoscimus. Ac de particula ἀλλὰ quidem satis est dictum: illud autem, quod restat, δὴ non potest dubium esse quin cognatum sit particulae ἤδη, qua de re infra dicetur ad p. 63. Idque significat fere idem, quod Latinorum *iam*, nostrorum *schon*. Si igitur ἀλλὰ δὴ particulae in uno enuntiato coniunguntur, hoc fere significatur, aliam rem iam ad illud, quod ante dictum est, accedere, ita ut illud *iam*, quod praeter oppositionem accedit, hoc exprimat, non temporis neque ullius morae aut cessationis momentum, quod exspectari potuerit, inter istam rem, quae commemorata antea est, atque hanc, de qua iam dicitur, interpositum esse: immo rem istam, de qua dicitur, ex actionum serie iam agi coeptam esse. Haec autem sine ulla mora

consecutio rerum non solum ad externam sententiarum collocationem spectat, verum etiam ad internam earundem seriem atque ordinem. Quam ob rem illud δή multis in locis poterit explicari per nostrum *eben*, quod in partes vocavit Hartungius vol. I. p. 289., modo meminerimus aliter Graecorum orationem conformatam esse ac nostram. Sed exemplis omnis res clarior erit. Nam in notissumo illo Homeri versu de *Iliade* lib. I. v. 62.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
ἢ καὶ ὀνειροπόλον — καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν —
ὅς κ' εἴποι κτέ.

coniunctae particulae ἀλλὰ — δή ita eum, qui adpellatur, avocant a ceteris rebus, ut significent aliud **iam**, idque transactis ceteris rebus, quae possent hanc novam remorari, agendum esse. Alia videtur harum particularum significatio esse, sed revera tamen plane eadem est, si quando in narratione ita coniunguntur, ut non tam de re ea, quae iam agenda sit, quam de ea re, quae iam agatur, indicent, veluti in Homeri *Iliados* lib. V. v. 436 sqq.:

Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε, κατακτάμεναι μενεαίνων,
τρὶς δέ οἱ ἐστυφέλιξε φαεινὴν ἀσπίδ' Ἀπόλλων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων κτέ.,

quo in loco hoc dicitur: **Ter impetum fecit in Aeneam Diomedes, ter Apollo scutum sustinuit: sed quom iam quartum rueret in illum** etc. Hic si simpliciter dictum esset: *Ἀλλ' ὅτε τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο,* sententia per semet ipsa satis declarata esset, sed illud tamen tam accurate expressum non esset, quartum illum Diomedis impetum eo tempore, quo res fieri dicitur, ita coeptum esse inferri, ut sine ulla mora ac citius fortasse, quam exspectaveris, ageretur.

Sed horum locorum explicatio nullam habet difficultatem. Sequitur, ut dicamus quem ad modum ex externa ista temporis significatione illa interna sententiarum series et continuatio nata sit, de qua supra diximus. Nec haec res difficilis est ad explicandum. Nam si verbi caussa in Platonis *Critone* Part. I. vol. II. p. 166. ed. Bekk. p. 54. A. ed. H. Steph. aliis argumentis, cur Socrati aufugiendum sit ex custodia, confutatis ita pergitur: *Ἀλλὰ δὴ τῶν παίδων ἕνεκα βούλει ζῆν, ἵνα αὐτοὺς ἐκθρέψῃς καὶ παιδεύσῃς;* non hoc quidem cum Hartungio ita vertendum erit: *allein du willst eben um deiner Kinder willen dich erhalten,* sed hoc potius dicitur: *At iam liberorum caussa vis vivere, ut eos*

educes atque erudias., i. e. relictis ceteris rebus atque caussis, quam ob rem vivere cupias, iam liberorum caussa hoc cupis, quo in loco particula δή hoc exprimit, ceteris caussis confutatis eo iam rem pervenisse videri, ut propter liberos velit in vita manere. Eadem caussa est eius loci, quem idem Hartungius adtulit ex Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 203. ed. Bekk. p. 338. C. ed. H. Steph., ubi haec sententiarum series habetur: *Εἶπον οὖν ἐγὼ ὅτι αἰσχρὸν εἴη βραβευτὴν αἱρεῖσθαι* [corrigendum videtur ex libris Imm. Bekkeri pene omnibus ἑλέσθαι] *τῶν λόγων. εἴτε γὰρ χείρων ἔσται ἡμῶν αἱρεθείς, οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸν χείρω τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν, εἴτε ὅμοιος, οὐδ᾽ οὕτως ὀρθῶς. ὁ γὰρ ὅμοιος ἡμῖν ὅμοια καὶ ποιήσει, ὥστε ἐκ περιττοῦ ᾑρήσεται. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε κτἑ.*, quo in loco hoc fere significatur particulis ἀλλὰ δή: reliquis rationibus, ut aut deterior, quam ceteri, aut ut is seligatur praefectus certaminis, qui pari esset intellegentia, reiectis atque repudiatis, at iam eum seligetis, qui melior sit quam nos. Hic ἀλλὰ opponit novam rem rebus commemoratis, δὴ autem particula significat, non postero tempore hoc fore, sed rebus ita comparatis rem istam iam sic ab illis actum iri. Qua re si quis hoc reddiderit: *Aber eben einen Besseren, als wir, werdet ihr wählen*, non equidem reprehenderim, modo illud teneat, eandem sententiam, quam nos sic fere eloquimur, paullo aliter Graecos particulis suis ἀλλὰ δή et Latinos particulis *sed iam* expressisse. Sic etiam in altero loco, qui est adlatus ex Platonis *de re publica* lib. V. Part. III. vol. I. p. 223. ed. Bekk. p. 453. D. ed. H. Steph. *Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν. Οὐ γὰρ εἶπον. ἀλλὰ δὴ ὧδ᾽ ἔχει· ἄν τέ τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ κτἑ.*, non satis accurate Graecorum sententia redditur, si vertimus: *Allein die Sache verhält sich eben also,* sed ille, qui loquitur, hoc volt significare, se iam accuratius rem explicaturum esse, itaque hoc dicit: *Sed iam ita res se habet.*, quibus verbis declaratur, *eo perventum esse, ut res ita se habeat.* Nos una particula non solemus reddere vim particulae δή, sed potius dicimus: *Allein, wie es schon ersichtlich ist, verhält sich die Sache also.* Denique in illo loco, qui est in Platonis *de re publica* lib. II. Part. III. vol. I. p. 72. ed. Bekk. p. 365. D. ed. H. Steph. eodem modo particulae istae explicandae sunt. Ibi enim haec verba leguntur: *Ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν*, et hoc dicitur: *Sed deos iam neque celare quidquam neque cogere concessum est.*, ubi propterea δή, *iam*, adiectum est, quoniam de hominibus ante dictum erat, ut nunc iam de dis aliud statuendum sit.

Prima denique vis particulae δὴ facile etiam agnoscitur in illis locis, quos tractavit Hartungius vol. I. p. 266. Nam si apud Platonem in libro *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 19. ed. Bekk. p. 335. D. ed. H. Steph. legitur: Ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ δὴ οἱ δίκαιοι ἀδίκους [δύνανται ποιεῖν]; particula δὴ nullam aliam habet vim, nisi hanc, ut indicet aliis rebus iam disputatione transactis seriem iam esse posse huius interrogationis, quasi Latine dicas: *At iustitiâ iam iusti iniustos [possunt efficere]?* Neque aliter explicari poterit illud, quod legitur apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 11. Zeun. Ἄρχοντος γάρ ἐστιν οὐχ ἑαυτὸν μόνον ἀγαθὸν παρέχειν, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται. Etenim hoc dicitur: *Imperantis est non solum se ipsum bonum praebere, sed iam etiam eorum, quibus imperet, curam habere, ut sint quam optumi*, i. e. sed, ubi se bonum praebuerit, ibi iam etiam reliquorum curam habere, ut hic quoque certa quaedam rerum series indicetur.

Porro huc pertinent particulae ἀλλὰ δῆτα, quae eadem ratione, qua modo ἀλλὰ δή, vidimus, inter se coniunctae leguntur, ut unam quasi significationem habere videantur, etsi hic quoque caussa ad utriusque particulae propriam vim revocanda est. Ita autem differunt inter se particulae ἀλλὰ δὴ et ἀλλὰ δῆτα, quem ad modum δὴ et δῆτα, quae quidem inter se cognatae sunt, significatione discrepant. Nam quom particula δὴ simpliciter Latinae particulae *iam*, nostrae *schon* respondeat, altera particula praeter primam hanc vim eo, quod vocula demonstrativa τα adiuncta est, etiam demonstrationis quandam significationem in se continet, ut fere hoc velit: *iam sic*, *iam ita*, et multis in locis a nobis exprimi possit particulis: *schon eben*. Qua de re infra dicetur, ubi de particula δῆτα agetur, ad pag. 66. Sic in Aristophanis *Pluto* v. 1094 sqq.: Ἀλλὰ δῆτα.

Τίς ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; τουτὶ τί ἦν;
οὐδεὶς ἔοικεν· ἀλλὰ δῆτα τὸ θύριον
φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ.

facile agnoscitur propria particulae vis. Ibi enim hoc dicitur: *Quis est, qui pulsat portam? Quid hocce erat? Nemo, ut videtur. Sed iam sic fores temere clamantes crepuere*, i. e., remotis reliquis rebus omnibus, iam ita crepuere fores sponte clamantes. Sic etiam in altero loco Aristophanis, quem adtulit Hartungius vol. I. p. 310., explicandae particulae sunt, *Avium* v. 376.

Ἀλλ' ἀπ' ἐχθρῶν δῆτα πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί.

Dubitaverat enim ibi chorus, num possent inimici utile quidquam adferre doctrina aut oratione. Cui respondetur: *Sed ab inimicis iam sane multa discunt sapientes*, ubi nos dicamus *eben schon*, vel potius, praesertim ibi, ubi quaedam ironia in verbis est, *nachgerade*. Quasi si quis vertat:

Doch von Feinden nachgerade lernt der Kluge Mancherlei.,

ubi nostrum *nachgerade* in primis aptum est ad reddendam eam vim, quam Graeci dederunt particulae δῆτα. Significatur enim hac particula *iam ita rem comparatam esse, ut revera aliquid sit*, ut, quod alter aut dubitaverit aut negaverit, id iam ita esse adfirmetur. Sic etiam in illo Sophoclis loco de *Philocteta* v. 1375 sq., ubi legitur:

Ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος,
βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί.,

non obscurum est qua sententia particulae ἀλλὰ — δῆτα positae sint. Hoc enim dicitur: *Sed liberorum iam sane aspectus erat iucundus etc.* Ibi transacta alia re si dicitur: ἀλλὰ — δῆτα, hoc significatur: *Sed ita iam*, i. e., sed, cum illa res sic se haberet, ita iam liberorum aspectus iucundus fuit. Neque abludit, qui adhibitus est, Sophoclis locus *Trachiniarum* v. 1245.

Ἀλλ' ἐκδιδαχθῶ δῆτα δυσσεβεῖν, πάτερ;

quae verba hoc sibi volunt: *Sed ut ego iam ita perdiscam impietatem, pater?* *δῆτα, iam ita, so schon*, dicitur, quoniam, ex iis rebus, quae in colloquio fuerant, Hyllus adducitur, ut iam hoc ita fieri credat. Sed sic solvenda nobis res et enucleanda esse videtur. Neque enim singulos locos eodem modo reddendos nostro sermone arbitramur, sed re ipsa intellecta possumus alias quoque particulas adhibere, quibus ipsam verborum sententiam exprimamus, ut Latinorum *at scilicet, at videlicet, at nimirum*, aut nostrorum *aber freilich, aber nachgerade, aber allerdings*, et quae sunt similia.

Ἀλλ' εἴπερ. P. 12. Recte Devarius explicavit quidem p. 12. usum particularum ἀλλ' εἴπερ, ita ut diceret esse ellipticam dicendi rationem, si quidem exceptio iis indicetur, sed illud debebat adiicere, tum demum hac ratione exceptionem induci, si quis vix ac ne vix quidem velit aliquid concedere. Sic in illo Aristotelis loco *Politicor.* lib. II. cap. 6. §. 7. χρησίμου δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων, ἀλλ' εἴπερ, πρὸς τὸν πόλεμον, βλαβερώταται καὶ πρὸς ταῦθ' αἱ τῶν Λακώνων ἦσαν. hoc dicitur: *Cum mulierum audacia ad nullam rem civilem utilis sit, sed, si adeo, ad*

rem bellicam etc., ubi maxumopere dubitatur, num utilis etiam ad bellum sit, sed, si ulla in re, ad bellum tantum modo. Sic etiam in illo loco, quem adtulit Devarius ex Aristophanis *Nubibus* v. 226 sq.

> Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,
> ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ;

significatur deos quidem numquam contemnendos esse, sed, si adeo, miratur cur ex machina pensili, non ex terra hoc faciat. Nullo autem modo in superiore illo Aristotelis loco, id quod suspicatus est Devarius p. 13., veri simile est antiquitus scriptum fuisse: ἀλλ' ἤπερ. Nam apprime aptum est illud εἴπερ ad totius loci sententiam.

P. 14. Devarius ait ἀλλ' ἢ interdum pro simplici ἀλλὰ poni utiturque, ut hoc demonstret, Aristophanis versu de *Pace* 475 sq.: P. 14.

> οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι·
> ἀλλ' ἢ καταγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων.

Sed rem ita se non habere facile intellegemus, si paullo accuratius in vim ac naturam harum particularum inquisiverimus.

Quem ad modum enim Devarius noster p. 14. dubitare se ait, utrum particulae ἀλλ' ἤ, quae iam antiquitus a Graecis ita usurpari coeptae essent, ut unam quasi notionem exprimere viderentur, quom non facile a quoquam illud reputaretur, quo modo illae istam significationem accepissent, compositae essent ex verbis ἄλλο et ἤ, quod Devario sane in plerisque locis factum esse videretur, an constarent ex particulis ἀλλὰ et ἤ, id quod ille quibusdam in locis admodum probabile esse putavit, eodem prorsus modo usque ad hoc tempus a doctis dubitatum est, quae harum verior esset sententia. Ac nostro quidem tempore ea sententia, quae nobis quidem videtur unice vera esse, a grammaticis explicando atque interpretando ita obscurata est, ut ne nunc quidem satis spei sit, fore, ut tandem aliquando in unam omnes concedant sententiam. Sed varias de hac formula sententias accurate copioseque iam examinavit, qui singularem *De formulae ἀλλ' ἢ et affinium particularum post negationes vel negativas sententias usurpatarum natura et usu* scripsit commentationem edMMditque Brunsuigae anno MDCCCXXXIV., G. T. A. Kruegerus, p. 1 — 21. Qui etsi satis diligenter subtiliterque pleraque persecutus est, nobis tamen non id adsecutus esse videtur, ut de origine huius formulae in eius sententiam concedi posset. Ἀλλ' ἤ. P. 14.

Nam postquam brevius G. Hermanni et G. H. Schaeferi, copiosius autem Hartungii doctrinam de his particulis pertractavit, eo demum pervenit, ut particulas quibusdam in locis ex ἄλλο ἢ ortas esse diceret, in iisque locis scribendum praeciperet ἄλλ' ἤ, in aliis autem locis ita statueret esse ἀλλ' ἢ nihil nisi ἀλλὰ ἢ duasque constructiones significatione admodum adfines hic coaluisse. Quam sententiam etsi multis ille exemplis, quae deinceps explicavit, tutari conatus est, tamen mea sententia nullo modo videtur obtinere posse. Namque uti per se mirum esset, si Graeci eisdem particulis duplici modo usi essent, sic facile etiam doceri potest alteram harum rationum veram esse eandemque omnibus locis facillume adhiberi posse. Etenim si statuimus, id quod in singulis locis nemo fere grammaticus negavit, particulas ἀλλ' ἢ natas fuisse ex verbis ἄλλο et ἤ, non quidem ἄλλ' ἢ ubique scribendum putabimus — Graeci enim quom antiquo tempore ἀλλὸ pronuntiarent scriberentque, factum est, ut contractis his syllabis recitarent ἀλλ' ἤ, ita ut accentus notationem in priore vocabulo plane omitterent, quem ad modum idem accidit in particula ἀλλά, quae quom per se nihil aliud esset, nisi quod posteriore tempore diceretur adiective ἄλλα, eandem tamen accentum ex antiquitate retinuisse vidimus supra p. 1 sq. —, sed id tamen obtinebimus facile, posse ex hac prima origine omnes locos, ubicumque hae particulae coniunctae legantur, dilucide explicari, etiam eos, quibus vel maxume grammatici usi sint, ut hanc sententiam redarguerent. Sin statuimus particularum harum verba ἀλλὰ et ἢ fundamenta esse, haec explicandi ratio et per se sane mira atque inexplicabilis esse videtur et, si sit ulla, non tamen etiam omnibus his locis, ubi habentur hae particulae, adhiberi potest, ut iam, utra verior sit sententia, ut opinio mea fert, ambigi non possit. Ac primum quidem mirum mihi videtur esse, si Graeci, qui non inferunt nisi raro post οὐδὲν in eius modi locis ἀλλὰ particulam neque id faciunt, nisi ubi iam omnem rei comparationem omittunt et tantum modo aliquid, quod diversum sit ab eo, quod ante dictum est, adiiciunt, id adiuncta particula ἤ, cuius sic plane nulla vis esset, tam saepe fecerint, ut constructio illa quidem sane usitatissuma hinc nata fuerit ἀλλ' ἤ. Deinde etiam intellegi non potest, qui duae particulae ἀλλὰ et ἢ in his locis locum habere possint. Nam qui dicunt esse duarum constructionum, quae singulae locum habere possint, confusionem, ii primum non demonstrant, quae caussa fuerit, cur Graeci has particulas, inter se admodum diversas, his in locis coniunxerint, ubi unius particulae vis satis, quem ad modum verba accipienda

essent, erat indicatura: nihil enim ne in populi quidem sermone quidquam sine caussa umquam factum est: tum etiam hoc non ostendunt, qui fieri potuerit, ut in tam apte coniunctis verbis duplex nasceretur constructio, quod tum demum probabile esset, si post priorem particulam aliqua verba interiecta essent et sic demum pergeretur ad alteram. Qui autem statuit esse primum ἀλλὰ per se accipiendum, deinde particulam ἢ per quandam ellipsin explicandam, is quidem id statuit, quod per se ineptum non est, sed tamen aliquid ponit, quod nullo modo concedi potest. Nam nemo in his locis poterit divinare, quale illud membrum orationis fuerit, quod omissum esse dicatur, idque eo minus probari potest, quod particula ἢ numquam alias simili ellipsi adhibita est, neque talem per se significationem habet, qualis est e. g. Latinae particulae *vel*. Sic facile intellegitur vix posse istam explicandi rationem per se locum habere. Quod si docebimus alteram explicationem non solum per se admodum probabilem esse, verum omnibus etiam locis recte adhiberi posse, quis tandem dubitabit quae ingredienda via sit? Etenim si hoc contendimus esse has particulas ἀλλ' ἢ nihil aliud nisi ἄλλο ἤ, primum nulla dubitatio poterit esse, quem ad modum haec tota constructio nata sit. Satis enim usitata haec verborum compositio est ἄλλος ἤ. Deinde etiam omnes loci, in quibus hae particulae habentur, possunt, uti iam dictum est, hoc modo facillume explicari. Res exemplis planior erit et possumus a facilioribus ad difficiliora proficisci.

Nam quod Plato in libro *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 9, 15. ed. Bekk. p. 230. ed. H. Steph. scripsit: Χαλεποὶ οὖν καὶ συγγενέσθαι εἰσίν, οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον., id si primam constructionis originem quaerimus, facillume sic solvitur, ut ἀλλ' ἢ pro ἄλλο, ἢ accipias itaque vertas: *quom nihil velint laudare aliud quam* (vel potius *nisi*) *divitias*, non quasi hoc plane idem sit ac si scripserit Plato: *οὐδὲν ἄλλο ἐθέλοντες ἐπαινεῖν, ἢ τὸν πλοῦτον*, sed ita tamen haec dicendi ratio nata est: quae rursus collocatione verborum ita differt ab altera ratione, ut si dicamus: *οὐδὲν ἄλλο ἐθέλοντες ἐπαινεῖν, ἢ τὸν πλοῦτον*, illud ἄλλο magis ecferatur neque solum ad intellegentiam verborum iuvandam, verum cum aliquo pondere accedat, quasi nostra lingua dicas: *da sie nichts Anderes loben wollen, als den Reichthum*. Sin ita loquimur, quem ad modum Plato illo loco locutus est: *οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον*, hoc fere dicitur: *da sie Nichts loben wollen, anders als den Reichthum*, vel potius, uti nos solemus loqui: *da sie nichts loben wollen, als nur den Reich-*

thum., ut ἄλλο illud non iam quasi aliquid, quod proprium enuntiati sit, ecferatur, sed tantum eo loco, ubi comparatio iam infertur, hanc sustentet et totius loci intellegentiam adiuvet, quod ita nobis facile ad intellegendum esse videtur, ut de singulis locis iam non disputaturi essemus, nisi grammatici tantopere hanc explicandi rationem impugnassent. Sic etiam interpretandus est ille locus Aristophanis de *Ranis* v. 226 sq., ubi leguntur haec verba:

Ἀλλ' ἐξόλοισθ' αὐτῷ κοάξ.
οὐδὲν γάρ ἐστ' ἀλλ' ἢ κοάξ.,

quibus in verbis facile etiam cognoscitur per se haec verba nihil aliud dicere, nisi hoc: *Nihil enim est aliud quam coax*, ut haec constructio verborum sit: οὐδὲν γάρ ἐστ' ἄλλο, ἢ κοάξ. Sed tamen aliud est: οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἢ κοάξ, aliud: οὐδὲν γάρ ἐστ' ἀλλ' ἢ κοάξ. Nam illo modo ecferretur, ut supra vidimus, adiectivum ἄλλο, ut hoc Aristophanes diceret: *Nihil enim aliud est nisi coax*, quod ad istum locum minus aptum esset, nunc autem hoc dicit: *Nihil enim est aliud quam coax*, id est denique nihil aliud, nisi hoc: *Nihil enim est praeter coax*, ut ἄλλο, quod accedit, tantummodo comparationem acuat. Nostra lingua aliquo modo poteris Graecorum distinctionem imitari, si illud prius ita vertas: *Denn nichts Anderes ist es, als Koax*, hoc posterius autem: *Denn es ist Nichts anders als Koax.*, quo modo etiam illud *anders* neque accentu notatur et magis ad comparationem trahitur, quam ad superius enuntiatum. Itaque, qua de re deinceps explicabitur, per me etiam interpungas licet: οὐδὲν γάρ ἐστ', ἀλλ' ἢ κοάξ, quasi Germanice dicas: *Denn es ist Nichts, anders als Koax.* Nullo autem modo his in locis, etiam si mecum vel maxume ἄλλο illud primitivum agnoveris, scribendum erit: οὐδὲν γάρ ἐστ' ἄλλ' ἢ κοάξ. Nam si hoc facis, illud ἄλλ' necessario maiore vi pronuntiandum est, quam in his locutionibus non potest obtinere. Etenim ob eam ipsam caussam, quod non esset premenda ista vox, Graeci dixerunt ἀλλ' ἤ, quem ad modum hanc pronuntiandi rationem ex antiquo tempore acceperant; ut ibi tantum ἄλλ' ἢ scribendum sit, ubi loci natura hoc secum fert, ut ἄλλο maiore pondere decurrat. Quamquam tum fere optumi scriptores potius ἄλλο ἢ quam ἄλλ' ἢ videntur dixisse, qua de re deinceps dicetur. Sic facillume etiam ille Aristophanis locus explicari poterit, qui legitur in *Pace* v. 475 sq.

Οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι,
ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων.

Ibi enim hoc dicitur: *Nihil Argivi trahebant, aliud quam ut deriderent laborantes.* Hoc non idem est, ac si dixerit poeta: Οὐδ᾽ οἶδε γ᾽ εἷλκον οὐδὲν ἄλλο οἱ Ἀργεῖοι πάλαι, ἢ κατεγέλων. Nam sic illud ἄλλο magis premeretur essetque nimio pondere adiectum. Nunc tantum modo hoc dicitur: *Argivi nihil trahebant quidquam iam dudum, aliud quam hoc unum ut deriderent laborantes.* Sic enim apparet esse illud ἀλλ᾽, quod natum ex ἄλλο est, tantum modo propterea adiectum, ut transitum pararet ad eam, quae sequitur, comparationem. Nemo autem mirabitur, quod per quandam breviloquentiam illud ἀλλ᾽ adiectum ad εἷλκον est, quod per se aliud verbum requisivisse videtur. Nam nos eodem modo loquimur: *Sie ziehen nichts anders, als dass sie etc.* pro eo, quod dici potuit: *Sie haben bei ihrem Ziehen nichts anders vor, als die sich Plagenden zu verlachen.* Sic facillume hic locus explicatur, quem adeo difficilem habuit Kruegerus, ut de eo separatim dicendum existumaret, p. 42 sq.

Sed sequitur, ut ostendamus etiam ceteris locis omnibus nostram explicationem commodissume adhiberi posse. Ac primum quidem, quos locos Hartungius l. c. vol. II. p. 44. vel maxume nostrae rationi refragari putavit, ii difficilem explicatum non habent. Etenim si scripsit Plato in libro *de re publica* IV. part. III. vol. I. p. 179, 13. ed. Bekk. p. 427. C. ed. H. Steph. Τὰ γὰρ δὴ τοιαῦτα οὔτ᾽ ἐπιστάμεθα ἡμεῖς οἰκίζοντές τε πόλιν οὐδενὶ ἄλλῳ πεισόμεθα, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν, οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ ἀλλ᾽ ἢ τῷ πατρίῳ κτέ., nostra quidem sententia illud ἀλλ᾽ ἤ, quod hoc loco habemus, nihil fuit antiquitus nisi ἄλλο ἤ, neque tamen propterea eo loco corrigendum est ἄλλῳ ἢ neque est de nostra ratione desperandum. Nam qui Graecus dixit ἀλλ᾽ ἢ eo tempore, is non iam de prima illa ratione cogitavit, sed ἄλλο quasi adverbium, quod adiuvaret vim atque intellegentiam comparationis, accepit dixitque etiam mutato aut potius ex antiquitate retento accentu ἀλλ᾽ ἤ, ut vim adiectivi ipsam plane omitteret et tantum illud retineret, quod ex hoc ἄλλο pertineret ad comparationem. Hinc etiam apparet nullo modo in his locis ἄλλ᾽ ἢ aut etiam ἄλλ᾽, ἢ scribi posse, quod illud ἀλλ᾽ nec voce ecferendum est neque omnino per se constare videtur. Quod si Plato illo loco premi voluisset vim illius ἄλλο, necessario ei dicendum erat, etiam ad superius nomen accommodata structura orationis, ἄλλῳ, ἢ τῷ πατρίῳ. Sic nihil voluit nisi comparationem adiuvari, itaque recte atque ordine dixit: ἀλλ᾽ ἢ τῷ πατρίῳ. Quasi nostra Lingua dicas: *Wir werden uns auch eines Auslegers nicht bedienen, anders als etc.* aut Latine:

Neque utemur interprete alia re ulla vel *aliter, nisi patrio.* Eodem modo explicandus Isocratis locus est *Περὶ ἀντιδόσεως* §. 91. ed. Bekk. *ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοῦτό γε καὶ τοὺς ἀμαθεστάτους γιγνώσκειν, ὅτι δεῖ πιστὰς εἶναι καὶ μέγα δυναμένας τῶν κατηγοριῶν οὐχ αἷς ἔξεστι χρήσασθαι καὶ περὶ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων, ἀλλ' ἃς οὐχ οἷόν τ' εἰπεῖν ἀλλ' ἢ κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων κτἑ.*, quibus in verbis hoc dicitur: *eius modi crimina — quae non possumus dicere aliter* (proprie *aliud*) *quam contra nocentes.* Illud *ἄλλο* enim, quod est in verbis *ἀλλ' ἤ*, hoc quoque loco adverbii vicem habet, uti saepe alias alia adiectiva huiusce modi eodem modo usurpata sunt. Denique quem locum adtulit Hartungius, ut hanc explicandi rationem infirmaret, is facilius etiam, quam ceteri, expediri potest. Plato enim lib. *de re publica* IV. p. 183, 2. ed. Bekk. p. 429. B. ed. H. Steph. haec dicit: *Τίς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, εἰς ἄλλο τι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς;* quo in loco si illud *ἀλλ' ἢ* solvimus in *ἄλλο ἤ*, sane habebimus pleonasmum quendam — dictum enim iam antea est: *εἰς ἄλλο τι* — sed eum tamen pleonasmum, qui facillume ferri possit. Nam etsi illud *ἀλλ' ἢ* antiquo tempore nihil aliud fuit nisi *ἄλλο ἤ*, ut *ἄλλο* hoc ad primam partem comparationis traheretur, mox tamen illud *ἄλλο*, plane ut nostrum *anders*, ita tantum adiunctum est, ut id, quod iam ante esset significatum, rursus exciperet et sic fulciret sequentem comparationem: ut magis ad posterius quam ad prius membrum pertinere videretur. Sic denique nemo mirabitur, si illud *ἀλλ' ἢ* etiam praegresso adiectivo *ἄλλο* infertur. Fuit hoc initio eius modi fere, quasi si quis Germanice dicat: *Wer könnte wohl auf etwas Andres sein Augenmerk richtend eine Stadtgemeinde feig oder tapfer nennen, anders als auf den Theil, welcher vorkämpft und zu Felde zieht für sie?* Idque in Graeca lingua eo minus debet nos offendere, quod a Graecis iam usu et consuetudine dicendi ista constructio *ἀλλ' ἢ* erat recepta, quam nos docendi caussa nostra lingua conformavimus.

Eiusdem generis sunt etiam ii loci, quos multos, ut eam, quam nos probavimus, explicationem confutaret, adtulit Kruegerus l. c. p. 40. Nam in his quoque aut pleonasmum veriti sunt aut voluerunt *ἀλλ' ἤ*, si constaret ex *ἄλλο ἤ*, non ferre propterea, quod non tam formam *ἄλλο*, sed potius aut alium huius adiectivi casum aut etiam adverbii formam requirerent. Sed ea, qua modo usi sumus, ratione hi quoque loci facile enodari poterunt. Nam quem primum locum

excitavit Kruegerus ex Platonis *Phaedone* part. II. vol. III. p. 52, 19. ed. Bekk. p. 81. B. ed. H. Steph. *ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές*, in eo, si primam rei originem investigamus, singula quidem sic solvenda esse videntur: *ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθές, ἄλλο ἢ τὸ σωματοειδές*, sed nemo tamen in repetitione eiusdem vocis offendet, qui cogitaverit id, quod supra docuimus, *ἀλλ'* illud ante *ἢ* repetitum ita excipere rem ante iam transactam, ut commodius *ἢ* adiici possit adiuveturque comparatio. Itaque Graecis illis verbis hoc dicitur: *So dass nichts Anderes wahr zu sein scheint, (anders) als das Körperähnliche u. s. w.* Quasi Latine dicas: *Ut nihil aliud videatur esse verum, (aliud) quam quod corpori simile sit*, nisi quod et nostra et Latina lingua res hoc videtur durior esse, quod non adeo dicendi consuetudine recepta constructio est. Sic porro factum est, ut nostrum *ἄλλο* neque genus neque casum neque adverbii formam servaret: quam ob rem etsi minus commode ad antecedentia referri potest, tamen res non eam debet movere dubitationem, ut necessario ad particulam *ἀλλὰ* confugias. Nam quoniam quidem semel hanc rationem dicendi *ἀλλ' ἢ* acceperant, ut illud *ἄλλο* liberius quasi adverbialiter ad antecedentia referretur, continens in se nihil aliud, nisi notionem alius rei, quae ista actione efficeretur, non iam dubitaverunt etiam iis locis hoc *ἀλλ' ἢ* inferre, ubi res per se spectata maiorem difficultatem habere videretur, veluti in locis his, quibus usus est Kruegerus, Platonis ex *Phaedone* p. 25, 10. ed. Bekk. p. 68. B. ed. H. Steph. *σφόδρα γὰρ αὐτῷ ταῦτα δόξει, μηδαμοῦ ἄλλοθι καθαρῶς ἐντεύξεσθαι φρονήσει ἀλλ' ἢ ἐκεῖ.*, quo in loco non *ἀλλ' ἤ*, id quod olim fuit *ἄλλο ἤ*, exspectaveris, sed potius *ἄλλοθι ἤ*, ut illud, quod supra dictum erat, accurate repeteretur ad comparationem instituendam. At tamen non recte faceret, si quis corrigeret *ἄλλοθι ἤ*. Etenim non voluit Plato tam formam illius *ἄλλοθι* ipsam premere, quam notionem alius rei efferre, quo melius comparativam particulam *ἢ* induceret: itaque simpliciter dixit *ἀλλ' ἤ*, quoniam haec vocabula ita composita iam adverbialiter usurpabantur, ut illud *ἄλλο* comparationem adiuvaret, non tamen ad amussim responderet superiori constructioni. Huc pertinent etiam alia id genus exempla, quae multa excitaverunt grammatici, ut Isocratis *Panegyr.* §. 7. ed. Bekk. p. 42. med. ed. H. Steph. *Εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις ἀλλ' ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν κτέ.*, quo in loco si accurate responderet *ἀλλ' ἢ* superioribus, scribendum esset *ἄλλως, ἤ*, ut per quendam pleonasmum

eadem vox repeteretur, sed nunc tantum notio τοῦ ἄλλου universa premitur, constructio autem externa amissa est et nova illata per accusativum illum, ἄλλο, *aliud*, *anders*, qui adverbialem notionem exprimit: neque illud ἄλλο quidquam hic facit, nisi ut transitum ad comparationem paret. Sic exponendus etiam Herodiani locus est lib. IV. cap. 15. §. 15. *Συνεὶς ὅτι οὐκ ἄλλως Ἀρτάβανος ἐκθύμως τε μάχεται καὶ προσμένει ἀλλ' ἢ οἰόμενος Ἀντωνῖνον μάχεσθαι.* Nam ibi quoque ἄλλο, quod latet in particulis ἀλλ' ἤ, nisi per se acciperetur, non satis responderet ei, quod praecedit ἄλλως, sic tantum interna vis eius vocis retinetur, externa verborum coniunctio neglegitur.

Quam ob rem etiam ne ii quidem loci, quos adtulit Kruegerus, ubi aut aliud genus aut casum alium exspectaveris, impedient nostram explicationem harum particularum. Nam quod apud Demosthenem *contra Pantaenetum* §. 53. ed. Bekk. p. 982. init. ed. Reisk. legitur: *Ἐγὼ δ' ἀδικεῖν μὲν οὐδένα τῶν δανειζόντων οἴομαι, μισεῖσθαι μέντοι τινὰς ἂν εἰκότως ὑφ' ὑμῶν, οἳ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου μηδενός εἰσιν ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος.*, ibi, etsi illud ἄλλο, unde factum est illud ἀλλ' ἤ, referendum ad antecedentia est, non tamen scribendum etiam ἄλλου. Id enim tum demum locum hic habere posset, si summa vi notio eius vocis premeretur: *οἳ — μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου μηδενός εἰσιν, ἄλλου, ἢ τοῦ πλείονος*, quo modo repetitio vocis eiusdem aliis locis facile excusaretur. Sed hoc loco tantum interna illa vis verbi ἄλλο retinetur, non externa forma orationis respicitur diciturque ἀλλ' ἤ, quod plane extra illam orationis constructionem positum est et illam rem, quae iam significata erat, alio modo eamque potius universam ecfert. Res facilius cognoscetur iis locis, qui similitudines quasdam habent etiam aliarum linguarum, veluti illo Demosthenis loco, quem ex oratione *adversus Phormionem* § 7. ed. Bekk. p. 908 sq. ed. Reisk. adtulit idem Kruegerus: *Δέον δ' αὐτὸν καταγοράσαι φορτία Ἀθήνηθεν μνῶν ἑκατὸν δεκαπέντε, εἰ ἤμελλε τοῖς δανεισταῖς πᾶσι ποιήσειν τὰ ἐν ταῖς συγγραφαῖς γεγραμμένα, οὐ κατηγόρασεν ἀλλ' ἢ πεντακισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν, σὺν τῷ ἐπισιτισμῷ κτἑ.*, quo in loco etsi ἀλλ' ἢ antiquitus nihil fuit nisi ἄλλο ἤ, ut ἄλλο cum reliqua oratione coniungendum fuisse videatur ita proprie, ut etiam casu sequentibus ἢ πεντακισχιλίων κτἑ. responderet, tamen non recte fecisset Demosthenes, si scripsisset: *οὐ κατηγόρασεν ἄλλου, ἢ πεντακισχιλίων.* Sic enim ἀλλ' illud, quod tantum ad efficiendam comparationem

adiectum est, nimium per se constaret maioremque vim, quam hoc loco non debet habere, nancisceretur. Qua re hoc ita cum particula ἤ coaluit, ut vix iam, quod quidem ad externam orationis formam adtinet, per se constare videatur atque adverbii loco sit. Sic neque genus neque casum eius nominis, ad quod referendum est, servat. Eodem prorsus modo apud Latinos scriptores *plus quam*, *amplius quam*, *non plus, quam*, *non amplius, quam* et similia ita saepe usurpata inveniuntur, ut non accurate reliquae orationi respondeant et quasi per se constantia et extra reliquam constructionem posita accipienda sint. Sic illi Demosthenis loco, si hanc externam constructionem spectamus, primum respondebit, quod legitur apud Livium libro XXVI. cap. 49. *Praesidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud plus quam duum milium fuisse scribit*, ubi eodem modo, quo supra ἄλλο vidimus, illud *plus*, etsi cetera genitivo casu sunt dicta, non tamen ceterorum verborum constructionem curat, sed quasi per se constans manet immutatum. Sic etiam M. Tullius in *Bruto* cap. 18. §. 70. *Similis in pictura ratio est*, inquit, *in qua Zeuxim et Polygnotum et Timantem et eorum, qui non sunt usi plus quam quattuor coloribus, formas et lineamenta laudamus.* Neque abludit illud Livii lib. XXXVIII. cap. 38. *Antiochus tradito navis longas, neve plures quam decem navis actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto.* Persimilis est etiam ratio eorum locorum, quos de Latinis ipse tractavit Kruegerus p. 33. adnot. *)., ubi liberior verborum structura haec habetur, veluti apud Livium lib. XXXVII. cap. 21. *Classis ad insulam se recepit, nihil aliud quam depopulato hostium agro.*, et ille locus Suetonii *Calig.* cap. 44. *Nihil amplius quam Adminio — in deditionem recepto — magnificas Romam litteras misit.* Nam in his quoque locis *nihil aliud* et *nihil amplius* per se parum respondent reliquae orationi. Neque vero apud Platonem in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 64, 12. ed. Bekk. p. 258. sub fin. ed. H. Steph. *Τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κἄν τις ὡς εἰπεῖν ζῴη, ἀλλ᾽ ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα;* corrigendum erit ἄλλου ἢ pro ἀλλ᾽ ἤ, si nostram explicandi rationem sequimur. Alia enim sententia loci esset, si scriptum esset a Platone ἄλλου, ἢ — sic enim, ut saepe dico, premeretur vis huius verbi, quae adeo premenda non est —, alia est, si scripsit, uti scripsisse videtur: ἀλλ᾽ ἤ. Sic enim non tantopere in verbo ἄλλο haeremus, sed tantum hoc fulcro utimur, quo facilius comparationem instituamus: itaque eodem modo, quo *plus* et *amplius* apud Latinos, sic hic ἄλλο illud antiquum extra

reliquam verborum constructionem constitutum est. Et quom primum per se significaret *aliud* aut *alia ratione*, mox tamen ad comparativam particulam ita tractum est, ut nihil fere nisi praeparatio comparationis sit. Etiam in Isocratis loco *orat. ad Nicoclem* §. 32. ed. Bekk. p. 21. ed. H. Steph. *τὴν (τὴν καλὴν δόξαν) δ' οὐχ οἷόν τε, ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι.*, quem iam Devarius p. 15. tractavit, non debet offendere illud *ἀλλ' ἤ*, pro quo Isocrates, si magis hanc notionem per se constare voluisset, potuisset scribere aut *ἄλλον ἢ* aut etiam *ἄλλους ἤ*. Sed quoniam non tam personam, quam adverbialem vim huic loco congruere putabat, scripsit *ἀλλ' ἤ*, nulla iam ratione reliquae orationis habita. Huc pertinet etiam Isaei locus *De Aristarchi hered.* §. 12. ed. Bekk. p. 80. sub fin. ed. H. Steph. *Κατὰ τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ τῶν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας ἐπὶ δίετες ἡβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων.*, quo in loco etsi dici potuit: *ὃς οὐκ ἐᾷ τῶν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι ἄλλον, ἢ τοὺς παῖδας κτἑ.*, tamen rectissume scriptum est: *ἀλλ' ἤ*, quoniam hoc quoque loco non tam persona, quam res universa spectatur, quae comparationem constituat. Ut doceamus, quem ad modum ex illis *ἄλλο ἢ* nata sit conclusa haec constructio *ἀλλ' ἤ*, aptissumus videtur locus Xenophontis esse *Oeconom.* cap. III. §. 13. *Οὔτε ἄλλος πώποτέ μοι παρέσχε τὰ ἑαυτοῦ διοικεῖν, ἀλλ' ἢ σὺ νῦν ἐθέλεις παρέχειν.*, qui tantum abest, ut, quod putat Kruegerus l. c., rationi nostrae repugnet, ut explicationem nostram, modo recte intellegatur, maxumopere confirmare videatur. Ibi enim si scripsisset Xenophon: *Οὔτε ἄλλος πώποτέ μοι παρέσχε τὰ ἑαυτοῦ διοικεῖν, ἄλλος, ἢ σὺ νῦν ἐθέλεις παρέχειν*, repetitio eiusdem vocis *ἄλλος* sane incommoda esset: nihil enim caussae est, quam ob rem tanta vi id, quod iam expressum est, repetatur. Qua re illud scripsit, quod post illa verba: *οὔτε ἄλλος πώποτε κτἑ.*, denuo quidem paret mentem legentis ad eam, quam est facturus, comparationem, sed tamen rem magis universam exprimat, quoad huc pertineat, non tam accurate referat ad ea, quae ante significata erant. Et haec ratio dicendi ad istum ipsum locum aptissuma est. Sic manet in ceteris locis omnibus vis illius *ἄλλο*, quod latet in *ἀλλ' ἤ*, sed non ita tamen, ut haec vox appareat plane et exstet. Si igitur ad verbum volumus illa Xenophontis verba exprimere, ita debebimus interpretari: *Neque alius umquam mihi sua mandavit admininistranda, alia (ulla in) re, quam quod tu nunc vis mandare.* Sic illud *ἄλλο*, ut saepe numero huiusce modi adiectiva neutrius generis

posita leguntur, significat omne aliud, quod aliqua actione compleatur, et sic quasi in gradu in ea voce adsurgit comparatio. Facile etiam prima huius locutionis origo agnoscitur talibus locis, qualem adtulit Kruegerus ex Platonis *Lachete* Part. I. vol. I. p. 269, 16. ed. Bekk. p. 187. D. ed. H. Steph. *Ὦ Λυσίμαχε, δοκεῖς μοι ὡς ἀληθῶς Σωκράτη πατρόθεν γιγνώσκειν μόνον, αὐτῷ δ' οὐ συγγεγονέναι ἀλλ' ἢ παιδὶ ὄντι κτὲ.*, quo in loco haec dicuntur, si ad verbum vertas: *Videris mihi — cum eo non fuisse aliud quam cum puero aut nisi cum puer esset.* Illud *aliud*, quod docendi caussa posui, esset pro adverbiali notione accipiendum eodem prorsus modo, quo nos diceremus: *Du scheinst — mit ihm nicht anders, als da er noch Knabe war, zusammengewesen zu sein.* Nam nostrum quoque *anders* videtur, plane ut Graecorum *ἄλλο* in his locis, ex adiectivo neutrius generis natum esse. Nequaquam autem hoc loco recte diceretur: *δοκεῖς — αὐτῷ οὐ συγγεγονέναι ἄλλῳ, ἢ παιδὶ ὄντι*, quoniam sic nimium tribueretur ipsi personae. Eodem modo etiam Aristophanis ille locus explicandus est, quem iam Devarius p. 15. adhibuit ad hanc doctrinam, *de Vespis* v. 983 sq., ubi hodie legitur:

> *Ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμὴν*
> *οὐδέν ποτ' ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος.*,

quo in loco facile etiam *ἄλλο* agnoscitur, ut hoc dicatur: *nihil umquam aliud quam lentis impletus*, ubi si dictum esset: *οὐδενός ποτ' ἄλλου ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος*, et res apertius significaretur et constructio verborum magis congrueret, recte tamen atque ordine etiam sic oratio procedit: *οὐδέν ποτ' ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος*, ubi *οὐδέν* quasi Latinum *nihil* ita dicitur, ut constructioni reliquae orationis minus quidem respondere videatur, sed tamen recte significet *non fuisse quidquam* praeter illud, quod dicetur. Illud autem *ἀλλ'*, quod iam sequitur, non ita quidem est cum *οὐδέν* coniungendum, ut scribendum sit: *οὐδέν ποτ' ἄλλ', ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος.*: nequaquam enim tanta vi illud *ἄλλο* premendum hoc loco est: sed pertinet illud, ut magis universe dicatur et certe ab antecedentibus paullulum retrahendum sit, potius ad sequentem particulam *ἢ* et sic, ut saepe in his locis vidimus, est iam praeparatio ad comparationem, quasi Germanice dicas: *Nicht im Geringsten anders als von Linsen voll.*

Sic denique reliqui loci, de quibus dubitaverunt interpretes, facile explicari poterunt, veluti Demosthenis illud ex oratione *Adversus Aphobum* §. 7. ed. Bekk. p. 846. ed. Reisk.

Οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν, ἀλλ' ἢ ταύτην μίαν οὖσαν κτἑ. Nam etsi ibi, quod cod. *F.* apud Bekkerum habet: οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν ἀλλὰ ταύτην μίαν οὖσαν, defendi recte possit, quem ad modum e. s. dicit Aristoteles in *Politicorum* lib. V. cap. 10. §. 5. p. 158. ed. Stahr. πολλῶν δὲ οὐσῶν αἰτιῶν δι' ὧν γίγνονται αἱ μεταβολαί, οὐ λέγει ἀλλὰ μίαν κτἑ., unus tamen ille liber apud Demosthenem nihil efficit, ut mutemus receptam orationem, quae facile, ut dixi, explicari poterit. Hoc enim dicitur isto loco: *Neque ausus est (iudicio) persequi, aliud quam hanc unam etc.*, i. e. denique nihil aliud nisi hoc: *Neque ausus est persequi quidquam praeter hanc unam.* Alia autem res esset, sed vix apta ad hunc locum, si diceretur, quod quidam coniecerunt scribendum: οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν ἄλλην, ἢ ταύτην μίαν οὖσαν. Sic enim nimis hoc premeretur, istum non ausum esse a l i a m praeter hanc caussam persequi, cum Demosthenes potius hoc premat, hoc contendat, istum non ausum esse persequi aliud quidquam nisi hanc unam caussam, quae ratio magis universa est. Quod autem adtulerunt grammatici Lysiae locum ex oratione *De bonis Aristophanis* §. 28. ed. Bekk. p. 154. ed. H. Steph. Ἀριστοφάνει, πρὶν τὴν ναυμαχίαν νικῆσαι, γῆ μὲν οὐκ ἦν ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι, id etsi ipsum quoque facile eadem ratione, qua reliqui loci huiuscemodi, expediri posset, tamen recte ibi ab Imm. Bekkero ex libro optumo rescriptum est: οὐδὲν ἦν ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι., ut γῆ, pro quo cod. X. habet γε, prorsus omitteretur. Neque tamen hoc loco ex nostra explicandi ratione scribendum erit: Ἀριστοφάνει — οὐδὲν ἦν ἄλλ', ἢ χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι, quo modo illud ἄλλο nimium ecferretur, sed recte atque ordine dicitur: οὐδὲν ἦν ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρόν, quod est ad verbum: *Aristophani — nihil erat, aliud quam rusculum* (aut *rus perparvum*) *Rhamnusium*, Germanice ita utrumque differat, ut, si ἄλλο, ἢ scribatur, sit: *Nichts Anderes hatte Aristophanes, als ein Landgütchen zu Rhamnus,* sin legas ἀλλ' ἤ, quod hoc loco unice aptum est, hoc dicatur: *Nichts hatte Aristophanes, anders als ein Landgütchen zu Rhamnus.*, qua de re iam supra p. 33 sq. explicavimus. Hoc pertinet etiam ad multos alios locos, de quibus sine idonea caussa dubitaverunt interpretes. Nam ut de Kruegero dicere pergam, etiam Xenophontis ille locus, qui est ab eo tractatus p. 40. adnot. ***), ex *Hist. Graec.* lib. I. cap. 7. §. 15. Οὗτος δ' οὐκ ἔφη ἀλλ' ἢ κατὰ νόμον ποιήσειν, parum recte explicatus est. Nam etsi recte sensit vir doctissumus ἄλλ' ἢ ibi locum habere vix posse, non tamen ἀλλ' illud olim videtur fuisse ἀλλά,

sed potius, ut in aliis locis omnibus, ἄλλο. Sed hoc tamen ita illo loco accipiendum est, non ut per se constet: *Hic autem non dixit aliud se facturum quam ex lege*, sed ut illud ἄλλο magis coniungatur cum particula ἤ, ut scribatur ἀλλ' ἢ et hoc dicatur: *Ille autem non dixit, aliud quam ex lege, se facturum.* Eodem plane modo hanc sententiam reddas Germanice: *Jener aber behauptete, er wolle nicht anders als nach dem Gesetze handeln.* Contra si scripseris: Οὗτος δ' οὐκ ἔφη ἄλλ', ἢ κατὰ νόμον, ποιήσειν, hoc dicatur: *Jener aber behauptete er wolle nichts Anderes, als nach dem Gesetze, thun.*, quod ad hunc locum minus aptum est.

Hinc facile colligi poterit in his locis, quos tractavit Kruegerus p. 42., necessario ἀλλ' ἢ cum libris retinendum esse, non cum quibusdam criticis, qui res novas moliti sunt, corrigendum ἄλλ' ἤ, non quod ἀλλ' ἢ hic antiquitus fuerit ἀλλὰ ἤ, sed quoniam ibi, ubi habentur verba ἀλλ' ἤ, nulla vis in voce ἄλλο est, sed haec potius aptius coniungenda cum sequenti ἤ, non per se ecferenda. Sic igitur apud Demosthenem *De symmoriis* §. 13. ed. Bekk. p. 181. ed. Reisk. cum Imm. Bekkero hanc scribendi rationem retinebis: *Οὐδὲν οὖν ἦν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν οἱ πρέσβεις περιιόντες.* Vide quae supra disputavimus p. 34. Nimis enim premeretur illud ἀλλ', si scriberetur ἄλλ', ἤ. Non enim tam illud dicitur, nihil a l i u d istos facturos esse, quam inania locuturos, quam hoc: *nihil istos acturos esse, aliud quam inania locuturos*, ut illud *aliud* voce non efferatur, sed tantum praeparet comparativam particulam: quam ob rem cum hac etiam aptissume coniungendum est. Sic etiam in *Menone* Platonis Part. II. vol. I. p. 356. ed. Bekk. p. 84. C. ed. H. Steph. recte scriptum cum libris a Bekkero est: *Σκέψαι δὴ ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας ὅτι καὶ ἀνευρήσει ζητῶν μετ' ἐμοῦ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐρωτῶντός ἐμοῦ καὶ οὐ διδάσκοντος.* Neque enim hoc loco premendum illud ἀλλ' est, quod fieret, si scriberetur ἄλλ' ἤ, sed tantum acuenda comparatio. Neque dissimilis est locus eiusdem *Menonis* p. 337, 15. ed. Bekk. p. 76. B. ed. H. Steph. *Ὅτι οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις.* Nam ibi quoque erat qui scriberet ἄλλ' ἤ, sine ulla idonea caussa. Sic etiam in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 41. ed. Bekk. p. 76. A. ed. H. Steph. multo facilius decurrit oratio, si scribimus: *ἢ ὕστερον οὕς φαμεν μανθάνειν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται οὗτοι καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη.*, quam si quis scribat: ἄλλ', ἤ. Nam nihil caussae est, cur acuatur illud ἀλλ', in ipsa sententia. Apud Lucianum autem in *Demosthenis encom.* §. 49. recte editum est: *Καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι*

προσαγαγόντος οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. Neque enim ibi vox ἀλλ' est efferenda. Nec vero apud Isocratem *De pace* §. 36. ed. Bekk. p. 166. ed. H. Steph. scribendum est, quod voluit Kruegerus: Διεφθάρμεθα γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον ὑπ' ἀνθρώπων οὐδὲν ἄλλ' ἢ φενακίζειν δυναμένων κτέ. Nullo enim modo sententia loci fert, ut ἄλλο acuatur, sed retinendum illud, quod volgo legitur: ὑπ' ἀνθρώπων οὐδὲν ἀλλ' ἢ φενακίζειν δυναμένων. Eodemque modo ille locus intellegendus est, qui §. 37. ed. Bekk. legitur: Εἰ μὲν γὰρ τούτοις [ἡμᾶς κελεύουσιν ὁμοίους γίγνεσθαι], οὐδὲν ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσιν ἡμῖν πάλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύειν κτέ., quo in loco et ipso Kruegerus sine iusta caussa ἄλλ' ἢ scribi voluit. Nam non tam hoc premitur isto loco nihil aliud esse, quam hoc dicitur: nihil aliud esse, nisi ut suadeant etc. Huc etiam pertinet Herodiani locus lib. I. cap. 13. §. 2., de quo dixit Kruegerus p. 23. Nam ibi quoque scribendum est: Ἡ δὲ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν — οὐδὲν ἀλλ' ἢ πένθος σχῆμα δείξασα — ἔφη κτέ. Non enim hoc urgendum est, quod nihil aliud praeter dolorem ostenderit, sed potius hoc, quod nihil omnino praeter maerorem prae se tulerit.

Contra saepe numero etiam ἄλλο recte et voce ipsa acuitur et scripto accentu notatur ibi, ubi non sine quadam sua vi hoc verbum adiectum est, non ut comparationem praeparet, sed ut denotet nihil aliud esse, de quo quaeratur, nisi illud, de quo adfirmetur. Et in his quidem locis observasse mihi videor aut in ipsa verborum serie ἄλλο ita collocatum esse, ut magis appareat, aut etiam particula quadam, veluti γέ, adiuvari aut certe hiatu ἄλλο, ἢ potius, quam ἄλλ' ἢ pronuntiatum esse. Quam ob rem, etsi iam Kruegerus permultos huius generis locos congessit §. 20. et §. 29., quos per sese recte tractavit, tamen mihi quoque aliquot pertractandi erunt, praesertim cum ex his quoque locis satis superque illud colligi possit, non posse ἀλλ' ἢ nihil aliud olim fuisse nisi ἄλλο ἤ.

Ac primum quidem de ipsa verborum collocatione huc facit Thucydidis locus lib. IV. cap. 14., ubi haec verba habentur: οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως ὡς εἰπεῖν ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ τῆς γῆς ἐναυμάχουν κτέ. Ibi enim quom illud ἄλλο hoc loco ecferendum sit — mirum enim est non aliud egisse Lacedaemonios, nisi ut ex terra navalem pugnam committerent —, recte dictum est ἄλλο οὐδὲν ἤ, non οὐδὲν ἀλλ' ἤ, quod tum demum recte diceretur, si οὐδὲν potius quam ἄλλο premendum

esset. Eadem de caussa factum est, ut idem Thucydides lib. VI. cap. 11. diceret: *μηδὲ Λακεδαιμονίους ἄλλο τι ἡγήσασθαι (χρὴ) ἢ διὰ τὸ αἰσχρὸν σκοπεῖν, ὅτῳ τρόπῳ κτέ.* Nam ibi quoque maior vis est in voce *ἄλλο*. Sic etiam apud eundem lib. III. cap. 85. rectissume dicitur: *Ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο-τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς.* et eodem libro cap. 39. *τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν κτέ.*, qua verborum collocatione illud *ἄλλο* magis exstare videtur, quam si scribitur: *τί οὗτοι ἀλλ' ἢ ἐπεβούλευσαν κτέ.* Huc pertinet etiam Demosthenis locus ex oratione *Adversus Macart.* §. 49. ed. Bekk. p. 1066. ed. Reisk. *οὐκ ἂν ἔχοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἄλλ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρίνασθαι ὁ παῖς ἢ ὅτι Εὐβουλίδης.* Aut etiam alia vox, quae per se non pertinet ad ipsam orationem, interponitur *ἄλλο* inter et *ἤ*, quo maius pondus priori verbo accedat, veluti Xenophon dixit in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 4. §. 13. *Τί αὐτῷ χρήσῃ; τί ἄλλο, ἔφη, ἢ δήσας ἐργάζεσθαι ἀναγκάσω;*

Deinde etiam adiecta particula *γὲ* saepe numero nomen *ἄλλο* magis acuitur. Cuius rei exempla multa Kruegerus habet l. l., ut illud, quod in Platonis *Euthydemo* Part. II. vol. I. p. 425. ed. Bekk. p. 287. D. ed. H. Steph. legitur: *Τί οὖν ἄρτι ἤρου ὅ τί μοι νοοῖ τὸ ῥῆμα; Τί ἄλλο γε, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν;* quo loco si dixisset Plato: *Τί γ', ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ἢ ἐξήμαρτον*, hoc quoque denique nihil esset aliud nisi *ἄλλο ἤ*, sed tamen alia sententia haberetur in his verbis. Nunc illud *ἄλλο* potissumum ecfertur. Sic etiam illud Aeschyli explicandum est, quod legitur in *Persis* v. 209 sq. ed. Dind.

> ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ πτήξας δέμας
> παρεῖχε.

Nam ibi quoque notio verbi *ἄλλο* premitur idque adiecta *γὲ* particula innuitur. Eiusdem generis est Aristophanis locus *Eccles.* v. 771. ed. Dind.

> Τί γὰρ ἄλλο γ' ἢ φέρειν παρεσκευασμένοι
> τὰ χρήματ' εἰσίν;

quo in loco eadem de caussa adposita est particula *γέ*. Conferatur denique, ne plura congeram, Platonis locus ex *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 16. ed. Bekk. p. 63. D. ed. H. Steph: *Τί δέ, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Κρίτων, ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φάρμακον κτέ.*, quo loco et ipso premitur vox *ἄλλο* et dicitur hoc: *Quid autem — aliud quidem, nisi etc.*

Sequitur iam, ut de iis locis dicam, in quibus vim nominis ἄλλο eo exprimi significavi, quod hiatus in ultuma syllaba admitteretur pro eo, quod exspectari potuisse videretur ἄλλ' ἤ. Quae res etsi admodum lubrica atque incerta propterea esse videtur, quod levi mutatione potuit ultuma syllaba abiici et scribi ἄλλ' ἢ aut etiam ἀλλ' ἤ pro eo, quod ante scriptum erat, ἄλλο, ἤ, tamen fere semper etiam libri optumae auctoritatis nobiscum faciunt exhibentque ἄλλο ἤ, ubi ἄλλο premitur, ἀλλ' ἤ, ubi leniter decurrit oratio. Possumus etiam hic uti locis iis, quos magna Kruegeri diligentia nobis paravit. Ac primum prodeat Thucydides, cuius libri accurate a Bekkero excussi sunt. Apud eum et libro III. cap. 58. *Τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθένταις πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς ἀτίμους γερῶν ὧν νῦν ἴσχουσι καταλείψετε;* ex libris scriptum est et libro V. cap. 98. legitur: *κἂν τούτῳ τί ἄλλο ἢ τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε;* et libro VII. cap. 75. iure scribitur: *οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν ὑποφευγούσῃ κτἑ.* Deinde etiam apud Platonem in *Menone* Part. II. vol. I. p. 345. ed. Bekk. p. 80. H. ed. H. Steph. conspirant libri in hanc lectionem: *ἤκουον μὲν ἔγωγε πρὶν καὶ συγγενέσθαι μοι, ὅτι σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν κτἑ.* et in *Euthydemo* eodem vol. p. 405. ed. Bekk. p. 277. D. ed. H. Steph. uno librorum consensu legitur: *καὶ νῦν τούτω οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περὶ σὲ κτἑ.* Nam in his quoque locis premitur vox ἄλλο. Etiam apud Demosthenem orat. *De Halonneso* §. 7. ed. Bekk. p. 78. ed. Reisk. iure editum est: *Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τούτων ὡς ἐθέλει διαδικάσασθαι, οὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς κτἑ.* Nam etiam hoc loco illud ἄλλο cum quadam admiratione dicitur. Recte etiam in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 2. §. 18. haec verba habentur: *Εἰ δέ τις αὖ ὑμῶν ἀθυμεῖ ὅτι ἡμῖν μὲν οὐκ εἰσὶν ἱππεῖς, τοῖς δὲ πολεμίοις πολλοὶ πάρεισιν, ἐνθυμήθητε ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν ἄλλο ἢ μύριοι ἄνθρωποί εἰσιν κτἑ.* Nam ibi vel maxume hoc premendum ac tenendum erat, esse tot equites nihil aliud nisi tot homines. Quod si quis eo loco scriberet: *ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν ἀλλ' ἢ μύριοι ἄνθρωποί εἰσιν,* vix cohaereret sententia. Quare quom premenda et acuenda esset vox ἄλλο, rectissume scriptum est: *οὐδὲν ἄλλο ἢ κτἑ.* Sic apud eundem Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 4. §. 24. ed. Zeun. sine ulla dubitatione legendum est: *Καὶ γὰρ τότε ἀπιόντων οἴκαδε,*

μόνος τῶν ἄλλων ἐκεῖνος οὐδὲν ἄλλο ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο. et eiusdem libri cap. 6. §. 39. εἰ δέ σύ γε, ἔφη, ὦ παῖ, μηδὲν ἄλλο ἢ μετενέγκοις ἐπ' ἀνθρώπους τὰς μηχανὰς κτἑ. Hos enim locos videtur iudicare voluisse Kruegerus p. 41. Sic recte denique etiam apud Lucianum *Dial. mort.* XIII. §. 9. dicitur: *Τί γὰρ* ἄλλο ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς κτἑ. Quod si hos locos et quos reliquos adtulit Kruegerus l. c. consideramus, videntur etiam coniunctae particulae ἀλλ' ἢ pene necessario nihil aliud esse nisi ἄλλο ἤ, sic tamen, uti, qua ratione supra demonstravimus, in unam quasi notionem ambae voces conflatae sint, nec ponantur nisi ibi, ubi minus ecferatur vox ἄλλο.

Sed haec de origine huius formulae dicendi satis disputata sunto. Restat nihil aliud nisi ut doceam numquam, si aptius verba ἀλλ' ἢ coniuncta sint, ut neque verborum collocatione neque interposita particula γὲ nec vero hiatu quodam modo dirimantur, accentu notari ἄλλο, sed tum pene necessario dici ἀλλ' ἤ, ut maius pondus ipsa comparatio habeat. Nam praeter eos locos, quos iam supra p. 34. et p. 43 sq. tractavimus, etiam in reliquis locis, quibus usus est Kruegerus, removendus accentus erit in voce ἀλλ' ante ἤ, quod eorum locorum sententia vix patitur acui eam vocem, quae potius delitescere debet ante particulam comparativam. Sic in Platonis *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 96. ed. Bekk. p. 20. D. ed. H. Steph. rectius scribitur, quem ad modum etiam Bekkerus edidit: Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα, quam δι' οὐδὲν ἄλλ' ἢ κτἑ. Non enim hoc dicitur: *Ob nihil aliud ego hoc nomen accepi, nisi ob sapientiam quandam,* sed tantummodo: *Ob nihil aliud nisi ob sapientiam quandam, ego hoc nomen accepi.* Et in Platonis *Sophista* Part. II. vol. II. p. 146. ed. Bekk. p. 226. A. ed. H. Steph. ab eodem Bekkero recte editum est: Οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὸ χρηματιστικὸν γένος, ὡς ἔοικεν, ἐριστικῆς ὂν τέχνης κτἑ. Nam ibi quoque maior vis in negatione quam in voce ἀλλ' est. Tum apud Aristophanem in *Ranis* v. 1130. ed. Dind. multo rectius scribitur:

> Ἀλλ' οὐδὲ πάντα ταῦτά γ' ἐστ' ἀλλ' ἢ τρία.,

quam id, de quo ambigit Kruegerus p. 22.

> Ἀλλ' οὐδὲ πάντα ταῦτά γ' ἐστ' ἄλλ' ἢ τρία.

et apud eundem *eadem fabula* v. 1073. ed. Dind.

> Οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι καὶ ῥυππαπαὶ εἰπεῖν.

ἀλλ' ἢ μᾶζαν κτἑ. potius scribendum est, quam: Οὐκ ἠπίστανι' ἄλλ' ἢ μᾶζαν κτἑ. Etiam in Aristophanis Pluto v. 1172. ed. Dind. rectius scribitur:

Τί δ' ἐστιν, ὦ βέλτιστε; ἹΕΡ. Τί γὰρ ἀλλ' ἢ κακῶς;

quam τί γὰρ ἄλλ' ἢ κακῶς; Rectius etiam in Aeschinis oratione *contra Timarchum* p. 156. ed. Reisk. scribitur: ὥστε μηδὲν ἀλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι, quam ὥστε μηδὲν ἄλλ' ἢ κτἑ. Nam non hoc mirum est, quod nihil aliud restet, sed potius hoc quod nihil restet praeter impudentiam. Apud Platonem autem in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 11. ed. Bekk. p. 231. ed. H. Steph. recte dicitur, ut scripsit Bekkerus: ὥστε περιῃρημένων τοσούτων κακῶν οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν., et sic in reliquis quoque locis, quos adtulit Kruegerus p. 39., nostra quidem sententia non potest non scribi ἀλλ' ἤ.

Ceterum, ut ad Devarium revertar, ab eo paullo accuratius explicandum erat, formulam ἀλλ' ἢ locum habere non posse nisi post negationem aut post eam interrogationem, quae negativam sententiam efficit, qua de re recte dixit Kruegerus §. 1., quamquam ne Devarium quidem, ut ex pagina 14. extrema apparet, res ipsa fugit. Qui autem loci ab hac norma videntur discrepare, ii non potest dubitari quin corrupti legantur. Nam quod apud Demosthenem in oratione *Philipp.* I. §. 19. ed. Bekk. p. 45. ed. Reisk. legitur volgo: μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται κτἑ., id sane corruptum esse recte iam statuit Hartungius l. c. p. 46. Quamquam hic non recte sanasse locum videtur eo, quod ἀλλ' ἢ scribendum et omnia iam, quae sequuntur, per interrogationem ecferenda putavit. Nullo enim modo haec verba intellegi possunt de iis, quae proxume praecesserunt: μή μοι μυρίους μηδὲ δυσμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις. Nam illud, quod sequitur: καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω, satis ostendit in iis, quae antecesserunt, de illis copiis sermonem esse, quas Demosthenes volt parare. Sin accipiuntur haec verba, ut par est, de Demosthenis copiis, non potest dubitari num hae pareant civitati, sed de iis vel maxume adfirmandum hoc est, nullius fore nisi civitatis. Sed quom tribus modis in hoc loco ab Imm. Bekkero recedendum esse putem, totum iam locum adponam, quem ad modum mihi quidem ex libris restituendus esse videatur: Ταῦτα μέν ἐστιν ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἶμαι· πρὸ δὲ τούτων [sic enim habent libri

FΣων. apud Bekkerum pro vulgato πρὸς δὲ τούτοις] δύναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ἡμᾶς [sic libri FΣΩων. apud Bekkerum pro ὑμᾶς], ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει· μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἣ [sic enim lenissuma mutatione corrigendum existumo pro eo, quod volgo legitur: ἀλλ' ἡ] τῆς πόλεως ἔσται, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω κτἑ., quo in loco etsi illa leviora sunt, quod ego πρὸ δὲ τούτων pro volgato πρὸς δὲ τούτοις restituendum putavi et quod ἡμᾶς pro ὑμᾶς, non credo tamen aliena ab hoc loco esse. Nam verbis πρὸ δὲ τούτων, *ante omnia autem*, magis ostenditur necessitas harum copiarum comparandarum et verbis προχειρίσασθαι δεῖν ἡμᾶς melius proditur Demosthenis animus, qui non solum volt hoc fieri ab iis, penes quos loquitur, sed ipse quoque paratus est suum conferre, si semet ipsum non excludit. Confert praeterea haec mutatio multum etiam ad colorem orationis variandum ac saepe iniuria in his orationibus Demosthenis a criticis neglècta esse haec varietas orationis videtur, tametsi a libris satis multis agnosceretur. Sed ut ad rem ipsam veniam, pene necessario scribendum est: ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει· μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἣ τῆς πόλεως ἔσται κτἑ. Nam sic demum cohaeret inter se oratio recteque interpositis verbis: μή μοι μυρίους — δυνάμεις, quae verba cum quadam orationis alacritate elata nihil aliud nisi hoc dicant: *nihil ad hunc exercitum, quem ipse parare volt, esse socios et promissas litteris copias*, per particulam ἀλλὰ oratio eo redit, unde digressa est. Sed haec mutatio quom facilis admodum tum ita certa mihi esse videtur, ut mirer potius non iam pridem eam esse factam a criticis *), quam ut existumem pluribus verbis ad eam commendandam opus esse. Etenim rectissume illud, quod antecessit ἥ, post parenthesin rursus excipitur ἀλλὰ particula, qua etiam ipsa pronominis vis adiuvatur. Quare veniamus ad alterum locum, quem opponunt ii, qui ἀλλ' ἢ etiam non praegressa negativa sententia stare posse existumant. Legitur is apud Lucianum in *Tyrannicida* §. 21. vol. II. p. 128. ed. Iacobitz.: Εἴθε πρῶτός σοι ἐνέ-

*) Fortasse hodie ab aliis criticis haec emendatio iam facta est. Nam nunc quidem nullam editionem praeter Bekkeri inspexi.

τυχον, εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου· ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον· νῦν δὲ ὡς ἄτεκνος, νῦν δὲ ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν., quo in loco quom mihi nullo modo videatur posse ἀλλ' ἢ defendi, non tamen — id, quod cum Solano voluit Hartungius — ἢ particulam omittendam censeo, sed credo ita antiquitus scriptum fuisse: ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἔτι ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. Eoque aptior mihi haec similitudo aequalitasque membrorum esse videtur, quod etiam antea eodem modo dictum erat: εἴθε πρῶτός σοι ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου, et postea dicetur: νῦν δὲ ὡς ἄτεκνος, νῦν δὲ ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν, atque omnino hoc dicendi genus huic declamationi maxume videtur accommodatum esse. Facillume autem ἔτι potuit, quom esset per compendium notatum, mutari in ἤ, ut ne hanc quidem ob caussam de nostra emendatione dubitandum esse videatur.

De coniunctis particulis πλὴν ἀλλ' ἤ, quarum unum ac pene singulare exemplum adtulerunt Aristotelis *Metaphys.* lib. I. cap. 1. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν, ἢ Σωκράτη, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ εἶναι., quo de loco dixit Kruegerus §. 32. p. 49 sq., infra dicetur, ubi de particula πλὴν agetur ad p. 188 sq.

Quod denique Devarius p. 16. statuit posse apud Galenum περὶ διαγν. σφυγμ. IV. Tom. VIII. p. 922. ed. Kühn. οὐδὲ γὰρ οὗτοι δι' ἄλλο τι βίαιον ἔχουσι τὴν πληγήν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀχώριστον αὐτῶν σκληρότητα. rescribi: ἀλλ' ἢ διὰ κτέ., id recte iam reiecit Kruegerus §. 16. p. 26. Nam ibi ista comparandi ratio, quae videtur institui verbis: δι' ἄλλο τι, prorsus omittitur et negationi simpliciter opponitur adfirmatio. Neque illud, quod statuit Devarius de loco Aristotelis ex Politicorum lib. III. eadem pagina adlato: πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν, ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν., posse rescribi ibi quoque ἀλλ' ἢ μάλιστα, verum est, quom ἀλλὰ simplex isti loco unice videatur congruere. Eodem modo erravisse olim Chr. F. Matthaei, quod apud Strabonem p. 10. ed. Casaub. p. 12. ed. Tzschuck. in verbis: ἥ τις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ ὠκεανός. reponi posse existumavit: ἀλλ' ἢ ὠκεανός, recte adnotavit Kruegerus l. c. Nam eo quoque loco ferri optume poterit particula ἀλλά. Hi tamen loci numquam efficient, ἀλλ' ἢ particulas aliter, ac nos faciendum putavimus, explicandas esse.

Restat ut dicam de particulis ἀλλ' ἦ, quae particulae 'Αλλ' ἦ. quom saepe numero cum particulis ἀλλ' ἢ confusae essent, p. 16. de his post Hartungium vol. II. p. 38 sq. erudite nuper disputavit Kruegerus l. c. §. 31. p. 46 sqq. Ac primum quidem rectissume statuit Kruegerus non posse particulas ἀλλ' ἢ initio orationis, ut putarant nonnulli, ita poni, ut nihil praecederet, ad quod sive adversativa sive exceptiva earum vis pertineret: qua in sententia olim Valckenarius ad Euripidis *Hippolyti* v. 932. p. 282. ed. Lips. fuerat aliosque habuerat consentientes. Qui hoc statuerunt recte dici ἀλλ' ἦ in interrogatione, in adfirmatione autem scribendum esse ἀλλ' ἤ, veluti in Euripidis *Alcestide* v. 816. 'Αλλ' ἢ πέπονθα δεινά., quod esset *profecto*. Quod est falsissumum. Nam quem ad modum hi loci omnes facillume revocari possunt ad particulas ἀλλ' ἦ, sic nullo modo potest intellegi, qui factum sit, ut particula ἢ adfirmandi vim acceperit, quae nihil umquam aliud ageret nisi ut dirimeret diversas notiones. Illud autem nullo modo possum Kruegero adsentiri, quod quom plerique grammatici id constitutum haberent, ἀλλ' ἦ tantum modo in interrogatione sic poni, ille potius ita rem diiudicandam putavit, ut quom in plurumis locis interrogationem agnosset, in aliis tamen locis interpretibus quibusdam adfirmationem sine interrogatione concederet. Nam etsi lubenter id adsentior Kruegero, quod cum Hoogeveeno de praecepto Hesychii: ἦ, ἀληθῶς, ὄντως, *vere* significare putavit, nisi quod iniuria carpere videtur (p. 48. in adnotatione *)) Riemerum, qui in *Lexico Gr.* s. v. ἦ mea quidem sententia rectissume a verbo ἦ vel ἦν deductam hanc vocem esse credidit, qua de re infra dicetur, ubi disseremus de particula ἦ ad p. 92., tamen in omnibus iis locis, in quibus leguntur particulae ἀλλ' ἦ, interrogandi vis mihi videtur retinenda esse, ut, si quando aliquid adfirmari videatur, id tamen non fiat nisi per interrogationem, quippe quae adeo propria harum particularum facta esse videatur, ut ab hac iam consuetudine dicendi recedere non liceret. Ratio autem atque vis huius locutionis haec est, ut ab iis quidem, quae adhuc acta sunt, per particulam ἀλλὰ externa quidem orationis forma recedat ille, qui loquitur, re tamen vera, ut ipsa cogitationum series est, ex iis, quae ante dicta aut facta sunt, se ad hanc interrogationem adductum esse ostendat, quod non iam quaerit, sitne aliquid necne, sed an aliquid r e v e r a sit, quod eius animo iam ad suspicandum fuerit obiectum. Quam ob rem recte videtur P. Elmsleius ad Euripidis *Heraclidarum* v. 426. p. 92. ed. Lips. Musgravio potius adsensus esse, qui vertit has particulas *an ergo*, quam aliis interpretibus,

qui *sane* aut *profecto* reddiderunt: quamquam in Graecis particulis, uti iam supra significavi, illa conclusio, quae admodum tecte continetur particula ἦ, non tantopere apparet, quam in Latinis *an ergo*. Quom igitur is, qui his particulis in interrogatione utitur, non simpliciter quaerat, sitne quippiam an non sit, sed de aliqua re, de qua ei indicium aut certe suspicio facta est, certior fieri velit, itaque aliquid iam ipse ponat de cuius veritate cupiat edoceri, fit, ut in tali interrogatione quaedam adfirmatio contineri videatur. Sic in illo Platonis loco, quem adtulit Devarius p. 16. ex Platonis *Gorgia*: Ἀλλ᾽ ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν; Socrates illis verbis, quibus interrogat, venerintne r e v e r a tardius, hoc ipsum significat, se vereri, ne serius venerit cum suis: qua re quodam modo illud, de quo quaerimus, etiam adfirmari videtur. Nos possumus idem fere significare, si reddimus Graeca: *Aber sind wir in der That nach dem Feste gekommen und haben es verpasst?* Sic etiam illi loci omnes explicandi sunt, de quibus disputavit Kruegerus p. 46., veluti Euripidis *Hippol.* v. 932., quo de loco egit Valckenarius:

> Ἀλλ᾽ ἦ τις ἐς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
> φίλων, νοσοῦμεν δ᾽ οὐδὲν ὄντες αἴτιοι;

Ibi enim Hippolytus hac interrogatione satis plane significat, se vereri, ne quispiam falsa de se ad patrem detulerit, itaque, etsi dubitans ille quidem, tamen hoc non obscure eloquitur, sibi invidiam apud patrem esse conflatam. Nemo autem erit, quin interrogationem hoc loco statuat. Nam per interrogationem demum istud significatur. Apud Sophoclem autem in *Electra* v. 870 sq.:

> Ἀλλ᾽ ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα, κἀπὶ τοῖς
> σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς;

Valckenarius ipse agnovit interrogationem. Non minus in Xenophontis *Symposio* cap. 1. §. 15. Καὶ ὁ Καλλίας· Τί τοῦτ᾽, ἔφη, ὦ Φίλιππε; ἀλλ᾽ ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; qui dicit haec verba: ἀλλ᾽ ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; significat, se vereri, ne dolor aliqui eum, quocum colloquitur, ceperit: itaque etiam hic adfirmatur quodam modo aliquid per interrogationem. Apud Euripidem porro et Hercules in *Alcest.* v. 816.

> Ἀλλ᾽ ἦ πέπονθα δεινὰ ὑπὸ ξένων ἐμῶν;

et in *Iphigenia, quae est Aul.* v. 847. Clytaemnestra:

> Ἀλλ᾽ ἦ πέπονθα δεινά;

sic interrogant, verene aliquid mali patiantur, ut his ipsis verbis prodant, se vix dubitare, quin, de quo doceri cupiant, verum sit. Nam non recte de his ipsis locis dubitavit Kruegerus p. 48. Ea res adeo certa, adeo vero etiam plana esse videtur, ut nulla videatur esse posse dubitatio, quin in omnibus iis locis, de quibus dubitaverunt grammatici, interrogatio huius modi agnoscenda sit. Namque ii loci, quos adtulit Kruegerus p. 48., prope omnes nostro quidem tempore ad interrogationem constituti sunt, veluti apud Aeschylum *Choephor.* v. 220. ed. Dind.

Ἀλλ' ἦ δόλον τιν', ὦ ξέν', ἀμφί μοι πλέκεις;

quo e loco iniuria Schützius interrogationem sustulerat, et in *eadem fabula* v. 774. ed. Dind.

Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;

Apud Euripidem *Helenae* v. 490. ed. Dind. quod legitur:

Ἀλλ' ἦ τίς ἐστι Ζηνὸς ὄνομ' ἔχων ἀνὴρ
Νείλου παρ' ὄχθας;

interrogationem omnes agnoverunt, cum falso aliqui dubitassent de *Heraclidarum* v. 425 sq. ed. Dind.:

Ἀλλ' ἦ πρόθυμον οὖσαν οὐκ ἐᾷ θεὸς
ξένοις ἀρήγειν τήνδε χρῄζουσαν πόλιν;

Nam hoc quoque loco ita ponit chorus aliquid, ut tamen etiam de rei veritate certior fieri cupiat. In *Electra* v. 983.

Ἀλλ' η τὸν αὐτὸν τῇδ' ὑποστήσω δόλον;

recte nunc scripta verba per interrogationem sunt, ut in *Iphigenia, quae est Taur.* v. 1170.

Ἀλλ' ἦ τιν' ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι;

Ita hi loci — nam de Euripideis ex *Alcestide* v. 816. et ex *Iphigenia, quae est Aul.* v. 847. iam dictum est — facile omnes ad interrogationem revocantur. Nam ne apud Aristophanem quidem *Acharnensium* v. 426 sq. quisquam de vera scriptura dubitavit horum verborum:

Ἀλλ' ἦ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα,
ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί;

non minus quam apud Platonem in *Protagora* Part. I. vol. I. p. 150. ed. Bekk. p. 309. C. *Ἀλλ' ἦ σοφῷ τινὶ ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ἐντυχὼν πάρει;* aut in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 4. *Καὶ οἳ εἶπον· Ἀλλ' ἦ*

δημαγωγεῖ ὁ ἀνὴρ τοὺς ἄνδρας; qua interrogatione ipsi illi significant se suspicione quidem certe teneri. Sic etiam apud Lucianum *Menippi* sive *Necyomantiae* §. 1. si dicit Philonides: Οὗτος, ἀλλ' ἦ παραπαίεις; recte atque ordine oratio per interrogationem procedit, ut ex ea ratione, qua adhuc locutus est Menippus, videatur Philonides suspicatus esse, illum delirare, itaque interroget: οὗτος, ἀλλ' ἦ παραπαίεις; quibus verbis satis significat etiam interrogando Philonides, se hoc ipsum suspicari, ut iure meritoque possit adiungere: οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐμμέτρως ἐῤῥαψῴδεις πρὸς ἄνδρας φίλους. De altero Luciani loco, qui legitur in *Tyrannicida* §. 21. supra dixi p. 49 sq. Quod autem in Aristophanis *Acharnensibus* v. 1111 sq. etiam nunc legitur, etiam apud G. Dindorfium, qui alioquin in his rebus diligentissumus solet esse:

ΛΑΜ. Ἀλλ' ἦ τριχόβρωτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον.
ΔΙΚ. Ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι.

ibi recte vidit et Hartungius vol. II. p. 39. et Kruegerus l. c. p. 48., quamquam hic quidem de interrogatione falso subdubitans, scribendum esse:

ΛΑΜ. Ἀλλ' ἦ τριχόβρωτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον;
ΔΙΚ. Ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι;

Ac sic iam dudum rectissume I. H. Vossius reddiderat locum:

LAM. Doch ob mir die Motten dieses Helmgebüsch zernagt?
DIK. Doch ob vor der Mahlzeit ich das Pfefferlein essen soll?

Denique in Luciani *Imaginibus* §. 1. necessario rescribendum est: Ἀλλ' ἦ τοιοῦτόν τι ἄρα ἔπασχον οἱ τὴν Γοργὼ ἰδόντες, οἷον ἐγὼ ἔναγχος ἔπαθον, ὦ Πολύστρατε, παγκάλην τινὰ γυναῖκα ἰδών; non adfirmative, uti etiam nunc Lehmannus facit, verba efferenda sunt. Nos similiter dicamus: *Aber ist etwa denen, welche die Gorgo sahen, etwas von der Art begegnet, wie mir neulich passirte, als ich ein ganz schönes Weib sah?* Postremo dicam de eo loco, quem Hartungius, quom recte iudicasset saepe numero ἀλλ' ἢ pro ἀλλ' ἦ ab librariis in scripta veterum illata esse, exemit ex eorum numero, in quibus ἀλλ' ἦ reponendum esset. Legitur is apud Platonem *De re publica* lib. IV. Part. III. vol. I. p. 204, 18. ed. Bekk. p. 440. D. ed. H. Steph. Καλῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ, νοεῖς ὃ βούλομαι λέγειν. ἀλλ' ἦ πρὸς τούτῳ καὶ τόδε ἐνθυμεῖ; quo in loco ipso quoque rectissume se habet interrogatio ἀλλ' ἦ. Socrates enim ex eo, quod Glauco ea, quae ipse in animo habuerat, optume intellexerat, iam suspicatur de eo ipso quoque, quod iam dicturus est, posse

cogitare Glauconem, itaque adfirmativa illa, ut ita dicam, interrogatione utitur idque suo iure: ἀλλ' ἦ πρὸς τούτῳ καὶ τόδε ἐνθυμεῖ; quod ita aptum est ad hunc locum, ut mihi nihil eo videatur posse inveniri aptius. Praeterea in his locis omnibus particulas ἀλλ' ἦ aptissume, nulla interposita alia voce, videmus esse coniunctas, quod eo videtur factum esse, quod et tota huius orationis ratio facilius sic apparere existumabatur et eae ipsae particulae frequenti usu iam ita consociatae erant, ut non commode viderentur posse dirimi. Quod si quando factum est, ut interpositis aliis verbis ἀλλ' — ἦ diceretur, veluti apud Sophoclem in *Oedipo Coloneo* v. 26.

Ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος ἦ μάθω μολοῦσά ποι;

ibi ea potissumum verba, quae interposita leguntur, erant ecferenda ideoque per particulam ἀλλὰ inducuntur, ut tales loci et raro inveniantur et ad simplicem potius particulae ἦ usum revocandi sint, qua de re dicetur infra ad p. 92 sq.

Ἀλλ' ἤτοι sive ἀλλ' ἦ τοι.

De particulis ἀλλ' ἤτοι sive ἀλλ' ἦ τοι etsi infra ad p. 101 sq. proprius erit dicendi locus, tamen hic quoque propterea dicendum videtur, quoniam singularis quidam consuetudine dicendi earum usus exstitit. Nam quom ἀλλὰ proprie alia m novam rem adferat, ἦ autem, unde nata est particula ἤτοι apposita τοὶ particula, ut, si diligentius primam earum particularum originem sequamur, scribendum sit: ἦ τοι, uti ἦ που et similia dicuntur, adfirmet revera hoc aut esse aut fieri, quod dicitur, denique, quod accedit, τοὶ hoc exprimat quacumque ratione hoc sit aut fiat, tamen re vera esse aut fieri, qua de re infra dicetur ad p. 207 sqq., ut hoc dicatur: *At revera sane*, tamen plerumque hae particulae ita usurpatae sunt, ut Latinis: *at profecto, at sane, at videlicet*, responderent, quem ad modum fere hoc legitur in Homeri *Iliados* lib. IV. v. 7 sqq., ubi Iuppiter hoc dicit: Ἀλλ' ἤτοι.

Δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες εἰσὶ θεάων,
Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη·
ἀλλ' ἤτοι ταὶ νόσφι καθήμεναι, εἰσορόωσαι
τέρπεσθον· τῷ δ' αὖτε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
αἰεὶ παρμέμβλωκεν ὀϊόμενον θανέεσθαι.

Duae Menelao defenstrices, vel dicam: *patronae dearum sunt, Iuno et Minerva, at hae videlicet separatim sedentes, inspectantes delectantur, illi autem etc.* Ad has particulas

plerumque adiecta etiam particula μὲν est, qua illa res, de qua adfirmatur, ita effertur, ut aut revera aut cogitatione quidem certe alteri rei opponatur. Illud fit in eodem libro v. 13 sqq., ubi sic pergit poeta:

Ἀλλ' ἤτοι νίκη μὲν Ἀρηϊφίλου Μενελάου·
ἡμεῖς δὲ φραζώμεθ', ὅπως ἔσται τάδε ἔργα κτἑ.

Hoc habetur in *Iliados* libro I. v. 210 sq.

Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί·
ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.

Sed quo magis appareat has omnes particulas unam quasi notionem efficere, dicitur etiam nulla interposita voce: ἀλλ' ἤτοι μέν, veluti in eodem *Iliados* libro v. 140.

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις.,

quibus in verbis tres habemus particulas adfirmativas, primam ἦ, qua aliquid verum esse significatur, alteram τοί, qua prior illa adfirmatio longius patere dicitur, tertiam μέν, quae aliquid valde id, de quo adfirmatur, esse indicet, ut si minus de aliis rebus, tamen de ea, qua de agitur, hoc, quod dicitur, valere dicatur. Sed harum particularum vis tum denique recte percipietur, cum de singulis dixerimus. Quam ob rem unum adiiciam locum, ubi particulae hae habentur, tamen ut particula μὲν suam vocem singularem, quam efferat, obtinuerit, qui legitur in Homeri *Odysseae* lib. XV. v. 488 sqq.

Ἀλλ' ἤτοι σοὶ μὲν παρὰ καὶ κακῷ ἐσθλὸν ἔθηκεν
Ζεύς, ἐπεὶ ἀνδρὸς δώματ' ἀφίκεο πολλὰ μογήσας
ἠπίου, ὅς δή τοι παρέχει κτἑ.

Ἀλλὰ — μέν.

Ἀλλὰ—μέν. Particulae ἀλλὰ — μὲν etsi ita fere solent coniunctae usurpari, ut propria utriusque particulae vis non difficulter agnosci possit, tamen ipsae quoque multis in locis ita coaluerunt, ut unam quasi notionem effecisse videantur. Quam ob rem non inutile existumo de his quoque hic breviter dicere. Ac μὲν quidem, quod per se nihil aliud continere videtur nisi adfirmationem quandam, qua significetur aliquid non modo esse, verum etiam valide ac firmiter, ut ita dicam, esse — μὲν enim et μένος et ΜΑΩ cognatae voces sunt, qua de re infra accuratius dicendum erit, ubi de particula μὲν separatim agetur ad p. 122. — hac ipsa adfirmativa vi eam rem, ad quam pertinet, ita ponit, ut in aliam rem illud, quod dicitur, minus cadere videatur. Hinc factum

est, ut quom ad adversativam particulam ἀλλὰ apponeretur illud μέν, res, quae iam per oppositionem infertur, prae aliis rebus, quae aut ipsae dicuntur aut tacita cogitatione adsumendae sunt, aut esse aut fieri diceretur. Itaque particulae ἀλλὰ — μὲν sic iunctae respondent fere Latinis particulis: *At* — *quidem*, *sed* — *quidem*, atque ita collocatione quidem verborum circumdare solent illam vocem, quam efferunt, aut certe aliquam eius vocis partem, quem ad modum fere Latinorum particulas *ne* — *quidem* videmus collocari. De exemplis quidem facile iudicari poterit, quoniam in plerisque locis res dubia non est, veluti si apud Homerum *Odysseae* lib. XII. v. 154 sqq. hoc legitur:

Ὦ φίλοι, οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι, οὐδὲ δύ' οἴους,
θέσφαθ', ἅ μοι Κίρκη μυθήσατο, δῖα θεάων·
ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγὼν, ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν
ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν.,

quo in loco verba haec: ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα κτἑ., *sed dicam quidem ego, ut etc.* ita dicuntur, ut si id, quod indicatur particula μέν, accuratius explanare velis, sic fere amplificanda oratio sit: *At dicam quidem ego, etsi nolo adfirmare, utrum ea re revera aliquis uti possit necne.* Tale quid ille volt significare, qui premit verbum particula μέν. Sic in illo Sophoclis loco *Oedipi Colonei* v. 44 sq.

Ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὥστ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

rectissume God. Hermannus contra Petri Elmsleii sententiam, qui ad v. 28. coniecit hoc quoque loco particulam μὴν pro μὲν esse reponendam, ita disputavit, ut diceret, si illud, quod reticeretur, supplere vellemus, sic fere integram loci sententiam concipere licere: *At propitiae quidem supplicem excipiant, sed, si iratas habeam, perferam, quidquid mihi destinatum est.* Quamquam in singulis his locis difficile est ipsam sententiam praestare, quam, qui ita locutus est, in animo habuerit, quom alio in loco aliis verbis concipienda sit, et interdum ne ei quidem ipsi, qui loquitur, satis certe de ea constitisse videatur. In *Vespis* quidem Aristophanis v. 77.

Οὔκ, ἀλλὰ φιλο μέν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ κακοῦ.

facile apparet, quid cogitatione supplendum sit. Ibi enim hoc dicitur: *Sed* φιλο *quidem est initium mali, etiam si id, quod tu ad hoc initium adiiciendum putas, verum non est.* Nec quisquam dubitabit, quem ad modum explicandus ille locus sit, qui legitur in Platonis *Critone* Part. I. vol. II.

p. 144. ed. Bekk. p. 43. D. ed. H. Steph. Οὔτοι δὴ ἀφῖκται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου καὶ καταλιπόντες ἐκεῖ αὐτό., quo in loco δοκεῖ μὲν ita dicitur, ut fere sic amplificanda sententia sit: *Sed videtur quidem, quamquam pro certo non adfirmaverim, navigium hodie esse venturum ex eis, quae nuntiant etc.* Paullo difficilior est exploratio sententiarum in aliis locis, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 1304. ed. Wex.

''Ἀλλ' ὧν ἐρῶ μέν, ταῦτα συγκατηυξάμην.,

non tamen ita difficilis, ut locum corruptum pronuntiare possimus. Ibi enim hoc dicit Creon: *Sed eorum, quae cupio quidem, haec precatus sum,* ubi verba: ὧν ἐρῶ μέν, ita fere amplificanda videntur ex totius loci sententia: *quae cupio quidem, nam de ceteris, id est, de iis, quae minus cupio, non est quod precer.* Sic etiam alter locus in *eadem fabula,* qui legitur v. 327. ed. Wex.

Ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή — τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ —
Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.

explicandus erit, quamquam ibi quodam modo iis ipsis verbis, quae sequuntur, quod alias taciti debemus supplere, expressum est. Dicitur enim hoc: *At inveniatur quidem maxume: verùm tamen sive inventus erit sive non erit — nullo ego modo huc umquam redibo,* ut verbis his: ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστα, eo, quod premitur per particulam verbum εὑρεθείη, iam ea, quae deinceps alio modo declaratur, oppositio praeparetur. Alii loci huiusce modi peti possunt ab Hartungio l. l. vol. II. p. 414., quamquam is quidem singulos hos locos ad ellipticam dicendi rationem non revocavit, etsi in universo quidem particulae μὲν usu explicando rectissume ellipsin agnovit. De iis autem locis, ubi ad adfirmationem etiam particula ἤτοι accedit, supra dictum est p. 56. Interdum etiam particulae ἀλλὰ — μέν, quo magis adfirmarent, per particulam δὴ amplificatae sunt, ita tamen ut ad condicionem temporis ea sententia revocaretur, veluti apud Sophoclem quod legitur in *Oedipo rege* v. 523 sq. ed. Dind.

Ἀλλὰ—μὲν δή.

Ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ' ἂν
ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενῶν.,

ubi hoc dicitur: *At evenit quidem iam hoc opprobrium sane ira contractum potius quam mentis intellegentia.* Ellipsis autem, quae etiam in his verbis latet, ita explicanda erit:

Etsi rem adfirmare et adfirmare de omni tempore non audeam, tamen evenit quidem iam illud etc. Sic apud Sophoclem legitur in *Trachiniis* v. 627. ed. Dind.

> *Ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν*
> *προσδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως.*

Et quae sunt similia.

Ἀ λ λ ὰ μ ὲ ν δ ή.

Differunt ab ea dicendi ratione, de qua modo diximus, particulae ἀλλὰ μὲν δή, etiam si ab una eademque origine profectae sunt. Nam quem ad modum illis particulis [ἀλλὰ — μὲν δὴ] una notio, quae interposita est, efferri solet, totumque enuntiatum deinde ad temporis condicionem revocari, sic particulis ἀλλὰ μὲν δή, si quidem coniunctae leguntur, tota illa enuntiatio, quae inducitur per particulam ἀλλά, confirmatur, ut illae particulae ἀλλὰ μὲν δὴ Latinis particulis: *At sane iam*, respondeant. Sic in illis Platonis locis, quibus Hartungius vol. II. p. 402. usus est, altero *Phaedonis* Part. II. vol. III. p. 39, 20. ed. Bekk. p. 75. A. ed. H. Steph. *Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι ὅτι πάντα τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται κτἑ.*, ubi hoc dicit Plato: *At sane iam ex sensibus quidem perspicuum debet esse omnia, quae in sensibus sint, id adpetere, quod simile sit cuiusque indigeant ipsa.*, *Critonis* altero Part. I. vol. II. p. 154, 3. ed. Bekk. p. 48. A. ed. H. Steph. *Ἀλλὰ μὲν δή, φαίη γ' ἄν τις, οἷοί τ' εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι.*, ubi hoc dicitur: *At sane iam, dixerit quispiam, possunt nos multi illi interficere.* Non enim credo per interrogationem haec verba efferenda esse, quod fecit Bekkerus. Nam Socrates his verbis sibi ipse id opponit, quod possit contra dici, et est in his simplex adfirmatio. In huius modi locis, si quis velit scribere ἀλλὰ μενδή, id quod fecit Hartungius l. l., non equidem impedio, sed, ut opinio mea fert, hic quoque praestat suam cuique particulae vim relinquere, quo facilius cognosci possit, quem ad modum universa ista notio, quae his particulis exprimitur, ex singulis nata sit. Itaque Imm. Bekkeri iudicium sequi malui, qui in his locis singulas particulas separatim posuit: quamquam ego quoque ἀλλὰ μὲν δὴ ab ἀλλὰ — μὲν aut ἀλλὰ — μὲν δὴ seiungendum existumo, eo magis, quod ἀλλὰ μέν, nulla interposita voce, ne dicitur quidem nisi apposita particula δή. Ἀλλὰ μὲν δή.

Ἀλλὰ μέν τοι.

Ἀλλὰ μέν τοι.

Particulae ἀλλὰ μέν τοι, quae ipsa natura sua nihil aliud dicunt, nisi hoc: *At sane quoquo modo* — nam de particula τοὶ iam supra vidimus, quae respondet Latino *qui*, quod est e. g. in particula *atqui*, i. e. *at quoquo modo*, ut istud, quod per adversativam adfirmationem [ἀλλὰ μὲν] pronuntiatur, quodam modo per particulam τοὶ restringatur, ita tamen ut non coerceatur notio, sed tantum indicetur, rem ita sane esse, etiam si de ipsa ratione qua sit aut fiat (τοὶ, *auf irgend eine Weise*, ut *at-qui*, *aber gewissermaassen*) non constet — illae igitur particulae quom per se nihil aliud significarent, nisi *at sane quidem*, mox tamen quom compositae inter se essent atque coagmentatae, nihil nisi fortiorem quandam oppositionem (ut fere nostris particulis *aber in der That doch* responderent) indicabant et Latine quidem reddi poterant *sed profecto tamen*, *verum tamen*, aut voce aliqua interposita *sed — tamen profecto etc.* Sic autem hae particulae usurpatae sunt, ut aut ad universam enuntiationem spectarent aut singularem enuntiationis partem efferrent. Si illud est, coniunctae leguntur ἀλλὰ μέν τοι, si ad singulare verbum magis spectant, hoc verborum collocatione ab illis particulis circumcludi solet. Sic igitur in Platonis libro *De re publica* II. Part. III. vol. I. p. 90. ed. Bekk. p. 375. C. ed. H. Steph. recte dicitur: Ἀλλὰ μέν τοι δεῖ γε πρὸς μὲν τοὺς οἰκείους πρᾴους αὐτοὺς εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους χαλεπούς. Ibi enim concesso altero volt Socrates adfirmare: *Verum tamen oportet sane adversus nostros quidem mites nos esse etc.* Similiter in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 24. adfirmatur aliquid cum oppositione his verbis: Ἀλλὰ μέν τοι ἐπί γε τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων — δῆλον ὅτι ἡ αὐτὴ ὁδὸς κτἑ. Contra interposita, quae premitur sono, voce dicitur saepe numero ἀλλὰ — μέντοι, ut in Sophoclis *Philocteta* v. 524 sq. postquam chorus dixit:

> Ἥκιστα. τοὔτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως ποτ' εἰς ἐμὲ
> τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

reddit Neoptolemus:

> Ἀλλ' αἰσχρὰ μέν τοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον
> ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.,

qua oratione verbum αἰσχρὰ maxumopere effertur. Eodem modo hae particulae saepe leguntur, sed apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6, §. 39., ubi volgo

legitur: Ἀλλ' ἐμοὶ μέντοι, ὦ ἄνδρες, οὐ δικαίως γε δοκεῖτε τῷ ἀνδρὶ τούτῳ χαλεπαίνειν· ἔχω γὰρ καὶ αὐτὸς αὐτῷ μαρτυρῆσαι., mihi non videntur posse istae particulae locum habere. Nihil enim ante transactum erat, quod huiusce modi orationem requireret aut etiam excusaret. Sed eo loco ne libri quidem istis particulis suffragantur, qui in alia omnia abeunt et nullo modo receptam scripturam tuentur.

Ἀ λ λ ὰ μ ή.

Quae Devarius p. 16 sq. de particulis ἀλλὰ μὴ et ἀλλὰ μή ποτε disputavit, ea per sese huc non pertinere ab eo ipso iam indicatum est. Nulla enim interior inter has particulas intercedit coniunctio et de particula μὴ ad p. 128 sqq., de μή ποτε ad p. 136 sq. separatim dicendum erit, quo magis hoc loco has particulas taciti praeterire queamus.

Ἀλλὰ μὴ et ἀλλὰ μή ποτε. P. 16 et 17.

Ἀ λ λ ὰ μ ή ν.

De his particulis Devarius p. 17 sq. nihil quidem docuit, quod falsum esse videretur, sed tamen mea quidem sententia in explicandis particulis debebat proficisci ab iis locis, ubi extra syllogismum hae particulae usurpatae sunt, ut nativa earum vis magis appareat. Eam enim si respicimus, hoc dicunt hae particulae: *At valde quidem*, qua de re infra copiosius dicetur ad p. 132., ubi de simplici particula μὴν agetur. Ab hac enim nativa eius significatione profecta illa est, quam in ipso Graecorum sermone nobis fere hae particulae obtinere videntur, ut significent: *At sane, at profecto, at vero, sed sane, sed vero* et quae sunt similia. Sic particulae ἀλλὰ μὴν primum ita usurpatae sunt, ut ei rei, quae antea posita est, alia res ita opponatur, ut haec, quae iam dicitur, magnopere adfirmetur, quia in antecedenti oratione addubitata aut plane negata vel omnino aliorsum accepta esse videatur. Ita in illo loco, quem Devarius p. 18. ex Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. II. cap. 7. §. 2. adtulit, ubi haec verba leguntur: Ἔοικας, ἔφη, ὦ Ἀρίσταρχε, βαρέως φέρειν τι· χρὴ δὲ τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις· ἴσως γὰρ ἄν τί σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν. Καὶ ὁ Ἀρίσταρχος· Ἀλλὰ μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐν πολλῇ γε εἰμὶ ἀπορίᾳ κτἑ., propterea Aristarchus reddit orationi Socratis: Ἀλλὰ μὴν — ἐν πολλῇ γε εἰμὶ ἀπορίᾳ., quoniam Socrates iam speraverat posse

Ἀλλὰ μήν. P. 17.

fortasse ex aliqua parte a se tolli id onus, quod Aristarcho impositum esse videretur, quem ad modum recte Devarius et hunc locum et alterum, quem adtulit ex iisdem *Memorabilibus* lib. III. cap. 1. §. 5. ad ea, quae antecesserunt, revocavit. Eodem modo accipiendi sunt etiam ii loci, quos adtulit Hartungius vol. II. p. 378 sq., veluti ille Aristophanis locus ex *Ranis* v. 257 sqq., ubi postquam dixit Dionysus:

Οἰμώζετ'. οὐ γάρ μοι μέλει.,

iam respondent ranae:

Ἀλλὰ μὴν κεκραξόμεσθά γ'
ὁπόσον ἡ φάρυγξ ἂν ἡμῶν
χανδάνῃ δι' ἡμέρας
βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Dionysus enim ranis significaverat, se non curaturum esse earum clamores, quam ob rem hae contra maxumopere adfirmant, se non esse desituras maxuma voce clamare verbis: Ἀλλὰ μὴν κεκραξόμεσθά γ' ὁπόσον κτἑ. Sic particulae ἀλλὰ μὴν etiam dirimuntur interposita ea voce, quae summam debebit vim habere, veluti in Platonis *Theaeteto* Part. II. vol. I. p. 273, 10. ed. Bekk. p. 188. ed. H. Steph. Ἀλλ' οὐ μήν, ἅ γέ τις οἶδεν, οἴεταί που ἃ μὴ οἶδεν αὐτὰ εἶναι, οὐδ' αὖ ἃ μὴ οἶδεν, ἃ οἶδεν., quo loco negatio, quae istis particulis circumdata est, magis effertur. Nolui enim cum Hartungio vol. II. p. 379. hic ponere istud exemplum, quod ille ex Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 28. huc vocavit:

Ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός. οἶμαι δὲ δεῖν
οὐδέν κτἑ.

Ibi enim illud ἀλλὰ — μὴν non est profectum nisi ex coniectura Brunckii, quom libri Tricliniani haberent ἀλλ' ἔστι μέν γ', ceteri μὲν omisso γέ, ut hic locus, fortasse vere a Brunckio olim emendatus, dubitationi tamen obnoxius esse videatur. Certus autem est etiam ille locus, qui legitur in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 3. §. 12. ed. Zeun., ubi negatio οὐδὲ sic circumclusa est ab illis particulis: ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι, τοῖς μὲν γεωργίαι ἀσχολίαν παρέχουσι, τοῖς δὲ τέχναι, τοῖς δὲ ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δὲ στρατεύεσθαι οὐ μόνον σχολή, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη., quo in loco hoc dicitur: *At vero ne ita quidem, quem ad modum etc.* Sic etiam in illo loco, quem Hartungius p. 390. adtulit ex Homeri *Iliados* lib. V. v. 895.

ἀλλ' οὐ μάν σ' ἔτι δηρὸν ἀνέξομαι ἄλγε' ἔχοντα.,

quo in loco particulae ἀλλ' οὐ μὰν significant: *At non profecto*, quem ad modum eadem particulae μήν forma Aristophanes in *Acharnensibus* v. 766. posuit: Ἀλλὰ μὰν καλαί.

Hinc demum nata est illa ratio, quam Devarius primò loco posuit, qua Graeci, quum conclusionem fecerunt, in adsumptione sive propositione minore his particulis usi sunt, quem ad modum in illo Luciani loco, quem adhibuit iam ad rem-explicandam Devarius, *dial. Iovis tragoed.* §. 51. Εἰ γάρ εἰσι βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Qua de re recte explicavit Hartungius l. l. p. 384., qui idem cum particulis Graecis composuit particulas Latinas *sed vero*, quem ad modum apud Lucretium legitur lib. IV. v. 983.

Non homines solum, sed vero animalia cuncta,

aut apud M. Tullium *de legibus* lib. II. cap. 4. §. 9. *A parvis enim, Quinte, didicimus: SI IN IUS VOCAT, atque eius modi alias leges nominare. Sed vero intellegi sic oportet, et hoc et alia iussa ac vetita populorum vim non habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi.* Recte hoc quidem, si spectamus ipsam originem particularum. Sed in huius modi locis Latini plerumque eodem fere modo, quo Graeci particulis ἀλλὰ μήν, utuntur particula *atqui*, veluti in P. Terentii *Eunucho* act. V. sc. 1. v. 9.

TH. Quid ais venefica? PY. Atqui certo comperi.,

quod est: ἀλλὰ μὴν ἀληθῶς γ' οἶδα., et apud M. Tullium lib. *de natura deorum* I. cap. 7. §. 16. *Tum me ut Cotta vidit* [hoc enim ex libris bonis pro eo, quod vulgo legitur: *ut me Cotta vidit*, restituendum est]: *Peropportune, inquit, venis. Oritur enim mihi magna de re altercatio cum Velleio, cui pro tuo studio non est alienum te interesse. Atqui mihi quoque videor, inquam, venisse, ut dicis, opportunè.*, quem locum recte ita vertit Freundius in *Lexico Latino* s. v. *Atqui.*: Ἀλλὰ μὴν κἀμοὶ δοκῶ κτἑ. In adsumptionibus quidem saepe Latini Graecorum ἀλλὰ μήν reddunt etiam per simplicem particulam *autem*, veluti in illo loco, quem Cicero pro exemplo posuit in libro *De Inventione* I. cap. 37. §. 66. *Si summo opere sapientia petenda est, summo opere stultitia vitanda est: summo autem opere sapientia petenda est, summo igitur opere stultitia vitanda est.* Sic in illo Luciani loco, quem supra posuimus, reddendo rectius utare particula *atqui* vel *autem*, quam istis *sed vero*, ut dicas: *Si enim sunt arae, sunt etiam di: sunt autem arae, sunt igitur etiam di,* aut, si vis magis efferre vim particularum ἀλλὰ μήν, vertas:

Si enim sunt arae, sunt etiam di: atqui sunt arae, sunt igitur etiam di., ubi *sed vero* vix locum habet.

Ἀλλὰ μὴν — γέ. Ceterum saepe numero ad particulas ἀλλὰ μὴν interposita alia voce accedit particula γέ, quae certam quandam vocem effert, veluti in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 112, 16. ed. Bekk. p. 498. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὴν οἵ γε φρόνιμοι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι ἀγαθοί, οἱ δὲ δειλοὶ καὶ ἄφρονες κακοί. Quod etsi pro rei natura est factum saepissume, nemo tamen eo progredietur, quo de Xenophonte quidem progressus est Schneiderus ad *Expeditionem Cyri* lib. V. cap. 8. §. 26. Zeun., ut contendat ἀλλὰ μὴν particulas, si respondeant Latinis *atqui, at vero,* semper cum particula γὲ copulari. Ea enim est harum particularum natura, ut his γὲ rectissume adiici possit, nullo autem modo necesse sit id semper fieri. Conf. C. G. Kruegerum ad *Cyri expeditionem* p. 304. ed. mai. Eodem modo saepe etiam ad has particulas adiungitur particula καί, si quae vox ea particula efferenda est, aut in sententiis quidem negativis οὐδὲ particula, nemo autem audebit contendere, has ipsas particulas ita cum illarum particularum vi ac potestate consociatas esse, ut aut aliter dici plane non possit, aut etiam aliquid mutetur in significatione illarum priorum particularum, si hae posteriores adiiciantur, uti apud Platonem legitur in lib. *De re publica* V. Part. III. vol. I. p. 251. ed. Bekk. p. 468. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὴν καὶ καθ' Ὅμηρον τοῖς τοιοῖσδε τιμᾶν τῶν νέων ὅσοι ἀγαθοί, et ibidem paullo ante p. 249. ed. Bekk. p. 467. A. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὴν καὶ μαχεῖταί γε πᾶν ζῶον διαφερόντως παρόντων ὧν ἂν τέκῃ, aut adiuncta οὐδὲ particula apud Homerum est in *Iliados* lib. XXIII. v. 441.

(Margin: Ἀλλὰ μὴν καί. — Ἀλλὰ μὴν καὶ — γέ. — Ἀλλὰ μὰν οὐδέ.)

Ἀλλ' οὐ μὰν οὐδ' ὧς ἄτερ ὅρκου οἴσῃ ἄεθλον.

Hae enim particulae omnes ita adiiciuntur, ut nihil cum particulis ἀλλὰ μὴν commune habeant, sed ad singularem potius totius enuntiati notionem pertineant, ut opera harum enarrandarum rerum commode supersedere possimus.

Ἀλλὰ νὴ Δία.

Ἀλλὰ νὴ Δία. P. 18. Quod Devarius p. 18 sq. explicavit de formula dicendi ἀλλὰ νὴ Δία, id etsi per se vix ad ipsam particularum doctrinam pertinet, quom ἀλλὰ nihil aliud nisi opponat ei rei, quae dicta est, novam rem, verba autem νὴ Δία de eo, quod iam declaratur, summo opere quasi iure iurando adfirment, tamen propterea huc vocari potuit, quod a prima

illa horum verborum significatione profecta altera est, qua Graeci in irrisione potissumum et acerba oratione hac formula uti solebant. Quamquam in eius modi locis numquam oblivisci debemus, quae omnis verborum collocatio sit, velut in illo loco, quem usurpavit iam Devarius, Demosthenis *Adversus Leptinem* §. 3. ed. Bekk. p. 458. ed. Reisk. Ibi enim hanc habemus sententiarum conformationem: *Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ᾽ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὡς τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν δωρεάν, ἀναξίους ἐνόμιζεν**), *οὕτω καὶ τὸν δῆμον ἀνάξιον ἡγεῖτο κύριον εἶναι τοῦ δοῦναι* [*τὰ ἑαυτοῦ***)], *ἐάν τῳ βούληται. ἀλλὰ νὴ Δί᾽ ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, ὅτι διὰ τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον, διὰ τοῦθ᾽ οὕτως ἔθηκε τὸν νόμον.*, quo in loco postquam per particulam *ἀλλὰ* via parata est, qua aliquid opponatur sententiae isti negativae: *Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ᾽ ἔνεστιν εἰπεῖν κτέ.*, quo augeatur orationis acerbitas, omni iam adseveratione adfirmat orator id, quod volt adversario opprobrio vertere. Quod si quis contendat in eius modi locis formulam *ἀλλὰ νὴ Δία* certam habere ac singularem quandam significationem, qua quaedam

---

*) Sic enim rescribendum est ex libris tantum non omnibus [„*ἐνόμιζεν* ΣΥΩkrsv et γρ. F." I. Bekkerus.] pro volgato *ἀφείλετο τὴν δωρεὰν ἀναξίους νομίζων.*, quod tametsi primum inspicienti concinnius atque usitatius esse videtur, tamen reapse longe praestat multoque elegantius illud est, quod nos ex libris posuimus: *ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν δωρεάν, ἀναξίους ἐνόμιζεν.* Hoc enim asyndeton orationis, si ea qua par est voce eaque indignanti celeritate, qua Demosthenem haec dixisse probabile est, pronuntiatur, nec adeo difficile est ad intellegendum et egregie gravitatem oratoris ac vim prodit, qua ille non, ut plerumque, connectere studet orationem, sed illud, quod idem fere dicit atque antecedens *ἀφείλετο τὴν δωρεάν*, statim adiungit sine ulla copula: *ἀναξίους ἐνόμιζεν.* Neque enim credo fore, qui ut librorum pene omnium scripturam *ἀναξίους ἐνόμιζεν* defendat, eiecto *ἀφείλετο* ita scribendum existumet: *ὅνπερ τοὺς ἔχοντας τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, οὕτω καὶ τὸν δῆμον ἀνάξιον ἡγεῖτο κύριον εἶναι κτέ.* De illo autem asyndeto, etsi de universo quidem usu asyndetorum in Graeca oratione post Aug. Matthiae *Graec. Grammat. ampl.* §. 630. p. 1292 sq. ed. sec. R. Kühnerus in Gr. Gr. §. 760. p. 459 sqq. satis recte explicavit, non tamen satis faciunt, quae ab his adlata exempla sunt, ut etiam alio loco de hac re dicendum esse videatur.

**) Verba *τὰ ἑαυτοῦ* quom liber optumus Σ. [Paris. Reg. 2934.] omittat, possunt videri ab aliena manu profecta esse, eisque omissis verbum *δοῦναι* magis effertur. Quamquam sic defendi posse videntur, ut dicamus propterea haec adiecta ab oratore esse, quo magis appareret non recte vetari ab adversario populum donare, si quidem nihil aliud donaret, nisi quod sui iuris esset ac potestatis. Quam ob rem uncis tantum modo notavimus haec verba.

si et minor intellegentia est et infirmius aliqua ratione consilium. Quivis facile intellexerit, me ita ab Hartungio in his locis explicandis discessisse, quem ad modum in ipsa particula τὲ explicanda ab eo dissentiendum putavi, ut τὲ non pro mero demonstrativo pronomine acciperem, quod esset *hac ratione, sic,* sed ut, id, quod ipsa natura encliticae particulae τὲ flagitat quodque eodem plane modo in particula τοί, quandoque enclitica est, factum esse et supra docuimus p. 60. et infra suo loco docebimus, τὲ pro pronomine indefinito haberem, ut id significaret: *aliqua ratione*, aut saltem, si respicerentur antecedentia, nihil nisi: *tali aliqua ratione,* denotaret. Sic igitur etiam ceteri loci, qui huc vocati sunt, explicandi erunt, veluti Homeri ille locus ex *Iliados* lib. XIX. v. 164 sq., ubi haec habentur:

> Εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάᾳ πολεμίζειν,
> ἀλλά τε λάθρη γυῖα βαρύνεται, ἠδὲ κιχάνει κτἑ.

Ibi hoc dicitur: *Nam si maxume animo quidem cupit pugnare, at ita fere* — haec enim particula *ita* plus relationis habet, quam particula *sic* — *sensim* (*unvermerkt*) *gravantur membra etc.* Sic denique legitur haec particula apud Homerum *Odysseae* lib. XII. v. 62 sqq.:

> Τῇ μέν τ' οὔτε ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
> τρήρωνες, ταί τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν,
> ἀλλά τε καὶ τῶν αἰεὶ ἀφαιρεῖται λὶς πέτρη.

Et paullo post:

> Τῇ δ' οὔπω τις νηῦς φύγεν ἀνδρῶν, ἥτις ἵκηται,
> ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν
> κύμαθ' ἁλὸς φορέουσι, πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι.

Sed quom infra de particula τὲ copiosius dicendum sit, haec iam relinquamus. Vix enim opus est me monere ab Atticis numquam ita has particulas ἀλλά τε esse coniunctas nec iungi potuisse, quoniam illi iam omnino certiorem quendam usum particulae τὲ obtinuerunt.

Ἀλλά τοι et ἀλλὰ — τοί.

Ἀλλά τοι et Ἀλλὰ—τοί. Particulae ἀλλά τοι aut ἀλλὰ — τοὶ propterea hic commemorandae sunt, quod quom nihil aliud significarent primum, nisi ut ἀλλὰ opponeret aliquid ante actis, τοὶ autem, quod a l i q u o certe m o d o aliquid factum adseveraret, id, quod iam opponeretur per particulam ἀλλά, adfirmaret, tamen loquendi consuetudine factum est, ut has particulas ita componerentur a Graecis, ut illi de prima earum origine

non amplius cogitarent. Sic evenit, ut ἀλλά τοι significaret *at tamen* aut potius *at hercle, at profecto, at sane*: id autem plerumque ita ab Atticis scriptoribus usurparetur, ut illa adfirmandi particula τοὶ suam, quam efferret, vocem haberet, et ibi tantum, ubi apte cohaereret omnis sententia, istud τοὶ statim ad particulam ἀλλὰ adiungeretur, quem ad modum hoc fere factum esse supra vidimus in particulis ἀλλὰ γάρ, ἀλλά γε, ἀλλά περ, ἀλλά τε et quae sunt similia. Sic igitur leguntur particulae ἀλλὰ — τοί, quae interdum reddi etiam possunt per Latinas particulas: *at — quidem*, apud Homerum *Iliados* lib. XXI. v. 108 sqq.

Οὐχ ὁράᾳς, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε;
πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ με γείνατο μήτηρ·
ἀλλ' ἐπί τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιὴ κτέ.,

quibus in verbis hoc dicitur: *E patre bono natus sum, dea vero me genuit mater, sed sane etiam de me mors atque Parca atrocem vim habet.*, ubi istam adfirmationem, quae sita est in particula τοί, plerumque Latine reddimus per particulam *tamen*, non falso quidem, sed tamen alio quodam modo, quo Graeci animo conformaverunt sententiam, ut diceretur: *sed mors sane etiam in me ac Parca vim habet.* Sic saepe numero ἀλλὰ — τοὶ ibi adhibetur, ubi in colloquio aliquid alterius orationi cum quadam adseveratione opponitur, veluti apud Euripidem legitur *Phoenissarum* v. 1658 sq., ubi Creon ita minatur:

Σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ.

Cuius minis ita respondet Antigona:

Ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.,

quibus verbis hoc dicitur: *Tu ais me una cum isto cadavere sepultum iri, at bona fama sane* [vel *tamen*] *est duos amicos prope iacere.* Nam maxumopere volt Antigona adfirmare illud εὐκλεές. Simillumus est Aeschyli locus de *Agamemnone* v. 1302 sqq. ed. Dind., quem locum ita adtulit Hartungius vol. II. p. 369., ut non satis recte accepisse videatur. Ibi enim primum chorus haec dicit:

Ἀλλ' ἴσθι τλήμων οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου φρενός.

Cui respondet Cassandra:

Οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.

Huic iam reddit chorus:

Ἀλλ' εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.

Ἀλλὰ καὶ — τοί.

Praeterea interponitur inter particulas ἀλλὰ — τοί interdum etiam particula *καί*, qua re tamen in earum particularum significatione nihil mutatur, veluti si legitur apud Sophoclem in *Philoctete* v. 1239. ed. Herm.

> Ἀλλὰ κἀμέ τοι
> Ταὐτὸν τόδ᾽ ὄψει δρῶντα, κοὐ μέλλοντ᾽ ἔτι.,

Ἀλλ᾽ οὐδὲ — τοί.

ubi dicitur: *At etiam me profecto idem hoc videbis facientem nec cunctantem iam.* Similiter res se habet, si οὐδὲ inter illas particulas καὶ — τοί interponitur, quem ad modum legitur in eadem Sophoclis fabula v. 1236. ed. Herm.

> Ἀλλ᾽ οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.,

quibuscum verbis recte grammatici composuerunt simillumum Euripidis locum ex *Supplicibus*, qui legitur v. 1068.

> Ἀλλ᾽ οὐδέ τοί σοι πείθομαι δρώσῃ τάδε.

Ἀλλά τοι καὶ et ἀλλὰ — τοι καί.

Sed singula haec, cognita ipsa harum particularum vi ac potestate, facillume intellegentur, ut etiam illi loci vix videantur commemorandi esse, ubi ad particulas ἀλλά τοι aut ἀλλὰ — τοί accedit καί vel interposita quidem alia voce γέ particula,

Ἀλλὰ — τοί — γέ.

veluti in illo Platonis loco *de re publica*, quem modo tractavi, dicitur: ἀλλά τοι κἀκεῖνον ἡγεῖσθαι χρὴ κτἑ. et illud, quod apud Xenophontem legitur in *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 13. Ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θύραις ἔτι διαμένει κτἑ. Quibus in locis illud καὶ non plus commune habet cum istis prioribus particulis ἀλλά τοι, quam si alia interposita voce accedit γὲ particula, uti apud Sophoclem est in *Electra* v. 290.

> Ἀλλ᾽ ἴσθι τοι τίσουσά γ᾽ ἀξίαν δίκην.

Sed haec et alia id genus multa sibi quisque ipse explicabit, si quando coniuncta invenerit, itaque haec iam relinquamus. Cf. praeterea infra ἀτάρ τοι et αὐτάρ τοι.

Ἀλλ᾽ ὅμως.

Ἀλλ᾽ ὅμως.

Quando accedit ad particulam ἀλλὰ adverbium ὅμως, si primam verborum originem spectamus, hoc fere dicitur his iunctis particulis: *At eodem modo*, id est, etsi res ita, quem ad modum dictum est, comparata est, tamen non minus etc. Ὅμως enim ipsa verbi origine ita differt ab ὁμοίως, quem ad modum differunt inter se ἄλλως et

ἀλλοίως. Sic igitur in illo Aristophanis loco de *Acharnensibus* v. 402., ubi Dicaeopolis orat:

Ἐκκάλεσον αὐτόν.,

reddit Cephisophon:

Ἀλλ᾽ ἀδύνατον.

denique Dicaeopolis denuo rogat:

Ἀλλ᾽ ὅμως.

proprie ita res se habet, ut Dicaeopolidi roganti, ut vocetur Euripides, dicat Cephisophon, fieri hoc non posse, cui quom Dicaeopolis iam respondet: Ἀλλ᾽ ὅμως, hoc dicit: At, etiam si fieri non posse dicis, eodem tamen modo facito. Repetitur eodem modo res in eadem fabula infra v. 408., ubi quom Dicaeopolis dixisset:

Ἀλλ᾽ ἐκκυκλήθητ᾽.

respondet iam ipse Euripides:

Ἀλλ᾽ ἀδύνατον.

cui quom dicatur iam a Dicaepolide:

Ἀλλ᾽ ὅμως.

eodem modo, quo supra vidimus, respicitur illud: ἀλλ᾽ ἀδύνατον, ut nunc hoc significetur: At, quamquam fieri posse negas, non minus tamen facito. Si pro his particulis, dum Latine loquimur, plerumque dicimus: *At tamen*, id recte atque ordine fit. Neque enim Graeci, quom dixerunt: Ἀλλ᾽ ὅμως, magis de prima harum particularum origine cogitaverunt, quam Latini utentes illis particulis *at tamen* reputavisse existumandi sunt, *tamen* antiquitus nihil aliud fuisse, nisi productum atque amplificatum illud *tam*, ut quom *tam* significaret *so sehr*, adauctum illud *tamen* significaret *eben so sehr*, qua re si diceretur: *at tamen hoc facias*, nihil aliud dici videri nisi hoc: at eodem modo hoc facias, vel: at non minus hoc facias. Nam quom *tamen* hoc ipsum, quod modo dixi, significaret, Latini tamen non dubitaverunt coniungere: *tamen nihilo minus* aut *nihilo tamen secius*, quia de prima vocabuli significatione iam desierant meminisse. Neque nos ipsi, si vertimus Graecorum ἀλλ᾽ ὅμως his nostris particulis: *aber gleichwohl*, consideramus, quae prima earum ipsarum particularum origo ac ratio fuerit: quae, si rem exquirere volemus, accuratissume respondent, Graecis ἀλλ᾽ ὅμως et Latinis *at tamen*. Etenim si dicimus: *Aber gleichwohl nahm er es an*, proprie hoc dicimus: *At eodem sane modo accepit*, id est, *at non minus accepit*, vel:

at tamen accepit, aut Graecorum: Ἀλλ' ὅμως ἐδέξατο. Quoniam autem hoc ὅμως non minus, quam Latinorum *tamen* et nostrorum *gleichwohl*, quandam in se continet comparationem alius rei, ad quam relata denique intellegatur ista particula, rectissume existumaverunt grammatici semper has particulas ita explicandas esse, ut respiceremus aliam sententiam, quae copiosius declarata verbis antecedentibus, esset. Quamquam hic vera ellipsis statuenda non est. Sic igitur in illo Platonis loco, quo iam usus Hoogeveenus est, qui legitur in *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 379, 5. ed. Bekk. p. 14. A. ed. H. Steph. Καὶ γὰρ οἱ στρατηγοί, ὦ φίλε, ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ῥᾳδίως ἂν εἴποις, ὅτι νίκην ἐν τῷ πολέμῳ ἀπεργάζονται. ἢ οὔ; hoc dicitur: *Enim vero etiam belli duces, mi amice* [*multa et praeclara faciunt*], *sed nihilo minus*, aut: *sed etiam sic summam eorum hominum facile dixeris*, quod si comparationem, quae in verbis posita est, diligentius exquirimus, ita solvenda verba erunt: *sed, etiam si multa et praeclara duces belli faciunt, tamen facile eorum summam definieris.* Sic in eodem dialogo paullo post legitur: Πολλὰ δέ γ' οἶμαι καὶ καλὰ καὶ οἱ γεωργοί. ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστὶ τῆς ἀπεργασίας ἡ ἐκ τῆς γῆς τροφή. Sic reliqui etiam loci explicandi erunt, quos eo magis iam possumus relinquere, quod infra de particula ὅμως suo loco explicandum erit.

Ἄλλο τι.

Ἄλλο τι pro πότερον, et ἆρα. P. 19. Ἄλλο τι si quando pro πότερον vel ἆρα positum esse videtur, uti visum est Devario p. 19 sq., ipsum quoque revocandum est ad primam locutionis originem, qua explicata re una intellegetur, etiam significatione ipsa differre ἄλλο τι ab illis particulis, quas Devarius explicationis caussa comparavit, πότερον et ἆρα. Qua de re quom post Aug. Matthiae Gr. Gr. ampl. p. 914, 9., God. Hermannum ad Viger. p. 730. ed. tert., Phil. Buttmannum ad Platonis *dial.* IV. in indice, God. Stallbaumium denique ad Platonis *Euthyphronem* p. 15. C. ed. H. Steph. diligentissume explicaverit G. T. A. Kruegerus in commentatione, quam scripsit *de formula* ἀλλ' ἢ *etc.*, p. 33 sq., hodie non adeo obscura quaestio est, tametsi non iam omnes rei difficultates sublatae esse videantur. Ac de illo quidem loco, ad quem Devarius potissumum disputavit, Platonis, qui legitur in *Theaeteto* Part. II. vol. I. p. 283, 4. ed. Bekk. p. 192. ed. H. Steph. Ἐγὼ εἰδὼς Θεόδωρον καὶ ἐν ἐμαυτῷ μεμνημένος οἷός

ἐστι, καὶ Θεαίτητον κατὰ ταὐτὰ, ἄλλο τι ἐνίοτε μὲν ὁρῶ αὐτούς, ἐνίοτε δὲ οὔ, καὶ ἅπτομαί ποτ' αὐτῶν, τοτὲ δ' οὔ, καὶ ἀκούω ἤ τιν' ἄλλην αἴσθησιν αἰσθάνομαι, τοτὲ δ' αἴσθησιν μὲν οὐδεμίαν ἔχω περὶ ὑμῶν, μέμνημαι δὲ ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίσταμαι αὐτὸς ἐν ἐμαυτῷ; dubitari non potest quin accipiendus sit, quem ad modum ex ea interpunctione, quam supra posuimus ex Bekkeri sententia, locum accipiendum esse appareat. Namque istud ἄλλο τι etsi nihil nisi interrogativae particulae vice fungi videtur, antiquitus tamen nihil fuit aliud nisi enuntiatio interrogativa, illa quidem per se constans, quem ad modum nostrum *nicht wahr?* quod iure huc vocavit Godofredus Hermannus l. c. Haec enim vox, quae per se enuntiationem conficit, si primam eius naturam consideramus, tamen mox ita usurpari coepta est, ut cum alia enuntiatione coniungeretur in eamque interrogativam vim inferret, veluti si dicamus: *Nicht wahr er ist zurückgekehrt?* quod proprie fuit: *Nicht wahr? Er ist zurückgekehrt.*, mox tamen in unam interrogationem conflatum est. Sic etiam Graecum illud ἄλλο τι accipiendum est, ut proprie per se interrogativam sententiam effecerit, mox tamen adhibitum sit, ut alii sententiae, quae per se interrogationem non haberet, vim interrogativam tribueret, ut denique per unam interrogationem haec omnia efferrentur. Ab hac explicandi ratione si discrepuit G. Hermanni sententia, iure ille a Kruegero l. c. p. 34. in viam revocatus est, sed mihi videtur nihil aliud voluisse ipse. Neque enim aliter Wolfius aut Bastius ad Platonis *Convivium* cap. XXII. 11. p. 201. A. ed. H. Steph., quos Hermannus laudavit auctores, rem acceperant. Sic igitur in illo loco Platonis, quem supra posui, ἄλλο τι nihil aliud est nisi *aliud quid?* per interrogationem elatum. Hoc quom deberet ita cum reliqua oratione consociari, quem ad modum fere aliis locis factum est, ut diceretur: ἄλλο τι ἐστιν ἢ ἐνίοτε μὲν ὁρῶ αὐτὸν κτἑ., per quandam orationis celeritatem ita elatum est, ut per se quidem constaret ἄλλο τι, sed ita tamen cum reliqua oratione coalesceret, ut una iam enuntiatio esse videretur, quae a verbis ἄλλο τι eam interrogationis vim mutuaretur, quae concessionem alterius maxumopere exspectaret, uti Latinorum: *nonne?* nostrorum: *nicht wahr?* Hoc idem factum est exempli gratia in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 424, 13. ed. Bekk. p. 200. E. ed. H. Steph. Ἄλλο τι ἐστιν ὁ ἔρως πρῶτον μὲν τινῶν, ἔπειτα τούτων ὧν ἂν ἔνδεια παρῇ αὐτῷ; Quod nos dicamus: *Nonne est amor primum quidem quorundam, tum eorum, quibus indigere quis videatur?* Sic

etiam in *Hipparcho* qui fertur Platonis Part. I, vol. II, p. 234, 16. ed. Bekk. p. 227. E. ed. H. Steph. Ἄλλο τι οὖν οἵ γε φιλοκερδεῖς φιλοῦσι τὸ κέρδος; ubi eodem modo conflata oratio est ex duabus enuntiationibus, ut hoc dicatur: *Nonne igitur, qui lucri cupidi sunt, amant lucrum?* nisi quod Graecorum oratio ἄλλο τι οὖν paullo fortior est, quam Latinorum *nonne igitur*? Graeca enim verba excludunt omne reliquum, quom dicunt aliud exspectari nihil posse nisi hoc. Si quis rusticorum nostratium sermonem exploratum habet, is inveniet saepe numero ab his dici *wie anders*? aut etiam pro lingua rusticana *wie anners*? etiam in medio sermone, ut haec interrogatio nihil aliud contineat nisi firmissumam quandam adfirmationem. Itaque dicitur etiam in Platonis *Menone* Part. II. vol. I. p. 351, 27. ed. Bekk. p. 82. ed. H. Steph. Εἰ ἦν ταύτῃ δυοῖν ποδοῖν, ταύτῃ δὲ ἑνὸς ποδὸς μόνον, ἄλλο τι ἅπαξ ἂν ἦν δυοῖν ποδοῖν τὸ χωρίον; quo in loco quod pauci libri Bekkeri ἢ post ἄλλο τι addunt, id apparet ex grammaticorum interpretatione fluxisse. Eodem modo illud explicandum est, quod legitur in Platonis *de re publica* lib. II. Part. III. vol. I. p. 79, 20. ed. Bekk. p. 369. D. ed. H. Steph. Φέρε δή, ἦν δ' ἐγώ, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἷς, ὁ δὲ οἰκοδόμος, ἄλλος δέ τις ὑφάντης;

Sed quom facile intellegeretur hanc dicendi rationem locum habere non posse nisi certis quibusdam condicionibus, rectissume observasse Godofr. Stallbaumius videtur, qui de hac re explicavit ad Platonis *Euthyphronem* p. 15. C. ed. H. Steph., omitti ἢ fere constanter solere in sermone alacriore et concitatiore, addi autem et interponi, ubi oratio esset sedatior magisque sobria. Quo si addas, videri Graecos etiam perspicuitati orationis in addenda aut omittenda ista particula aliquid tribuisse, rationem fere habebis, quem ad modum istud ἄλλο τι, omissa omni externa enuntiationum coniunctione, illatum fuerit. Itaque neque in Platonis *Menone* Part. II. vol. I. p. 351, 5. ed. Bekk. p. 82. D. ed. Steph. paullo post eum locum, quem supra tractavimus, cum Imm. Bekkero omnium librorum scripturam: Ἐπειδὴ δὲ δυοῖν ποδοῖν καὶ ταύτῃ, ἄλλο τι ἢ δὶς δυοῖν γίγνεται; mutabis, ut scribas: ἄλλο τι δὶς δυοῖν γίγνεται; — ibi enim et perspicuitas orationis et vero gravitas pene necessario postulat, ut illud ἢ post ἄλλο τι, quod sane in aliis locis iniuria adiectum esse videtur, retineatur, praesertim cum librorum testimonium idem defendat, quod ut in singulis libris interdum adulteratum sit, ubi omnes in eandem lectionem

conspirent, vix videatur adeo potuisse corrumpi — neque in eiusdem Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 30, 6. ed. Bekk. p. 70. C. ed. H. Steph. quisquam Imm. Bekkero adsentietur, qui quod ante eum legebatur: *Καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ;* ita mutandum putavit, ut ex unius libri auctoritate, qui litteram ἢ a priore manu non haberet, contra reliquorum librorum consensum ἢ particulam deleret. Nam ibi quoque oratio ita comparata est, ut accurate omnia explicanda esse videantur, nihil proficiatur alacritate ista orationis et concitatiore cursu. In *Gorgia* quoque Platonis Part. II. vol. I. p. 21, 8. ed. Bekk. p. 455. B. ed. H. Steph. tam leniter procedit oratio, ut illud ἢ necessario retinendum esse videatur. Leguntur ibi verba haec: *Ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος ἢ περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλο τι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸς συμβουλεύσει;* atque ita libri fere omnes locum exhibent. Quod autem I. Bekkerus edidit ex perparva librorum auctoritate ac pene nulla: *ἄλλο τι τότε ὁ ῥητορικὸς οὐ συμβουλεύσει,* id vix locum poterit habere. Namque etiam iis verbis, quae secuntur: *δῆλον γὰρ ὅτι ἐν ἑκάστῃ αἱρέσει τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖσθαι.*, satis declaratur, esse hic orationem aequabiliter fluentem, quam concitatiore cursu ferri non deceat. Sic etiam in Platonis *Lyside* Part. I. vol. I. p. 145, 2. ed. Bekk. p. 222. D. [hunc enim locum videtur intellexisse Stallbaumius, quom scripsit: 922. c.] rectissume sese habet, quod legitur in libris omnibus: *Τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ οἰκεῖον ἂν ταὐτὸν φῶμεν εἶναι, ἄλλο τι ἢ ὁ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ μόνος φίλος;* Ibi enim vis orationis ac gravitas necessario postulat, ut retineatur illud ἤ, quod I. Bekkerus nulla librorum auctoritate fretus missum fecit. Sed certus hic usus huius formulae facile etiam agnoscetur in reliquis locis, quos multos congessit Stallbaumius l. c. Quam ob rem hoc ego tantum modo adiicio, eodem prorsus modo, ut in formula *ἄλλο τι*, etiam in numerorum comparatione et Graecos et Latinos omisisse comparativas particulas ἢ vel *quam* post *πλέον, ἔλαττον κτέ.* aut *plus*, *minus*, *amplius* etc. Veluti apud Thucydidem legitur lib. VI. cap. 95. *Ἡ λεία ἐπράθη ταλάντων οὐκ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι*, et in Platonis *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 90, 13. ed. Bekk. p. 17. D. ed. H. Steph. *Νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα.*, ubi veteres quidam grammatici aut *πλείω* deleri aut *πλείω ἢ* scribi voluerunt (vide Imm. Bekkeri Comment. crit. Tom. I. p. 123.), sed locus rectissume

sese habet. Sic etiam Latini omittunt fere in his numeris particulam *quam*, veluti apud M. Tullium legitur in oratione, quae est *pro P. Quinctio* cap. 12. §. 41. *At tecum plus annum vixit*, aut in oratione *pro Q. Roscio comoedo* cap. 3. §. 8. *Amplius sunt sex menses.* et paullo post: *Quid si tandem amplius triennium est?* Sed tamen quotiescunque aut perspicuitas orationis aut gravitas aut aequabilitas hoc requirit, etiam in his numerorum notationibus neque Graeci dubitaverunt interponere ἢ particulam neque Latini iam omiserunt *quam* particulam, sed ad sedatiorem orationis formam utrique redierunt. Sic et Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 6. rectissume scripsit: *πελταστὰς καὶ τοξότας πλέον ἢ εἴκοσι μυριάδας*, et Plato in *Menexeno* Part. II. vol. III. p. 379. ed. Bekk. p. 235. B. ed. H. Steph. *Καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς.* Ibi enim plena atque accurata oratio requiritur. Neque Cicero in *Bruto* cap. 18. §. 70. sine caussa scripsisse putandus est: *qui non sunt usi plus quam quattuor coloribus*, quom per rationem grammaticam posset etiam scribere: *qui non sunt usi plus quattuor coloribus.* Sententia enim ipsa requirebat, ut istud accurate declararetur. Recteque Romani in eo foedere, quod cum Antiocho rege fecerunt, Livio auctore lib. XXXVIII. cap. 38. praeceperunt potius hoc modo: *Antiochus tradito navis longas neve plures quam decem navis actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto.*, quam ut breviore illa minusque accurata oratione uterentur, qua omitteretur *quam* particula. Idem etiam modus erat Graecorum, si post *ἄλλο τι* non inferebant ἢ particulam: qua de re iam satis dictum est. Quod autem Devarius p. 20. ait propterea non posse *ἄλλο τι* in illis locis prima illa significatione accipi, sed nihil aliud esse nisi quandam interrogandi particulam, qualis esset *πότερον* vel *ἆρα*, quod non fere responderetur ad haec interrogata: *Οὐδέν*, sed quasi alia particula interrogativa praecessisset: *Πάνυ μὲν οὖν*, aut *πάνυ γε*, et quae essent similia, id ille quidem recte vidit, neque enim Graeci aliter ipsi accepisse videntur haec verba, nisi ut fortiorem quandam interrogationem exprimerent, sed, ubi rem accurate volumus explicare, prima tamen semper rei origo investiganda est. Inde enim demum cognoscitur, quae vera sit formulae vis ac potestas.

Ἀλλ' ὅτι.

Ἀλλ' ὅτι. P. 21. De particula *ἀλλά*, quando pro ἢ post *οὐκ ἄλλο, οὐχ ἕτερον* posita esse videretur, supra explicatum est p. 42. p. 50.

Ἀλλ' ὅτι, ubi infertur post οὐχ ὅτι, semper ita explicandum est, ut idem verbum, unde pendeat antecedens οὐχ ὅτι, ad ἀλλὰ particulam repetatur, uti in illo loco Platonis ex lib. *de re publica* IV. Part. III. vol. I. p. 196. ed. Bekk. p. 436. ed. H. Steph., quem tractavit Devarius: οὐκ ἂν οἶμαι ἀξιοῖμεν λέγειν, ὅτι ὁ αὐτὸς ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται, ἀλλ' ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε, τὸ δὲ κινεῖται., ita supplenda oratio est: ἀλλ' ἀξιοῖμεν ἂν λέγειν, ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε κτἑ. Sic enim etiam aliis locis, ubi difficilior caussa est, per ellipticam dicendi rationem ponitur illud ὅτι, qua de re suo loco dicetur uberius.

Ἄλλο τι ἤ.

Supra iam vidimus praeter illum ellipticum formulae ἄλλο τι usum, de quo diximus p. 74 sq., saepe numero etiam dici ἄλλο τι ἤ, ubi plana ac sobria requireretur oratio. Id autem aut ita fit, ut verba ἄλλο τι ἢ efficiant interrogationem, aut etiam extra interrogationem ponantur, praesertim si negatio quaedam praecedat aut per condicionem haec inferantur. Exempla huius rei plura huc adtulit Devarius et nos ipsi quoque ex aliqua parte multos iam supra tractavimus locos, qui huc facerent. Illud credo non ignoravisse, quem ad modum revera explicandum esset, sed tamen non satis caute praecepisse Devarium p. 21., quod scripsit, si ἄλλο τι esset interrogativum, tum accipi pro τί ἄλλο ἤ, i. e. *quid aliud quam etc.* Est enim non leve discrimen, utrum in interrogatione ipsa ponas: Τί ἄλλο ἤ, an: Ἄλλο τι ἤ. Hoc enim est: *Quid aliud nisi.*, alterum: *num quid aliud*, sive: *num aliud quid nisi etc.* Ἄλλο τι ἤ. p. 21.

Sin coniunguntur hae duae constructiones ita, quem ad modum in Platonis *Critone* Part. I. vol. II. p. 164, 7. p. 52, ed. H. Steph. factum videmus, ibi etsi constructio quodam modo ita explicari potest, uti voluit Devarius p. 22., rectissime tamen a recentissimis editoribus ita editus hic locus est, ut duplicem interrogationem haberemus, quarum utraque per se staret. Ita: Τί φῶμεν πρὸς ταῦτα, Κρίτων; ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν; Altera enim interrogatione simpliciter quaeritur, quid dicendum sit, altera iam propius ad rem ipsam qui loquitur accedit et dubitat, num aliud quid possit dici nisi ut concedantur haec.

Si quando post ἄλλο τι pro ἢ infertur ἀλλ' ἤ, quem ad modum factum est in eo Platonis loco, quem adtulit Devarius p. 22., per particulas ἀλλ' ἢ leviter illa notio, quae posita iam erat in praecedenti formula ἄλλο τι, quodam

pleonasmo orationis recipitur, quo melius possit ἢ particula adiici. Qua de re quom iam supra copiosius dixerimus p. 36 sq., hic non amplius dicendum esse videtur.

Quem autem ultumum locum posuit Devarius p. 22 sq. ex Platonis *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 104, 14. ed. Bekk. p. 24. C. ed. H. Steph., in quo ille putavit ἢ non suo loco positum esse, de eo nobis videtur iam paullo accuratius explicandum esse, quom praeter Devarium etiam Imm. Bekkerus et Godof. Stallbaumius in constituendo eo loco non recte versati esse videantur. Hic enim locus quom in libris omnibus ita legeretur: *Καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε, εἰπέ· Ἄλλο τι ἢ περὶ πολλοῦ ποιεῖ, ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται;* tamen ab utroque ita editus est, ut ἢ particulam post ἄλλο τι omitterent: quod minume Stallbaumius quidem debebat facere, qui, ut supra p. 76 sq. vidimus, rectissume de istarum particularum usu explicavit. Iure illi triumviri demum, qui nuper Platonis scripta Turici edenda susceperunt, Baiterus Orellius Winckelmannus, in nitidissuma editione sua isto loco omnium librorum scripturam immutatam reliquerunt. Eam autem traiectionem, quam Devarius in hoc loco statui voluit, ut: ἄλλο τι ἢ περὶ πολλοῦ ποιεῖ, ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται, positum esset pro: ἄλλο τι περὶ πολλοῦ ποιεῖ, ἢ ὅπως κτἑ., patet nullo modo posse locum hic habere. Sed hoc potius dicitur istis verbis: *Num quid aliud est nisi ut magni tu facias, ut quam optumi iuniores evadant?* id est: *Nonne tu magni facis, ut etc.* Eodem enim modo illud ἄλλο τι ἢ supra usurpatum vidimus p. 77., ut hic locus eis adiiciendus sit, quibus falso istud ἄλλο τι pro ἄλλο τι ἤ, quod paullo accuratius rem eloquitur, a criticis nostris illatum fuerit.

Praeterea hoc adiungendum videtur, formulam illam ἄλλο τι ἢ nonnumquam ita positam esse in Graeca oratione, ut quom posset cum reliqua constructione orationis consociari, tamen per se stare videretur. Sic igitur Ernestus Poppo in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 17. ed. Zeun. rectissume optumorum librorum auctoritate*) edidit: *Ἄλλο τι, ἔφη, ὦ Χαλδαῖοι, ἢ τούτου [γε] ἕνεκα εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε, ὅτι νομίζετε ἀσφαλέστερον ἂν δύνασθαι ζῆν, εἰρήνης γενομένης; ἢ πολεμοῦντες, ἐπεὶ ἡμεῖς τἄκρα τάδ' ἔχομεν;* quamquam Zeunius ac Fischerus propter sequens ἢ τούτου ἕνεκα volgatam scripturam: *Ἄλλου του, ἔφη, ὦ*

*) *Ἄλλο τι* enim habent libri Guelpherbytanus, Parisiensis, Altorfinus, alii. Pro altera scriptura tantum modo volgatum editionum testimonium adfertur.

Χαλδαῖοι, ἢ τούτου γε ἕνεκα κτἑ. tutati erant, quae ut stare posset, tamen multo impeditiorem efficeret orationis cursum. Illud enim esset: *Aliusne rei, inquit, o Chaldaei, nisi huius caussa?* Hoc, quod nunc legitur, multo alacrius rem eloquitur, ut hoc dicatur: *Aliud quid est, nisi ut hac de caussa pacem iam velitis etc.*, id est: *Nonne hac una de caussa pacem nunc voltis etc.* Neque dubitari ullo modo potest, quin in Platonis, qui fertur, *Alcibiade priore* Part. II. vol. III. p. 358, 5. ed. Bekk. p. 129. B. ed. H. Steph. recte sese habeant verba haec: ΣΩ. Ἔχε οὖν πρὸς Διός. τῷ διαλέγει σὺ νῦν; ἄλλο τι ἢ ἐμοί; Sic enim libri omnes hunc locum scriptum exhibent, nisi quod liber Paris. Reg. 1811. a recentiore manu habet ἄλλῳ τινί, quem ad modum etiam H. Stephanus ediderat locum. Multo etiam alacrior sermo est, si dicitur: τῷ διαλέγει σὺ νῦν; ἄλλο τι ἢ ἐμοί; quam si correctionem istam apertam recipimus. Hoc igitur dicitur istis verbis: *Quocum loqueris tu nunc? Num quid aliud est nisi ut mecum loquare?* id enim est ex Latinorum ratione dicendi: *Quocum loqueris tu nunc? Nonne mecum?* Illud autem, quod per emendationem male seduli grammatici illatum est: ἄλλῳ τινὶ ἢ ἐμοί; hoc fere significaret: *Quocum loqueris tu nunc? num cum alio quoquam nisi mecum?* Quibus in verbis quam langueat ille *alius quisquam*, facile intellegitur. Ut taceam nullo in libro ita legi. Quod autem Bekkerus eo ductus studio, quod supra iam notavimus p. 80 sq., omisit contra omnium librorum auctoritatem particulam ἤ, id non minus facile apparet summa iniuria hoc loco factum esse. Nam quem ad modum supra vidimus saepe numero, ubi alacrior atque concitatior esset oratio, suppressam esse particulam ἤ, ita facile doceri potest, id hoc loco fieri plane non posse. Namque in brevi hac enuntiatione omnis orationis perspicuitas pessumdaretur, si quis vellet ἢ omittere: corrueret oratio, si non isto adminiculo fulta sustineretur.

Praeterea ne quis de hac nostra ratione propter paucitatem exemplorum, quae huc vocavimus, dubitet, uti iniuria videtur G. T. A. Kruegerus l. c. p. 34. *) magis eo inclinavisse, ut eos, quos modo tractavi locos, contra librorum testimonium mutari vellet, conferantur ea, quae supra explicavimus de particulis ἀλλ' ἤ p. 46 sqq.

Recte denique docuit idem Kruegerus l. c. p. 33. post ἄλλο τι formulam non solum ἢ inferri, verum etiam πλήν. *Ἄλλο τι πλήν.* Cuius rei exempla ille haec adtulit, primum Platonis *Sophist.* Part. II. vol. II. p. 150, 15. ed. Bekk. p. 228. A. ed. H. Steph. Ἀλλ' αἶσχος ἄλλο τι πλὴν τὸ τῆς ἀμετρίας

πανταχοῦ δυσειδὲς ἐνὸν γένος; alterum Demosthenis ex oratione *Contra Midiam* §. 55. ed. Bekk. p. 532. ed. Reisk. *Τοῦτον ἄλλο τι πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν;* quo in loco unus Bekkeri liber pro πλὴν usitatius illud ἢ reponit.

Ἄλλο τι οὖν.

Ἄλλο τι οὖν. P. 23. Quem ad modum supra vidimus dici ἄλλο τι ἢ et ἄλλο τι suppressa comparationis formula, sic etiam adiecta conclusionis particula οὖν dictum est et ἄλλο τι οὖν ἢ et ἄλλο τι οὖν simpliciter. Sic igitur scripsit Lysias *Adversus dardanarios* §. 5. ed. Bekk. p. 164. ed. H. Steph. *Ἄλλο τι οὖν ἀξιοῖς ἢ ἀποθανεῖν, εἴ τι πεποίηκας παρὰ τοὺς νόμους, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία; Ἔγωγε.* Ita enim rectissume locus ab Imm. Bekkero constitutus est, nec erat ulla caussa, cur quidquam mutaretur. Cf. etiam I. O. Sluiteri *Lectiones Andocid.* p. 140. (p. 93. ed. Lips.) Namque hoc dicitur illo loco: *Num igitur aliud quid commeruisti nisi mortem, si quid fecisti contra eas leges, quibus poena mortis sancita est?* Ac sic quidem recte explicari posset illud, quod legitur apud Andocidem *De Mysteriis* §. 95. ed. Bekk. p. 12 extrema ed. H. Steph. *Ἄλλο τι οὖν, ὦ Ἐπιχάρης, ἢ νῦν ὁ ἀποκτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον;* nisi quattuor ab Imm. Bekkero collati libri haberent ad unum omnes: *Ἄλλο τι οὖν, ὦ Ἐπιχάρης, εἰ νῦν ὁ ἀποκτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον;* quam ego scripturam non censeo sollicitandam esse. Etenim ut taceam optumorum librorum auctoritatem, quae sine idonea caussa ne in his quidem rebus, quae forsitan minutae esse videantur, neglegenda est, si scribas: *Ἄλλο τι οὖν, ὦ Ἐπιχάρης, ἢ νῦν ὁ ἀποκτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται κτέ.*, exspectaveris aliquam certe consensionem, uti: *Πάνυ γε*, vel etiam: *Οὐδὲν ἄλλο.* Nam quom comparatio semel aperte instituta est, consentaneum etiam est, ut ea absolvatur. Itaque adiicere fere solebant veteres scriptores talem sibi ipsi responsionem in eius modi locis. Sin recipitur, quae in libris est εἰ particula, omnis illa comparandi ratio non plene instituitur, et verbis quidem: *Ἄλλο τι οὖν*, respicitur ad antecedentia, ut hoc dicatur: *Num igitur aliud quid est* (nempe *nisi hoc, quod modo dixi*), *si nunc ille, qui te occiderit, puris manibus erit e lege quidem Solonis?* Neque enim est hoc exemplis comprobandum, saepius fere hanc formulam usurpatam esse suppressa comparationis particula quam adiecta. Qua de re recte iam explicavit Devarius, cuius in

oratione signa interrogationis ponas p. 23. v. 14. post κάμνοντι et eadem pagina v. 25. post πράττει, quem ad modum iure etiam Bekkerus utrumque locum constituit.

Ἄλλως τε καί.

De formulis ἄλλως τε καὶ et ἄλλως τε nostro aevo multo melius iudicatum est, quam tempore superiori. Nam quom res per se dissimillumas grammatici composuissent, quarum communem originem vix posse erui intellegerent, non illi quidem solliciti de ipsa harum formularum prima origine ac natura, illud solum explicare studuerunt, quae esset vis ac potestas harum formularum in ipsa verborum serie. Ut primus Godofredus Hermannus fuisse videatur, qui ipsam originem ac primam vim harum formularum recte atque ordine explicaverit, qui egit de hac formula ad Vigerum p. 780 sqq. ed. tert. Is enim rectissume indicavit plane diversas esse duas has formulas, et ἄλλως τε καὶ nihil aliud esse nisi Latinum: *cum alias, tum etc.*, vel: *quom aliter, tum etc.*, ἄλλως τε autem significare *aliterque* vel *alioque modo*, id est, maioreque modo. *Ἄλλως τε καί et Ἄλλως τε. P. 23 sq.*

Ac primum quidem de formula ἄλλως τε καὶ videamus. De cuius formulae prima origine alii aliter statuerunt, quorum illi, qui contenderunt esse ἄλλως *aliter*, hoc copulari cum superiore oratione per τὲ particulam, per καὶ autem particulam, quae iam accederet, id, quod iam adiiceretur, intendi, ut hoc fere diceretur: *et alio* [*eoque maiore*] *modo etiam*, uti Zeunius voluit ad Vigerum p. 378. ed. Herm. tert. rem explicari, aliquid docuerunt, quod quom per se non esset ineptum, etiam congrueret cum formula ἄλλως τε, quam suppressa particula καὶ aut etiam in alio demum membro adiecta, ut ad ἄλλως τε referri non posset, saepe numero usurpatam esse a Graecis et constat inter omnes et infra accuratius explicabitur. Sed tamen quom et particulae τε καὶ ita non usurparentur nisi raro et formulas ἄλλοι τε καί, ἄλλα τε καί, ἄλλως τε καὶ admodum saepe ita positas sciremus, ut illud, quod iam adiiceretur, eo efferretur, quod cum alii tum singularis aliquis aliquid fecisse diceretur et alia id genus multa, nos quoque in G. Hermanni sententiam concedendum putavimus, quamquam negare non possumus alteram explicandi rationem eo commendari, quod unam eandemque utriusque formulae originem demonstret. Sed quem ad modum ἄλλως τε καὶ accipiendum sit, videntur evincere tales loci, qualis est exempli gratia ille Platonis ex *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. *Ἄλλως τε καί.*

p. 112, 17. ed. Bekk. p. 28. ed. H. Steph. *Φαῦλοι γὰρ ἂν τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός, ὃς τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε κτέ.*, quibus in verbis sic effertur Achilles ex Thetide natus, ut cum alii tum ille hic commemorandus esse dicatur. Similiterque locutus Herodotus est lib. VI. cap. 136. *Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔσχον ἐν στόμασι, οἵ τε ἄλλοι καὶ μάλιστα Ξάνθιππος, ὁ Ἀρίφρονος.*, ubi ponitur primum quidem *οἵ τε ἄλλοι*, ut hoc quasi gradu tollatur ille, qui sequitur, Xanthippus. Idemque paullo post cap. 137. dicit: *ἄλλα τε σχεῖν χωρία καὶ δὴ καὶ Λῆμνον*, ubi Lemnus eodem plane modo inter alias terras significatur. Eodem modo Graeci etiam *ἄλλως τε καὶ* usurpasse multis locis probari potest, veluti illo Thucydidis lib. IV. cap. 78. *Τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διϊέναι ἄνευ ἀγωγοῦ καὶ μετὰ ὅπλων γε δὴ καὶ τοῖς πᾶσί γε ὁμοίως Ἕλλησιν ὕποπτον καθεστήκει τὴν τῶν πέλας μὴ πείσαντας διϊέναι κτέ.*, ubi hoc dicitur: *Thessaliam enim quom aliter* (aut etiam *simpliciter* vel *omnino*) *non facile erat peragrare sine duce, tum certe quidem cum armis etc.*, et ita per positionem *ἄλλως τε* oratio deinde annixa particula *καὶ* adsurgit ad maius quiddam et gravius. Huc recte etiam a Zeunio, quamquam is quidem, ut vidimus, aliam sententiam secutus est, vocatus est Heliodori locus lib. II. cap. 17. *Ἄλλως τε γὰρ ἄπιστον τὸ βουκόλων γένος καὶ νῦν πλέον, ὅτε τοῦ παραστέλλοντος τὴν γνώμην πρὸς τὸ σωφρονέστερον ἄρχοντος ἀμοιροῦσιν.*, ubi hoc declaratur: *Pastorum genus enim cum omnino suspiciosum tum nunc etiam magis.* Hos locos et alios innumerabiles cum cernimus, non possumus dubitare, quin ex hac dicendi ratione nata etiam illa formula sit, quae tam frequens invenitur in scriptis Graecorum: *ἄλλως τε καί.* Per hanc enim formulam exposita aliqua re iam hoc declaratur, illam rem cum omnino locum habere tum certa quadem condicione, quae iam uberius explicatur. Sic igitur ille Aristophanis locus ex *Nubibus* v. 1267 sqq. ed. Dind. explicandus erit:

Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τᾶν, ἀλλά μοι τὰ χρήματα
τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευσον ἅλαβεν,
ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι.,

quibus verbis hoc declaratur: *Noli me ludificari, o tu, sed iube filium tuum mihi numos restituere, quos sumpsit, cum omnino quidem, tum quom ego negotium male gesserim.*, quo ex loco prima illius formulae vis explorate poterit percipi,

quom interposita particula *μέντοι, sane quidem,* origo huius locutionis magis exstet. Sic etiam res sese habet in illis locis *Aeschyli,* quos iam Godofredus Hermannus ad Vigerum p. 780. adhibuit, veluti in *Prometh.* v. 635 sq. ed. Dind.

Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,
ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός.

quo loco hoc dicitur: *Tuum opus est, Io, ab hisce gratiam inire, cum aliter omnino, tum quom sint germanae patris tui sorores.* Sic etiam illa accipienda sunt, quae leguntur apud eundem in *Persis* v. 659 sq. ed. Dind.

ἄλλως τε πάντως χοἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ
λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι.

et in *Eumenidibus* v. 725 sq. ed. Dind.

Οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι;

Sic denique recte videtur ille Platonis locus in *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 127, 15. ed. Bekk. p. 35. D. ed. H. Steph. nuper a triumviris illis, qui communi opera Platonis scripta edenda susceperunt, ita constitutus esse ex libris cum plurumis tum optumis: *Μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν, ἃ μήτε ἡγοῦμαι καλὰ εἶναι μήτε δίκαια μήτε ὅσια, ἄλλως τε μέντοι νὴ Δία πάντως καὶ ἀσεβείας φεύγοντα ὑπὸ Μελήτου τουτουΐ.* Sic enim libri ℵΠΦDST. apud Bekkerum ipsis litteris legunt, quom ceteri habeant partim: *ἄλλως τε πάντως νὴ δία μέντοι,* ut *BCE.* et pr. *w.*, partim: *ἄλλως τε πάντως ἢ νὴ δία μέντοι,* ut *Γ.*, partim: *ἀλλὰ μάλιστα πάντως νὴ δία μέντοι,* ut *H.*, ut neque quod edidit H. Stephanus: *μάλιστα πάντως νὴ Δία μέντοι,* neque quod cum Imm. Bekkero scripsit God. Stallbaumius: *ἄλλως τε πάντως νὴ Δία, μάλιστα μέντοι,* magna librorum auctoritate nitatur. Sed non solum, ubi vox *ἄλλως* alio verbo, quale est *πάντως,* explicatur aut etiam interposita alia voce, veluti in adlato Aristophanis loco, ut constructio magis appareat, usurpatur haec formula, sed multo frequentissumum est etiam *ἄλλως τε καί,* nullo interposito alio verbo. Quem ad modum dicitur hoc in Sophoclis *Electra* v. 1316 sqq. ed. G. Herm.

Εἴσιτ', ω ξένοι,
ἄλλως τε καὶ φέροντες οἷ' ἂν οὔτε τις
δόμων ἀπώσαιτ' οὔτ' ἂν ἡσθείη λαβών.

Sed facile ex ipsa natura huius formulae etiam hoc intellegitur

non posse eam locum habere, nisi quaedam condicio efferatur, qua hoc, quod fieri dicitur, potissumum fieri significetur. Dicitur enim hoc: *quom aliter tum hac condicione*, ut vis ac potestas formulae *ἄλλως τε καὶ* respondeat fere Latinae particulae *praesertim* et nostrae *zumal*. Est autem illa, quam dixi, condicio aut integra enuntiatione condicionali declarata aut etiam alia constructione orationis significata tantum modo.

Ac primum quidem apud Demosthenem in oratione, quae est *De corona*, §. 5. ed. Bekk. p. 227. ed. Reisk. plena oratione dicitur: *Πάντων μὲν γὰρ ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι καὶ χαλεπὸν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ κτἑ.*, ubi hoc dicitur: *cum aliter* aut *alias, tum quando ab hoste cui hoc contingat*, id est, *praesertim quom id ab hoste alicui inferatur.* Eodem modo dicitur apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 4. §. 11. ed. Zeun. *Ἐὰν γὰρ σὺ ἄφθονα ἔχῃς, οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ ἂν εἴη λαμβάνειν, ὁπότε δεοίμην, ἄλλως τε καὶ εἰ εἰς τοιοῦτόν τι λαμβάνοιμι ὃ μέλλει καὶ σοὶ δαπανηθὲν βέλτιον εἶναι. cum aliter tum si etc.*, id est, *praesertim si etc.*, *zumal wenn ich u. s. w.* et apud Thucydidem lib. II. cap. 3. *οἱ δὲ Πλαταιῆς — πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν καὶ τοὺς λόγους δεξάμενοι ἡσύχαζον, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον.*

Sed saepissume etiam per participia significatur ista condicio, qua aliquid potissumum esse aut fieri dicatur, ut in illis locis, quos et ipsi supra posuimus explicandi caussa p. 84. ex Aristophanis *Nub.* v. 1269. et ex *Electra* Sophoclis v. 1217. et Devarius* adtulit p. 24. ex Isocratis *Panegyrico* §. 106. ed. Bekk. p. 62. ed. H. Steph. et ex Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. II. c. 8. §. 1. Quibus iam accedat Platonis locus, qui legitur in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 42. ed. Bekk. p. 247. ed. H. Steph. *Τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα.*, quod etiam Latini vertere possunt hoc modo: *Audere decet verum dicere, praesertim de veritate dicentem.*, et Thucydidis etiam paullo impeditior locus lib. VII. cap. 80., ubi haec verba leguntur: *Καύσαντες οὖν πυρὰ πολλὰ ἐχώρουν ἐν τῇ νυκτί, καὶ αὐτοῖς, οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι στρατοπέδοις, μάλιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι καὶ δείματα ἐγγίγνεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐν νυκτί τε καὶ διὰ πολεμίας καὶ ἀπὸ πολεμίων οὐ πολὺ ἀπεχόντων ἰοῦσιν, ἐμπίπτει ταραχή κτἑ.* Sic idem Thucydides lib. IV. cap. 104. dixit: *Ἐς θόρυβον μέγαν κατέστησαν, ἄλλως τε καὶ ἀλλήλοις ὕποπτοι ὄντες.* Neque abhorrent ab hac dicendi ratione illi loci, ubi simplex participium per hanc formulam effertur,

veluti illud, quod legitur apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 10. *Οὐκ ἂν ἡμῖν νῦν καλῶς ἔχοι, εἰ οὗτοι καταλήψονται πάλιν τὰ ἄκρα, ἄλλως τε καὶ τετειχισμένα.*, quem locum Schützius in *Epitome libri Hoogeveeniani* p. 33. a ceteris separatum esse voluit. Ibi enim dicitur: *si isti rursus receperint iuga, praesertim munita*, id est, *praesertim ea iuga, quae munita sint*, aut *praesertim quom iuga ista munita sint*. Sic etiam illi loci explicandi sunt, ubi ista condicio tantum modo aliquo nomine adiectivo significatur, veluti in illo loco Xenophontis ex eadem *Cyri disciplina* lib. III. cap. 3. §. 14. *Ἴσασι γάρ, ὅτι ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστιν, ἄλλως τε καὶ βάρβαρον.*

Praeterea illa condicio, quae effertur per formulam *ἄλλως τε καί*, aliis quoque modis multis significatur, etiam si interdum admodum involuta legitur. Sic in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 6, 14. ed. Bekk. p. 229. A. ed. H. Steph. *Ῥᾶστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδές, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας.*, facilis rei explicatio est, ubi etiam Latine dicas: *praesertim hoc et anni et diei tempore*, id est, *praesertim quom hoc tempore et anni et diei fiat.* Eodemque modo dicitur in illo Isocratis loco, quem adtulit iam Devarius p. 24. ex *Panegyrico* §. 57. *ἄλλως τε καὶ περὶ πραγμάτων οὐκ ἰδίων, ἀλλὰ κοινῶν.*, ubi eodem modo Latine dicas: *praesertim de rebus non privatis, sed communibus*, id est, *praesertim quom id fiat de rebus non privatis, sed communibus*. Difficilior est Thucydidis locus, qui legitur lib. VII. cap. 75., nec tamen ita difficilis, ut nostra ratione non commode expediri possit. Ibi haec verba habentur: *Καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία καὶ ἡ ἰσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν, οὐδ᾽ ὡς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο.*, quae verba etsi recte intelleguntur, si ita cum Fr. Goellero solvamus: *ἄλλως τε καὶ ὅτι* [vel potius *ἐπειδὴ*] *ἀπὸ τοιαύτης λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ἐς τοιαύτην τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο.*, videntur mihi tamen ita potius explicanda, ut per quandam breviloquentiam, quae et Thucydidis et aliorum scriptorum admodum propria esse videatur, post formulam *ἄλλως τε καὶ* suppressam eius modi sententiam cogitemus, quae hoc fere declararet: *ratione habita, eo considerato*, et quae sunt similia. Qua re verbis istis: *ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ*

πρώτον ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο; hoc fere dictum erit: *praesertim* [*ratione habita*], *a quanto splendore et incremento priori ad quem finem et deminutionem perventum esset.* Sic etiam reliqui loci, in quibus post formulam ἄλλως τε καὶ paullo implicatior fuerit verborum constructio, facile expediri poterunt, modo quis primam vim ac potestatem illarum particularum explorate perceperit.

Ἄλλως τε. Ab hac autem formula, quem ad modum God. Hermannus ad Vigerum p. 781. rectissume observavit, plane diversa est altera formula: ἄλλως τε. Nam quom ἄλλως τε καὶ esset *cum aliter tum* —, hoc nihil aliud per se significat, nisi *aliterque*. Hoc ita differt ab altera formula ἄλλως τε καί, ut, quom haec deprimat illud ἄλλως et efferat potius id, quod infertur per particulam καί, per hanc rursus formulam [ἄλλως τε] illud ἄλλως magis efferatur, ut hoc dicatur: *alioque modo*, id est, maioreque modo. Quod aptissume G. Hermannus ita explicavit, ut diceret hoc idem fere esse, quasi diceretur: *per se* (quod non additum, cogitatione suppleretur) *alioque modo*: quam ob rem Germanice ἄλλως τε vertendum esset: *und vollends*. Sic in illo Sophoclis loco, quem pro exemplo posuit iam Hermannus, ex *Oedipo Rege* v. 1110 sqq. dicitur:

Εἰ χρή τι κἀμέ, μὴ ξυναλλάξαντά πω,
πρέσβυ, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ' ὁρᾶν δοκῶ,
ὅνπερ πάλαι ζητοῦμεν· ἔν τε γὰρ μακρῷ
γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος·
ἄλλως τε τοὺς ἄγοντας, ὥσπερ οἰκέτας
ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ κτἑ.,

ubi postquam Oedipus dixerat: *Pastorem mihi videor videre, quem dudum quaerimus*, et deinde rationem reddiderat, quam ob rem hoc sibi videretur, pergit: ἄλλως τε τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ, id est, *alioque modo eos, qui ducunt, quasi domesticos servos meos agnosco*, quod est denique nihil aliud nisi *et magis etiam*, *et maxume*, aut aliis verbis: *atque adeo eos, qui ducunt, quasi servos meos agnosco*. Nos Germani dicamus: *und überdiess erkenne ich etc.* Sic dicitur etiam ab Euripide in *Ione* v. 632. ed. Herm.

Ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτείρω, πάτερ,
ἄπαιδα γηράσκουσαν· οὐ γὰρ ἀξία,
πατέρων ἀπ' ἐσθλῶν οὖσ', ἀπαιδίαν *) νοσεῖν.,

---

*) Hanc enim omnium librorum scripturam relinquendam esse iam alibi, nisi me fallit, significavi. Nam quamquam G. Hermannus recte sic existumavit in ed. Ionis p. 63., huius modi verba praeter cognati nominis accusativum, ut νόσον νοσεῖν, non alium accusativum

ubi postquam dixit Ion de universa mulierum misera condicione, si, quom ex ipsis liberos non suscepissent, mariti ex alia muliere natos domum suam reciperent, sic pergit de Creusa dicere, ut hanc praeter ceteras videatur deplorare, dum dicit: ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτείρω, πάτερ κτἑ. id est: *Alioque modo tuam ego uxorem deploro, pater etc.* hoc est: *maioreque modo*, aut etiam: *in primis tuam ego uxorem deploro.* Nec mutandus videtur ille locus Thucydidis, qui legitur lib. VI. cap. 72. his verbis: Οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε λειφθῆναι ὅσον εἰκὸς εἶναι ἄλλως τε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας ὡς εἰπεῖν χειροτέχνας ἀνταγωνισαμένους., etsi ibi in paucis quibusdam libris post ἄλλως τε adiectum καὶ legitur. Ibi enim rectissume se habet ἄλλως τε, ut hoc dicatur: *quantum par esset et maxume quidem primis Graecorum etc.* quod nos dicamus: *und zumal*, ut vox *zumal* acuta voce pronuntietur, aut etiam: *und überdiess.* Hoc enim proprie significat Graecum illud ἄλλως τε. Quem ad modum legitur id etiam simpliciter apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 43. ed. Zeun. Ταῦτα δὲ πάντα τί ἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι; Ὅσα τε γὰρ ἔγωγε ᾔδειν, πολλάκις ἀκήκοας· ἄλλως τε ὅστις ἐδόκει τι τούτων ἐπίστασθαι, οὐδενὸς αὐτῶν ἠμέληκας, οὐδ᾽ ἀδαὴς γεγένησαι., quem locum ita nos possumus reddere: *Denn Alles, was ich wusste, hast du oftmals vernommen; und überdiess hast du Niemanden, wer etwas davon zu wissen schien, vernachlässigt etc.* Ac sic saepe alias ἄλλως τε usurpatum est, veluti apud Lucianum in *Dialog. mortuor.* XV. §. 3. Ἄλλως τε ὁρᾷς τῶν ἑταίρων ὅσοι περί σε ἐσμὲν οἷδε, μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. Sed formula ἄλλως τε etiam in condicionis significatione eodem modo usurpata est, quo ἄλλως τε καί, ea tamen, quam supra designavimus, sententiae discrepantia. Sic exempli gratia in Isocratis *orat. ad Nicoclem* §. 50. ed. Bekk. p. 24. extrema ed. H. Steph. rectissume dicitur: Ταῦτα δὲ διῆλθον ἡγούμενος σὲ δεῖν, τὸν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν ἀλλὰ πολλῶν βασιλεύοντα, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων μηδὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας, τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἡδοναῖς κρίνειν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων

---

adsciscere, nisi qui aut partis effectae esset aut rei efficiendae, ideoque hic ἀπαιδίᾳ νοσεῖν cum L. Dindorfio corrigendum esse, illud tamen ipsum ἀπαιδίαν sic accipi potest, quasi morbi genus sit. Sic Heliodorus *Aethiop.* p. 167. dixit: Οὐ γὰρ βασκανίαν νοσῶ, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ νόσον, et quae sunt similia.

αὐτοὺς δοκιμάζειν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες κτἑ., quem locum iure defendit Hermannus l. l. a Coraio, qui καὶ adiiciendum esse putavit. Dicitur enim ibi: *und überdiess, da etc.* quom ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ κτἑ. simpliciter esset, *zumal da*, *vorzüglich da etc.* Nihil autem impedit, quo minus deinceps in ipsa condicione inferatur etiam particula καί, ut factum est in illo Isocratis loco, quem grammatici excitaverunt ex *Panegyrico* cap. 18. §. 66. ed. Bekk. p. 54. ab init. ed. H. Steph. Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπ' ἐκείνους., modo ne quis existumet hoc antiquitus fuisse nihil nisi ἄλλως τε καί. Nam ἄλλως τε per se stat neque quidquam commune habet cum particula καί, quae in altero demum membro sequitur. Sic etiam ille Xenophontis locus interpretandus erit, quem ipse Devarius adtulit ex *Memorabilibus Socratis* lib. II. c. 2. §. 59. ἀλλ' ἔφη δεῖν τοὺς μήτε λόγῳ μήτ' ἔργῳ ὠφελίμους ὄντας, μήτε στρατεύματι μήτε πόλει μήτε αὐτῷ τῷ δήμῳ, εἴ τι δέοι, βοηθεῖν ἱκανούς, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι, κἂν πάνυ πλούσιοι τυγχάνωσιν ὄντες. Neque enim ibi cum Ernestio scribendum est: ἄλλως τε καί, neque καὶ illud, quod legitur in membro, quod sequitur, ad priora vocandum, sed dicitur hoc: *und überdiess, wenn sie dazu auch noch dreiste sind*, a quo differt ἄλλως τε κἂν πρὸς τούτῳ θρασεῖς ὦσι. Conferas etiam Isocratis *Evagoram* §. 7. ed. Bekk. p. 190. ed. H. Steph. Τοὺς δ' ἄλλους ἐθιστέον ἀκούειν περὶ ὧν καὶ λέγειν δίκαιόν ἐστιν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὰς ἐπιδόσεις ἴσμεν γιγνομένας κτἑ. et ceteros locos, quos adtulit G. Hermannus l. l. p. 781. Quamquam magna ex parte illi loci hodie aliter ex libris optumis constituti sunt, veluti ille, qui legitur in Isocratis *Panathenaico* cap. 9. §. 23. ed. Bekk. p. 238. ed. H. Steph., ubi Bekkerus scripsit ex cod. Urbinate, optumo illo quidem libro: ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἀλγήσειν, ἄλλως τε κἂν φανῶ μηδὲ νῦν πω τηλικοῦτος ὢν πεπαυμένος παραληρῶν, cum antea legeretur: ἄλλως τε ἂν καὶ φανῶ., ut hic locus iam ex illo numero eximendus esse videatur. Neque in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 66, 1. ed. Bekk. p. 87. D. ed. H. Steph. iam G. Hermannus ex libro Tubingensi scribendum putabit, quod voluit ad Vigerum p. 781.: Ἀλλὰ γὰρ ἂν φαίη ἑκάστην τῶν ψυχῶν πολλὰ σώματα κατατρίβειν, ἄλλως τε εἰ καὶ πολλὰ ἔτη βιῴη.

Etenim ipsa vis orationis potius ἄλλως τε καί, quam ἄλλως τε hoc loco requirere videtur, quom non dicatur: *und überdiess, wenn sie gar viele Jahre lebt*, sed potius firmius illud ac magis definitum: *zumal wenn etc.* Quamquam non probo, quod Imm. Bekkerus illo loco edidit: ἄλλως τε καὶ εἰ πολλὰ ἔτη βιῴη, ex quattuor libris, bonis illis quidem, sed tamen a reliquorum librorum auctoritate destitutis, qui fere omnes tuentur volgatam scripturam: ἄλλως τε κἂν πολλὰ ἔτη βιῴη. Etenim si id, quod scripsit Bekkerus antiquitus in libris fuisset, quom oratio ita optume procederet, non credo quemquam quidquam in ea scriptura mutaturum fuisse. Illud autem, quod volgo legebatur: ἄλλως τε κἂν πολλὰ ἔτη βιῴη, propterea videtur offensioni fuisse, quod, qui intellegentiores essent librarii, non fere optativum post κἂν particulam ferri vellent. Itaque alii pro βιῴη scribendum existumaverunt βιῷ, quod edidit etiam H. Stephanus, alii audacius etiam pro ἄλλως τε κἂν, scripserunt ἄλλως τε καὶ εἰ. Vide eam, quam I. Bekkerus ex libris enotavit lectionis varietatem Vol. I. p. 383. Unde etiam factum esse videtur, ut in librum Tubingensem veniret, traiecta in alium locum particulâ εἰ, ἄλλως τε εἰ καί, quod quom probasset, ut vidimus, G. Hermannus ad Vigerum, videtur G. Stallbaumius in orationem recepisse. Neque enim credo, quod suspicati triumviri illi sunt, quos supra Platonis scripta edenda suscepisse memoravi, qui quidem ipsi quoque: ἄλλως τε καὶ εἰ πολλὰ ἔτη βιῴη, ediderunt, operas Stallbaumii errore sic scripsisse. Illud denique, quod ego probo: ἄλλως τε κἂν πολλὰ ἔτη βιῴη, nemo falsum pronuntiabit, qui meminerit haec verba ex mente eius dici, quem sibi hoc loco is, qui loquitur, fingit adversarium, ut optativus post particulam ἂν quippe in oratione obliqua rectissume se habeat. Conf. G. Hermannus *De particula ἂν* p. 148 sqq. Apparebit autem R. Kühnerum, quom unicum huius usus particularum ἄλλως τε exemplum poneret in *Gr. Gr. ampl.* p. 421., non recte fecisse, quod hunc potissumum locum selegerit.

Ἐπίμετρον
ad caput primum.

Etsi ex iis, quae de universo particulae ἀλλὰ usu disputavimus, satis apparebit, quem ad modum ista particula etiam in eo genere orationis, de quo non diximus separatim in disputatione nostra, explicanda sit, tamen ne quid omisisse

Ἀλλὰ in initio orationis.

videamur, duo locorum genera, quae Devarius ipse non memoravit, hoc loco explanabo.

Ac primum quidem de iis locis dicendum est, ubi ἀλλὰ in initio alicuius orationis positum invenitur, qua de re disputavit Hartungius l. c. vol. II. p. 39 sq., qui recte ad ellipticam dicendi rationem eius modi locos revocavit. Nam qui dicit ἀλλὰ etiam in initio alicuius orationis aut etiam in exordio totius libri, semper aliquid in animo habet, unde ad hoc, quod iam dicturus est, quasi alia re aut certe tacita cogitatione praetermissa, cui iam nova res opponatur, transitum faciat. Sic igitur Lucianus in *Gallo sive somnio* §. 1. ita facit loquentem Micyllum, per galli cantum importunum somno excitatum: Ἀλλὰ σέ, κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρίψειε φθονερὸν οὕτω καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὅς με πλουτοῦντα καὶ ἡδίστῳ ὀνείρατι ξυνόντα καὶ θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονοῦντα διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας ἐπήγειρας κτἑ., quibus verbis hoc declarat Micyllus, se aliis rebus posthabitis potissumum de ultione cogitare, quam de gallo gallinaceo velit sumere. Nos similiter possum dicere: *Aber dir, du abscheulicher Hahn, möge Zeus selbst das Haupt zerschmettern*, et quae sunt similia. Eadem ellipsis est etiam eorum locorum, quos Hartungius hic posuit ex Xenophontei *Convivii* initio: Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς., et ex libri *de re publica Laecedaemoniorum* exordio: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτέ, ὡς ἡ Σπάρτη, τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων οὖσα, δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐφάνη, ἐθαύμασα, ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τοῦτ' ἐγένετο. ἐπεὶ μέντοι κατενόησα τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν Σπαρτιατῶν, οὐκέτι ἐθαύμαζον., quibus in locis Xenophon hac elliptica dicendi ratione suam sententiam atque auctoritatem maiore vi opponit aliorum opinioni, quam per ἀλλὰ particulam quasi ante declaratam aut certe animo agitatam adumbrat. Eodemque modo explicandum erit oraculum illud, quod adfert Herodotus lib. I. cap. 55. his verbis:

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.,

ubi Pythia obscura ac mystica oratione sua, quom per ἀλλὰ particulam fari incipit, hoc fere volt significare, alias res omnes posse hic relinqui, quom nihil mali adferant Croeso, sed illud tempus ei verendum esse, si mulus rex Medorum

fiat. Fingit igitur se alias res omnes animo agitasse et nunc ad periculosum tempus devenisse, cum dicit: *Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται κτἑ.* Praeterea conferantur, quae adtulit H. Hoogeveenus in *Doctrina particularum Graecae linguae* et Ch. G. Schützius in eius libri epitome p. 9.

Deinde commemorandi hic sunt ii loci, in quibus *ἀλλὰ* particula in apodosi condicionalis enuntiationis posita legitur. In his quoque locis prima *ἀλλὰ* particulae vis ac potestas facile agnoscitur. Nam ubi hoc factum est, ibi per istam particulam quasi transitus ad rem novam significatur, quae ei, quae membro orationis condicionali erat declarata, iam opponatur. Apparet autem facile per sese, sic dici non posse nisi maiore quadam vi aliquid ei, quod in condicione positum erat, opponatur. Qua de re recte explicavit Hartungius l. l. vol. II. p. 40 sq. Exempla huius rei permulta exstant apud Graecos scriptores inde ab Homero, qui ipse sic locutus est *Iliados* lib. VIII. v. 153 sq.

Εἴπερ γάρ σ' Ἕκτωρ γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσει,
ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες καὶ Δαρδανίωνες κτἑ.

ubi hoc dicitur: *Quamvis enim te Hector quidem ignavum et imbellem dicat, at non credent Troiani etc.* Idemque in *Iliados* lib. I. v. 81 sq., quo de loco iam supra vidimus p. 14.:

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,
ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι κτἑ.,

ubi eodem modo Latine dicamus: *at postea quoque habet odium etc.* Ita adiicitur particula *ἀλλὰ* etiam post *ἐπειδὴ* et quae sunt similia, veluti in *Odysseae* lib. XIV. v. 149 sqq.

Ὦ φίλ', ἐπειδὴ πάμπαν ἀναίνεαι, οὐδ' ἔτι φῆσθα
κεῖνον ἐλεύσεσθαι, θυμὸς δέ τοι αἰὲν ἄπιστος·
ἀλλ' ἐγὼ οὐκ αὔτως μυθήσομαι, ἀλλὰ σὺν ὅρκῳ κτἑ.

Cf. Herodoti lib. IX. cap. 41. *Ἐπεὶ ὑμεῖς ἢ οὐκ ἴστε οὐδὲν ἢ οὐ τολμᾶτε λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω.* De ceteris scriptoribus, quos multos laudat Hartungius, conferatur Aeschines *contra Ctesiphontem* §. 155. ed. Bekk. p. 75. ed. H. Steph. *Καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὰ διεξίῃ τὰ ἐκ τοῦ ψηφίσματος προστάγματα, ἀλλ' οὐ τό γ' ἐκ τῆς ἀληθείας αἰσχρὸν σιωπηθήσεται κτἑ.* et illud Sapphus:

Εἰ δὲ δῶρα μὴ δέχει, ἀλλὰ δώσει.

Praeterea ea conferantur, quae supra disputavimus p. 14 sqq. Ibi enim multos huius modi locos posuimus, ut doceremus, quem ad modum ἀλλὰ Latino *certe* responderet.

CAPUT II.

De particula ἀμέλει.

Ἀμέλει. P. 29. De universo vocis ἀμέλει usu rectissume exposuit Devarius. Itaque nihil restat nisi ut significem, quem ad modum in indignabunda comminatione cum acerba quadam irrisione hoc verbum usurpetur, quam rem adtigit scriptor p. 25. Dicitur enim ei in comminatione ἀμέλει, qui minume credere videtur, sibi posse ab aliquo noceri. Quo verbo quasi ille circumspiciat et curet, ut illud, de quo ei non potest persuaderi, fiat, ita iubetur eam curam omittere: quamquam revera ille alia omnia potius videatur cupere et curare, quam ut hoc fiat. Sic in illo loco, quem adtulit Devarius ex Aristophanis *Ranis* v. 530 sqq., ubi Dionyso, qui dixerat:

Ποίοις θεοῖς;
τὸ δὲ προσδοκῆσαί σ' οὐκ ἀνόητον καὶ κενὸν
ὡς δοῦλος ὢν καὶ θνητὸς Ἀλκμήνης ἔσει;

respondet Xanthias:

Ἀμέλει, καλῶς· ἔχ' αὔτ'. ἴσως γάρ τοί ποτε
ἐμοῦ δεηθείης ἄν, εἰ θεὸς θέλοι,

quibus verbis hoc dicit: *Omitte hanc curam, optume.* Id est denique nihil aliud nisi firmissuma adseveratio, qua aliquid sine ulla dubitatione dicitur esse futurum. Sic quasi particulae loco in media oratione ponitur, veluti in Luciani *Gallo sive somnio* §. 1. *ὁ δὲ ἄϋπνος οὗτος, ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων, ἐφ' ἑσπέρας εὐθὺς ἤδη κέκραγεν, ἀλλ' οὔτι χαίρων γε· ἀμυνοῦμαι γὰρ ἀμέλει σε, ἢν μόνον ἡμέρα γένηται, συντρίβων τῇ βακτηρίᾳ.*, ubi olim videtur offensioni fuisse hoc ἀμέλει, quom libri deteriores pro eo exhibeant εὐθύς (vide, quae diximus ipsi ad eum locum in ed. nostra p. 9.) rectissume autem illa summae irrisionis et ironiae vox eo loco se habet. Etenim nos item dicimus in eius modi minis: *Denn ich werde dich schon, da*

sei ausser Sorge, wann es nur erst Tag sein wird, abstrafen, et quae sunt similia.

Sic ἀμέλει coniungitur etiam, si res nova cum maiore adfirmatione adiicitur, cum καὶ particula, quem ad modum id factum est in Luciani illo loco, quem *Hermotimi* adtulit Devarius p. 25., aut etiam, si quaedam oppositionis significatio accedit, cum particulis δὲ καί, veluti in Theophrasti *Charact.* cap. 5. §. 4. Ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινός. Conf. Xenophontis *Memorabilia Socratis* lib. I. cap. 4. §. 7., ubi dicitur: Ἀμέλει καὶ ταῦτα ἔοικε μηχανήμασί τινος ζῶα εἶναι βουλευσαμένου. Quamquam per sese etiam in his locis nulla harum particularum aptior coniunctio intercedit.

Ἐπίμετρον

ad caput secundum.

Ἅμα.

Ἅμα, quod a Devario praetermissum est, propterea huc vocavi, quod is similes quasdam voces in librum suum receperat, quae minus etiam ad structuram orationis conferrent, quam hoc adverbium. Ἅμα.

Est enim ἅμα, quod Latinis particulis *una* vel *simul* respondet, primum ita usurpatum, ut simpliciter res duas vel plures una vel simul aut esse aut fieri significet, veluti apud Homerum in *Iliados* lib. VIII. v. 64.

> Ἔνθα δ᾽ ἅμ᾽ οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν,
> ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων κτέ.

aut eiusdem *Iliados* lib. XXIV. v. 773.

> Τῷ σέ θ᾽ ἅμα κλαίω καὶ ἔμ᾽ ἄμμορον, ἀχνυμένη κῆρ.

Et sic saepe alias etiam apud alios scriptores, ut in Sophoclis *Antigona* v. 281 sq.

> Παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μεστῶσαι λέγων,
> μὴ ᾽φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.

Hoc translatum etiam ad verba est, uti in Isocratis *Panegyrico* §. 157. ed. Bekk. p. 73. ed. H. Steph. Καὶ γὰρ οὗτοι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους, ὅσοις πεπολεμήκασιν, ἅμα διαλλάττονται καὶ τῆς ἔχθρας τῆς γεγενημένης ἐπιλανθάνονται, τοῖς δ᾽ ἠπειρώταις οὐδ᾽ ὅταν εὖ πάσχωσι χάριν ἴσασιν· οὕτως ἀείμνηστον τὴν ὀργὴν πρὸς αὐτοὺς ἔχουσιν., quo loco significatur, *una istos in gratiam redire*

et pristinas inimicitias oblivioni tradere. Recte interpretes ad Vigerum p. 380. comparaverunt Latinos etiam locos huius modi, uti Virgilii *Aeneidos* lib. XI. v. 964.

Extemplo teli stridorem aurasque sonantis
Audiit una Aruns haesitque in corpore ferrum.

Unde etiam profecta illa constructio est, ut repetita voce ἅμα duae res coniungerentur, veluti illud, quod abiit in proverbii consuetudinem: Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον., quod Latino verbo: *Dictum ac factum, dictum factum,* respondet. Atque ita etiam: ἅμα μὲν — ἅμα δέ, usurpatum est, quem ad modum legitur id apud Heliodorum *Aethiop.* lib. V. cap. 16. Ἐπείθετο ὁ Καλάσιρις, ἅμα μὲν τῷ Κνήμωνι χαριζόμενος, ἅμα δὲ τὸν Ναυσικλέα τῶν μετὰ ταῦτα ἕνεκεν ὑποποιούμενος, et illud, quod ad hunc ipsum locum contendit G. Hermannus ad Vigerum p. 782. ed. tert. ἅμα μὲν — πρὸς δέ, Herodoti lib. VIII. cap. 51. ἅμα μὲν ὑπ᾽ ἀσθενίης βίου οὐκ ἐγχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα· πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον. Ac similiter locuti Latini sunt, veluti quem contulerunt grammatici, Virgilius *Aeneidos* lib. I. v. 635.:

Sic memorat, simul Aenean in regia ducit
Tecta, simul divom templis inducit honores.

et idem *Aeneidos* lib. XII. v. 268.:

Dixit et adversus telum contorsit in hostis
Procurrens: sonitum dat stridula cornus et auras
Certa secat: simul hoc, simul ingens clamor et omnes
Turbati cunei.

Quamquam non potui probare, quod G. Dindorfius in Sophoclis *Antigona* v. 434 sqq. restitui voluit:

Καὶ τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν ἠλέγχομεν
πράξεις· ἄπαρνος δ᾽ οὐδενὸς καθίστατο,
ἅμ᾽ ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα.

Praeter quam enim quod repetitum illud ἅμα eo loco suam vim non videtur tueri, illud etiam multo aptius esse ad istum locum existumo, quod est in libris omnibus:

ἄπαρνος δ᾽ οὐδενὸς καθίστατο,
ἀλλ᾽ ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα.,

ut hoc dicatur: *Nihil autem eorum, quae nos criminati sumus, infitiabatur, ita tamen, ut res mihi cum dolore permixtam laetitiam adferret.,* quo in loco ἀλλὰ illud aptissimum est. Dicitur enim hoc: *Sed illud, quod hoc loco exspectari possit, ut ego maxumum gaudium inde perciperem, factum non est.*

Nam ut mihi gratissumum erat ipsum periculum vitasse, ita dolendum etiam vehementer, quod amicos debebam in perniciem adducere. Vide quae hoc de versu explicavi in *Annal. philol. et paedag.* vol. XXI. fasc. 1. p. 169. Nam poeta, dum ἀλλὰ particulam infert, spectavit iam ad sequens ἀλγεινῶς.

Hinc nata etiam illa constructio est, qua ἅμα, quo duas res una esse aut fieri significari vidimus, ita cum participiis aut coniunctis cum reliqua oratione aut etiam absolutis, quae dicuntur, componitur, quasi illa actio, quae continetur participio, per se stet et ita demum cum altera coniungatur, veluti apud Herodotum quod legitur lib. I. cap. 179. Ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον, ἐπλίνθευον τὴν γῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερομένην., et apud eundem lib. IX. cap. 37. ἤλαυνον τοὺς ἵππους ἀεὶ τὸ πρόσω· καὶ ἅμα καταλαβόντες, προσεκέατό σφι., aut in participiis absolutis apud Platonem in *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 44. ed. Bekk. p. 77. B. ed. H. Steph. ἀλλ' ἔτι ἐνέστηκεν, ὃ νῦν δὴ Κέβης ἔλεγε, τὸ τῶν πολλῶν, ὅπως μὴ ἅμα ἀποθνήσκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδαννῦται ἡ ψυχὴ καὶ αὐτῇ τοῦ εἶναι τοῦτο τέλος ᾖ., qua de re conferantur, quae scripsit G. Stallbaumius ad Platonis *Phileb.* p. 148.

Deinde adverbium ἅμα, quasi esset quaedam praepositio, etiam ad casum dativum adiunctum est, ut condicionem rei, quae iam ipso dativo indicaretur, accuratius describeret, nec illum casum regeret ipsum, sed ei potius notionem novam addens comitaretur. Sic igitur in illo loco Herodoti, qui est lib. VI. cap. 118. Δᾶτις δὲ πορευόμενος ἅμα τῷ στρατῷ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεί τε ἐγένετο ἐν Μυκόνῳ, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ., ubi πορευόμενος τῷ στρατῷ per se dici potuit eodem modo, quo Latini ipsi quoque locuti sunt, quem ad modum exempli gratia C. Caesar *bell. civil.* lib. III. cap. 30. *Pompeius*, inquit, *omnibus copiis ad Asparagium Dyrrhachinorum pervenit.*, sed tamen quo modo istud: πορευόμενος τῷ στρατῷ, explicandum esset, accuratius significatum est adiuncta voce ἅμα, ut hoc diceretur, istum non simpliciter hoc exercitu profectum esse, sed ita etiam, ut una et milites et dux proficiscerentur, quod dictum est: πορευόμενος ἅμα τῷ στρατῷ. Atque sic illa explicanda sunt, quae sunt apud Graecos scriptores frequentissuma: ἅμα τῇ ἑσπέρᾳ, ἅμα τῷ ἔαρι, ἅμα τῷ θέρει, ἅμα τῇ χειμῶνι, et quae sunt similia, etiam illud ἅμα γέλωτι, quod e. g. legitur apud Plutarchum in *Vita Caesaris* cap. 11. p. 712. ed. Francof. Λέγεται δὲ — τοὺς ἑταίρους ἅμα γέλωτι καὶ μετὰ παιδιᾶς — φάναι κτἑ., quod etsi reddi poterit Latine *per iocum*, tamen per se magis effert illud, coniunctam rem

cum ioco fuisse, quem ad modum dicamus Latine: *non sine ioco*, et nostra lingua: *nicht ohne Scherz*, vel: *unter Scherz*. Cf. Antiph. orat. p. 664. ed. Reisk. *ἅμα τῇ ἁμαρτίᾳ*, quod Zeunius ad Vigerum p. 379. rectissume vertit: *in ipso peccato* *). Eodem modo *ἅμα* etiam cum infinitivo coniugatum est, uti apud Herodianum lib. III. cap. 2. §. 9. dicitur: *ὁ Σεβῆρος ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδειχθῆναι — διὰ φροντίδος ἔσχε κτέ.*

Denique ad hunc dativum rei adiunctum etiam non raro participium est, quo magis declararetur, quem ad modum illa constructio accipienda esset, uti dictum est a Thucydide lib. III. cap. 1. *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι ἐστράτευσαν ἐς τὴν Ἀττικήν.* et ab Herodoto lib. III. cap. 86. *Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ, οἱ ἕξ, κατὰ συνεθήκαντο, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων.* et ab eodem ibidem paullo post: *ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τοῦτο ποιήσαντι ἀστραπὴ ἐξ αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο.* postremo a Platone in *Convivio* Part. II. vol. II. p. 391. ed. Bekk. p. 183. E. ed. H. Steph. *ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας.*, ubi recte Fr. Aug. Wolfius librorum scripturam tutatus est, coll. Herodiani lib. VIII. cap. 1. *ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνίσχοντι.*

---

*) Etiam Latini eodem modo *simul* cum ablativo casu coniunxerunt, veluti in illo loco Horatii *Satir.* lib. I. sat. 10. v. 84.

Te dicere possum,
Pollio: te, Messala, tuo cum fratre, simulque
Vos, Bibule et Servi: simul his te, candide Furni

Et posteriore quidem tempore etiam *una* ita usurpatum est, veluti apud scriptorem *Itin. Alex. M.* 90 ed. A. Mai. *Qui epulo accubabat una blanditoribus regis*, et Iul. Valer. in *Reb. gestis Alex. M.* I. 35 extr. ed. A. Mai. *Praedae autem una servitiis pecuisque vel quae vehebant, pecunia fuit talenta quattuor milia*, et ibid. III. 40. *una Theodecto.* Neque abest suspicio, quin adeo antiquo tempore sic locuti fuerint Latini, sed tamen in libris illa antiquitatis vestigia non manserint. Sic apud M. Tullium *acusat.* lib. IV. cap. 7. §. 14. libri quidem optumi, Cod. Reg. Leidensis, scriptum exhibent: *ab homine eo, quem una ceteris sociis non solum potestati tuae, sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse atque abstulisse.*, pro eo, quod volgo legitur: *una cum ceteris sociis.* Quamquam in hoc quidem scriptore res dubia erit, usque dum probetur, aut ipsum aliis locis aut etiam alios scriptores eiusdem temporis ita locutos esse. Nam illi loci, quos supra posui, ad similitudinem Graecae linguae expressi esse videantur. De *simul* conf. Drakenb. ad Livium lib I. c. 31. 3. lib. VIII. cap. 31. 7.

CAPUT III.

De ἂν particula, et ἀνϑ᾽ ὧν, et ἀνϑ᾽ ὅτου.

Universam de particula ἂν doctrinam et Devarius ipse Ἄν. olim recte adumbravit et G. Hermannus nuper in egregia P. 26. dissertatione, quam de hac particula conscripsit ac separatim edidit (*Godof. Hermanni De particula ἂν libri IV.* Lipsiae, apud Ernestum Fleischerum. 1831.), ita enucleate copioseque exposuit, ut nunc iam melius de istis locis, qui etiam nunc in dubitationem ac disceptationem vocari possint, iudicetur. Namque ante Hermannum iam etiam C. Reisigius in *commentatione de vi et usu ἂν particulae*, quae est adiuncta ad Aristophanis *Nubes* p. 97—140. intellegenter ac perite de hac re egerat, et Ern. Poppo *de usu particulae ἂν apud Graecos* dissertationem, quae legitur in Seebodii *Miscellaneis critic.* Vol. I. fasc. I., laudabili diligentia composuerat. Quam ob rem ego hoc loco ea tantum adtingam, quae mihi ad Devarii dissertationem adnotanda videantur, universam autem de vi ac potestate huius particulae disputationem, si ea etiam tum opus esse videatur, ad calcem potius libri reiiciam, quam ut hoc loco diutius detineam.

Illud autem ingenue fateor, quamquam in quibusdam locis cum G. Hermanno facere non possum, non tamen mihi I. A. Hartungium, qui vol. II. p. 218 sqq. de hac particula disputavit, neque de ipsa origine neque de prima eius vocis significatione, quam ipse statuendam existumat, persuasisse. Non enim dubito, quin ἂν particula ad verbum εἶναι antiquitus pertinuerit *), et primum aliquam per se enuntiationem effecerit, ut fere hoc hac particula dicatur: *si res esset aut fieret*, quod nos dicamus: *wäre es*, aut: *falls*, vel: *vorkommenden Falls, betreffenden Falls.* Hinc optume etiam intellegitur, cur illa particula — id, in quo fere omnes grammatici consentiunt, cf. Hartungii librum vol. II. p. 220. — semper, quod esse aut fieri dicatur, id ad aliquam condicionem, a qua hoc pendeat, revocet. Sed difficile est rationem ipsam, qua particula orta fuerit, praestare atque earum rerum originem explorate cognitam velle habere, quarum significationem quidem possimus pernoscere, originis autem vestigia vix minuma compareant.

---

*) In hanc suspicionem iam video etiam V. Chr. Fr. Rostium incidisse in Dammii *Lexico Homerico-Pindarico* p. 94. et fortasse alio loco copiosius de hac re dici poterit.

P. 26. Non debebat Devarius, postquam rectissume eorum sententiam, qui particulam ἂν inter expletivas ac supervacaneas particulas referendam esse dixerant, confutavit, concedere, non nunquam tamen particulas apud scriptores et inprimis poetas, ornatus sive metri gratia, sua nudatas significatione accipi. Quod nec fieri per rerum naturam umquam potuit neque factum est usquam. Nihil enim ne a poeta quidem potuit dici, quod nullam haberet significationem. Qua de re nostra aetate non amplius dicendum est. Cf. G. Hermannus ad Vigerum p. 814 sq. ed. tert.

Quod Devarius dixit p. 26 extrema, ἂν particulam omnibus modis verbalibus iungi, uno imperativo excepto, id etsi nuper de imperativo quidem addubitatum est ab Hartungio vol. II. p. 312 sqq., tamen mea sententia praecepit rectissume. Namque ut taceam tantam locorum paucitatem, quae hic adlata est, etiam si singuli loci hi omnes in iis libris, quibus hodie uteremur, ita scripti haberentur, nihil posse probare, adeo qui adlati loci sunt vix ulla librorum auctoritate nituntur, ut facillume removeri possint. Sed quod est gravissumum, natura modi imperativi ipsa videtur non ferre particulam αν. Etenim si quid praecipimus isto modo, non poterit id ipsum, quod imperamus, ab ulla alia condicione suspensum esse. Neque enim, si hoc esset, isto modo uti possemus, qui natura sua certissumus modus est, et vim ac potestatem suam prorsus amitteret, si per istam particulam ea, quae imperatur, actio non videretur imperari per sese, sed aliqua condicione demum fore significaretur.

Sed iam videamus exempla ipsa, quae adferunt, ut rem, quae nobis per se admodum improbabilis esse videatur, comprobent. Ac primum quidem adferri solet Xenophontis quidam locus ex *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 4. §. 8., ubi Cyrus eius modi habet orationem: *Ἀλλὰ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἔγωγε αὐτοὺς διώξω. οὐδὲ ἐρεῖ οὐδεὶς ὡς ἐγὼ ἕως μὲν ἂν παρῇ τις χρῶμαι· ἐπειδὰν ἀπιέναι βούληται, συλλαβὼν καὶ αὐτοὺς κακῶς ποιῶ καὶ τὰ χρήματα ἀποσυλῶ.* Ac deinde in volgata quidem scriptura ita pergit: *Ἀλλὰ ἰόντων ἂν εἰδότες, ὅτι κακίους εἰσὶ περὶ ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς περὶ ἐκείνους.*, quo in loco Hartungius l. c. vol. II. p. 312 sq. volt ἂν particulam coniungi cum imperativo, G. Hermannus autem *De particula* ἂν lib. IV. p. 178. eandem vocat ad participium *εἰδότες*, ut hoc dicatur: *ἰόντων καὶ εἰδεῖεν ἄν.* Quorum opiniones neutiquam probare possum. Ac de imperativi vi ac potestate, quae non patitur condicionem, quam adfert ἂν particula, modo dixi. Quod autem Hermannus ἂν εἰδότες coniungens explicavit: *καὶ εἰδεῖεν ἄν*, id mihi ipsum quoque

videtur a vi ac vehementia istius orationis prorsus abhorrere. Nam ille, qui sic minatur, ut Cyrus, non fere incerta et debili oratione utitur, sed certa ac firma, ut, si vellet aliter Cyrus haec pronuntiare, ei dicendum necessario fuerit: ἰόντων καὶ ἴστωσαν, vel: ἴστων. Sed ne librorum quidem testimonium tuetur hanc scripturam. Nam libri Parisini 1640. 1641., Guelferbytanus, Varietas ex margine alicuius exemplaris a Gailio adlata scriptum exhibent: Ἀλλὰ ἰέτωσαν εἰδότες, ὅτι κακίους εἰσὶ κτἑ., quod quamquam est manifesto corruptum, quod certe ἴτωσαν dicendum erat, tamen satis ostendit, quem ad modum istud ἄν, quod adeo vexavit interpretes, natum sit. Id enim apparet sic venisse in Xenophontis orationem, quod quom antiquitus scriptum legeretur: ἀλλὰ ἰόντων, aliquis correxit grammaticus: ἴτωσαν, fortasse in hunc modum: ἰόντων (σαν), quod quom librarius non satis intellexisset, vel recepit ille: ἰόντων ἄν, vel scripsit etiam: ἰέτωσαν. Id adeo videtur manifestum esse, ut non possimus non adsentiri C. G. Kruegero, qui summo iure delendam ἄν particulam existumavit. Nam qui ceteros libros appellant, debebunt hoc considerare, primum eos ipsos quoque explorate excussos non esse, ut vix credendum sit, in ceteris libris omnibus haberi ἰόντων ἄν: deinde si hoc ipsum ponamus, esse in reliquis omnibus libris scriptum: ἰόντων ἄν, facilluma coniectura nos adsequi posse, quem ad modum id in Xenophontis orationem irrepserit, ut nihil caussae esse videatur, quam ob rem istam particulam loco importunissumo tueri velimus. Cf. etiam C. Reisigius in *Comment. de vi et usu ἄν particulae* p. 116. Deinde, ut in eodem genere maneam, quem opponunt Platonis locum ex *Alcibiade* I. Part. II. vol. III. p. 342, 12. ed. Bekk. p. 122. D. ed. H. Steph. Εἰ δ' αὖ τι καὶ πλούτῳ προσέχεις καὶ κατὰ τοῦτο οἴει τι εἶναι, μηδὲ τοῦτο ἂν ἡμῖν ἄῤῥητον ἔστω, ἐάν πως αἴσθῃ οὗ εἶ., in eo loco illa scriptura non est profecta nisi ex editione Laemariana, in quam ea per errorem irrepsit. Libri enim et editiones reliquae omnes habent: μηδὲ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἄῤῥητον ἔστω., quod quom et Imm. Bekkerus ea, qua par est, fide indicasset in *Commentario* tom. I. p. 449. et Phil. Buttmannus copiosius docuisset in praefatione ad *Platonis dialogos* IV., quos coniunctos edidit, p. IV. ed. quartae, mirandum est in maiorem modum, quemquam hoc loco uti voluisse, ut demonstraret particulam ἂν ab Atticis scriptoribus cum imperativo consociatam esse. Quis enim editoris recentioris errore uteretur ad comprobandam veterem Graecae linguae consuetudinem? Quamquam serio hoc fecit nuper

Hartungius vol. II. p. 313. Quem is porro adfert testem Aristophanem duobus locis, altero *Equitum* v. 725 sq., altero *Acharnensium* v. 1200., eum testem ipsum quoque corruptum esse facile demonstrari potest. Et in *Equitibus* quidem recte nunc editum ita est, ut primum Cleon hoc dicat:

Ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε.

cui comitetur fartor his verbis:

Νὴ Δί', ὦ πάτερ,
Ἔξελθε δῆτ'.

tum rursus Cleon dicat:

Ὦ δημίδιον ὦ φίλτατον,
Ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι.,

quo in loco et per se apparet idoneum non esse, quod adtulit Hartungius l. c. p. 313. *Νὴ Δί', ὦ πάτερ, ἔξελθε δῆτ' ἄν.*, quom post Cleonis orationem: *Ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε*, etiam si posset per regulas Graecae grammaticae copulari imperativus cum *ἂν* particula, tamen dici non posset a fartore: *Νὴ Δί', ὦ πάτερ, ἔξελθε δῆτ' ἄν.*, nulla enim condicio ne cogitari quidem potest, qua restringatur iste imperativus, nec libri scripti particulam eo loco exhibent, ut ne is quidem locus quidquam ponderis habere possit ad rem per se incredibilem comprobandam. Alter autem Aristophanis locus, qui legitur in *Acharnensibus* v. 1200. ed. Dind., ubi volgo edebatur:

Φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω,
Τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτὸν ἄν.,

propterea nihil poterit efficere, quod neque liber Ravennas neque ceteri, qui a Brunckio aliisque collati libri sunt, agnoscunt particulam *ἄν*, sed omnes sic locum scriptum exhibent:

Φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω,
τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτόν.
τὸν γὰρ χόα πρῶτος ἐκπέπωκα.,

quam scripturam rectissume et P. Elmsleius, quem novissumi editores secuti sunt, recepit et C. Reisigius l. c. p. 117. ac G. Hermannus p. 177. comprobaverunt, ut sane mirandum sit, hunc quoque locum ab Hartungio sine ulla dubitatione huc vocatum esse. Denique reliqui loci, qui a grammaticis huc adlati sunt, non maiorem habent auctoritatem. Nam *Rhesi* quidem v. 685. iam removit Hermannus p. 177. nec Hartungius ipse revocandum hunc testem putavit, qui idem

rectissime in Aristophanis *Vespis* v. 6. tutatus est, quod volgo editur:

> Σὺ δ' οὖν παρακινδύνευ', ἐπεὶ κἀυτοῦ γ' ἐμοῦ
> κατὰ ταῖν κόραιν ὕπνου τι καταχεῖται γλυκύ.

Quod autem Hartungius in Aeschyli *Choephoros* bis voluit istam constructionem, quam a bonis Graecis scriptoribus umquam admissam esse pernego, inferre, in chorico carmine v. 797. et v. 808. ed. Dind., id multo minus etiam probabile est. Et altero quidem loco libri habent τις ἂν pro eo, quod Hartungius reponi voluit: δὸς ἄν, altero: εὖ δὸς ἀνιδεῖν, pro quo idem scribendum putavit: εὖ δὸς ἂν ἰδεῖν κτἑ. Quom igitur hoc quoque loco nihil a libris ἄν particula habeat commendationis, hic quidem locus de universo usu particulae nihil probabit, qui si aliis locis multis et ipsa linguae natura comprobatus esset, tum demum de ista coniectura disceptari posset. Nunc videtur ille locus ne in numerum quidem vocandus esse. De Phalaridis autem loco, quem ex eius *epistola* 107. adtulerunt, recte iam G. Hermannus p. 177. indicavit.

Postremo loco quod Hartungius Homeri locum ex *Odyssea* lib. XII. v. 80 sqq. opponit, ubi haec verba habentur:

> μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐστὶ σπέος ἠεροειδές,
> πρὸς ζόφον, εἰς Ἔρεβος τετραμμένον· ᾗπερ ἂν ὑμεῖς
> νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ.,

de eo loco recte iam disputavit Carolus Reisigius l. c. p. 116., qui ἰθύνετε pro coniunctivo accipiendum esse docuit in eademque sententia etiam Fridericum Thierschium in *Gramm. Homer.* p. 540. fuisse dixit. Ita etiam hinc nihil testimonii peti poterit. Quod autem Metopus apud Stobaeum I. 64. p. 7, 48. dixisse fertur: Τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς καὶ τὰ μέρεα οὕτως κά τις ἀθρησάτω, quem adtulit Hermannus p. 178., id, si vera scriptura est — nam volgo legebatur οὕτως ἂν τις ἀθρησάτω, Gaisfordius autem ex Cod. A., qui habet: οὕτως καί τις ἀθρησάτω, id, quod supra posui, restituit — nos non debet morari. Docuit enim ipse Hartungius p. 314 sqq. illud κὰ a Doriensibus aliquanto aliter usurpatum esse atque Atticorum ἄν.

Quod autem ab Hermanno adlati sunt, Maximus Tyrius *diss. VII.* c. 7. p. 116. ed. Reisk. κἂν τοῦτό τις ὑμῶν τὸ πάθος ζηλωσάτω, et Tzetzes ad Lycophr. v. 424. σὺ δὲ εἰ τοῦτο μέγα γράφεις, κἂν λέγε ὅτι ἐπεκτάσει Ἀττικῇ μέγα τοῦτο γράφεται., nemo contendet hos scriptores quidquam posse auctoritatis habere, si antiquam Graecae

linguae consuetudinem explorare velimus. Sed sunt haec etiam alius generis, ut infra in particulis κἂν videbimus.

Neque ego credo infinitivum si quando pro imperativo positus esse videatur, bene consociari posse cum particula ἄν. Nam nemo negabit rectissume nunc edi apud Herodotum lib. III. cap. 155. Ἐχόντων δὲ μήτε οἱ πρότεροι μηδὲν τῶν ἀμυνούντων, μήτε οὗτοι, πλὴν ἐγχειριδίων· τοῦτο δὲ ἐᾶν ἔχειν., quo in loco olim legebatur: τοῦτο δὲ ἂν ἔχειν.

Sic igitur existumo recte a Devario exemptum esse imperativum ex eorum numero modorum, qui cum particula ἂν coniungi possent, planeque cum Carolo Reisigio facio, qui negavit istam loquendi consuetudinem umquam a Graecis receptam fuisse, de qua dubitanter quidem G. Hermannus dixit, audacius vero adseveravit nuper Ad. Hartungius.

Recte Devarius p. 27., ut explicaret usum particulae ἂν cum optativo coniunctae, profectus est ab optativo modo, quando per se staret. Sed debebat tamen primam vim ac potestatem optativi ita declarare, ut eadem etiam tum agnosci posset, si cum ἂν particula ille modus esset compositus. Optativus enim modus per se non tam optationis vim in se continet, quam cogitationis omnino, unde proficiscitur etiam omnis optatio. Si igitur dixit verbi caussa Theognis v. 1151 sqq.:

> Ἀλλά μοι εἴη
> ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.,

hoc, si primam locutionis originem spectamus, nihil est nisi: *Sed cogito mihi vivere de parvis, quom nihil mali habeam.* Si enim dicis: *Sed mihi concessum sit vivere etc.*, hoc dicis: *Mihi ita animo rem conformo, ut me sic vivere cogitem etc.* Hinc etiam optationis ratio profecta est. Nam quod optamus, debebimus cogitatione ante concepisse. Si nunc accedit ad hunc imaginandi modum particula ἄν, manet quidem iste proprius optativi usus, ut aliquid cogites, at ita tamen cogitatio non iam per se ponitur, verum revocatur ad ipsam veritatem, quam fore concedimus, sed condicione aliqua, quod declaratur per particulam ἄν, quae significat, *si res esset.* Adiecta igitur ad optativum ista particula hoc dicitur: **nos rem ita animo cogitare, si quando fiat**, hoc est, rem, si fiat, ita fieri oportere, ex cogitatione quidem nostra.

Hinc etiam illud apparebit, non satis caute et Devarium et alios grammaticos in explicanda vi ac potestate ἂν particulae ad optativum adpositae Graeco verbo δύνασθαι aut Latino *posse* usos esse. Si enim scripsit Aristoteles in

Ethicis Nicomach. lib. III. cap. 3. §. 12. Ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται, ἐγχειροῦσι πράττειν· δυνατὰ δέ, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν., hoc Latine sic vertendum erit: *δυνατὰ sunt, quae per nos aliqua condicione fiant*, aut: *quae per nos fiant, si res ita eveniat*, non uti vertit Devarius simpliciter: *quae per nos fieri possunt.* Nam illud, quod, si res eveniat, per nos fiat, sane potest fieri per nos, sed tamen alia ratione enuntiata res est. Qua de re recte explicavit Car. Reisigius p. 139 sq.

Hinc denique etiam illud intellegi poterit, quod Devarius per istam dicendi formam non solum quod fieri possit, sed etiam quod deceat fieri aut quod fieri velimus significari dixit p. 27 sqq. Si enim indicatur aliquid, si res ita ferat, cogitari fieri, haec cogitatio et ad voluntatem et ad probabilitatem aut ad id, quod omnino consentaneum sit ut fiat, revocari poterit, ut in omnibus locis res quidem eodem prorsus modo enuntietur, sed, si aliis verbis aut alia lingua istam sententiam reddere velimus, modo hoc, modo alio modo interpretanda esse videatur. Sic in illo Aristophanis loco, quo usus est Devarius p. 28., ex *Pluti* v. 94 sqq., ubi Chremylus ex Pluto quaerit:

Φέρε, τί οὖν;
εἰ πάλιν ἀναβλέψειας ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ,
φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς;

respondet Plutus:

Φήμ' ἐγώ.,

quo loco Chremylus non quaerit ex Pluto, velitne hoc facere Plutus, sed faciatne, si res ferat, illud, quod ita demum ad voluntatem Pluti pertinet, quod non faciat hoc, si nolit. Itaque putatur ἂν etiam voluntatem declarare. Sic etiam in iis verbis, quae adiiciuntur in illo loco, Chremylus interrogat:

Ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις;

hoc est: *Accedasne ad iustos*, non: *Velisne accedere ad iustos.* Neque enim de voluntate, sed de facto quaeritur.

Sic etiam explicanda res est, si quando ἂν ita usurpatum est, ut id eo significari videatur, quod fieri oporteat, non solum in temporibus praeteritis, ut in illo loco, quem habet Devarius p. 28. ex Isocratis *Archidamo* §. 32. ed. Bekk. p. 122. ed. H. Steph. οἳ δικαίως ἂν ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὑπερωρίσθησαν., sed etiam in optativo praesentis, ut in illo Homeri loco ex *Iliados* lib. II. v. 250 sq.

Τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις,
καί σφιν ὀνείδεά τε προφέροις, νόστον τε φυλάσσοις,

quibus verbis Ulixes hoc quidem significat, non debere Thersiten sic regibus obtrectare, sed tamen de facto potius loquitur, quam de officio. Itaque hoc dicitur istis verbis: *Quapropter non obtrectes regibus, si hoc fiat.* Quod tamen, quom revera Thersites illud fecerit, nihil aliud sibi volt, nisi ut nunc, quom faciat, faciendum non sit, sed alio tamen modo declarata res est. Et sic in reliquis quoque locis, quos tractavit Devarius p. 29 sqq., explicanda caussa est: eodemque modo ii loci exponendi erunt, si quando optativus cum particula ἂν coniunctus in iubendo aut in optando usurpatur. Nolim enim cum G. Hermanno lib. *de particula* ἂν III. p. 170 sq. hoc referre ad id, quod fieri possit, sed potius ad id, quod aliqua condicione fiat. Sic, ut primum de iussu, qui hoc modo exprimitur, dicam, in illo Sophoclis versu de *Electra* 1491.

> Χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει· λόγων γὰρ οὐ
> νῦν ἐστὶν ἀγών, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς πέρι.,

quibus verbis hoc dicitur: *Abeas intro actutum, si quid facias,* id est aliis verbis: *Res ita comparata est, ut nihil fere possit fieri, nisi ut intro abeas actutum.* Sic etiam in altero loco, quem ex Sophoclis *Antigona* adtulit Hermannus v. 444.

> Σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις,
> ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.

Hoc est: *Tu quidem, si quid facias, conferas te quo velis, a gravi noxia liberatum.* His verbis illud quidem, quod facere quis iubeatur, significatur, sed non pro imperio ac potestate, sed comiter potius et benigne. Sic igitur Eleorum foedus, quod G. Hermannus commemoravit eodem loco, quod legitur apud Aug. Boeckhium in *Inscript. Graec.* vol. I. p. 26., explicandum erit, in quo pro imperativo, quo in foedere fere utebantur Graeci, haec constructio quasi formula solennis legitur. Foedus enim aequom, non iniquom fuit, quo in foedere comiter solebat praecipi, quod alteri populo imponeretur. Conferantur, quae Ed. Osenbrüggen scripsit in libro singulari: *De iure belli et pacis Romanorum* (Lipsiae 1836.) p. 88 sq. et nos ipsi adnotavimus ad M. Tullii orationem, quae est *pro L. Balbo* cap. 16. §. 35. vol. III. p. 1060 sq.

Eodem modo res sese habet, si quando optativus cum particula ἂν legitur in optatione. Hoc dicitur non ita quidem, ut de eo, quod optamus, quaeratur quo modo fieri possit, quem ad modum rem Hermannus explicavit l. c. p. 170 sq., sed ut quaeratur, quo modo aliquid fiat,

si quidem fiat. Sic in illo Euripidis versu de *Supplicibus* 796.

> Πῶς ἂν ὀλοίμην σὺν τοῖσδε τέκνοις
> κοινὸν ἐς Ἅιδην καταβᾶσα;

non hoc quaeritur, quo modo illa possit perire, sed quo modo pereat, si quidem res fiat. Illud enim **perire** ita ad condicionem vocatur. Nec aliter in Sophoclis *Aiace* v. 390 sqq. ed. Herm. dicitur:

> Ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ,
> πῶς ἂν τὸν αἱμυλώτατον,
> ἐχθρὸν ἄλημα, τούς τε δισ-
> σάρχας ὀλέσσας βασιλεῖς,
> τέλος θάνοιμι καὐτός.,

quo in loco sic optat Aiax, ut confectis quas memorat rebus, denique ipse quoque moriatur, ut quaerat, quem ad modum illud **fiat, si fiat,** non quem ad modum **fieri possit.** Quamquam ad ipsam sententiam denique non magna orationis discrepantia est, vertasne verba hoc modo an illo. Sic explicandus est etiam ille Aeschyli locus *Agamemnonis* v. 1459., ubi haec leguntur:

> Φεῦ τίς ἂν ἐν τάχει μὴ περιώδυνος
> μηδὲ δεμνιοτήρης
> μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν
> μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον;

Nam ibi quoque optatio eo proditur, quod quaeritur quo modo id, quod cupitur, fiat, si fiat.

Postremo ii quoque loci, ubi in concedendo utimur ista loquendi ratione, eodem modo interpretandi sunt, quos tractavit Devarius p. 29., veluti in *Aiace* Sophoclis v. 87 sq., ubi dicit Minerva:

> Σίγα νυν ἑστὼς καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων.,

cui reddit Ulixes:

> Μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.,

ubi hoc dicitur: *Maneam equidem, si id fiat*, non quidem: *Manere possum*, nec: *Manere debeo*, nec: *Manere volo*. Sic etiam in Aristophanis *Equitibus* v. 40. Demosthenes se velle, quod quaeritur, dicere significat his verbis:

> Λέγοιμ' ἂν ἤδη,

quod non est: βούλομαι λέγειν, ut interpretatus est Devarius, nec idem, quod: δύναμαι λέγειν, sed dicitur hoc: *Dicam iam, si id fiat.*, quo significamus prope nos abesse

ab eo, ut dicamus, si quidem fiat aut fieri possit, atque sic etiam voluntas nostra proditur, sed tamen non adeo aperte.

Eodem modo res se habet, si particula ἂν cum indicativo aoristi aut imperfecti aut plusquamperfecti coniuncta legitur, de quibus locis recte explicavit Devarius p. 30. Quamquam in singulis interpretandis locis paullo pinguius rem tractavit, ut quod in Isocratis *Panegyrico* §. 75. ed. Bekk. p. 155. ed. H. Steph. verba: *ὧν οὐδὲν ἂν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν*, interpretatus est Latine: *quorum nihil efficere potuissent*, quod erat vertendum: *quorum nihil effecissent* aut *efficerent*. Sed haec ex iis, quae et ipse Devarius disputavit et nos adhuc adnotavimus, unus quisque facile corriget ipse.

Difficilior quaestio est, quam quoniam Devarius hoc loco attigit, hic exponendam arbitror, num possit particula ἂν cum indicativis temporum eorum, quae absoluta dicuntur, praesentis, perfecti, futuri componi. Quo de usu universo quom Devarius p. 30. praefracte denegavisset, tamen p. 32. concessit aliquid de futuro, ut in singulari tantum modo enuntiationis condicione futuro ἂν particulam concederet. Sed ista tamen condicio, qua Devarius futuro concessit ἂν particulam, eius modi est, ut mihi a reliquo usu particulae separari posse non videatur. Quam ob rem tum demum de illis locis dicemus, postquam de omni hac doctrina exposuerimus.

Atque ut ingenue fatear, quae mea de usu particulae ἂν in temporibus absolutis opinio sit, non credo ego a Graecis scriptoribus, excepto fortasse Homero et quibusdam singularis alicuius dialecti auctoribus, particulam ἂν cum indicativo futuri aut praesentis revera constructam esse, ut eos locos, qui huc facere videantur, aut, quom corrupti legantur, emendandos aut, si depravati non sint, aliter explicandos existumem.

Ac primum quidem dicam de praesenti tempore. Veteres quidem grammatici negaverunt posse cum hoc et cum futuro particulam ἂν coniungi, conf. scriptor *De syntaxi* in I. Bekkeri Anecdot. vol. I. p. 126. *Ἐξ οὖν ὑπαρχόντων χρόνων, ἐνεστῶτος, παρατατικοῦ, παρακειμένου, καὶ ὑπερσυντελικοῦ, ἀορίστου, μέλλοντος, ἐνεστῶτι καὶ παρακειμένῳ καὶ μέλλοντι οὐ συντάσσεται* [ὁ σύνδεσμος ἄν.], *τοῖς μέντοι τρισὶ τοῖς λοιποῖς παρὰ πᾶσι τοῖς σοφοῖς εὑρίσκεται*. et Apollonius *De syntaxi* lib. III. cap. 6. p. 204 sq., qui aperte ipse quoque loquitur: *ἔνθεν προσέρχεταί* [ὁ ἂν σύνδεσμος] *τοῖς δυναμένοις τὴν ὕλην αὐτοῦ παραδέξασθαι· ἔγραφον ἄν, ἔγραψα ἄν, ἐγεγράφει*

ἄν· οὐ μὴν τῷ γράφω ἢ γράψω κτἑ. et quae G. Hermannus *De particula* ἂν lib. I. cap. 6. §. 16 sqq. ad haec disputavit. Recte videtur de praesenti quidem tempore Devarius veteres auctores secutus esse. Recentiores fere grammatici aut dubitaverunt de hoc usu aut etiam adfirmarunt. Quamquam neque idonea argumenta adtulerunt, cur sic dici posse videretur, neque eis testimoniis rem confirmaverunt, quae pro integris haberi possent. Corruptos enim plerosque locos adhibuerunt aut eos, qui quamvis integri esse viderentur, huc non pertinerent.

Ratio autem, quam ob rem coniungi cum indicativo praesentis possit particula ἄν, mihi non videtur reddi ulla posse. Nam quom ille modus hoc diceret, aliquid revera esse, per ἂν particulam autem significaretur illud, quo particula pertineret, revera non esse, sed esse tantum, si esset, mihi videntur haec tam diversa coniungi non potuisse. Quod enim esse dicitur, una non poterit dici non esse. Id adeo verum est, ut nullo modo videatur in disceptationem posse vocari. Quare verbum non addam amplius.

Loci autem, quos, ut hanc per se non admodum probabilem doctrinam firmarent, adtulerunt grammatici, aut aperte falsi aut dubii sunt. Ac permultos huius modi locos iam ipse G. Hermannus, qui quidem de ipso usu non praefracte negavit, sustulit, itaque de Homeri locis, qui huc erant vocati, disputavit, ut ne his quidem quisquam uti posse videatur, ut particulae ἂν indicativum praesentis vindicet. Conferuntur, quae vir egregius disputavit l. c. p. 39 sqq. Sed postquam de locis Homericis denegavit Hermannus, iam quaedam exempla adtulit, in quibus ei ita dici potuisse videretur, ut particula ἂν cum indicativo praesentis componeretur.

Quem primum adposuit locum Aristophanis ex *Acharnensibus* v. 873. ed. Dind., ibi Dicaeopolidi dicenti:

> Ὦ χαῖρε, κολλικοφάγε Βοιωτίδιον,
> τί φέρεις;

Boeotus reddit, ut Aldus edidit:

> ὅσ' ἐστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς,
> ὀρίγανον, γλαχώ, ψιάθως, θρυαλλίδας κτἑ.

At neque defendit Aldi scripturam librorum auctoritas — ex optumo enim libro Ravennate alioque Parisino Reg. 2712. enotatum est ἐστὶν pro Aldi ἐστ' ἂν — neque ut totus comparatus est locus, ullo modo fert sententia. Nam quod Hermannus verti voluit: *Was es etwa Gutes in Böotien gibt,*

id potius ita dicendum erat, ut ἂν ad ὅσα, non ad verbum pertineret, praeterquam quod omnino ἂν cum indicativo praesentis, ut supra explicavimus, non videtur coniungi posse. Quod autem Hermannus deinde adtulit Xenophontis locum, qui legitur in *Symposio* cap. 4. §. 37. Ἐγὼ δὲ οὕτω μὲν πολλὰ ἔχω, ὥς μόλις αὐτὰ καὶ ἐγὼ ἂν αὐτὸς εὑρίσκω., is locus, etiam si vera est scriptura, neque illud ἂν ex sequenti αὐτὸς per quandam διττογραφίαν natum, tamen dupliciter huc non pertinet. Neque enim εὑρίσκω indicativus est, sed coniunctivus, quocum particulam ἂν sic ab Attico scriptore componi non posse nemo negat, neque, si vel maxume indicativus esset εὑρίσκω, sic explicari posset locus, ut εὑρίσκω etiam ad particulam ἂν pertineret. Est enim pulcherrumus ille locus omnino ita conformandus: Ἐγὼ δὲ οὕτω μὲν πολλὰ ἔχω, ὥς μόλις αὐτά, καὶ ἐγὼ ἂν αὐτός, εὑρίσκω· ὅμως δὲ περίεστί μοι καὶ ἐσθίοντι ἄχρι τοῦ μὴ πεινῆν ἀφικέσθαι καὶ πίνοντι μέχρι τοῦ μὴ διψῆν καὶ ἀμφιέννυσθαι, ὥστε ἔξω μὲν μηδὲν μᾶλλον Καλλίου τούτου τοῦ πλουσιωτάτου ῥιγοῦν κτἑ., ut hoc dicatur: *Ego vero tam multa possideo, ut via ea, etiam cum solus, inveniam, tamen abunde mihi est, ut, cum edam, eo perveniam, neque dum desinam esurire etc.* Sic enim dictum est per quandam breviloquentiam, ut verba: καὶ ἐγὼ ἂν αὐτός, per se starent, quod ego Latinis verbis: *etiam cum solus*, imitatus sum. Sic enim locutus ipse M. Tullius est in *accusat.* lib. IV. cap. 24. §. 53. *Avertere aliquid de publico quam obscurissume per magistratum solebant: etiam quom aliquid a privato nonnunquam, occulte auferebant etc.* ut rectissume locum constituit Madvigius ex libris optumis. Est enim ad verba: *etiam cum aliquid a privato nonnunquam*, obscura cogitatione aliquid ex reliqua oratione adsumendum, quo compleatur oratio. Sic igitur verba: καὶ ἐγὼ ἂν αὐτός, a reliquis verbis separanda sunt, ut per se constent, non uti ἂν idem sit, quod Latinum *quom*, sed dicitur hoc: *etiam ego fortasse solus*, nempe *hoc faciens*, ut mihi soli quaerendum sit, ut aut ἔχων aut εὑρίσκων aut τοῦτο ποιῶν aut etiam τυχὼν supplendum sit. Sic videtur G. Hermannus ipse quoque accepisse hunc locum, cum ita dixerit explicandam rem esse: ὥς μόλις αὐτὰ καὶ εἰ ἐγὼ αὐτὸς ζητοίην εὑρίσκω, nisi quod ipse ascripsit haec: *Numquid enim aliud est illud Sophoclis: εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν, et quae plurima similia supra commemoravimus?* et quod omnino eo loco commemoravit hunc locum, ubi ipsas verborum constructiones voluit adferre. Haec autem nullo modo potest haberi orationis constructio. Etenim videtur Sophoclis locus dissimilis

esse, ut infra videbimus ad p. 31., nec hoc loco, ut nos explicandum locum docuimus, unquam eo efficietur, id quod voluit Hartungius l. l. vol. II. p. 309., ut ἂν cum indicativo constructum putemus. Id quo magis, quem ad modum intellegendum sit, perspiciatur, adferam simillumam Latinae linguae consuetudinem, in qua eodem saepe modo aliquid dirimitur a reliqua constructione. Id non solum in voce: *haud scio an*, saepius factum est, ut ea ad singulare aliquod verbum pertineret neque cohaereret cum reliqua oratione, sed etiam in quadam particula Latina, de qua, quoniam maxume huc facit, hoc loco exponam. Dico particulam *forsitan*, quae quom plerumque in sermone Latino coniungeretur cum coniunctivo, qua de re recte explicavit Car. Timoth. Zumptius ad M. Tullii *Accusat.* lib. I. cap. 38. §. 98. vol. I. p. 176., tamen etiam ita coniuncta cum indicativo est, si ad singularem aliquam notionem efferendam adhiberetur, veluti in M. Tullii oratione, quae est *pro Q. Ligario* cap. 12. §. 38. dicitur: *Longiorem orationem caussa forsitan postulat, tua certe natura breviorem.*, ubi illud *forsitan* non tam pertinet ad verbum *postulat* — sic enim dicendum erat *postulet* —, sed adiectum post *caussa* est, ut hanc efferret notionem, de facto ipso nihil tolleret. Sic igitur ille Xenophontis locus nihil poterit efficere. Quos autem praeterea duos locos adtulit Hartungius, quibus rem firmaret, alterum Homeri ex *Iliados* lib. XIV. v. 484 sq.

Τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ
γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.,

alterum Strabonis lib. II. cap. 5. init. ed. Tauchn. *Τίνα δὲ τρόπον, οὐκ ἐπισκοπεῖ. Τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν ἄν τι, δόξει δ' ἐν τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις καθάπερ οἱ ἐπιχώριοι.*, eos ipsos quoque nihil comprobare facile doceri potest. Ac de Homeri loco recte iam iudicavit G. Hermannus p. 40 sq., qui quom in codice apud Clarkium istud *κὲ* omissum esset, idemque omitteret in explicatione Eustathius p. 998, 41. (995, 15.), cod. autem Vrat. d. haberet *τέ* pro *κέ*, recepto hoc scribendum esse statuit:

τῷ καί τέ τις εὔχεται ἀνὴρ κτέ.

collato *Iliados* lib. IX. v. 159.

Τοὔνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων.

In Strabonis autem loco dubitari non potest, quin scribendum sit: *τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν αὖ τι*, quom praecedant haec verba: *τίνα δὲ τρόπον, οὐκ ἐπισκοπεῖ*, praesertim quom ne illud quidem aptum sit, si quis scribat: *τάχα δ'*

ἐπισκοποῖ μὲν ἄν τι. Illud enim: τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν ἄν τι, quoquo torseris orationem, quom dici omnino tum etiam isto loco non potuit.

Sed quom Hartungius ipse alios locos non adtulerit, reliquos autem, qui huc vocati sunt, emendandos duxerit, iam eos consideremus locos, quos G. Hermannus adtulit, ut in liberiore quidem constructione, in qua particula ἂν non esset proprie cum verbo constructa, eam particulam locum habere doceret. Ac primum quidem commemoravit Thucydidem, qui lib. IV. cap. 63. ita scripsisset: Τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ' ἧς αὐτοκράτορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστος, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνόμεθα., quo in loco ipse quoque id probo, quod Hermannus ex plurumis atque optumis libris receptum voluit γιγνόμεθα, pro quo quom volgo legeretur γιγνώμεθα, plerique critici reposuerunt γιγνοίμεθα, quod mihi vix videtur hunc locum obtinere posse. Nam etiam si ad verba: φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις cogitatione supplendum esset γιγνοίμεθα, tamen quom ultumo loco Thucydides verbum poneret, non potuit iam propter verba κατ' ἀνάγκην dicere γιγνοίμεθα, quoniam omnia certissumo modo declaranda erant: itaque pene necessario scribere debuit in extrema enuntiatione γιγνόμεθα, ut ad verba superiora ex hoc verbo optativus eiusdem verbi cogitatione adsumendus esset, quod rectissume explicavit G. Hermannus. Quamquam illud non probo, quod vir doctissumus verba: οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, nimia diligentia ad notionem: φίλοι γιγνόμεθα, revocavit. Est enim haec liberior loquendi consuetudo Graecis satis recepta nec adeo difficilis, ut, ubi verbum ipsum adiectum in eius modi locis non sit, commune **a g e n d i** verbum ex reliqua oratione suppleatur, quibus in locis nos quidem fere consuevimus impersonaliter loqui. Itaque hoc dicit Thucydides: *Quom vero repudiata hac oratione aliis adsentiamur, non de ulciscendo quoquam agemus, sed si vel maxume hoc contingat nobis, amici forsitan inimicissumis, discordes autem, quibus par non est, necessario evadimus (sumus)*, qua in interpretatione ad verba: *amici forsitan inimicissumis*, ex indicativo sequentis verbi coniunctivus petendus est eodem modo, quo in Graecis verbis optativus ex indicativo. Nemo autem hunc locum poterit pro testimonio adferre, ut doceat ἂν particulam cum indicativo constructam esse.

Sic etiam de reliquis locis statuendum est, qui aut corrupti videantur esse aut eius modi, ut nihil omnino probent, qualis est ille, quem G. Hermannus eodem loco adtulit Demosthenis ex orat. *Olynthiaca* prima §. 21. ed. Bekk. p. 15, 8. ed. Reisk. *Οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς, οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ πράγματα ἔχοι.*, ad quae verba ipse haec adnotat: *Vide ibi Schaeferum, cui displicet ἔχει, unice probatur ἔχοι. Neutri a codd. fides deest. Utrumvis alterum ex se repeti cogitatione postulat.* Is igitur videtur existumavisse utrumvis et ἔχει et ἔχοι posse ferri hoc loco, ut si scribamus ἔχει, locus sic constituendus sit: *οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ [ἔχοι], αὐτῷ τὰ πράγματα ἔχει*, si ἔχοι, *οὐδ᾽ [ἔχει], ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ πράγματα ἔχοι.* Sed tamen quo minus adsentiar viro doctissumo permulta me movent. Etenim neque ἔχοι neque ἔχει magnam habet a libris auctoritatem. Praeterquam enim quod unus tantum alterve liber ἔχοι aut ἔχει habere fertur in *Apparatu critico* vol. I. p. 213. ed. Schaef., omnes Bekkeri libri, qui optumi sunt, exhibent ἔχῃ, quod est etiam in Cod. Aug. tertio, qui solus ἔχει habere dicitur, ab altera manu: ut unus tantummodo liber ἔχοι habeat, quod dubitari non potest quin natum sit ex correctione, ceteri omnes conspirent in scripturam ἔχῃ, quae mihi unice vera esse scriptura videtur. Quod quo melius intellegatur, totum locum hic adponam. Leguntur enim ibi haec: *Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνί, τὰ Φιλίππου· οὔτε γάρ, ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχῃ· οὔτ᾽ ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται.* Haec autem verba, si, ut par est, librorum scripturam ἔχῃ retinemus, apparet sic explicanda esse, ut quom particulae *οὔτε — οὔτε* eam enuntiationem, quae caussam contineat, in duas partes dividant, verba: *οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχῃ*, nihil contineant nisi uberiorem explicationem prioris partis: *οὔτε — εὐτρεπῶς*, haec autem tota enuntiatio propterea suum verbum non habeat, quod ex antecedenti oratione quid verbi huc pertineat facile intellegatur. Est enim sic fere supplenda oratio: *οὔτε γάρ, ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς ἔχει* [vel etiam *καθέστηκε*] *τὰ Φιλίππου οὐδ᾽ οὕτως, ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχῃ* *).

*) Sic enim nullo modo offensioni poterit esse coniunctivus, qui

Etenim saepe numero, ubi per particulam γὰρ aliquid interponeretur, novum verbum non est adiunctum, sed illud, quod in superiore sententia est, cogitatione est repetendum, qua de re suo loco copiosius dicetur. Vertenda igitur Demosthenis oratio in hunc fere modum est: *Est autem operae pretium considerare atque expendere, quo in statu sint res Philippi. Neque enim, uti videtur et dixerit quispiam, non cernens acute, expedite ac parate* [*se habent res Philippi*] *neque ita, ut ei optume praesentia se habeant, neque ille inferret hoc bellum umquam, si putasset sibi pugnandum esse etc.* Sic, credo, apparet hunc quoque locum ita comparatum esse, ut illud certe nullo modo queat ostendere, esse particulam ἂν cum indicativo temporis praesentis constructam.

Quem autem porro locum adfert G. Hermannus Aristophanis ex *Equitibus* v. 1131 sqq.

> Χοὔτω μὲν ἄν, εὖ ποιεῖς,
> εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ'
> ἐν τῷ τρόπῳ, ὡς λέγεις,
> τούτῳ πάνυ πολλὴ κτέ.,

in quo libri Ravennatis aliorumque scripturam hand ita ait esse intellegendam: οὕτω μὲν ἂν ποιῶν, εὖ ποιεῖς, non credo quemquam, quom tam prope abesset verbum, sic locuturum fuisse. Sed quom Hermannus ipse potius scripturam cod. Veneti ac Suidae edd. vett. et cod. Oxon. probandam iudicarit, nihil ego adiicio nisi hoc, etiam ab libris Florentinis tribus ποιοῖς uno consensu adprobari, quomque veteres editiones ipsae quoque ποιῇς, non ποιεῖς, exhibeant, unius alteriusve libri quamvis optumi errori nihil posse tribui, praesertim in tali re, quae aliunde comprobari non possit. Locum autem, quem Stobaeus *Serm.* XXI. 5. ex Menandri *Thrasyleonte* adtulit:

> Κατὰ πόλλ' ἂν ἐστὶν οὐ καλῶς εἰρημένον
> τὸ γνῶθι σαυτόν· χρησιμώτερον γὰρ ἦν
> τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους,

propterea omitto, quod quom apud Antonium Melissam scriptum esset: κατὰ πολλῶν, ipse Hermannus, repudiatis aliorum coniecturis, hoc recipiendum duxit, ut ἐστὶν a Stobaeo profectum putaret. Nemo vero tali loco aliquid se probaturum de particula ἂν sperabit.

In Platonis autem *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 138 extr. ed. Bekk. p. 41. B. ed. H. Steph., ubi in

---

illud, quod ex illa, quae non esse dicitur, condicione evenerit (aut non evenerit, quom non sit condicio ipsa), significat.

verbis his: καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ., permulti sane ac boni libri ante αὐτῶν adiiciunt ἂν particulam, nisi id ortum est per quandam διττογραφίαν propter sequens verbum αὐτῶν, credo verum vidisse Hartungium, qui vol. II. p. 310. hunc locum in iis numerandum censuit, in quibus reponendum esset ἄρ' pro ἄν. Quamquam virum doctissumum in Aristophanis *Equit.* v. 1131. et *Acharnens.* 873., quos locos modo vidimus cum libris optumis aliter constituendos esse, existumo falsum esse, quod sine libris utrobique ἄρ' pro ἂν scribendum putaverit. Illud autem: τίς ἂν αὐτῶν σοφός ἐστι, in illo loco Platonis cum ferri omnino non potest, tum quod sequitur statim: καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ. Nam eodem modo utroque loco interrogatio instituenda erat.

Quod autem H. G. Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 44. et saepius ad Sophoclem, ut ad *Oed. Reg.* v. 523. ad *Oed. Colon.* v. 965. et v. 1076. et in Addendis ad *Oed. Reg.* v. 139. docuerat, ἂν interdum ita ad adverbium τάχα adiectum esse, ut ea verba per se stare viderentur, neque pertineret particula ἂν ad verbum, id recte improbavit G. Hermannus negavitque umquam Graecos ita locutos esse, ut ad hoc τάχ' ἂν indicativum praesentis temporis adiicerent. Platonis enim locos de *Phaedro* p. 256. B. C. et p. 265. C. ed. H. Steph. nihil probare, in quibus cum participio istud τάχ' ἂν compositum esset. In illo autem Aristophanis loco ex *Vespis* v. 280 sq.

> *Τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρω-*
> *πον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'*
> *ἐξαπατῶν, λέγων ὡς*
> *καὶ φιλαθήναιος ἦν καὶ*
> *τὰν Σάμῳ πρῶτος κατείποι,*
> *διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς,*
> *εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.*

apparet ab inchoata structura orationis discessisse poetam, quum intulit:

> *εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.,*

ut istud ἂν non pertineret usque ad verba: κεῖται πυρέττων, et plene sic diceretur, uti significavit iam G. Hermannus: τάχ' ἂν ὀδυνηθείη, καὶ εἶτα ἴσως κεῖται πυρέττων, ut is quoque locus de indicativo nihil probet. In Andocidis vero oratione, quae est *de mysteriis*, §. 117. ed. Bekk. p. 15. ed. H. Steph. Φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, τάχα γὰρ ἂν

αὐτὸ βούλεσθε πυθέσθαι, ὁ δὲ Καλλίας τί βουλόμενος ἐτίθη τὴν ἱκετηρίαν, etsi ἂν ante αὐτῶν ex διττογραφίᾳ natum esse potuit idque omissum est in uno Bekkeri libro, tamen non dubito quin vere G. Hermannus scribendum coniecerit βούλοισθε pro βούλεσθε. Nulla enim caussa inveniri potest, cur Andocides hoc loco, etiam si posset per regulas grammaticae Graecae dicere: τάχα γὰρ ἂν αὐτὸ βούλεσθε πυθέσθαι, quod equidem praefracte fieri potuisse nego, non maluerit dicere: τάχα γὰρ ἂν αὐτὸ βούλοισθε πυθέσθαι, quem ad modum eius modi sententiam fere semper Graeci elocuti sunt. Ne quis denique opponat nobis Aristophanis versum de *Pace* 1028., ubi libri Ravennas et Venetus sane habent: ὁπόσ᾽ ἂν χρεών ἐστι τὸν σοφῇ κτἑ., alii autem libri: ὁπόσα χρεών ἐστι aut ὁπόσ᾽ ἐστὶ χρεὼν κτἑ., eum locum etiam aliis de caussis iure corruptum pronuntiavit ipse Hermannus p. 44 sq., ut ne is quidem quidquam in re incerta probare possit.

Hi fere sunt loci, qui cum aliqua certe probabilitatis specie opponi nostrae doctrinae possint, omnes illi quidem ita comparati, ut, si quis a praeiudicata opinione liber sit, in iis numquam possit agnoscere istam constructionem indicativi temporis praesentis cum particula ἄν. Nam qui praeterea adlati loci sunt, quom eos aperte corruptos esse etiam libri arguant, multo minus nostram sententiam confutare possunt, quales, ut hos quoque adtingam, sunt Aristophanis in *Nubibus* v. 395., ubi recte nunc ex libris et optumis et plurumis editum est:

Ἀλλ᾽ ὁ κεραυνὸς πόθεν αὖ φέρεται λάμπων πυρί, τοῦτο δίδαξον.

quom Brunckius ex uno alterove libro edidisset: πόθεν ἂν φέρεται κτἑ., et in *Thesmophoriazusis* v. 99., ubi recte editum est nunc ex libris:

Σίγα· μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται.

Recteque G. Hermannus, qui p. 38 sq. hos locos breviter commemoravit, censuit etiam Andocidi *De pace cum Lacedaemoniis* §. 24. ed. Bekk. p. 26. ed. H. Steph. reddendum esse: Τί οὖν ἐστὶν ὑπόλοιπον περὶ ὅτου δεῖ βουλεύεσθαι, καὶ περὶ ὧν αὖ ἡμᾶς Ἀργεῖοι προσκαλοῦνται; Sed non est operae pretium has volgarium editionum corruptelas commemorare, in quibus hodie nemo facile haesitabit. Nam quem locum Platonis ex *Convivio* p. 221. E. ed. H. Steph. hic commemorat Hartungius, eum ipse iam recte ab illis locis separari voluit, in quibus ἂν cum indicativo praesentis temporis constructum esset. Nam ibi haec

verba habentur: Τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν, ubi etsi cod. Clarkianus aliique sex libri omittunt ἄν, recte tamen critici particulam tutati sunt iureque explicavit Stallbaumius ita hunc locum: οἵα ἂν εἴη Σατύρου τις ὑβριστοῦ δοράν. Etenim Latini *forsitan* eodem prorsus modo hic componerent cum indicativo. De usu autem particulae ἐάν, si quando ea cum indicativo temporis praesentis composita esse videatur, infra dicendi locus erit ad p. 68.

Sequitur, ut de iis locis dicamus, in quibus particula ἂν cum indicativo perfecti composita esse videatur, qui et pauci sunt et ipsi quoque, ut facile doceri potest, corrupti. Iure enim G. Hermannus adnotavit p. 47. in eo loco, quem Hesiodi adtulerunt ex Stobaei *Sermon.* 11. 14.

Ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς κ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.,

in ipsis Hesiodi libris *Oper. et dier.* v. 345. recte ita scripta haec verba esse: ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ, atque apud Dionysium Halicarn. *de praecipuis historicis* p. 786, 14. εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστ' ἂν ἐνεσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων κτἑ. sine controversia ἂν particulam post μάλιστα eiiciendam esse. Neque enim ratio excogitari ulla potest, qua illud ἂν in perfecto explicari possit, neque ceteri loci, qui olim huc vocati sunt, quidquam probant. Nam etiam apud Demosthenem *De corona* §. 49. ed. Bekk. p. 242, 9. ed. Reisk. recte ab Imm. Bekkero ex libris optumis ac plurumis editum nunc est: καὶ διὰ τοὺς πολλοὺς τούτους καὶ τοὺς ἀνθισταμένους τοῖς ὑμετέροις βουλεύμασιν ὑμεῖς ἐστὲ σῷοι καὶ ἔμμισθοι, ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλειτε., ubi perpauci iique deteriores libri: πάλαι ἂν ἀπολώλατε, leguat. cf. G. Hermannus l. 1 p. 50., qui non iniuria ne scholiastae quidem Aristidis Tom. II. p. 143. εἴληφεν ἂν relinqui voluit, sed pro eo εἰλήφει ἂν reponendum existumavit.

His disputatis spero, sicubi uno alterove loco praeterea particula ἂν cum indicativo temporis praesentis aut perfecti constructa esse videatur, id nihil dubitationis cuiquam adlaturum esse. Quam ob rem iam accedo ad illud tempus, quod restat tertium, de quo aliquanto difficilius est diiudicare.

Nam quom veteres grammatici, quos supra commemoravimus, negavissent indicativo futuri temporis concedi posse ἂν particulam, eorumque doctrinam etiam intellegentissumus iudex, Lucianus, comprobasset, qui in *Pseudosophista* §. 2. inter apertos soloecismos hunc adtulit; Συνήσω ἄν, εἴπερ

θελήσειας., tamen exstiterunt non pauci grammatici, qui quom in Homericis potissumum carminibus indicativum futuri saepe numero cum particula ἄν aut κέν, quae eius vice fungeretur, constructum invenissent, etiam ceteris scriptoribus Graecis usum eundem vindicandum censerent. De prioribus adtulit H. G. Schaeferus ad Gregorium Corinthium p. 66. Marklandum ad Euripidis *Iphigeniam Taur.* v. 894. Brunckium ad Theognid. v. 1015. ad Sophoclis *Philoct.* v. 1089. ad Aristophanis *Nub.* v. 465. 1157. *Locellam* ad Xenophont. Ephes. p. 229. Heind. ad Platonis *Phaedr.* p. 268. Quibus addi posse Hermannus ait Coraem ad Isocr. p. 135. et Lobeckium ad Phrynichum p. 733 sq., sed potissumum hic commemorandos esse Heindorfium ad Platonis *Phaedonem* p. 22. Werferum in *Actis Monac.* I. p. 103. 248. 252. denique C. Reisigium *de particula* ἄν p. 99 sqq. Praeter hos nunc memorandus est Hartungius, qui vol. II. p. 282 sqq. de hac re explicavit, et ipse Hermannus l. l. p. 28 sqq.

Ac de Homero quidem ita dixit G. Hermannus, omnia explicans expedite, p. 28. 29., ut de hoc quidem dubitandum non esse videatur. Nam apud eum et formae verbi ipsae non iam tam accurate usurpari solebant, quam posteriore tempore, et liberior etiam aliis in locis est particulae ἄν vel potius κὲν usus, ut eius oratio ad certam Atticorum regulam revocari non possit.

De ceteris scriptoribus modestius quidem, ut solet, vir eruditissumus ita adfirmavit, ut aliquam quidem certe particulae ἄν constructionem cum indicativo futuri temporis statueret. Audacius vero nuper Hartungius conatus est futuro vindicare istam particulam. Qua re dicam de hoc primum. Is postquam de Homero dixit, ideo reliquis quoque Graecis scriptoribus eum particulae ἄν usum vindicare voluit, quod, nisi ita statueremus, non haberent Graeci rationem ac viam, qua illud, quod per quandam condicionem futurum esset, significarent. Id quom per se magnum pondus habere mihi non videtur, tum eo valet minus, quod si ipsi Graeci consuetudine loquendi repudiarunt istum usum Homericum, nos quidem eorum sermonem non possumus corrigere, sed explicare potius simpliciter, quid isti dicere voluerint, non quid potuerint. Nihil igitur dicam de ista ratiocinatione. Exemplis autem, quibus multis usus est ipse quoque Hartungius, ipse rem suam deteriorem eo fecit, quod in firmioribus quibusdam, quae magnam veri similitudinem haberent, adtulit etiam ea, quae plane corrupta et conclamata esse viderentur.

Nam quem primum locum posuit Pindari *Nem.* carm. VII. v. 100. (68.), in eo loco Boeckhius, quem laudavit iam Hermannus, recte existumavit aliquid vitii inesse in his verbis:

> μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ,
> εἰ πὰρ μέλος ἔρχομαι ψόγιον ὄαρον ἐννέπων,

quod Pindari sermo non ferret ἐρεῖ pro ἐρέει. Quam ob rem veri similluma est eius coniectura, qua scribendum censuit: μαθὼν δέ τις ἐρέει κτἑ. Quidquid id est, illud certe apparet sanum locum non esse, ut eo in re admodum incerta nihil effici posse videatur. Minus idoneus testis est Aristophanes, quem excitavit Hartungius, quom in eius *Avibus* v. 1314. in verbis his:

> Τάχυ δ' ἂν πολυάνορα τάνδε πόλιν
> καλεῖ τις ἀνθρώπων ἄν.

ut olim edebatur, non solum optumi libri Cod. Parisinus A. et Ravennas aliique multi ἂν post ἀνθρώπων omittant, id quod Hartungius ipse quoque noluit defendere, verum etiam pro καλεῖ in libris Parisiensibus duobus, uno Havniensi, quibus postea etiam accessit Laurentianus plut. XXXI. 16., totidem litteris scriptum sit καλοῖ, ut rectissume nunc G. Dindorfius ibi scripsisse videatur:

> Τάχυ δ' ἂν πολυάνορα τὰν πόλιν
> καλοῖ τις ἀνθρώπων.

De Euripidis *Electrae* v. 480. post dicendum erit. Quod autem Hartungius Euripidis *Ion.* v. 156. adtulit, miror. Etenim ibi sine controversia nunc editum est ex libris (v. 160. ed. Hermann.):

> μάρψω σ' αὖ τόξοις, ὦ Ζηνὸς
> κῆρυξ, ὀρνίθων γαμφηλαῖς
> ἰσχὺν νικῶν.,

ut hoc quidem loco iam supersedere queamus. Quem deinde commemorat Thucydidem lib. I. cap. 140., ubi haec verba legerentur: τὸ γὰρ βραχύ τι τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης, οἷς εἰ ξυγχωρήσετε καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ σαφὲς ἂν καταστήσετε αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι., ibi quom volgo ederetur: καταστήσητε, libri bene multi, ut ait Goellerus, habent καταστήσαιτε, quod recte recepit I. Bekkerus, quamquam Poppo voluit soloece: σαφὲς ἂν καταστήσετε, scribere. Apparet igitur ne hunc quidem locum posse pro exemplo poni. Magis etiam mirum est,

quod ait Hartungius apud Thucydidem etiam lib. I. cap. 84. anteferendam esse scripturam παύσεσθε alteri παύσαισθε. Namque ibi haec verba habentur: Καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε. σπεύδοντές τε γὰρ σχολαίτερον ἂν παύσαισθε διὰ τὸ ἀπαράσκευοι ἐγχειρεῖν κτἑ., quibus in verbis quom alii libri habeant ἂν παύσησθε, quod eodem modo, ut superiore loco, ex ἂν παίσαισθε corruptum est, margo Steph. autem ἂν παύσοισθε, una ed. Vasc. habet: ἂν παύσεσθε, quod qua sit auctoritate apparet. Recte I. Bekkerus ex libris et optumis et plurumis edidit: ἂν παύσαισθε. Apage igitur hunc quoque locum. In Platonis autem *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 11, 9. ed. Bekk. p. 61. C. ed. Steph. recte edidit Imm. Bekkerus: Σχεδὸν οὖν ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι, οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται, ex libris et optumis et plurumis, idemque fecit G. Stallbaumius, quos sine controversia omnes postea secuti sunt. Illud enim, quod H. Stephanus olim volgaverat: ὁπωστιοῦν ἄν σοι, omni auctoritate caret, ut etiam hic locus summo iure ereptus Hartungio sit.

Quem ille praeterea adtulit Dinarchum *contra Demosthenem* §. 109. ed. Bekk. p. 104. ed. H. Steph. μὴ οὖν ἄχθεσθε αὐτοῦ κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου· πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσετε τὴν χώραν, ἣν οὗτος καθίστησιν εἰς τοὺς κινδύνους τοιαῦτα πράττων κτἑ., in eo loco, quoniam Dinarchi quidem non habemus nisi recentiores libros, habent sane libri omnes ἐλεήσετε, sed quis non videt verum esse, quod I. Bekkerus reposuit de coniectura sua: ἐλεήσαιτε, quod quem ad modum in deterioribus libris propter similitudinem pronuntiationis in illud corruptum sit, satis ostendunt, quos modo tractavimus, loci Thucydidis. In Isocratis quidem *Panegyrico* §. 214. ed. Bekk. p. 79. ed. H. Steph. Μόνος γὰρ οὗτος ὁ πόλεμος εἰρήνης κρείττων ἐστί, θεωρίᾳ μὲν μᾶλλον ἢ στρατείᾳ προσεοικώς, ἀμφοτέροις δὲ συμφέρων, καὶ τοῖς ἡσυχίαν ἄγειν βουλομένοις καὶ τοῖς πολεμεῖν ἐπιθυμοῦσιν. ἐξέσται γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ᾽ αὐτῶν καρποῦσθαι, τοῖς δ᾽ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους κατακτήσασθαι., liber optumus Urbinas habet: εἴη γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς κτἑ. Itaque confecta res est. Neque enim dubitari potest quin ex interpretatione ad verba: εἴη γὰρ ἄν, ascriptum fuerit: ἐξέσται, quod quom ab imperito librario pro εἴη reciperetur, ille tamen ἂν particulam retinuit, eodem prorsus modo, quo supra p. 111. in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 4. §. 8. vidimus ortum esse ἰόντων ἄν,

Thucydidis porro locum, quem adposuit Hartungius ex lib. II. cap. 80., facile intellegi potest huc non posse vocari. Ibi enim haec oratio habetur: *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων Ἀμπρακιῶται καὶ Χάονες βουλόμενοι Ἀκαρνανίαν πᾶσαν καταστρέψασθαι, καὶ Ἀθηναίων ἀποστῆσαι πείθουσι Λακεδαιμονίους ναυτικὸν παρασκευάσασθαι ἐκ τῆς ξυμμαχίδος καὶ ὁπλίτας χιλίους πέμψαι ἐς Ἀκαρνανίαν, λέγοντες ὅτι ἢν ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα μετὰ σφῶν ἔλθωσιν, ἀδυνάτων ὄντων ξυμβοηθεῖν τῶν ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνάνων ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες καὶ Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσι, καὶ ὁ περίπλους οὐκέτι ἔσοιτο Ἀθηναίοις ὁμοῖος περὶ Πελοπόννησον· ἐλπίδα δ' εἶναι καὶ Ναύπακτον λαβεῖν.*, quibus in verbis, ut et G. Hermannus p. 32. rectissume statuit et sententia ipsa pene flagitat, nullo modo *ἂν* particula cohaeret cum futuro *κρατήσουσι*, sed pertinet ad verba *ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες*, ut cum participio, ut saepe alias, coniuncta particula sit. Suspensa enim sunt haec verba: *ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες*, a condicione illa: *ἀδυνάτων ὄντων ξυμβοηθεῖν τῶν ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνάνων.*, quacum illud *κρατήσουσι* non coniunctum est, sed id demum pendet ab hac condicione: *ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες*, ut si Thucydides voluisset singula copiosius explicare, ei dicendum fuerit: *ὅτι — εἰ Ἀκαρνανίαν, ὅτι ἀδύνατοι ἔσονται ξυμβοηθεῖν οἱ ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνᾶνες, ῥᾳδίως ἂν σχοῖεν, καὶ τῆς Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσιν.* Apparet igitur istud *ἂν* tantum modo propterea adiectum esse, ut eo significaretur aliqua condicione facile occupari posse Acarnaniam. Illa enim condicio continetur verbis: *ἀδυνάτων ὄντων ξυμβοηθεῖν τῶν ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνάνων.* Istud autem, quod sequitur *κρατήσουσι*, tantum abest, ut cum istis verbis *ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες*, aptius cohaereat, ut apodosin efficiat ad actionem illam condicione aliqua adstrictam, quae prioribus istis verbis: *ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες*, declarata est. Id adeo clarum atque apertum est, ut ne disputando quidem potuerit obscurari. Qua re hunc quoque locum nullum habebit Hartungius. In Aeschinis autem oratione, quae est *de falsa legatione*, §. 11. ed. Bekk. p. 29. ed. H. Steph., ubi nunc haec verba leguntur: *ὅθεν δ' ἡγοῦμαι σαφεστάτους μοι τοὺς λόγους ἔσεσθαι καὶ γνωρίμους ὑμῖν καὶ δικαίους, ἐντεῦθεν ἄρξομαι, ἀπὸ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης λόγων καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς πρεσβείας· οὕτω γὰρ μάλιστα καὶ μεμνήσομαι καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε.*; sane olim volgo legebatur: *οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ μεμνήσομαι κτέ.*, sed *ἂν* particulam

delevit Bekkerus cum libris sane optimis quattuor, quibus alius emendatus accedit, ut hic quoque locus adeo magnam auctoritatem non habeat. Qui si integer esset haberetur que in libris ἄν, ut delere nolles, tamen potius cum Hermanno ita interpretandus erat, ut verba: οὕτω γὰρ ἄν, condicionem per se efficere dicerentur, quam cum Hartungio de constructione aptiore futuri temporis et particulae ἂν cogitandum. Quamquam ne is quidem, etsi Hermanni rationem interpretandi verbis repudiarat, non potuit non eandem reapse agnoscere. Explicavit enim sic: *wenn ich es so einrichte*, ut tamen futurum a condicione, quae contineretur ἂν particula, discriminaverit. Et in hoc quidem loco nemo ipsam constructionem agnoscet. Restat unus testis Xenophon, cuius *Disciplinam Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 21. Zeun. adfert Hartungius. Ibi haec dicuntur haberi verba: ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι. Sed quamquam ex iis, quae disputavit Ern. Poppo ad lib. I. cap. 5. §. 2. p. 57., ubi: *Noluimus*, inquit, *hunc rariorem loquendi usum e Xenophonte expellere, quamvis per codices id fieri liceat.*, apparet eius codices hoc quoque loco non constanter tueri ἂν particulam, at ut ponamus esse in libris ἂν particulam nec expellendam esse, contra atque ego censeo, tamen ille locus numquam probabit constructam esse istam particulam cum indicativo futuri. Nam quem ad modum etiam in Latina oratione saepe in huius modi locis factum est, ita videtur Xenophon hoc loco per quandam adtractionem ἔσονται posuisse, ut non ad antecedentia: πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον, ad quae debebat, respexerit, sed ad proxumum illud ἢ νῦν. Vix enim est quod explicem eos grammaticos, qui ita hos locos interpungere soleant, uti hoc loco Poppo fecit, qui edidit: ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον, ἢ νῦν, ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι., id non recte statuere. Est enim ita potius scribendus hic locus: ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται, ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι., ut appareat sic fere Xenophonti animo obversatam esse hanc verborum structuram: πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον [εἶεν ἀχρεῖοι] ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται, ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι.

His explicatis credo apparet ex duodecim illis locis, quos pro exemplis adtulit Hartungius primo loco, ut universum particulae ἂν in indicativo futuri usum comprobaret, ne unum quidem locum ita comparatum esse, ut bona fide pro teste accipi possit. Nam in uno illo *Electrae* Euripideae versu

480., de quo nondum disputavi, apud G. Dindorfium editum video:

> Τοιγάρ σέ ποτ' οὐρανίδαι
> πέμψουσιν θανάτοισι· σὰν δ'
> ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν
> ὄψομ' αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.,

ut hic quoque locus dubitationi obnoxius esse videatur. Quis igitur eius disputationi fidem habebit?

Sed videamus iam, quae de singulis caussis adtulerit. Nam fortasse hic latent testes validiores. Sic enim pergit p. 283 sq., ut dicat potissumum in interrogationibus hanc particulam cum indicativo temporis futuri compositam esse.

Ac primum quidem notissumum istum locum opponit Theocriti *Idyll.* XXVII. v. 38.

> Πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω;

quem locum miror a quoquam huc vocari potuisse. Nam etsi Theocritus ita inchoavit orationem, ut diceret: τίνα κεν, tamen ubi conclusit constructionem, omisit particulam dixitque simpliciter: τίνα μῦθον ἐνίψω, ut qui plenam orationem habere velit, ei sic supplenda sit: τίνα κεν ἐνίσποιμι; τίνα μῦθον ἐνίψω; quod quamquam si plene dixisset poeta, molestum esset, tamen per rationem grammaticam necessario sic solvendum est. Eiusdem generis est ille locus Dinarchi *Adv. Demosth.* §. 68. ed. Bekk. p. 98. ed. H. Steph., quem deinceps adtulit Hartungius, ubi haec verba habentur: *Τί δὲ ἄν, τιθῶμεν γὰρ ταῦτα, ἐὰν κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ Δημοσθένους ἀπαιτῇ πέμψας ὑμᾶς Ἀλέξανδρος τὸ χρυσίον τὸ κομισθὲν εἰς τὴν χώραν ὑπὸ Ἁρπάλου, καὶ πρὸς τῷ γεγενῆσθαι τὴν τῆς βουλῆς ἀπόφασιν τοὺς παῖδας καταπέμψῃ πρὸς ἡμᾶς τοὺς νῦν ὡς ἑαυτὸν ἀνακεκομισμένους, καὶ τούτων ἀξιοῖ πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν ὑμᾶς, πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες, τί ἐροῦμεν;* quo loco quis demonstrare audebit Graecos ἂν cum futuro construxisse? Apparet enim oratorem, quom ita inchoasset orationem: *Τί δὲ ἄν*, quasi vellet aliquam condicionem per optativum eloqui, deinde interpositis permultis aliis verbis reliquisse inchoatam orationis constructionem ac simpliciter perrexisse, omissa ista condicionis significatione, quom vehementior adsurgeret oratio: *πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες, τί ἐροῦμεν;* Hoc si Theocrito licuit in oratione magis conclusa, licuit certe Dinarcho in his orationis ambagibus. Qui autem his locis docere velit, Graecos: *τί ἂν ἐροῦμεν;* in simplici constructione dicere potuisse, is eodem modo Latinis exemplis evincere poterit, Latinos dixisse: *Effeci, ut venit*, et quae sunt similia. Non minus

autem debile et infirmum est illud testimoni, quod Hartungius petiit ex Euripidis *Bacchis* v. 595. (v. 659. ed. P. Elmsl.), ubi scriptum esse ait: *Τί ποτ᾽ ἂν ἐκ τούτων ἐρεῖ;* Nam ibi P. Elmsleius hos versus ex optumis libris, quos multos consuluit, ita scriptos edidit:

Ὡς δέ μοι δοκεῖ (ψοφεῖ γ᾽ οὖν ἀρβύλη δόμων ἔσω)
εἰς προνώπι᾽ αὐτίχ᾽ ἥξει. τί ποτ᾽ ἄρ᾽ ἐκ τούτων ἐρεῖ;

refertque Brunckium ex uno cod. Paris. E., qui nitide quidem, sed non accurate scriptus esset (vide eius praef. p. VII. ed. Lips.), scripsisse: *τί ποτ᾽ ἂν ἐκ τούτων ἐρεῖ;* Quod amplexus est Hartungius celato de origine huius lectionis lectore. Sed recte iam P. Elmsleius iudicavit Brunckium — pace viri eruditissumi atque optume de nostris litteris meriti dicam — non potuisse in tantula re magis errare. Nam et soloecam effecit orationem et in arte critica factitanda vehementer lapsus est, quom leve indicium unius libri non boni praeclarae optumorum librorum auctoritati anteposuit. Hoc vero loco quis iam aliquid volet probare?

Quem autem adiungit Hartungius locum Aristophanis *Nub.* v. 464 sq. ed. Herm.

Ἆρά γε τοῦτ᾽ ἂν ἐγώ ποτ᾽
ὄψομαι;

in eo loco Suidas et cod. Venetus habent: *Ἆρά γε τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἐγώ ποτ᾽ ὄψομαι*, ceteri autem libri omnes: *Ἆρά γε τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἐγώ ποτ᾽ ὄψομαι;* praeter unum codicem Reg. C., ex quo Brunckius particulam ἂν pro ἄρ᾽ petivit, ut iam hoc quoque loco fatendum esse videatur, Brunckium in tantula re non potuisse magis errare. Nemo enim, quom G. Hermannus et G. Dindorfius nuper rectissume ediderint:

Ἆρά γε τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἐγώ ποτ᾽
ὄψομαι;

hunc locum poterit adhibere, ut testetur Graecorum loquendi consuetudinem. In illo autem loco, quem excitavit idem Hartungius ex Aeschinis oratione ea, quae est *Adversus Ctesiphontem*, §. 155. ed. Bekk. p. 75. ed. H. Steph. *τί ποτ᾽ ἂν ἐρεῖ;* edidit Imm. Bekkerus: *τί ποτ᾽ ἀνερεῖ;* ut ne is quidem ab omni dubitatione alienus esse videatur. Sed quom libri tamen omnes in eo loco exhibeant: *τί ποτ᾽ ἂν ἐρεῖ;* id autem, quod Bekkerus edidit non sit profectum nisi ex correctione cuiusdam codicis, dicendum est paullo diligentius de illo loco, qui iniuria etiam G. Hermanno, qui tutatus est eo loco ἂν particulam, fraudi fuisse videtur. Quae

enim illi loco adhibenda sit medicina, ipse indicat locus et pene clamat, si explicetur expeditius. Ibi enim omnis oratio sic sese habet: *Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀλγήσειεν ἄνθρωπος Ἕλλην ἢ καὶ παιδευθεὶς ἐλευθέρως, ἀναμνησθεὶς ἐν τῷ θεάτρῳ ἐκεῖνό γε, εἰ μηδὲν ἕτερον, ὅτι ταύτῃ ποτὲ τῇ ἡμέρᾳ μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι, ὅτ' εὐνομεῖτο μᾶλλον ἡ πόλις καὶ βελτίοσι προστάταις ἐχρῆτο, προελθὼν ὁ κῆρυξ καὶ παραστησάμενος τοὺς ὀρφανοὺς ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, νεανίσκους πανοπλίᾳ κεκοσμημένους, ἐκήρυττε τὸ κάλλιστον κήρυγμα καὶ προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετήν, ὅτι τούσδε τοὺς νεανίσκους, ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, μέχρι μὲν ἥβης ὁ δῆμος ἔτρεφε, νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῇδε τῇ πανοπλίᾳ ἀφίησιν ἀγαθῇ τύχῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ καλεῖ εἰς προεδρίαν.* Si his verbis peroratis orator sic pergit: *Τότε μὲν ταῦτ' ἐκήρυττεν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ παραστησάμενος τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν αἴτιον τί ποτ' ἂν ἐρεῖ ἢ τί φθέγξεται;* nemo non videt in his scribendum esse: *τί ποτ' αὖ ἐρεῖ ἢ τί φθέγξεται.* Comparatur enim ad superius tempus id, quod nunc agitur. Et dicitur hoc: *Tum quidem haec praeco pronuntiavit, at non nunc, sed ubi produxerit hunc orbitatis liberorum auctorem quid tandem rursus* (vel *vicissim*) *dicet aut quid clamabit?* Hoc in loco et omnis condicio per sese, etiam si ferri posset per regulas grammaticae Graecae, inepta est, et illa contentio, quae hic instituitur, ipsa clamitat, restituendam esse particulam *αὖ*, quae quoties cum *ἂν* particula ab imperitis librariis commutata esset, iam supra vidimus, ut hic quoque testis sine ulla controversia remotus sit. Sequitur Isocratis locus ex *Euagora* §. 66. ed. Bekk. p. 202. ed. H. Steph. ubi tamen Bekkerus ex libris Urbinate et Vaticano edidit: *Τίνα γὰρ εὑρήσομεν τῶν τότε γενομένων, εἰ τοὺς μύθους ἀφέντες τὴν ἀλήθειαν σκοποῖμεν, τοιαῦτα διαπεπραγμένον, ἢ τίνα τοσούτων μεταβολῶν ἐν τοῖς πράγμασιν αἴτιον γεγενημένον;* ut sane nesciamus, unde volgatae editiones soloecismum petiverint, quae habent: *τίνα γὰρ ἂν εὑρήσομεν κτἑ.* nisi forte voluerunt: *τίνα γὰρ ἀνευρήσομεν κτἑ.*, quamquam ne hoc quidem probo. Apud Herodotum autem lib. III. cap. 104. etsi plerique libri habent, ut adtulit locum Hartungius: *Οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ τρόπῳ τοιούτῳ καὶ ζεύξει τοιαύτῃ χρεώμενοι ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσόν, λελογισμένως, ὅκως ἂν καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ κτἑ.*, tamen liber Sancroftianus aliusque codex pro verbis: *ὅκως ἂν καυμάτων*

τῶν θερμοτάτων ἐόντων, habent tantummodo: ὅπως αὐτῶν θερμοτάτων ἐόντων, ut istud ἂν dubitationi obnoxium sit. Neque poterit Herodoti sermo de communi loquendi consuetudine in eius modi rebus testari omnino. In Euripidis denique loco de *Iphigenia, quae est Tauris*, v. 895 sqq.

> Τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἢ
> τι τῶν ἀδοκήτων
> ἄπορον πόρον ἐξανύσας,
> δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ
> κακῶν ἔκλυσιν;

rectissume iam Aug. Seidlerus, cui accessit etiam Reisigius, praeceperat poetam referri voluisse istud ἂν non ad φανεῖ, sed ad eam notionem, quae contineretur participio ἐξανύσας, ut hoc voluerit poeta: Τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἐξανύσειεν καὶ δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν; id autem concinniore oratione elocutus sit. Sed ne sic quidem ista condicio, quam habet ἂν particula, ut haec verba scripta sunt, pertinebit ad verbum φανεῖ ἔκλυσιν, sed dubitatur potissumum, num haec perficiat. Et ita demum istud φανεῖ ἔκλυσιν adiicitur. Nemo enim Graecus coniunctis verbis dicere poterat: φανεῖ ἂν ἔκλυσιν., quod recte Lucianus rettulit in soloecismis.

Postremo de elliptico quodam particulae ἂν in indicativo futuri usu dicit Hartungius, quem stabilire volt duobus exemplis, altero Euripidis de *Andromacha* v. 461 sq., quem locum Hermannus tamen ita scriptum nuper edidit:

> Οὐδέποτε δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν
> οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους κτέ.,

quem ad modum in libris et plurumis et vero optumis legitur, quom soli libri Paris. E. Flor. 2. οὐδέ ποτ' ἂν δίδυμα exhibeant, quod recte Hermannus ex metrica correctione ortum esse dixit. Alterum exemplum petivit Hartungius ab eodem Euripide ex *Heraclidis* v. 768 sqq., quo in loco ipse scribendum duxit:

> Ζεύς μοι ξύμμαχος, οὐ φοβοῦμαι,
> Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως ἔχει!
> Οὔποτε θνατῶν
> ἥσσων οὗτος ἂν ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖται.,

sed quom omnes interpretes corruptum hunc locum esse conclamaverint necdum eo eius emendatio perducta esse videatur, ut certi aliquid de eo loco statui possit, omnino testimonium praestare non potest, praesertim quom Hartungius ipse adnotaverit libros habere: ἥσσον οὔτ' ἐμοῦ φανοῦνται.

Haec sunt illa testimonia, quae de singulis caussis, in

quibus ἄν particula concedenda esset futuro, adtulit Hartungius. Apparet autem ex decem testibus ne unum quidem integrum atque incorruptum videri, ut sane mirandum non sit, si quis praecepto Hartungii diffidat. Si autem alios locos integros ille fortasse adferre potuit, id enim videtur p. 284. indicare, cur adtulit corruptos potius quam integros?

Sed misso Hartungio iam de Hermanno videamus, qui quidem, ut supra diximus, non prorsus alienum se esse ab eadem sententia professus est, sed plerosque tamen locos, in quibus particula ἄν cum indicativo futuri consociata esset, ita explicandos esse existumavit, ut ἄν particula non pertineret ad futurum, sed ad aliquam singularem eius enuntiati notionem, quae quom partem enuntiationis per se constantem efficere videretur, condicionaliter adiecta ἄν particula efferretur. Paucos tamen locos et ipse sic interpretandos esse putavit, ut in iis revera ἄν particulam cum indicativo temporis futuri constructam esse diceret. Sed exemplis rem probare non potuit. Nam quem unicum locum pro certo testimonio adferri posse putavit vir eximius ex Isocratis *Panegyrico* §. 182. ed. Bekk. p. 79. ed. H. Steph. Ἐξέσται γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ' αὐτῶν καρποῦσθαι, τοῖς δ' ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους κατακτήσασθαι., in eo loco recte I. Bekkerus, ut supra vidimus, ex libro Urbinate: εἴη γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ' αὐτῶν καρποῦσθαι κτὲ., edidit neque ulla potest caussa esse, cur optumi libri auctoritati repugnemus, ut id defendamus, quod ipse Lucianus in *Pseudosophista* §. 2. soloecum esse pronuntiavit. Nam etiam illum locum, quem Hermannus dubitanter adiecit, Herodoti lib. III. cap. 104. nihil probare supra iam significavimus.

Reliqui sunt illi loci, in quibus particula ἄν, quom proprie adiiceretur ad singularem aliquam enuntiati notionem, cum indicativo futuri temporis consociata esse videatur, de quibus dixit G. Hermannus l. l. inde a p. 31. Ac de Pindari loco ex *Nem*. VII. 100. (68.) iam diximus. Recte autem ipse Hermannus reiecit, quod Boeckhius intulerat in *Isthm*. V. (VI.) v. 86. (58.):

εἰρήσεταί πά κ' ἐν βραχίστοις.

propter ipsam verborum collocationem. De Thucydidis lib. II. cap. 80. iam supra vidimus, in Isocratis autem oratione, quae est *ad Demonicum*, §. 25. ed. Bekk. p. 7. ed. H. Steph., ubi volgo legebatur: Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσει τοῖς φίλοις, ἐὰν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτάγγελτος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς., recte

Bekkerus ex libro Urbinate, cui in omittenda quidem particula ἂν accedunt etiam alii libri, scripsit: *Οὕτως ἄριστα χρήσει τοῖς φίλοις, ἐὰν μὴ περιμένῃς*) τὰς παρ᾽ ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ᾽ αὐτάγγελτος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς.* Neque enim quod Hermannus ait *οὕτω δ᾽ ἂν χρήσει,* ita defendi posse, si in hunc modum plenam reddas orationem: *οὕτω δ᾽ ἂν χρώμενος, ἄριστα χρήσει,* videtur in tam simplici hortatione, qualis haec est, locum obtinere posse. Illud autem *ἄν*, si in ullo libro habetur revera, videtur aut *διττογραφίᾳ* aliqua ortum esse aut alio quopiam casu. De Aeschinis loco in orat. *de falsa legatione* §. 11. iam supra dictum est. Thucydidis autem ille locus, quem habet Hermannus p. 33., nullo modo huc pertinet, sed quom sit ille omnino, ut mihi quidem videtur, non satis recte intellectus etiam a reliquis grammaticis, qui tractaverunt edendo Thucydidis orationem, paullo accuratius de eo loco dicendum est. Ibi orant Corcyraei, ut sibi Athenienses subveniant, his verbis: *Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας· πρῶτον μὲν ὅτι ἀδικουμένοις καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε, ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετὰ ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάθησθε· ναυτικόν τε κεκτήμεθα πλὴν τοῦ παρ᾽ ὑμῖν πλεῖστον.* Sic libri hunc locum scriptum exhibent, nisi quod perpauci accentu mutato pro *κατάθησθε* habent *καταθῆσθε*, quae lectionis varietas ad rem ipsam non pertinet. Scripsit autem Bekkerus, quom unus codex e correctione $\overline{\eta}$ haberet in spatio duarum litterarum capaci, *καταθεῖσθε*, quo recepto etiam si oratio quodam modo cohaereret, mihi tamen illud, quod in libris est, modo ellipsin, quae in huius modi locis cum ceterorum scriptorum tum Thucydidis adeo propria est, in hoc loco agnoscamus, verum videtur, ut haec ita intellegamus: *πρῶτον μὲν ὅτι ἀδικουμένοις καὶ οὐχ ἑτέρους*

---

*) Pro *περιμένῃς* sine ulla dubitatione videtur ex libro Urbinate recipiendum esse *προσμένῃς*. Id enim verbum et optume declarat, non esse exspectandum usque dum amici ipsi aliquid petant, et facillume potuerat in libris deterioribus permutari cum *περιμένῃς*, quod videretur esse usitatius. De verbo *προσμένειν* iam adtulerunt lexicographi Theognidis v. 1143 sq.

Ἀλλ᾽ ὄφρα τις ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο,
εὐσεβέων περὶ θεοὺς Ἐλπίδα προσμενέτω.

et Pindari *Nem.* III. v. 60. (105.)

δορίκτυπον ἀλαλὰς Λυκίων τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν Δαρδάνων τε.

βλάπτουσι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε, ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι (ὅτι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε), ὡς αν μάλιστα μετὰ ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάθησθε· ναυτικόν τε κεκτήμεθα πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν πλεῖστον., ut haec oratio Latine ita reddenda sit: *primum quod iniuria adfectis et non alios laedentibus auxilium feretis, deinde (quod) eos, qui de summa rerum periclitantur, recipientes* (nempe *auxilium feretis*), *ut vel maxume cum sempiterna praedicatione hanc gratiam a nobis ineatis. Classem quoque habemus praeter vestram illam maxumam.* Videantur, quae supra diximus de simillumo Demosthenis loco orat. *Olynth.* I. §. 21. ed. Bekk. p. 15. ed. Reisk., ubi eodem prorsus modo pro coniunctivo receptus erat sive optativus sive indicativus. Adtulit autem G. Hermannus hunc locum, ut significaret potuisse eo loco etiam scribi καταθήσεσθε pro καταθῆσθε. Apparet tamen hac ratione nihil de usu futuri testatum esse, quod coniectura non credo temere in eum locum inferendum fuisse. In illo porro loco Aristophanis *Nub.* v. 464 sq. iam supra diximus Hermannum nunc ipsum unice probasse hanc scripturam:

Ἀρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγώ ποτ'
ὄψομαι;

Eodemque modo supra vidimus in Platonis *Phaedone* p. 61. C. ed. H. Steph. ἂν particulam in libris non haberi, neque Xenophontis locum ex *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 21. Zeun. nec Dinarchi *Adv. Demosthenem* §. 111. magnam auctoritatem in hac re habere. Reliqui sunt perpauci loci iique maxume dubii, de quibus deinceps dixit Hermannus. De aliis iam supra vidimus. De quibus non iam dictum est, hi sunt, qui tamen ipsi quoque nihil ad rem ipsam conferre videantur. Luciani enim locus ex *Fugitivis*, qui legitur §. 24. vol. II. p. 507. ed. Schmied. Κατίωμεν, ὡς κἂν ὀλίγους αὐτῶν ἐπιτρίψωμεν σήμερον., sic, quem ad modum a me positus est, legitur in omnibus libris, etiam in iis, quos nuper C. Iacobitzius excussit, nisi quod Cod. Reg. 2954., qui nullius fere auctoritatis est, pro ὡς κἂν habet ὡς οὐκ ἄν, quod quom aperte aliquo ex errore ortum sit, non est quod optativus aut futurum hoc loco reponatur. In illis autem Luciani locis, quos Hermannus commemoravit p. 32., in quibus ait optativum ex libris bonis receptum esse, in altero *Dialog. mortuorum* III. §. 6. recte videtur iam a C. Iacobitzio ex libro optumo Vindobonensi B. editum esse: οὕτως γὰρ παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος., quom volgo legeretur: οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστο-

τέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος, unus autem liber Reg. 2954., non optumus, ut modo vidimus, haberet: οὕτω γὰρ ἂν παύσαιο κτἑ., quod apparet ex glossemate esse natum. Si velis explicare unde ortum sit illud, quod volgo legebatur: οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ, recte coniicias id antiquitus nihil fuisse aliud nisi: οὕτω γὰρ αὖ παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. Nam et nos similiter particulam *wieder* usurpamus et Latini *rursus* aut *vicissim*, ut reddatur: *Sic enim rursus desines illis Aristotelis bonis molestia adfici* *). In altero autem Luciani loco, qui legitur in libello *De iniuria non temere credenda* §. 6., editur quidem inde a Schmiedero: οὕτω γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γένοιτο φανερωτέρα, ex libro Reg. 2954. et Augustano 3. pro volgato: οὕτω γὰρ ἂν ἡμῖν γενήσεται ἡ εἰκὼν φανερωτέρα., sed quom libri, qui optumi sunt, apud Iacobitzium Guelpherbytani ambo, Gorlicensis, Oxonienses, non γένοιτο, sed γένηται exhibeant, quod videtur ex compendio futuri γενήσεται ortum, credo ego hoc quoque loco αὖ pro ἂν reponendum esse, quod est aptissumum ad eum locum, ut ita constituatur hic locus: Οὕτω μὲν οὖν Ἀπελλῆς τὸν ἑαυτοῦ κίνδυνον ἐπὶ τῆς γραφῆς ἐμιμήσατο. Φέρε δὲ καὶ ἡμεῖς, εἰ δοκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην, διέλθωμεν τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ, πρότερόν γε ὅρῳ τινὶ περιγράψαντες αὐτήν. οὕτω γὰρ αὖ ἡμῖν ἡ εἰκὼν γενήσεται φανερωτέρα. Namque etiam nos ita dicimus: *Denn so wird hinwieder uns das Bild deutlicher werden.*

De Antisthenis rhetoris loco p. 30. §. 6. (p. 58. Reisk.) ὃς πρῶτον μὲν οὐκ οἶσθα οὐδ' ὅπως ἔδει μάχεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος, τάχ' ἂν ποτε ἀποκτενεῖς σεαυτὸν κακῷ περιπεσών τις., non pugno, quamquam ibi facile τάχα ποτὲ scribi potest aut aliter accipi locus, ut ἂν ad περιπεσὼν vocetur, nullo certe modo istud ἂν cum ἀποκτενεῖς aptius coniunctum est, quod etiam Hermannus fieri noluit. De κἄν, quod Hermannus adtulit ex Euripidis *Electra* v. 485., de quo iam vidimus, et ex Luciani *dialog. meretr.* XI. §. 4. vol. II. p. 469. ed. Schmied. alia caussa est. Nam si quando id cum futuro legitur, id plane per se constat, uti in illo Luciani loco: περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἴ γε ζῇ ἔτι., ibi

---

*) Eodem prorsus modo locutus est Aristophanis in *Vespis* v. 942.

Οὐκ αυ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος
καὶ ταῦτα τοῖς φεύγουσιν, ἀλλ' ὀδὰξ ἔχει;

quo de loco infra dicendum nobis erit.

enim particula κἂν urgetur vox ὁ πάππος neque per se κἂν pertinet ad διηγήσεται, non minus quam exempli gratia in illo Luciani loco *dial. mortuor.* XIII. §. 6. ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἐλλέβορος οὐ φύεται, σὺ δὲ κἂν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε καὶ αὖθις πίε καὶ πολλάκις· οὕτω γὰρ αὖ παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος., particula ἄν, quae latet in κἄν, ad imperativum vocari poterit. Conferantur ea, quae infra ad p. 116. de κἂν adferemus.

In Sophoclis *Trachiniis* v. 672. recte reprehendit G. Hermannus C. Reisigium, qui in verbis his:

Τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσω,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.,

φράσω voluit pro futuro accipi, sed tamen cur ipse voluerit edere:

Τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον, ἣν φράσω,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.,

non adsequor. Nam videntur omnia optume congruere, si librorum scripturam retineamus. Dicit primum chorus Trachiniarum:

Δίδαξον, εἰ διδακτόν, ἐξ ὅτου φοβῇ.

cui respondet Deianira:

Τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσω,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.,

quibus verbis hoc dicitur: *Eius modi quid evenit, quale dixerim* (aut si mavis, etiam: *quale dixero*, Graeca enim verba, quid ex ista qualitate, si rem dicas, evenerit sermone, declarant), *virgines, vobis insperatum ad cognoscendum miraculum.* Vel dicam aliis verbis: *Tale factum est, quale, virgines, miraculum vobis ad audiendum inopinatum mihi dicendum fuerit, si dicam.* Qua in oratione quid insulsi esse dicas? De constructione autem οἷον ἂν nemo dubitabit. Ipse enim Sophocles sic locutus est in *Oedipo Coloneo* v. 966. ed. Herm.

πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς.

Ne de loco quidem fragm. Dionys. Halicarn. ab Angelo Maio editorum lib. XIV. cap. 15., quem Hermannus ita adfert: Τί γὰρ ἂν δυνήσονται δεινὸν ἐργάζεσθαι τοὺς ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι; possum summo viro adsentiri. Camillus enim, postquam dixit de aliis rebus, quae formidolosae in hoste esse viderentur, nec tamen formidandae essent, pergit de externo barbarorum habitu explicare,

ut totus locus ita constituendus esse videatur: Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ οἷς δεδίττονται τοὺς πολεμίους, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐκδειματοῦσιν, ὀῤῥωδητέα ὑμῖν ἐστιν, ὥσπερ ἀπείροις πολέμου. Τί γὰρ αὖ δυνήσονται δεινὸν ἐργάζεσθαι τοὺς ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὄμμασιν αὐτῶν πικρόν, καὶ ὁ βλοσυρὸς τῆς ὄψεως χαρακτὴρ κτἑ. In harum rerum enarratione rectissume, aliis rebus iam reiectis, particula αὖ se habet, ἂν autem quo modo ferri possit non video, praesertim quom ceteros locos, qui, ut ratio haec firmaretur, adlati essent, iam supra reiiciendos esse cognoverimus. In ultumo autem loco, quem G. Hermannus posuit ex Sophoclis *Philocteta* v. 1089., ubi Brunckius ex uno libro deteriore recepisset:

Τί ποτ᾽ ἄν μοι τὸ κατ᾽ ἦμαρ
ἔσται;

in eo ipse, librorum reliquorum omnium auctoritatem et ceterorum editorum iudicium secutus, tutatus est αὖ, quod est maxume idoneum ad eum locum, quo magis appareat quam facilis coniectura nostra fuerit, qua aliquoties αὖ pro ἂν in huius modi locis reponendum existumavimus.

Recte denique Hermannus ipse reiecit alios quosdam locos, in quibus ἂν cum futuro coniunctum esse videretur, veluti quod legebatur in *Vespis* Aristophanis v. 942. οὐκ ἂν σὺ παύσει κτἑ., sed non credo ibi probandam fuisse C. Reisigii coniecturam οὔκουν, sed rectissume nuper a G. Dindorfio libri Ravennatis scripturam receptam esse, ut hoc dicatur:

Οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος,
καὶ ταῦτα τοῖς φεύγουσιν, ἀλλ᾽ ὀδὰξ ἔχει;

Nos eodem plane modo dicamus: *Wirst du nicht wieder aufhören* —? Et sic etiam Latini locuti sunt. Sic etiam supra vidimus in Luciani *dial. mort.* XIII. §. 6. pene necessario scribendum fuisse: οὕτω γὰρ αὖ παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. In Aristophanis *Nubibus* v. 1160. improbat idem Hermannus, quod Brunckius ediderat:

Οὐδὲν γάρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσεσθ᾽ ἔτι.

putatque ex quibusdam libris ἐργάσαισθ᾽ rescribendum esse. Sed quom libri optumi Ravennas Venetusque ἐργάσεσθ᾽ ipsis litteris exhibere dicantur, censeo ego modeste huic quoque loco panchrestum illud medicamentum particulae ἂν importune illatae adhibendum esse, ut scribamus:

Βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν. ἰώ, κλάετ᾽ ὠβολοστάται,

αὐτοί τε καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων·
οὐδὲν γὰρ αὖ με φλαῦρον ἐργάσεσθ' ἔτι,
οἷος ἐμοὶ τρέφεται
τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς κτὲ.

Nam nescio quo modo futurum ἐργάσεσθε mihi videtur multo ad hunc locum accommodatius esse. Par est enim quam confidentissume dicere Strepsiadem. In Euripidis *Andromacha* v. 340. Hermannus nuper sine ulla controversia rectissume edidit:

Οὐκ αὖ σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι;

quem ad modum scriptum est in libro Paris. A. Flor. A. pro volgato:

Οὐκ ἂν σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι;

quod corruptum esse adeo librarii intellegebant, quia in libro Havniensi scriptum est ἀλγήσοις pro ἀλγήσεις. In Aristophanis *Thesmophor.* v. 814. accipio quidem G. Hermanni αὖ pro volgato ἂν scribentis coniecturam, sed ita, ut cetera non mutanda censeam et sic totum locum constituendum putem:

Ἀλλ' ἡμεῖς αὖ πολλοὺς τούτων
ἀποδείξωμεν ταῦτα ποιοῦντας,
καὶ πρὸς τούτοις γαστρίδας ἡμῶν
ὄντας μᾶλλον καὶ λωποδύτας κτέ.

Apud Xenophontem autem Ephesium lib. III. §. 8. p. 66, 9. in Passovii editione ipsa quoque editum est: Οὐ γάρ ἐντεῦθέν μέ τις ἀνέλοιτο, οὐδ' ἂν ἐπίδοιμι τὸν ἥλιον, οὐδ' ἂν εἰς φῶς ἐλεύσομαι., sed quamquam hoc genus scriptorum ipso auctore Hermanno in exemplis purae dictionis non habeo, tamen locum corruptum existumo. Forsitan hic quoque olim scriptum fuerit: οὐδ' αὖ εἰς φῶς ἐλεύσομαι, vel quid tale.

De iis locis, in quibus ὅς ἂν cum futuro coniunctum esse videretur, Hermannus iam ipse dixit, ut viam ac rationem demonstraret, qua omnes hi loci facile removeri possent. Itaque non opus est haec omnia a me retractari. Nam apud Polybium lib. XXXVIII. 57. rescribi potest facili negotio αἱρήσωνται, apud Platonem in *Legg.* lib. XII. p. 947. C. ed. H. Steph. ἐπόψωνται, quod coniectura adsequutus erat H. Stephanus, ab libris confirmatum est, in *Euthydemo* vero p. 290. D. recte alterum ἂν in libris optumis omittitur, apud Herodotum denique lib. II. cap. 93. quidam libri συνοικήσωσι habent.

Sic igitur etiam iis locis, quos adtulit Hermannus, vix poterit hoc obtineri, ut credamus a Graecis scriptoribus ἂν

particulam cum indicativo temporis futuri esse coniunctam, sed antequam concludam disputationem meam, alios quosdam locos excutiam, qui praeterea huc vocari possint, quo magis testatum sit, me nihil, quod quidem mihi notum fuerit, de industria lectorem celavisse, si quid forte meae opinioni repugnaturum esse videretur.

Nam apud Demosthenem quidem *Adversus Leptinem* §. 124. ed. Bekk. p. 494 extr. ed. Reisk. legebatur olim: *ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐκ εἰ τῶν πάντων ἀδικήσομέν τινα μείζονα ἢ ἐλάττονα, δεινόν ἐστιν, ἀλλ' εἰ τὰς τιμάς, αἷς ἂν ἀντευποιήσομέν τινας, ἀπίστους καταστήσομεν*, atque ita habent etiam pauci quidam Imm. Bekkeri codices, sed recte tamen iam Fr. Aug. Wolfius, quamquam is se professus est adduci facile posse, ut crederet Graecos ἂν particulam cum futuro consociasse, scripsit id, quod cum optumorum librorum auctoritas et sententia ipsa requirit, tum regulae linguae Graecae flagitant: *αἷς ἂν ἀντευποιήσωμεν*. Atque adeo ii libri, qui *ἀντευποιήσομεν* habent, omittunt fere particulam *ἄν*, ut ne librarii quidem coniungi posse *ἂν* particulam cum futuro credidisse videantur. Is igitur locus nihil probabit. Nam qui loci apud Demosthenem *ἂν* cum infinitivo futuri temporis consociatum exhibent, eos infra adferam. Apud Xenophontem autem quod legitur in *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 6. §. 22. *διασπασθέντες δ' ἂν καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως οὔτ' ἂν τροφὴν δύναισθε λαμβάνειν οὔτε χαίροντες ἀπαλλάξετε.*, id non nititur nisi duorum librorum auctoritate, Etonensis et Parisini 1641., quom ceteri libri et editiones volgatae habeant: *ἀπαλλάξητε*, quod emendandum erat *ἀπαλλάξαιτε* potius, quam *ἀπαλλάξετε*. In Xenophontis autem *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 3., ubi volgo haec verba habentur: *Οὐκ ἂν ὁ ἀριθμός σε, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀκούσαντα εὐφρανεῖ· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόησον, ὅτι ὀλίγοι ὄντες οὗτοι οἱ ὁμότιμοι καλούμενοι πολλῶν ὄντων τῶν ἄλλων Περσῶν ῥᾳδίως ἄρχουσιν.*, non ulla poterit dubitatio esse quin scribendum sit e libris Budensi et Altorfino: *Οὐκ ἂν ὁ ἀριθμός σε ἀκούσαντα εὐφράνειε*, quae optativi forma quom minus usitata esset librariis, ab iis per errorem receptum est *εὐφρανεῖ*, quod haud scio an hoc quidem loco plane soloecum sit. Nam etiam illud, quod in eadem *Cyri Disciplina* lib. III. cap. 3. §. 30. ab Ern. Poppone editum est: *Δοκεῖ μοι, ἔφη, ἄνδρες, ὥσπερ τυγχάνομεν συντεταγμένοι, οὕτως ἰέναι πρὸς τὸ ἔρυμα τῶν ἀνδρῶν καὶ δηλοῦν, ὅτι θέλομεν μάχεσθαι. οὕτω γάρ, ἔφη, ἐὰν μὴ ἀντεξίωσιν ἐκεῖνοι, οἱ μὲν ἡμέτεροι μᾶλλον θαῤῥήσαντες ἂν ἀπίασιν· οἱ*

πολέμιοι δὲ τὴν τόλμαν ἰδόντες ἡμῶν μᾶλλον φοβηθήσονται., nulla fere librorum auctoritate scriptum est. Nam Guelpherbytanus liber, unde manavit omnino haec scriptura habet: *θαῤῥήσαντες ἀπιᾶσιν*, Bodleianus *θαῤῥήσουσιν ἐν ἅπασιν*, Altorfinus *θαῤῥήσαντες ἐν ἅπασιν*, editiones autem veteres *θαῤῥήσουσιν ἂν ἐπιᾶσιν*. Quem ad modum igitur illud ἂν natum sit, facile intellegitur. Neque magis certa illa particula est ibidem lib. IV. cap. 5. §. 48. in verbis his: *Κἂν μὲν δοκῶμεν ὠφελεῖν πλείονα ἐπ' αὐτῶν συναγωνιζόμενοι, οὕτω προθυμίας οὐδὲν ἂν ἐλλείψομεν· ἢν δὲ πεζοὶ γενόμενοι δοκῶμεν καιριωτέρως ἂν παρεῖναι, τότε καταβάντες ἐν μέσῳ καὶ εὐθὺς πεζοὶ παρεσόμεθα· τοὺς δ' ἵππους μηχανησόμεθα οἷς ἂν παραδοίημεν*. Nam quom volgo legeretur: *οὐδὲν ἐλλείψομεν*, adiecit E. Poppo istam particulam ex libris Guelpherbytano et Parisino, qui habent: *οὐδὲν ἂν λείψωμεν*, et ex margine Villoissoni, ubi legitur: *οὐδὲν ἂν ἐλλείποιμεν*. Sed facile apparet volgatam scripturam: *οὐδὲν ἐλλείψομεν*, eo loco bene se habere, illud autem ἄν, quod fortasse ad verba antecedentia referendum est, in quibus Poppo ipse requirebat particulam istam, falso loco irrepsisse in Xenophontis orationem, fortasse quod scriptum erat:

ἂν
οὐδὲν ἐνλείψομεν, quod quom esset receptum, correctum ab aliis est: *οὐδὲν ἂν ἐλλείποιμεν*. Omittendum esse ἂν eo loco, in quem recepit Poppo, arguit etiam ceterorum membrorum similitudo. Denique in illo loco *Disciplinae Cyri*, quo usus est etiam Devarius noster p. 32., lib. V. cap. 3. §. 36., ubi volgo legebantur haec verba: *ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευασώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τοσούτῳ ἥδιον ἂν τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἀριστήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν καὶ καθευδήσομεν.*, libri Guelpherbytanus, Parisinus, Altorfinus, margo Villoisoni uno consensu suspectam reddunt particulam. In Isocratis autem loco, quo usus est idem Devarius l. c., *Areopagitici* §. 78. ed. Bekk. p. 155. extrema ed. H. Steph. recte edidit ex libro Urbinate Bekkerus: *Ἡμεῖς γὰρ ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν ὥσπερ νῦν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ βουλευσόμεθα καὶ πολεμήσομεν κτἑ.*, ubi volgo legebatur: *οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα κτἑ.*, quod ex solo errore in Isocratis orationem venisse apparet. Quem autem tertium locum adtulit Devarius Galeni: *εἰ γάρ τι καὶ παρεῖται κατὰ ταύτας, ῥαδίως ἐκ τῶν προειρημένων ἂν εὑρηθήσεται*, in eo, nisi iam alio modo sublatus soloecismus est, facili negotio scribi poterit: *ῥαδίως ἐκ τῶν προειρημένων ἀνευρηθήσεται*. In Anti-

phontis oratione *de caede Herodis* §. 16. ed. Bekk. p. 131. ed. H. Steph., ubi libri quidem omnes exhibent: ἑλὼν δ' ἂν ἀξιώσεις με ἀποκτεῖναι ὡς τοῦ φόνου τὴν δίκην ὠφληκότα, vel ex coniectura Imm. Bekkerus rectissume scripsit: ἑλὼν δ' αὖ ἀξιώσεις κτἑ. Neque credo nunc iam volet Winkelmannus meus in Platonis *Euthydemo* Part. II. vol. I. p. 400. ed. Bekk. p. 275. E. ed. H. Steph. scribere: Ὑμεῖς ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρε, τῶν νῦν ἀνθρώπων κάλλιστ' ἂν προτρέψετε εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν; pro eo, quod Bekkerus scripsit ex quinque libris προτρέψαιτε, quo etiam ducunt quattuor illi libri, qui habent προτρέψητε, quod propter falsam pronuntiationem ortum videtur ex προτρέψαιτε, unde fluxit etiam, ut opinor, quod est in reliquis quattuor libris Bekkeri προτρέψετε. Etiam in Isocratis *Trapezitico* §. 58. ed. Bekk. p. 370. ed. H. Steph. rectissume edidit Imm. Bekkerus: Ὥστ' οὐκ ἂν εἰκότως περὶ ὀλίγου ποιήσαισθε τὰς ἐκείνων ἐπιστολάς., pro eo, quod libri habent: ποιήσεσθε. Nam futurum nullo modo locum habere poterit et innumerabilibus locis hae formae verbi inter se commutatae sunt. Alios locos aut eius modi, ut in iis nulla pene librorum auctoritas ἂν et futurum defendant, aut etiam deteriorum scriptorum, qui iam non possunt esse Graecitatis auctores, hic non iuvat explicare, quamquam ne Gregorio quidem Corinthio p. 67. ed. Schaef. relinquendum censeo, quod ibi volgatur: καὶ ὅλως μυρία εὑρήσεις ἂν τῶν λεγομένων τὰ παραδείγματα, καὶ παρ' Ὁμήρῳ καὶ πᾶσι τοῖς Ἀττικισταῖς. Nam quom ibi Cod. Aug. habeat: καὶ ἄλλα εὕροις ἂν μυρία τῶν λεγομένων παραδείγματα. Cod. b. καὶ ὅλως μυρία ἂν τῶν λεγομένων εὑρήσεις παραδείγματα. Cod. c. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν μυρία εὑρήσεις ἄν. Cod. A. μυρία εὑρήσεις τῶν λ. τ. π. Cod. B. μυρία εὑρήσεις τὰ παραδείγματα τῶν λεγομένων., apparet volgatam scripturam ex duabus conflatam esse, ut aut scribendum sit εὕροις ἄν, aut εὑρήσεις, omissa ἂν particula.

His explicatis credo apparet vix usquam ullum locum relinqui, quo doceatur particulam ἂν cum indicativo futuri constructam esse. Qua re si quis summam nostrae disputationis quaerat, hoc videtur mihi profitendum esse. Primum particulam ἂν nunquam cum indicativo futuri temporis constructam esse. Talem enim locum, qualem Lucianus posuit in *Pseudosophista* cap. 2., ut de industria soloecismum committeret: συνήσω ἄν, soloecismum, ut est, esse iudico. Nam eo, quod particula ἄν, ut est collocata, aliud verbum nisi futurum spectare non potest, aliquid, quod de-

finite dicitur, dicitur etiam indefinite, quod in recta oratione locum habere nequit. Itaque etiam credo soloecam fore orationem, si in Isocratis *Panegyrico* loco supra laudato scribamus: Ἐξέσται γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ᾽ αὐτῶν καρποῦσθαι κτἑ. Neque enim particula γὰρ ullam habet vim, ut particulam ἂν adsumere possit, et, ut particula collocata est, ad aliud verbum non poterit pertinere nisi ad ἐξέσται, quod fieri non posse modo diximus. Soloeca esset etiam oratio Isaei *De hereditate Cleonymi* §. 32. ed. Bekk., si quis ex libris A. B. scriberet: καὶ προσηπείλησεν ὅτι δηλώσει ποτ᾽ ἂν τούτῳ ὡς διάκειται πρὸς αὐτόν, pro eo, quod edidit Imm. Bekkerus ex reliquis libris: καὶ προσηπείλησεν ὅτι δηλώσοι ποτ᾽ ἂν τούτῳ κτἑ., quamquam etiam id num ferri possit dubium est. Si enim dicitur: ὅτι δηλώσει ποτ᾽ ἄν, particula ista necessario cum verbo δηλώσει componenda erit, quod cum eo, quod dicit δηλώσει, aperte pugnaret. Recte ipse Hermannus, qui tamen quodam modo ἂν particulam cum futuro construi posse putavit, reiecit etiam illud, quod in Isocratis *Trapezitico* §. 40. ed. Bekk. p. 367. extrema ed. H. Steph. olim legebatur: Καὶ ταῦθ᾽ ὡς οὐ δι᾽ ἀπορίαν ἐγίγνετο, ἀλλ᾽ ἵνα πιστευθείην ὑπ᾽ ἐκείνων, ῥᾳδίως γνώσεσθε ἄν. Est enim merus soloecismus: ῥᾳδίως γνώσεσθε ἄν, quom ἂν necessario ad ipsum futurum vocandum sit, quod fieri, nisi falsam velis de industria facere orationem, non potest. Est igitur istud ἂν summo iure omissum in libro Urbinate, quod potuit quidem ita nasci, sicuti voluit Hermannus, quod pro γνώσεσθε usitata illa permutatione γνώσεσθαι scriptum erat, sed videtur tamen hinc in volgatas editiones irrepsisse, quod illud, quod sequitur πρῶτον, scriptum erat ᾱ, usitato illo vocis compendio, quod frequentissumum est in libris scriptis. Talia igitur dici non potuerunt, neque a Graecis dicta sunt umquam. Locos enim eos, quos huc adtulerunt, corruptos esse ante ostendimus.

Deinde de liberiore constructione particulae ἂν cum indicativo futuri temporis, quam permultis locis concessit G. Hermannus, sic ego statuo: primum nunquam hanc a Graecis admissam esse nisi ubi revera ἂν particula, si solveretur oratio, ad aliud enuntiatum pertineret, atque illud esset, quod futuro tempore diceretur, veluti in illo Theocriti versu *Idyll.* XXVII. 38.

Τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω;

et in illo Dinarchi loco *Adversus Demosthenem* §. 68. Τί δὲ ἄν, τιθῶμεν γὰρ ταῦτα ἐὰν — ὑμᾶς, πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες, τί ἐροῦμεν; quae mutationes constructionis, non

γήσαιτό σοι. Haec, quae proprie ita dicenda erant, περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν, καὶ ἂν ὁ πάππος (nempe διηγήσαιτο), διαγήσεταί σοι, mox ita contracta sunt, ut, quasi una notio sit, dicatur: περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι. In his autem locis tollenda ea vox etiam voce est, quam efferunt particulae καὶ ἄν, quod nisi fit, ut appareat haec per se proprie intellegenda esse, soloeca oratio est. Sic coniungitur istud κἂν etiam cum imperativo, cuius rei exemplum supra posuimus ex Luciani *dialogo mortuorum* XIII. §. 6. Ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἑλλέβορος οὐ φύεται, σὺ δὲ κἂν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε καὶ αὖθις πίε καὶ πολλάκις., quod ipsum quoque proprie ex duabus constructionibus conflatum est. Erat enim: καὶ ἂν τὸ Λήθης ὕδωρ πίνοις, et σὺ — τὸ Λήθης ὕδωρ πίε. Nos dicamus: *Du aber trinke, auch wohl der Lethe Wasser, mit starken Zügen.* Alia exempla aliis locis habet Lucianus. Sed iam veteres, quamquam rarius illi quidem, sic locuti sunt, veluti Sophocles in *Electra* v. 1479 sq. ed. Herm. dixit:

Ὄλωλα δὴ δείλαιος. ἀλλά μοι πάρες
κἂν σμικρὸν εἰπεῖν.,

quod non est ad καὶ ἐὰν revocandum, quod voluit Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 109., sed ita explicandum: Ἀλλά μοι πάρες, καὶ ἂν σμικρὸν παρείης, εἰπεῖν, aut etiam brevius καὶ ἂν σμικρὸν ὄν, nempe παρείης. Si nostra lingua haec concipimus, possumus ita facere: *Allein lass mich, auch wohl Weniges, sprechen,* quamquam id, quem ad modum nos loqui consuevimus, a nobis alio modo dicitur. Graeci tamen istam sententiam sic animo conformaverunt. Sed mox illi istud κἂν in eius modi locis usurparunt, ut vix de prima origine cogitarent. Sic quom apud Xenophontem in *Convivio* cap. 4. §. 36. prima illa constructio magis exstaret, a Luciano in *Fugitivis* §. 24. dictum est: κατίωμεν, ὡς κἂν ὀλίγους αὐτῶν ἐπιτρίψωμεν τήμερον., ubi magis res latet. Urgetur enim hoc modo tantummodo vox ὀλίγους. Sic etiam explicari poterit illud, quod in Euripidis *Electra* legitur v. 485.

Κἂν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

quod esset: *Auch wohl an dem noch blutigen Nacken werde ich mit dem Schwerte vergossenes Blut sehen.*, ut id non esset: *auch wohl werde ich sehen,* sed ut hoc definite diceretur: *ich werde sehen,* illud minus definite: *auch wohl am noch blutigen Nacken.*, id est: ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ, quod per

se constans definite declaratur, sed ad haec deinde quasi nova constructione adiicitur: *καὶ ἂν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν*, nempe *ὀψαίμην τοῦτο*. Sed id immutata verborum collocatione potuit etiam dici, ut Euripides elocutus est rem, ut hoc ita poneretur: *Καὶ ἂν ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν, ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ*. Ibi enim nihil aliud volunt particulae *καὶ ἄν*, nisi ut efferant notionem accidentem: *ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν*, quam quom solam efferunt, apparet illas nihil cum verbo *ὄψομαι* commune habere.

Id si vis etiam alio modo adhibere ad has qualescumque constructiones particulae *ἄν*, quae a regula discrepare videantur, fieri sane poterit, sed tamen cautela adhibenda erit, ne ibi hoc fiat, ubi ipsa sermonis natura concinniorem orationem requirere videatur. Sic fortasse poteris tueri, quod Hermannus adtulit Antisthenis rhetoris p. 30. §. 6. (p. 58. ed. Reisk.) *ὃς πρῶτον μὲν οὐκ οἶσθα οὐδ' ὅπως ἔδει μάχεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος τάχ' ἄν ποτε ἀποκτενεῖς σεαυτὸν κακῷ περιπεσών τῳ.*, ut id sic animo ab rhetore conceptum esse existumes: *ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος, τάχ' ἄν ποτε, ἀποκτενεῖς σεαυτὸν κακῷ περιπεσών τῳ.*, ut quasi per parenthesin dicatur: *τάχ' ἄν ποτε*, nempe *ἀποκτείναις*, ita enim etiam nostrates, maxume poetae, interponunt nostrum: *bald vielleicht*, ut id per se constet, sed si quis hoc ad eius modi locos transferat, ad quos rettulit verbi caussa C. E. Chr. Schneiderus ad Platonis *Civitatis* lib. I. p. 91., quom in *Civitatis* lib. X. p. 610. A. ed. H. Steph. tutari voluit, quod in libris habetur: *Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, λέγεις.*, is mea quidem sententia magnopere falsus sit. Nam quom ibi oratio aptissume cohaereat, soloeca esset oratio, si quis librorum scripturam reciperet, quae videtur aut ita corrigenda esse, ut scribamus: *Ὀρθότατ' αὖ, ἔφη, λέγεις.*, aut alio quodam modo tollenda. Contra ubi singularis quaedam notio effertur per particulam *ἄν*, ut ea notio per se constare videatur, ferri poterit *ἂν* particula, sed non ut construatur cum reliqua oratione, sed ut distinguat potius singularem istam notionem a reliqua oratione, eo, quod ipsa natura sua, quoniam cum ea verbi forma, quae reliquam orationem regit, consociari non potest, indicat separatim istam notionem pronuntiandam esse. Sic ferri poterit particula *ἂν* in Xenophontis *Militia Cyri* lib. II. cap. 5. §. 13., ubi in libris omnibus, ut videtur, haec verba habentur: *Αἰγυπτίους δέ, οἷς μάλιστα ὑμᾶς γιγνώσκω τεθυμωμένους, οὐχ ὁρῶ, ποίᾳ δυνάμει συμμάχῳ χρησάμενοι μᾶλλον ἂν κολάσεσθε τῆς νῦν σὺν ἐμοὶ οὔσης.*, quae verba si sana sunt, tollenda voce erit vox *μᾶλλον*, ut

appareat eam notionem cum particula ἄν quasi per se constare atque efferri, ut hanc habeamus orationem: *Αἰγυπτίους δέ — ποίᾳ δυνάμει συμμάχῳ χρησάμενοι κολάσεσθε, μᾶλλον ἂν κολάσαντες* vel etiam *κολάσαιτε, ἢ τῇ νῦν σὺν ἐμοὶ οὔσῃ*. Ut enim sententia ita accipienda esse videatur, adsequemur, si voce efferemus istud *μᾶλλον*. Atque eodem modo ferri possit istud, quod est in quibusdam libris apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 21. *ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ὑμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι.*, ut enuntiatio primaria haec sit: *ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι*, quae res pro certo adfirmetur, accessionis loco autem illud sit: *πολὺ ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν*, quod proinde adiecta ἂν particula ad condicionem revocetur et minus adseveretur per sese. Sic denique etiam illud Sophoclis ex *Oedipo rege* v. 1065 sq. ed. Herm.

> *Θάρσει. σὺ μὲν γὰρ οὐδ᾽ ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ*
> *μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή.*

defendi poterit, quod proprie hoc: *οὐδ᾽ ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος*, est accessionis loco, et abesse posset, si negativa vis, quae est in verbo *οὐδ᾽ ἄν*, ad verba *ἐκφανεῖ κακή*, ut aliis locis etiam per pleonasmum Graeci repetiverunt, esset expressa. Quod, quom diversae enuntiationis partes in unam contractae essent, non opus erat plene pronuntiari: quamquam diversas fuisse notiones et quodam modo etiam nunc cogitatione quidem certe disiungendas esse, proditur particula *ἄν*, quae coire cum futuro *ἐκφανεῖ*, ut vidimus, nullo modo potest. Sic fortasse etiam defendi possit illud, quod legitur apud Aeschinem in oratione *de falsa legatione* §. 11. ed. Bekk. p. 29. ed. H. Steph. in quibusdam libris: *οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ μεμνήσομαι καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν καὶ ὑμᾶς μαθήσεσθε.*, modo haec ita efferamus: *οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα, καὶ μεμνήσομαι καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν κτἑ.*, quamquam quom boni libri omittant ἂν particulam, negari non potest, melius particulam missam fieri, qua dimissa omnia bene procedunt.

Etenim est omnino in his rebus cautio adhibenda, ne, si quando illam duarum earumque maxume diversarum constructionum contractionem et quasi coniugationem agnoscamus, id ita fiat, ut prima ista via ac ratio dicendi, qua oratio sic composita sit, in eo sermone non exstet atque appareat, quae demonstret diversas has constructiones cogitatione quidem certe paullisper discriminandas esse. Quod nisi ita fit,

necessario oratio soloeca videbitur, quoniam sic non intellegitur caussa, quam ob rem diversae istae atque inter se pugnantes constructiones natae sint. Id G. Hermannus, quem, ut in plerisque, lubenti animo sequi soleo, neque ita, quem ad modum feci, explicavit et exempla huc vocavit, quae aliena ab hac dicendi ratione esse viderentur. Quam ob rem haec paullo copiosius explicanda putavi. Sic enim etiam quae restant exempla aut removeri facile aut recte intellegi poterunt. Denique hinc etiam apparebit — inde enim digressi sumus —, quem ad modum istud accipiendum sit, quod docuit Devarius p. 32., posse indicativum futuri cum particula ἂν consociari.

P. 31. rectissume Devarius explicavit usum particulae ἄν, si quando in re facta posita esse videretur. Semper enim ipsa actio tollitur, adposita ἂν particula, atque eius tantum modo cogitatione, cui haec sic exponuntur, supplendum est, re vera sic etiam aliquando rem factam videri. Qui plura exempla huius rei desiderat, adeat G. Hermanni lib. *de particula ἂν* I. cap. 7. p. 20 — 28., unde hic adponam locum ad rem demonstrandam aptissumum Sophoclis de *Philocteta* v. 289 sqq.

> *Πρὸς δὲ τοῦθ᾽ ὃ μοι βάλοι*
> *νευροσπαδὴς ἄτρακτος αὐτὸς ἂν τάλας*
> *εἱλυόμην δύστηνος ἐξέλκων πόδα*
> *πρὸς τοῦτ᾽ ἄν· εἴτ᾽ ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,*
> *καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,*
> *ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ᾽ ἂν ἐξέρπων τάλας*
> *ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν.*

In Xenophontis quidem loco *Memorabilium Socratis* lib. I. cap. 1. §. 16., quo usus hic est Devarius, novissumi editores ἂν particulam omiserunt, quae, quom edd. pr. cum libro Paris. G. H. eam exhibeant, sane defendi optume potest. Est etiam caussa, cur omissa esse videatur, in eo posita illa, quod a sequenti ἀεὶ propter similitudinem litterarum facile illud ἂν obsorberi potuit. Dicitur, si retinemus particulam, illo loco fere hoc: *Rem ita comparatam fuisse, ut ipse, si res ita ferret, de rebus humanis semper aliquid dissereret.*

Quod Devarius p. 32. explicavit de particula ἂν cum coniunctivo composita in huius modi locis: ὅ τι ἂν εἴπῃς, id debebat ita definire, ut per coniunctivum alicuius rei eventum significari, adposita autem ἂν particula illum eventum ad condicionem aliquam revocari diceret. Sic igitur in illo Isocratis loco *Plataici* §. 37. ed. Bekk. p. 303. ed. H. Steph. ὅτε μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν ἤλπισαν ἔσεσθαι ποιεῖν ὅ τι ἂν βουληθῶσιν., proprie hoc dicitur: *Copiam*

sperabant sibi fore facere, quod, si ita res ferret, voluissent, i. e. quod, ut res ferret, evenisset, ut vellent., omissa ista particula *ἄν*, eventus tantum modo per se spectatur, atque eo fit, ut tum particula aut vox condicionalis, *εἰ* vel *ὅς* vel tale quid magis urgeatur, qua de re quom G. Hermannus l. l. lib. II. cap. 7. p. 95 sqq. copiosius explicaverit, non est quod quidquam hic adiiciam.

Illud autem quod Devarius p. 33 sq. exposuit de optativo in huius modi enuntiationibus, id debebat ad orationem obliquam revocare. Nam quom in recta oratione diceretur: *ἐπειδὰν τάχιστα ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθῇ*, id rectissume in oratione obliqua sic posuit Demosthenes *Ad Onetor.* §. 6. ed. Bekk. p. 865. ed. Reisk. *ὥστ᾽ ἐκ τῶν γιγνομένων οὐκ ἔσθ᾽ ὅστις οὐχ ἡγεῖτο τῶν εἰδότων δίκην με λήψεσθαι παρ᾽ αὐτῶν, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην.*, qua de re conferantur, quae accuratissume exposuit G. Hermannus l. l. lib. III. cap. 4. p. 147 sqq. Sic in illo loco Demosthenis, quo usus est Devarius p. 33., ex oratione *Adversus Philippum* tertia §. 45. ed. Bekk. p. 122. ed. Reisk. recte quidem dici potuit: *Ἐκόλαζον δ᾽ οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας, ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν.*, ut id esset in oratione recta, hoc est, si non ex mente eorum, qui coercerent et poenirent, diceretur, *οὓς ἂν αἴσθωνται δωροδοκοῦντας*, atque ita habetur in nonnullis Bekkeri libris *FΩuv.*, sed quom reliqui libri, in quibus etiam optumus Paris. Σ., exhibeant: *οὓς αἴσθοιντο*, omissa *ἂν* particula, id recte atque ordine ab Imm. Bekkero receptum arbitror, ut esset in oratione recta: *οὓς ᾔσθοντο δωροδοκοῦντας*. Platonis autem ille locus de *Convivio* p. 209. ed. H. Steph., quem porro commemorat Devarius pertinet ad illos locos, de quibus Hermannus explicavit l. l. lib. III. cap. 11. p. 171 sqq. Quamquam interdum difficile est iudicatu, ad quodnam genus referas hos locos, quod ne collocatione quidem particulae *ἂν* multis in locis quidquam proficiatur: cf. quae dixit Hermannus p. 174. In Demosthenis vero loco, quo usus est Devarius deinde, *De Corona* §. 313. ed. Bekk. p. 329 extrema ed. Reisk. nunc ex libris bonis edidit Imm. Bekkerus: *ἐν τίσιν οὖν σὺ νεανίας καὶ πηνίκα λαμπρός; ἡνίκ᾽ ἂν εἰπεῖν κατὰ τούτων τι δέῃ, ἐν τούτοις λαμπροφωνότατος, μνημονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριστος, τραγικὸς Θεοκρίνης.*, idque summo iure. Quamquam ne illud quidem falsum est, quod Devarius olim adtulit atque etiam libri *FYΦΩrt.* apud Bekkerum exhibent: *ἡνίκ᾽ ἂν εἰπεῖν κατὰ τούτων τι δέοι.*, ut id dictum sit pro *ἡνίκ᾽ ἂν δέῃ*, ex mente eius, qui talis videri volt. Dominatur

enim aliquanto longius hic usus orationis obliquae, quam grammatici statui voluerunt, ut etiam ibi interdum appareat, ubi orationem rectam potius exspectaveris. Est autem totus in arbitratu scriptoris positus, ut res universa ad certas regulas revocari non possit, sed in singulis tantum locis videndum sit, quid scriptoris usus, quid tota sententiarum conformatio, quid vis orationis requirat.

Quod Devarius p. 34. ait posse etiam ἂν particulam ad coniunctivum adiici, cuius rei exemplum posuit Platonis locum ex *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 74. ed. Bekk. p. 263. ed. H. Steph., id falsum esse vix est hodie quod dicam. Et in Platonis quidem loco Bekkerus rectissume ex libris tantum non omnibus edidit: *Καλὸν γοῦν ἄν, ὦ Σώκρατες, εἶδος εἴη κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών.*, in altero loco, quem ait Devarius haberi in Isocratis *Panegyrico*, in quo tamen is non legitur, non potest dubium esse quin scribendum sit: *ὥστ᾽ ἄριστ᾽ ἂν διδάξαιτε περὶ αὐτῶν.* Nam quod proposuit ipse Devarius: *ἄριστ᾽ ἂν διδάξοιτε*, id aliam quoque habet difficultatem.

De hac orationis forma, quam adtigit Devarius eadem pagina, qua interdum indicativus aut imperfecti aut aoristi coniungitur cum ἂν particula in pronominibus relativis, dixit accurate Hermannus l. l. lib. I. cap. 7. p. 26 sqq. In his locis quom res ipsa, quae facta esse dicatur, certa sit, pertinet illud quod habet in se particula ἂν incerti, magis ad notionem relativam, sive pronomen sive particula est. Sic igitur apud Lucianum dicitur in *dialogo mortuorum* IX. §. 2. *καί με γέροντα καὶ φαλακρὸν ὡς ὁρᾷς ὄντα καὶ λημῶντα προσέτι καὶ κορυζῶντα ὑπερήδοντο θεραπεύοντες καὶ μακάριος ἦν αὐτῶν ὅντινα ἂν καὶ μόνον προσέβλεψα.*, quo loco non tam ipsum verbum *προσέβλεψα*, quae certa res est, sub condicionem vocatur, sed ille, quem aspexit, minus definite significandus erat, quom ex multis quem vellet seligere posset, et in eiusdem *Demonacte* §. 10. *Πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν.* Ita etiam in aliis particulis relativis dicitur, ut in Antiphontis orat. 6. §. 11. ed. Bekk. p. 142. ed. H. Steph. *ἔπειτα τὸν χρόνον συνέλεξα ὡς ἠδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων οὔτ᾽ ἀπεχθανόμενος οὐδενί, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἂν ἥδιστα καὶ ἐπιτηδειότατα ἀμφοτέροις ἐγίγνετο, ἐγὼ μὲν ἐκέλευον καὶ ἡγούμην, οἱ δ᾽ ἑκόντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον.* Denique iure huc vocavit Hermannus etiam Demosthenis locum p. 1106. extrema ed. Reisk., ubi haec verba habentur:

οὐδὲ δὲ τῇ προκλήσει χρησάμενοι περιπετάσματι, διαθήκας ἐμαρτύρησαν, ὡς ἂν μάλισθ' οἱ δικασταὶ ταύτην τὴν διαθήκην ἐπίστευσαν τοῦ πατρὸς εἶναι κτἑ. Sed quem idem huc vocavit Herodoti locum lib. III. cap. 150., ubi haec verba scripta essent: τὰς μητέρας ἐξελόντες γυναῖκα ἕκαστος μιάν προσεξαιρέετο, τὴν ἂν ἐβούλετο, ἐκ τῶν ἑωυτοῦ οἰκίων κτἑ., in eo quom libri pene omnes, Cod. Mediceus, Vindobonensis, Sancroftianus, Askevianus, Passionei, Schellershenianus, denique Paris., ἂν omittant, vix credo retineri posse particulam, praesertim quom ad ipsam sententiam declarandam necessaria non sit. In altero loco Herodoti, quo usus est etiam Devarius, lib. I. cap. 108., ubi aliqui certe libri tuentur particulam, mihi videtur ita retineri posse, non ut statuamus cum Hermanno, Astyagen veritum esse, ne forte Mandane gemellos esset aut tergeminos enixa, sed ut hoc dicatur: *Sume quidquid Mandane peperit liberorum.* Astyages ita loquitur, ut in medio relinquat, sitne fortis an debilis puer, sanusne an aegrotus, sed quidquid pepererit, volt tolli ab Harpago. Mandanen enim peperisse non poterat Astyages dissimulare, sed ne mora et haesitatio esset in ceteris rebus, dixit: Λαβὲ τὸν ἂν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα, *Sume quemcunque Mandane peperit puerum.* Ipse enim etsi sine dubio scivit qualis puer esset natus, poterat tamen magis indefinite loqui ad Harpagum. Quod ut significaret, quom rem ipsam factam esse constabat — dixit enim supra Herodotus: ὡς ἐγένετο ὁ Κῦρος, καλέσας Ἅρπαγον — ἔλεγέ οἱ τοιάδε —, pene necessario dicere debebat: ὃν ἂν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα. Id ii videntur non satis explorate perceptum habuisse, qui ἂν particulam deletam vellent. In Aristophanis autem *Vespis* v. 1434. ed. G. Dind. iure nunc ex libris editum est:

Ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' αὐτὸς ἀπεκρίνατο.

Sic enim etiam ipsa sententia rectissume sese habet.

Ad p. 35. De particula ἄν, quando accederet ad infinitivos, recte ita explicavit Hermannus l. l. lib. IV. cap. 2. p. 179 sqq., ut diceret, ubi in oratione recta locum haberet aut cum indicativo aut cum optativo, ibi in oratione obliqua recte haberi ἂν particulam cum infinitivo coniunctam, ubi id in oratione recta non recte fieret, ne in obliqua quidem fieri posse. Huius rei ille exemplum hoc posuit ex Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 3. §. 3. Οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον· πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν

εἶναι κεχαρισμένα· οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν., ubi in principio recte esset omissa ἂν particula, quod ne in recta quidem oratione locum habere posset, deinde iure adiuncta, quod etiam in directa oratione locum haberet. Alia exempla adtulit ipse Devarius p. 35.

Multo difficilior quaestio est, num possit ἂν particula etiam cum infinitivo futuri coniungi, quod sine ulla controversia verum esset, si aut cum indicativo futuri componi commode posset ea particula aut etiam coniungi soleret cum optativo futuri. Ac de illa ratione iam supra egimus videmurque nobis demonstravisse, non potuisse Graecos ἂν cum indicativo futuri per se coniungere, ut in hac quidem caussa in illis tantum modo locis ἂν infinitivo futuri concedi posse videatur, ubi per confusionem duarum constructionum id etiam fiat in indicativo futuri.

Alteram rationem adtigit quidem G. Hermannus lib. *de particula ἂν* III. cap. 7. p. 166 sqq., sed rem non absolvisse videtur. Propterea quod *γίγνοιτ' ἂν* et *γένοιτ' ἂν* pertinerent etiam ad res futuras, negavit opus fuisse dici etiam *γενήσοιτ' ἄν.* Et habet hoc quandam in se rationem ac probabilitatem. Nam si cogito aliquid fieri, si ita res ferat aut si aliud fiat, ut hoc fieri possit, non videtur in eius modi enuntiatione ipsum tempus futurum externa orationis forma significandum esse, quoniam id per se rebus ita comparatis ad futurum etiam pertinere videatur. Atque tum demum opus futuro esse videretur, si quis vellet hoc dicere: *nunc cogitari aliquid non posse, ut id credamus futurum, si alia res fiat, sed aliquando fore, ut id cogitari ita possit, ut videatur futurum esse, si alia res fiat.* Quae tamen sententiae conformatio mihi videtur nisi in singulari aliquo enuntiato locum habere vix posse. Nam quod nos dicamus: *Es ist dies erst dann denkbar, wenn jenes geschehen sein wird,* id primum non pertinet ad Graecos neque idem est, ac si quis Graece illud dicat per optativum futuri. Nos enim alio modo istam vocem *denkbar* usurpamus de eo, quod probabile esse videatur. Neque adeo certis exemplis credo posse hoc confirmari, ut Graecos coniunxisse particulam ἂν cum optativo futuri credamus. Nam quem locum volgo opponebant ex Aristophanis *Vespis* v. 1094 sqq., ibi iam Hermannus iudicavit recte nunc scribi:

Οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν ὅπως
ῥῆσιν εὖ λέξειν ἐμέλλομέν ποτ', οὐδὲ
συκοφαντήσειν τινὰ

formationem spectemus, accipiendum sit, et ita cogitatione quidem certe haec distinguantur: ἐνόμιζε γὰρ τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων, καταφρονήσειν, qua de forma orationis supra dictum est, ut neutiquam hoc loco probari possit ἂν cum infinitivo futuri rite coniungi. In altero autem loco, quem adtulit Devarius ex Aeschinis oratione *de falsa legatione* §. 108. ed. Bekk. p. 42. ed. H. Steph., ubi haec verba habentur: Φάσκων γὰρ νεώτατος εἶναι πάντων τὴν τάξιν τοῦ πρῶτος λέγειν οὐκ ἂν ἔφη παραλιπεῖν, οὐδ' ἐπιτρέψειν τινὶ — αἰνιττόμενος εἰς ἐμέ — προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα τοῖς ἄλλοις λόγον μὴ καταλιπεῖν., apparet παραλιπεῖν aoristi esse infinitivum, ut Demosthenes oratione recta hoc dixerit: τὴν τάξιν τοῦ πρῶτος λέγειν οὐκ ἂν παραλίποιμι, οὐδ' ἐπιτρέψω τινὶ προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα τοῖς ἄλλοις λόγον μὴ καταλιπεῖν. Neque enim, qui sequitur, infinitivus futuri ἐπιτρέψειν etiam ad ἂν particulam pertinet.

Sed tamen praeterea permulti loci inveniuntur apud Graecos scriptores, ubi in libris omnibus aut in plerisque infinitivus futuri una cum particula ἂν invenitur, ut iam grammatico cuidam in Imm. Bekkeri *Anecdotis* p. 127. ea res offensioni fuerit, qui quom id cum grammaticorum regula non congruere animadvertisset, Μέλλοντι, inquit, ὁ μὲν τῶν γραμματικῶν κανὼν οὐκ ἐπιτρέπει (nempe τὸν σύνδεσμον ἄν), παρὰ τοῖς ἀρχαίοις δὲ οὐκ ὀλίγα παραδείγματα εὑρίσκεται. Δημοσθένης πέμπτῳ Φιλιππικῶν *)· οὐδὲν ἂν τούτων ἡμῖν οἴομαι πολεμήσειν. καὶ ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην· οὐκοῦν πρὸς πολλοῖς οἷς βλάψειν ἂν ὑμᾶς ὁ νόμος φαίνεται· καὶ ἐν πρώτῳ τῶν Φιλιππικῶν· ὡς μηδ' ὁτιοῦν ἂν δεινὸν πείσεσθαι. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστα ἂν ὠφελήσειν καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμὸν δηλώσειν. Quamquam hi quoque loci facillume

---

*) Non satis recte G. Hermannus ascripsit: *Locum frustra quaeras*. Legitur, quem grammaticus intellexit, locus in oratione, quae nunc inscribitur περὶ εἰρήνης, quae est, uti grammaticus has Demosthenis orationes computavit, quinta *contra Philippum*, §. 14. ed. Bekk. p. 60. fere extrema ed. Reisk., at nunc sic ab Imm. Bekkero editus est: οὐκ ἂν ἡμῖν οἴομαι τούτων οὐδένα πολεμῆσαι., ut appareat, grammaticum de memoria laudavisse locum, quem tamen ipse sic videtur adtulisse: οὐδέν' ἂν τούτων ἡμῖν οἴομαι πολεμήσειν., quem ad modum etiam in Bekkeri *Anecdotis* rescribendum erit. Quod de collocatione quidem verborum liberius locum adtulit, id nos non debet morari. Sic enim etiam illa transposuit, quae paullo post adtulit ex oratione *Leptinea*.

removeri possunt et partim ex libris ipsis aliter nunc constituti sunt, tamen praeter eos locos, quos praeterea commemoravit Hermannus, etiam alii apud alios scriptores inveniuntur, ut de hoc quidem usu difficile esse videatur prorsus denegare. Sic legitur apud Thucydidem lib. VIII. cap. 71. *Ὁ δὲ νομίζων τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν, οὐδὲ εὐθὺς οὕτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν, εἴ τε στρατιὰν πολλὴν ἴδοι σφῶν, οὐκ ἂν ἡσυχάσειν κτἑ.*, ubi libri omnes videntur tueri hanc scripturam. Nam lib. VI. cap. 50. editum nunc est: *ἀλλ᾽ ἀπεκρίναντο πόλει μὲν ἂν οὐ δέξασθαι, ἀγορὰς δ᾽ ἔξω παρέξειν.*, neque ἂν particula, quae proprie coniuncta cum infinitivo aoristi est, sic pertinebit etiam ad *παρέξειν*. Apud Xenophontem autem in *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 3. §. 18. dicitur: *Οἶμαι γὰρ οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἕξειν οὔτε πρὸς ὑμῶν οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης.*, quamquam ibi quoque res dubia est, quod apud Suidam pro ἕξειν legitur ἔχειν., uti ibid. lib. VII. cap. 4. §. 23., ubi volgo legebatur: *καὶ οὐκ ἂν ἔφη σπείσεσθαι, εἰ Ξενοφῶν βούλοιτο τιμωρήσασθαι αὐτοὺς τῆς ἐπιθέσεως.*, res incerta fit, quod alii libri aut omittunt ἂν particulam aut *σπείσασθαι* exhibent, et lib. VII. cap. 6. §. 34. *Νῦν δ᾽ ἀπέρχομαι πρὸς μὲν Λακεδαιμονίους ὑφ᾽ ὑμῶν διαβεβλημένος, Ζεύθῃ δὲ ἀπηχθημένος ὑπὲρ ὑμῶν, ὃν ἤλπισ᾽ ἂν εὖ ποιήσας μεθ᾽ ὑμῶν ἀποστροφὴν καὶ ἐμοὶ καλὴν καὶ παισίν, εἰ γένοιντο, καταθήσεσθαι.*, tamen tres libri pro ἤλπισ᾽ ἂν habent ἤλπιζον. *Disciplinam Cyri*, ubi lib. I. cap. 5. §. 2. volgo legitur: *ἐνόμιζεν, εἰ τοὺς Μήδους ἀσθενεῖς ποιήσειε, πάντων γε ἂν τῶν πέριξ ῥᾳδίως ἄρξειν.*, propterea huc non vocaverim, quod ibi libri Guelpherbytanus et Paris. A. B. omittunt ἂν particulam, quae sine sententiae detrimento abesse potest. In aliis autem locis, qui huc vocati sunt, dubium est quo pertineat ἂν particula, veluti in illo loco Demosthenis ex oratione *contra Timocratem* §. 115. ed. Bekk. p. 736. ed. Reisk., ubi haec leguntur: *Ὤιετο γὰρ δεῖν τόν γε τὰ αἰσχρὰ ἐργαζόμενον μὴ ἃ ὑφείλετο μόνον ἀποδόντα ἀπηλλάχθαι — πολλοὶ γὰρ ἂν αὐτῷ ἐδόκουν οὕτω γ᾽ οἱ κλέπται ἔσεσθαι, εἰ μέλλοιεν λαθόντες μὲν ἕξειν, μὴ λαθόντες δ᾽ αὐτὰ μόνον καταθήσειν* [ἃ ὑφείλοντο] *) — *ἀλλὰ ταῦτα μὲν διπλάσια*

*) Quae verba uncis circumclusa posui, ea censeo ex Demosthenis oratione removenda esse. Namque et per se apparet, quem ad modum illa verba: *μὴ λαθόντες δ᾽ αὐτὰ μόνον καταθήσειν*, interpretanda sint, et libri verba *ἃ ὑφείλοντο* suspecta reddunt, quod libri Paris. Reg. 2934. (Σ.) et Antverpiensis (Ω.) prorsus ea omittunt,

καταθεῖναι, δεθέντα δὲ πρὸς τούτῳ τῷ τιμήματι ἐν αἰσχύνῃ ἤδη ζῆν τὸν ἄλλον βίον., ubi Schaeferus quidem orationem rectam hanc fore dicit: πολλοὶ γὰρ ἂν — ἔσοιντο, εἰ μέλλοιεν κ. τ. λ., quamquam possis etiam ἂν ad ἐδόκουν vocare. Nam Latine sic eodem modo dicas: *multi enim illi viderentur hac ratione fures fore.* Alii autem loci etiam de hoc genere iam sublati nunc sunt a criticis, velut quod apud Antiphontem olim legebatur in oratione *de caede Herodis* §. 65. ed. Bekk. p. 137. ed. H. Steph. οἶμαι δ᾽ ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστον εἴ τίς τινα ἔροιτο ὅ τι μὴ τύχοι εἰδώς, τοσοῦτον ἂν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ οἶδεν. εἰ δέ τις περαιτέρω κελεύει λέγειν, ἐν πολλῇ ἂν ὑμᾶς ἔσεσθαι ἀπορίᾳ δοκῶ., id nunc ab Imm. Bekkero sine ulla controversia rectissume ex libris optumis A. B. scriptum est: ἐν πολλῇ ἂν ὑμᾶς ἔχεσθαι ἀπορίᾳ δοκῶ.

Quom igitur ἂν particula cum indicativo futuri per se plane non constructa esse videatur, atque illud etiam admodum dubium sit, num sit cum optativo futuri, quod nisi in perpaucis locis fieri potuisse probabile non est, composita eadem particula, non possumus quidem adfirmare de infinitivo futuri, sed tamen facilius concedere possumus Graecos aliquando infinitivum futuri cum ἂν particula construxisse, quoniam per se falsum non erat, si quis ἂν cum optativo futuri componere vellet. Sed tamen in his quoque locis summa cautione opus erit, ne falsa pro veris accipiamus. Nam etsi grammatici interdum de industria ἂν cum indicativo futuri coniunctum removerunt, tamen in aliis locis ipsi quoque sine caussa infinitivum futuri pro aoristi videntur intulisse, quod Demosthenis exemplo p. 860, 8. ed. Reisk. dilucide docuit Hermannus p. 181., ut sane propterea, quod iam antiquissuma litterarum monumenta in hac parte corrupta atque incerta admodum sint, quo te vertas interdum plane nescias. Idemque videtur dicendum de constructione particulae ἂν cum participio futuri, de qua iam etiam Devarius ansam disputandi praebet.

Is enim p. 35 sq. iam pergit ad constructionem particulae ἂν cum participio explicandam, qua de re nunc conferatur G. Hermannus p. 182 sqq. et Hartungius vol. II. p. 319 sqq., qui recte docuerunt eodem modo, quo cum ipso verbo coniungeretur particula, etiam iungi cum participio, ut, si rem solvas, facile perspicias, quo loco ἂν particula cum participio locum habere, quo minus possit. Sic

---

Paris. Reg. 2935. (Y.) in margine habet, libri autem Paris. Reg. 2936. et 2940. (rs) ἂ ὑφείλαντο scriptum exhibent.

in illo loco, quem adtulit Devarius ex Isocratis oratione *ad Philippum* §. 9. ed. Bekk. p. 84. ed. H. Steph. *διεξιὼν δὲ περὶ τούτων πρὸς ἐμαυτὸν εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως αὐτὴν ἡσυχίαν ἄγουσαν, πλὴν εἰ δόξειε ταῖς πόλεσι ταῖς μεγίσταις διαλυσαμέναις τὰ πρὸς σφᾶς αὐτὰς εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν κτἑ.*, sic solvenda haec verba sunt: *εὕρισκον ὅτι οὐδαμῶς ἂν ἄλλως ἡ πόλις ἡσυχίαν ἄγοι, πλὴν εἰ δόξειε κτἑ.* Itaque etiam apparet non scribendum esse ἄξουσαν pro ἄγουσαν, quod voluit Devarius.

Sed quom de universa constructione ἂν particulae cum participiis recte ipse explicaverit scriptor noster, nihil reliquum est nisi ut dicam de participio futuri cum ἂν particula constructo. Haec quidem res videtur iam antiquo tempore controversa fuisse, quom alii grammatici tuerentur hanc constructionem, alii reprobarent. Grammaticus in Bekkeri *Anecdotis* p. 128. haec de ea re habet: *Μετὰ μέλλοντος Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως· οὐχ ὡς οὐχ ἡδέως ἂν τινῶν μου καταψευσομένων.*, ut is quidem, uti de infinitivo, sic etiam de participio futuri adfirmaverit. Alii autem grammatici eo, quod in veterum scriptorum libris quoties haberetur haec constructio, removendam putabant, magnopere videntur improbasse. Ita fere semper in hac re fluctuant libri scripti, veluti apud Thucydidem lib. V. cap. 15., ubi volgo legebatur: *Σφαλέντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τῷ Δηλίῳ παραχρῆμα οἱ Λακεδαιμόνιοι γνόντες νῦν μᾶλλον ἂν ἐνδεξομένους ποιοῦνται τὴν ἐνιαύσιον ἐκεχειρίαν, ἐν ᾗ ἔδει ξυνιόντας καὶ περὶ τοῦ πλείονος χρόνου βουλεύεσθαι.*, alii libri omittunt ἂν particulam, Thomas autem Magister, s. v. *ἐνδέχεται*, scriptum habet *ἐνδεξαμένους*, quo ducunt nonnulli etiam Thucydidis libri, qui *δεξαμένους* praebent, ut hoc loco nihil proficiatur. Sic se res etiam habet apud eundem scriptorem lib. VI. cap. 20., ubi haec legebantur volgo: *ἐπὶ γὰρ πόλεις — μέλλομεν ἰέναι μεγάλας καὶ οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων οὔτε δεομένας μεταβολῆς — οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξομένας κτἑ.*, sed tamen Imm. Bekkerus ex aliis libris scripsit *προσδεξαμένας*. Sic etiam apud Demosthenem factum est. Nam quom in oratione *contra Philippum* tertia §. 70. ed. Bekk. p. 128, 29. ed. Reisk. in libris omnibus scriptum sit: *πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται.*, tamen aliis locis fere ab librorum auctoritate destituitur haec constructio, veluti *De libertate Rhod.* §. 19. ed. Bekk. p. 196, 7. ed. Reisk. quom olim scriptum esset: *Ἴσασι γὰρ οὐδένας ἄλλους πάλιν εἰς ἐλευθερίαν τὰ*

πράγματ' ἂν ἐπανάξοντας., nunc ab Imm. Bekkero eiecta particula est, quae legitur tantum modo in eius libris FΩuv., praeterea Cod. reg. optumus [Σ.] habet ἐπαγόντας, ut ne sic quidem sese tueri possit ista constructio. In oratione autem De Megalopol. §. 11. ed. Bekk. p. 204, 22. ed. Reisk., ubi olim legebatur: ἔστι τοίνυν καὶ τοιοῦτός τις λόγος παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς κομίσασθαι τὸν Ὠρωπὸν ἡμᾶς ἐγχειρεῖν δεῖ, εἰ δὲ τοὺς βοηθήσοντας ἂν ἡμῖν ἐπ' αὐτῶν ἐχθροὺς νῦν κτησόμεθα, οὐχ ἕξομεν συμμάχους., nunc vix eius lectionis vestigia relicta sunt. Bekkerus enim in uno libro βοηθήσοντας invenit, in altero βοηθήσαντας (with o superscript), in reliquis omnibus, quod ipse recepit, βοηθήσαντας. Praeterea liber Paris. optumus [Σ.] omittit ἂν particulam. Atque etiam in oratione, quae est de corona, §. 168. ed. Bekk. p. 284, 17. ed. Reisk., ubi olim sine ulla controversia habebatur: Οὕτω διαθεὶς ὁ Φίλιππος τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλους διὰ τούτων — ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν, ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνευσόντων ἂν ἡμῶν καὶ τῶν Θηβαίων., nunc incertior res est, quod Bekkerus cum libris plerisque ἂν ante ἡμῶν omisit, quamquam habent libri Σks. Denique apud Xenophontem in Disciplina Cyri lib. I. cap. 6. §. 1. prorsus incerta res est. Nam quod ibi ex G. Hermanni coniectura rescriptum est: Τούτων δὲ φανέντων, οὐδὲν ἄλλο ἔτι οἰωνιζόμενοι ἐπορεύοντο, ὡς οὐδένα ἂν λήσοντα τὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ σημεῖα., id admodum dubium est. Nam quom antea legeretur λήσαντα, alii libri, uti Guelpherbytanus, Bremensis, habent: ἂν λύσαντα *), alii, ut Budensis et edd. vett. ἂν ἀΰσαντα, quod est etiam in Guelpherbytano supra scriptum.

Quae quom ita sint, nemo praeter Hartungium potest G. Hermannum vituperare, quod de re dubia dubitanter dixit. Quamquam aliqui loci sunt, in quibus illud participium sine ulla controversia nunc habetur in libris, veluti praeter primum, quem posui, Demosthenis locum, huc pertinet Platonis locus in Defensione Socratis Part. I. vol. II. p. 117. ed. Bekk. p. 30. B. ed. H. Steph. Πρὸς ταῦτα, φαίην ἄν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἢ πείθεσθε Ἀνύτῳ ἢ μή, καὶ ἢ ἀφίετε

*) Et hoc quidem aptissumum videtur esse. Propterea alium augurem non adhibuerunt factis his Iovis optumi maxumi significationibus, quod non putabant quemquam posse illa summi dei indicia *solvere*, id est, irrita reddere, ut quidquid iam ex alio augurio acciperent, id deterius indicio Iovis putarent. Ac de veritate quidem huius scripturae hedie vix videtur posse dubitari.

ἢ μὴ ἀφίετε, ὡς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσοντος ἄλλα, οὐδ᾽ εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι., et Isocratis *De pace* §. 81. ed. Bekk. p. 175. ed. H. Steph. οὐ μὴν ἀποστήσομαι παντάπασιν ὧν διενοήθην, ἀλλὰ τὰ μὲν πικρότατα καὶ μάλιστ᾽ ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα παραλείψω, μνησθήσομαι δὲ τούτων μόνον ἐξ ὧν γνώσεσθε τὴν ἄνοιαν τῶν τότε πολιτευομένων. Sed in Isocratis *Archidamo* §. 62 sq. ed. Bekk. p. 129. ed. H. Steph., ubi leguntur nunc in Bekkeri editione haec: ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ᾽ ἡμῶν εἰσίν, ἀλλ᾽ ὑπέρ γε τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας· ἔπειτα τῶν ἄλλων πόλεων ἔστιν ἃς ὁμοίως ἂν ὑπὲρ τῶν ἡμῖν συμφερόντων ὡς περὶ τῶν ἑαυταῖς βουλευσομένας· ἔτι δὲ Διονύσιον τὸν τύραννον καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάστας, καθ᾽ ὅσον ἕκαστοι δύνανται, προθύμως ἂν ἡμῖν ἐπικουρήσοντας κτέ., incertior caussa est, quod I. Bekkerus in litteris ad G. Hermannum datis omitti ait in libro Urbinati ἂν particulam post προθύμως ultumo loco.

Possumus igitur hanc constructionem agnoscere, aut ita, ut dicamus ibi positum esse, uti infinitivum futuri, sic etiam participium cum ἂν particula, ubi id, quamquam raro hoc quidem, sed tamen commode posset explicari per ἂν cum optativo futuri, quam constructionem in quibusdam caussis fortasse Graecis concedendam esse supra significavimus, aut in iis locis, ubi in liberiore quadam sententiarum conformatione ea constructio, quae ubi magis conclusa esset oratio, concedi vix posset, posse locum habere videatur, quod maxume in infinitivis et participiis factum est. Itaque illud Demosthenis: Πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται, sic explicaverim: Πάλαι τις, ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων καθήμενος, κάθηται. Eodem modo, quo etiam adiectivum effertur per ἂν particulam, ut aliam formam verbi cogitando suppleas, ut in illo versu Euripidis de *Alcestide* v. 181 sq.

Σὲ δ᾽ ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ᾽ ἴσως.,

quem ad modum etiam supra illud ἂν et maxume κἂν ad singularem aliquam notionem, ut ea repetito ex reliqua enuntiatione verbo cogitaretur, adiectum vidimus. Sed de his rebus in aliis locis aliter statuendum est, ut certam legem, quae de universo usu obtineatur, praescribere non queamus.

Recte Devarius dixit ἂν particulam interdum geminari, quod quo modo fiat nunc expedite explicatum est a

G. Hermanno lib. IV. cap. 5. p. 188 sqq. Qui recte hanc particulae repetitionem ad duos modos revocavit, ut unus esset, quom pluribus verbis interpositis ab eo verbo quicum coniungi deberet longius avolsa esset, quam ut non videretur concinnitas orationis repetitionem requirere, alter, quem recte dixit esse longe frequentissumum, quom in parte aliqua sententiae repeteretur bis terve particula. Eandem esse rationem huius particulae, quam negationum, quae ita repeterentur, ut oratio quasi in diversas partes divideretur, etsi denique ad unum verbum omnis relaberetur. Ista autem sententiae qualiscumque amplificatio, qua infertur ἂν particula in huius modi locis, variis modis efficitur, aut participio, ut in Sophoclis *Oedipo rege* legitur v. 828.

> Ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
> κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;

aut condicione aliter declarata, ut in Sophoclis *Electra* v. 333.

> ὥστ' ἂν εἰ σθένος
> λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν οἷ' αὐτοῖς φρονῶ.

cf. Sophoclis *Antigona* v. 466.

> Ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
> μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν,
> κείνοις ἂν ἤλγουν.

et eiusdem *Oedipus rex* v. 1438.

> Ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
> πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.,

aut ubi adsurgit adfirmatio, uti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 139.

> Ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἂν
> κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι;

cf. Aristophanes in *Thesmoph.* v. 196.

> καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν;

et Sophocles in *Oedipo rege* v. 1053.

> ἤδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι.

aut rursus negatione, veluti in Aristophanis *Lysistrata* v. 361. legitur:

> Φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον.

et in formula οὐκ ἂν φθάνοις ἄν, de qua G. Hermannus conferri iubet P. Elmsleium ad Euripidis *Heraclidas* v. 721.

aut interrogatione, uti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 772. dicitur:

> *Τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι*
> *λέξαιμ' ἂν ἢ σοί;*

et in *Pace* Aristophanis v. 68.

> *Πῶς ἄν ποτ' ἀφικοίμην ἄν;*

Postremo hoc fit divisione sententiae, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 857.

> *ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ*
> *βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον.*

et in eadem fabula v. 1227.

> *Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν*
> *νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην.*

Ceterum recte observaverunt grammatici Atticos potissumum hac particulae repetitione usos esse, non ita tamen, ut Gregorio Corinthio auctore p. 43. ed. Schaef. ceteri Graeci excludendi sint. Nam aliquoties etiam Herodotus sic locutus est.

Quom ἂν particula, quoties composita cum coniunctivo est, non ad verbum pertineat, sed ad particulam condicionalem aut pronomen, per se patet eam non posse repeti, nisi una condicio ipsa repetatur, uti in Thucydidis illo loco, quo usus Hermannus est lib. VII. cap. 7. *Πρέσβεις τε ἄλλοι τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐς Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ.* Cf. Hermannus l. l. p. 190 sq. Hartungius l. l. vol. II. p. 326 sq. Ut recte pronuntiaverint grammatici corruptum esse Aristophanis locum ex *Equitibus* v. 1106 sqq.

> *Ἀνύσατε νῦν, ὅτι περ ποιήσεθ'· ὡς ἐγώ,*
> *ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ,*
> *τούτῳ παραδώσω τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας.,*

quo in loco tamen malim cum C. Reisigio in *Coni.* lib. I. p. 188. scribere:

> *ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον αὖ ποιῇ.,*

quod olim etiam G. Dindorfius receperat, quam cum G. Hermanno artificiosiore orationis conformatione:

> *ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ.*

Sed de repetitione particulae hactenus.

Dicendum est enim de omissione huius particulae, quam statuit Devarius p. 37 sq. Iniuria, opinor. Nusquam

enim particula ἂν supplenda est, nisi hoc ita fieri possit, ut ex proxumis cogitatione ea repetatur, in illis autem locis, quos habet Devarius aut corrupta oratio est aut sine ἂν particula verba scriptoris intellegi recte possunt.

Et in Demosthenis loco orationis *de corona* §. 246. ed. Bekk. recte nunc editum est: *Ταῦτά μοι πάντα πεποίηται· καὶ οὐδεὶς μή ποθ' εὕρῃ τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν.*, ut de hoc loco, qui huc non pertineat, infra dicendum sit, ubi de particulis *μή ποτε* agetur ad p. 136 sq. In altero autem loco Plutarchi in *vita Ciceronis* cap. 37. p. 879. ed. Francof., ubi haec verba habentur: *Γράφεται γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς διαπορεῖν, ποτέρωσε χρὴ τρέπεσθαι, Πομπηΐου μὲν ἔνδοξον καὶ καλὴν ὑπόθεσιν πρὸς τὸν πόλεμον ἔχοντος, Καίσαρος δ' ἄμεινον τοῖς πράγμασι χρωμένου καὶ μᾶλλον ἑαυτὸν καὶ τοὺς φίλους σώζοντος· ὥστ' ἔχειν μὲν ὃν φύγῃ, μὴ ἔχειν δὲ πρὸς ὃν φύγῃ.*, ne potuit quidem locum habere particula ἄν. Non enim quaeritur de ea re, quae, si quando res facta fuerit, evenerit, sed de ea, quae eveniat omnino. Ac ne quis dicat, propterea verba *ἔχειν πρὸς ὃν φύγῃ* apud Plutarchum locum habere non posse, quod non possit sic dici, nisi negatio praecesserit, quod docuit G. Hermannus lib. *de particula ἂν* II. cap. 12. p. 129 sq., non possum diffiteri istud acutissumi viri praeceptum mihi falsum videri. Potest enim hic coniunctivus, quem dicunt, deliberativus et praegressa negatione et non praegressa poni. Neque enim in ipsa huius coniunctivi natura aliquid inest, quod vetet fieri hanc deliberationem, etiam si eveniat res, et permultis locis probari potest Graecos etiam sine negatione hunc dicendi modum admisisse. Praeter eum, quem supra posui, Plutarchi locum poterit conferri Platonis locus ex *Protagora* Part. I. vol. I. p. 223. ed. Bekk. p. 348. ed. H. Steph., ubi haec leguntur: *μοῦνος δ' εἴ πέρ τε νοήσῃ, αὐτίκα περιϊὼν ζητεῖ ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται, ἕως ἂν ἐντύχῃ.* Neque enim quisquam, quom libri omnes tueantur coniunctivum, pro eo ex uno libro non bono recipiet futurum *ἐπιδείξεται* et *βεβαιώσεται*, nec vero hoc audebit dicere, in verbo *ζητεῖν* negativam vim inesse. Est enim hoc nihil aliud nisi h a b e r e v e l l e, ut etiam illud inveniri possit. Itaque etiam illud, quod Imm. Bekkerus reposuit in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 58. p. 255. D. ed. H. Steph. non credo soloecum esse. Scripsit enim: *ἐν οὖν τῇ συγκοιμήσει τοῦ μὲν ἐραστοῦ ὁ ἀκόλαστος ἵππος ἔχει ὅ τι λέγῃ πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι· ὁ δὲ τῶν παιδικῶν ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν κτἑ.*, quom volgo et in

paucis quidem libris legeretur ἔχει ὅ τι λέγοι, plurumi autem libri exhiberent ἔχει ὅ τι λέγει, neque credo per se vituperari posse, quod idem Bekkerus in Lysiae oratione *contra Andocidem* §. 42. ed. Bekk. p. 106 extrema ed. H. Steph. edidit: *Ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ τι λέγῃ· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν· ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἂν δύναισθε κτέ.*, ubi libri ἕξει ὅ τι λέγει habent, olim autem ἕξει ὅ τι λέγοι edebatur. Quid enim? Si in his locis pro ἔχει aut ἕξει reponas οὐ ζητεῖ aut οὐ ζητήσει, ὅ τι λέγῃ, nonne eadem sententia est quae in Platonis *Protagora* loco supra laudato? Potuit enim in eius modi locis coniunctivus eo usque adhiberi, dum eventus alicuius rei quaerendus esset. Quod manet, etiam si dicas: ἕξει ὅ τι λέγῃ, *habebit, non quod dixerit, sed quod dicat*, ut etiam, quom habeas, eventus rei exspectandus sit.

Sed redeamus iam ad omissionem particulae. Illa enim ne in illis quidem locis, quos adtulit deinceps Devarius ex Isocratis *Panegyrico* §. 162. ed. Bekk. *Plataico* §. 14. ed. Bekk. p. 299. ed. H. Steph. et §. 42. ed. Bekk. p. 304. ed. H. Steph. omissa est. Alia caussa est locorum Platonis ex *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 186. ed. Bekk. p. 36. ed. H. Steph. et Isocratis ex *Panegyrico* §. 86. ed. Bekk. p. 58. ed. H. Steph., qui loci ex eo numero sunt, in quibus particula ἄν, quom ex proxumis peti possit, recte omissa esse dicatur, de quibus disputavit G. Hermannus l. l. p. 192 sq., a quo tantum modo in eo loco dissentio, quem ex Xenophontis *Hierone* cap. 11. §. 12. tractavit. Ibi quom haec verba legerentur: *Εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους μόνον, ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἄν· πολλῶν μὲν δωρεῶν ἀξιούμενος, οὐκ ἀπορῶν δὲ ὅτῳ τούτων εὐμενεῖ μεταδώσεις· πάντας μὲν συγχαίροντας ἔχων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς, πάντας δὲ πρὸ τῶν σῶν ὥσπερ τῶν ἰδίων μαχομένους· θησαυρούς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους.*, Schaeferus autem, Bremius, Reisigius, alii addendam post ἔχοις particulam ἂν censuissent, ipse hoc necessarium esse non putavit, quia hoc in mente habuisset scriptor: *κινδύνου δ' ἂν ὄντος μάλιστα μὲν αὐτοὺς προθύμους ὁρῴης, θησαυρούς γε μὴν ἔχοις τοὺς αὐτῶν πλούτους.* Ego enim credo recessisse scriptorem ab ea ratione, quam in antecedentibus secutus erat, et quom dicere posset et ἔχοις ἄν, ut id ad eventum revocaretur, et ἔχοις simpliciter, ut id tantum modo in cogitatione positum esset, hoc maluisse, ut neque addenda particula ἂν esse videatur, neque ex antecedentibus, id quod vix videatur posse fieri, cogitatione adsumenda.

Ἀνθ' ὧν et ἀνθ' ὅτου.

Ἀνθ' ὧν et ἀνθ' οὗ. P. 38. De his formulis dicendi, de quibus recte explicavit Devarius, nihil aliud habeo quod adiiciam, nisi hoc, etiam Latinos saepe, quom per se relativum pronomen possent aptius coniungere cum substantivo praegresso, ab hoc recessisse, et aut aliud substantivum adposuisse aut certe aliud pronominis relativi genus, quod ita consuetudine loquendi receptum est, ut in quibusdam formulis vix posset aliter dici. Non enim recte loquatur multis locis ne in Latino quidem sermone, si quis dicat: *caussa haec est, ob quam etc.* pro *quam ob rem* aut, quod Graeco ἀνθ' ὧν plane respondet, *quapropter*, et quae sunt similia.

CAPUT IV.

De particula ἄρα et aliis quibusdam.

Ἄρα. P. 40. De particula *ΑΡΑ*, quae sive ἄρα sive ἆρα pronuntiatur, ab eadem radice descendit et eandem per se habet significationem, varie nostro tempore iudicatum est. Nam quom et veteres grammatici Graeci et recentiores omnes in eo consensissent, ut per particulam ἄρα aliquid ita ad aliud, quod aut revera positum esset aut, ut ipsa sententia poneretur, extrinsecus adsumendum esset, adnecti dicerent, ut posterius hoc ex illo priore quasi aliquid cohaerens et consequens evenire videretur, sive ea vis sola ratiocinatione sive interrogatione aut exclamatione proderetur, nuper exstitit Io. Adamus Hartungius dicens, omnes grammaticos cum Graecos tum recentiores vehementer falsos esse ac neminem eorum, quae vera vis esset huius particulae, explorate perceptum habuisse. Tantum enim abesse, ut vera vis ac potestas particulae esset, quam statuissent grammatici, ut contrarium plane illud ἄρα significaret. Significari enim ea particula non illud, quod rebus ita comparatis consentaneum esset ut fieret, sed id potius, quod quamquam res ita comparatae essent, tamen fieret contra opinionem atque exspectationem nostram. Cf. eius liber *De particulis Gr. linguae* vol. I. p. 422 sq. Quod quom non novum, sed falsum esset, nec alii grammatici accipiendum putaverunt et ipsi iam supra p. 19 sq., ubi agebatur de particulis ἀλλ' ἄρα, professi sumus, nobis istam explicandi rationem prorsus

improbari. Significavimus enim illam particulam non novam rem inferre atque inexspectatam, sed potius nos revocare ad id, quod iam actum esset, ut exinde demum sequeretur, quod iam essemus dicturi. Id non solum apud Atticos scriptores, quorum sermonem ipso Devario auctore potissumum sequimur, sic sese habet, verum etiam in Homeri carminibus eadem significatio particulae facile agnosci potest, quamquam interdum difficillumum est uno id verbo aut Latino aut Germanico reddere. Sed ne sine caussa obloqui Hartungio videamur, ex Homeri *Iliados* libro primo adponam locos, in quibus eae particulae, quae ab hoc fonte profectae sunt: ἄρα, ἄρ, ῥά, usurpatae leguntur, doceboque in omnibus his locis unam eandemque vim ac potestatem particulae conspicuam esse. Ac primum quidem v. 8. dicitur:

Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

quibus in verbis illud ἄρ nihil eius modi, quod voluit Hartungius, in se continet, sed potius eo, quod revocat auditorem ad id, quod ante traditum est, Agamemnonem et Achillem inter se rixatos esse, caussam reddit quam ob rem hanc potuerit interrogationem interponere poeta, ut commode reddi possit: *Quis igitur deorum commisit etc.* Neque versu 46., ubi haec leguntur:

Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
αὐτοῦ κινηθέντος.,

significat istud ἄρα aliquid fieri, quod minus exspectaveris et quo obstupefactus constiteris — sic enim dixit de hoc ipso versu Hartungius vol. I. p. 428 —, sed revocatur mens audientis ad id, quod antea declaratum erat, unde hoc, quod iam narratur, consecutum sit. Nam iam antea dictus erat Apollo iratus ab Olympo profectus esse, humeris tela gerens et utrimque contectam pharetram, dixerat enim poeta:

Τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.
Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων, χωόμενος κῆρ,
τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.

Quid igitur mirum erat, si sic proficiscentis dei sagittae concrepuerunt? Immo revocamur, ut dixi, ad id, quod narratum erat, ut sic, quae nunc tradantur, melius intellegamus, non excitamur quasi miram rem audituri. Est igitur ἄρα *rebus ita comparatis*. Neque abludit illud ab hac significatione, quod versu 58. dicitur de Iunone:

Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

Hoc enim versu illud, quod inducitur per particulas ὅτι ῥα,

misit Apollo etc. De versu autem 101. vide, quae supra disputavimus ad v. 68. Illud vero, quod legitur v. 113.

> *Καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρας προβέβουλα,*
> *κουριδίης ἀλόχου.*,

pertinet ad illam particulae potestatem, de qua vidimus ad versum 56., ita tamen, ut prima et naturalis eius vis etiam hoc loco manserit. Antea enim dixerat poeta:

> *Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις,*
> *ὡς δὴ τοῦδ᾽ ἕνεκά σφιν Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει,*
> *οὕνεκ᾽ ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά᾽ ἄποινα*
> *οὐκ ἔθελον δέξασθαι· ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν*
> *οἴκοι ἔχειν.*

Si nunc addit:

> *καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρας προβέβουλα,*
> *κουριδίης ἀλόχου.*,

apparet respici ad illud, quod praecesserit, ut id, quod iam dicatur, cur ita sit, melius intellegatur. Nos dicamus: *Denn ich habe ihr ja auch den Vorzug gegeben vor Clytaemnestra u. s. w.*, ubi ita indicamus, hoc mirandum non esse, sed recte et ordine fieri, quod etiam aliud factum antea fuerit. His igitur in locis acuitur vis praecedentis particulae *γάρ*, uti supra de *ὅτι* vidimus.

Naturalis vis agnoscitur etiam versu 115., etsi ibi res non poterit tam facile reddi uno verbo. Pergit enim poeta:

> *ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων,*
> *οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, οὔτ᾽ ἂρ φρένας, οὔτε τι ἔργα.*,

ubi non ita dicitur: *οὔτ᾽ ἂρ φρένας, οὔτε τι ἔργα.*, quasi ex iis, quae proxume praecedant: *οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν*, hoc necessario consequatur, sed occurritur potius hac ratione ei, quod quis suspicetur, si non externa forma, at saltem animi indole deteriorem esse, et dicitur hoc: *οὔτ᾽ ἂρ φρένας οὔτε τι ἔργα*, id est aliis verbis: *neque, quod hinc suspiceris fortasse, animo et operibus.* Sic conspicitur prima particulae vis etiam in hoc loco. Nam hic quoque respicere iubet lectorem ad praesentem rerum statum. Eadem significatio exstat versu 148., ubi postquam Agamemnonis orationem posuit poeta, sic loquitur:

> *Τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.*

Neque enim illo loco mirum est hoc modo obloqui Achillem, sed potius rebus ita comparatis consentaneum: itaque etiam hoc *ἄρα* iubet lectorem considerare, quis rerum status fuerit, in quo Achilles haec responderit.

Facile intellegitur vis eadem particulae ῥὰ versu 234 sqq., ubi haec dicuntur:

> *Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους*
> *φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,*
> *οὐδ᾽ ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν*
> *φύλλα τε καὶ φλοιόν.*

Ibi eodem modo, quo supra ad v. 113. vidimus, particula ῥὰ ita acuit vim praecedentis particulae γάρ, ut revocet lectorem ad praesentem rerum statum, ut sit *rebus ita comparatis*. Nos sic dicamus: *Denn es hat ja das Messer Blätter und Rinde abgeschält.* Eodem modo dicitur infra v. 307. recte atque ordine:

> *Ἀτρείδης δ᾽ ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν,*
> *ἐς δ᾽ ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσιν κτέ.*

Neque enim mirum aut inexspectatum est, quod facit Agamemno, sed praesenti rerum statui prorsus accommodatum. Iam enim antea de reducenda Chryseide constitutum erat.

Versu autem 330., ubi haec dicuntur:

> *οὐδ᾽ ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.,*

particula ἄρα, si recte intellegatur, ipsa quoque prodit primam vim suam. Dicitur hoc: *nec rebus ita comparatis hos conspicatus laetatus Achilles est.* Versu 369 sq., ubi haec dicuntur:

> *Καρπαλίμως δ᾽ ἀνέδυ πολιῆς ἁλός, ἠΰτ᾽ ὀμίχλη·*
> *καί ῥα πάροιθ᾽ αὐτοῖο καθέζετο δακρυχέοντος κτέ.*

non pertinet iam ῥὰ ipsa vi sua ad illud, quod antea dictum est, καρπαλίμως, sed revocat lectorem tantum modo ad id, quod ante dictum est, unde sequatur etiam hoc posterius. Est igitur illud καί ῥα fere Latinum *itaque, et ita.* Sic etiam versu 405.

> *ὅς ῥα παρὰ Κρονίωνι καθέζετο, κύδεϊ γαίων.*

propterea adponitur ad pronomen ὅς illa particula, ut revocet nos ad id, quod de eo praedicatum antea est, quem ad modum etiam Latinum *quidem* usurpatur. De versu 427.

> *Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσατο.*

vix est quod dicam. Est enim hoc *rebus ita comparatis, nach Umständen, beiläufig.* Cf. quae diximus de versu 68., quamquam ibi ἄρα magis ad καθέζετο pertinebat, de versu autem 430. vide, quae modo diximus ad v. 405.

Versu 458., ubi haec leguntur:

> Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο, καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,
> αὐέρυσαν μὲν πρῶτα κτέ.,

leviter revocatur lector ad id, quod ante traditum erat, atque sic vis particulae ἐπεὶ acuitur. Dein versu 464 sq.

> Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
> μίστυλλόν τ' ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν κτέ.

significatur, postquam priora illa facta essent, ordine iam reliqua instituta esse: itaque etiam hic propria particulae vis apparet, quod idem existumandum est etiam de versu 471.

> νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.

Versu autem 484.

> Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἵκοντο κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.

eodem modo adiectum ῥὰ est, quo v. 458. vidimus. Ex quo genere est etiam, quod dicitur v. 493.

> Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς.

Significatur enim in his locis eventus rerum post certam aliquam rem, quae narrata antea est, quibus in locis etiam Latina particula *igitur* sic poni potest.

De versu 500.

> καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο κτέ.

non est quod dicam. Similiter enim antea v. 360. locutus est poeta. Versu 528 sqq.

> Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
> ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
> κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

propterea adiicitur ἄρα particula, quod ex eo, quod ante fecerat Iuppiter, sequebatur hoc quoque, quod nunc fit: itaque etiam hoc loco facile prima particulae vis agnoscitur. Versu 569., ubi legitur;

> Καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο, ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ.,

istud ῥὰ respicit ad verba, quae praecedunt:

> ἔδδεισεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη.

Versu 599 sq. in verbis:

> Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
> ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

istud ἄρα ipsum quoque nobis in memoriam revocat praesentem rerum statum, in quo immensus ille risus dis immortalibus excitatus sit.

His locis explicatis facile apparet ἄρα particulam, sive integra forma sive diminutis ἄρ et ῥὰ dicatur, certum quendam rerum ordinem atque seriem indicare, qua aliquid ex alio fiat, non ita quidem, ut alterum ex altero necessario eveniat, sed tamen ut caussa alterius rei ex altera re quasi serie quadam et iusto ordine petenda esse videatur. Prima haec verbi vis ac potestas, quae variis particulis aut Latinis aut etiam nostris redditur, est etiam in Atticorum sermone conspicua, ab eademque significatione etiam particula ἆρα, quae multo maiore vi effert ratiocinationem istam, quae continetur particula ἄρα, profecta est, quae adhibetur potissumum in ea ratiocinatione, in qua interrogatio et exclamatio nititur. Unde particula ἆρα accepit etiam istam vim interrogativam, quam fere in Atticorum sermone obtinere solet. Quamquam si ipsam particulae radicem spectamus, etiam hic primam significationem eius vocis non possumus non agnoscere. Sed quom ἄρα levius exprimat vim ratiocinationis, ἆρα autem gravius eandem urgeat, factum est, ut ἄρα primum in aliqua enuntiatione locum obtinere non possit, ἆρα potius primum enuntiationis locum sibi optet. Simillumus usus est particulae *igitur*, quae quom in culto sermone Latino plerumque secundo aut tertio loco ponatur, tamen ubi maiore quadam vi praedita est, etiam primo loco ponitur apud optumos Latinitatis auctores, veluti M. Tullius, qui fere secundo aut tertio loco ponit particulam *igitur*, dixit tamen rectissume in *Tusculanis disputationibus* lib. I. cap. 2. §. 4. *Igitur et Epaminondas princeps meo iudicio Graeciae fidibus praeclare cecinisse dicitur etc.*, quoniam in his verbis volt efferre vim particulae conclusivam, et id etiam aliis locis fecit.

Sic igitur particula ἄρα, ut de hac forma primum dicam, accepit vim ac significationem levioris cuiusdam ratiocinationis, quae indicat rebus ita comparatis aliquid ita aut esse aut fieri. Ac si usi sunt Graeci in conclusionibus etiam aptioribus ista particula, externa quidem orationis forma non tam adstricta conclusio est, veluti in illo exemplo, quod usurpavit iam Devarius, ex Luciani *Iove tragoedo* §. 51. *Εἰ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί.* Eademque significatio in ceteris quoque locis facile agnoscitur, ut de hac re nihil amplius dicendum esse videretur, nisi etiam hic turbas fecisset Hartungius, qui aliquam quasi mirationem ista particula ait significari, quae mihi potius revocare nos a miratione videtur, dum in-

dicat rem aliquam **rebus ita comparatis** ita sese habere, recte igitur et ordine ita esse.

Sic in illo loco, quem Hartungius p. 433. posuit ex Platonis libro *de re publica* IV. Part. III. vol. I. p. 189. ed. Bekk. p. 432. D. ed. H. Steph., quod legitur: *Πάλαι, ὦ μακάριε, φαίνεται πρὸ ποδῶν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἄρ' αὐτό, ἀλλ' ἦμεν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι κτἑ.*, ita intellegendum est: *Dudum id, ut apparet, ante pedes nobis ab initio volvitur, et non vidimus igitur illud, sed fuimus maxumopere ridendi, quasi manibus tenentes quaerunt interdum rem, quam habent etc.* Est enim in his quoque verbis levior quaedam ratiocinatio, quae continetur particula ἄρα. Namque ex eo, quod illud ante pedes fuerat, sequebatur eos istam rem non vidisse, quam quasi absentem quaerebant. Sed est haec conclusio, uti diximus iam, non tam apta atque adstricta, quam in aliis particulis huius modi. Eademque significatio particulae conspicua est etiam in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. *Ἆρά γε, ὦ ἄνδρες, ἐνδεέστεροί τι ἡμῶν διὰ τοῦτο φαίνονται εἶναι οἱ ἑταῖροι, ὅτι οὐ πεπαίδευνται τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν, ἢ οὐδὲν ἄρα διοίσειν ἡμῶν κτἑ.*, ubi nulla stuporis sive maioris sive minoris significatio est in Xenophontis oratione, sed leviore ista colligendi ratione scriptor utitur, ut id, quod altero membro contineatur, quodam modo sequatur ex priori. Hoc enim dicitur membro posteriori: *ἢ οὐδὲν ἄρα διοίσειν ἡμῶν, οὔτε ἐν ταῖς συνουσίαις οὔτε ὅταν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους δέῃ;* aut, id est, *si illud prius ita se non habet, nihil igitur differre a nobis putandi sunt?* In his locis, ubi vix aptiori conclusioni locus erat, poterat tamen scriptor liberiore ista ratiocinatione uti rectissume. Revera enim sententia, si, quod priori membro dicitur, verum non est, eo denique redibit, quo ducit posterius membrum.

Ab hac **liberiore ratiocinatione** profecta est etiam illa vis huius particulae, qua de re ea, quae magis universe antea significata erat, denuntiat nos velle iam accuratius et singillatim dicere, ut nostratium voculae *nämlich* plane respondeat, veluti in illo Xenophontis loco de *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. *Ἐμοί, ὦ ἄνδρες, θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο. Ὡς γὰρ ἐγὼ νῦν πυνθάνομαι ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ βασιλέως ὁ Τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, ὃν οὐκ ἂν δυναίμεθα ἄνευ πλοίων διαβῆναι· πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν.* In his quoque locis prima particulae vis mutata

non est: deducitur enim id, quod dictum est, ut iam accuratius explicetur, ex prioribus. Latine dicas: *Et recte quidem non addixerunt.* Sic in Platonis libro *de re publica* II. Part. III. vol. I. p. 91. ed. Bekk. p. 375. D. ed. H. Steph., ubi haec verba dicuntur: *Οὐκ ἐνενοήσαμεν ὅτι εἰσὶν ἄρα φύσεις οἵας ἡμεῖς οὐκ ᾠήθημεν, ἔχουσαι τἀναντία ταῦτα,* recte sic vertas: *Wir haben nicht bedacht, dass es ja (nämlich) Naturen gibt, wie wir sie nicht vermutheten, die diese Gegensätze in sich vereinigen.* Sed tamen non recte ageres, si in Graeco *ἄρα* et nostrorum *ja* (*nämlich*) accuratius interpretando non respiceres ad priora. Ex eo enim, quod ipsi expedire non poterant, illud, quod iam revera esse dicatur, quasi deducitur.

In huius modi locis ideo, quod respicitur ad priora, saepe numero etiam illud factum ipsum, de quo adseveratur, non praesenti tempore declaratur, sed quasi res iam acta transactaque sit, praeterito tempore ponitur, veluti in illo Hesiodi loco, quem ex *Operibus et diebus* v. 11 sq. posuimus iam supra:

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω.,

quod ubi fit, id, quod nobis visum erat, f u i s s e dicimus aut n o n f u i s s e, quod tempus illud praeteritum respicimus, in quo nobis sic res visa erat, quamquam si ipsum factum respiceremus, possemus etiam praesenti tempore uti, ut simpliciter res animo conciperetur, qualis nunc esset. Sic explicandum est quod legitur in *Hippolyto* Euripidis v. 360.

Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός,

et quod in Sophoclis *Philocteta* v. 978 sq. ed. Dind.

Οἴμοι· πέπραμαι κἀπόλωλ'. ὅδ' ἦν ἄρα
ὁ ξυλλαβών με κἀπονοσφίσας ὅπλων.

Huc pertinet etiam formula *ἔμελλον ἄρα, ἔμελλες ἄρα* etc., quae est frequentissuma, veluti in eodem *Philocteta* quod legitur v. 1082 sqq.

Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον
θερμὸν καὶ παγετῶδες, ὥς σ'
οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
λείψειν οὐδέποτ', ἀλλά μοι
καὶ θνήσκοντι συνοίσει.

Sic enim loquimur, quoniam iam antea fuit, quod nunc demum cognoscimus. Namque ex eo, quod nunc factum est aut quod experti iam sumus, aliqua ratiocinatione utentes id

ponimus, quod hoc modo antea iam fuit. Sic etiam in illo Homeri loco, quem ex *Odysseae* lib. IX. v. 975 sq. adtulit Devarius:

> *Κύκλωψ, οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλες ἀνάλκιδος ἀνδρὸς ἑταίρους*
> *ἔδμεναι ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφιν.*

Sed duos, quos praeterea adtulit Devarius, locos Aristophanis huc non pertinere facile doceri potest. Alter habetur in *Nubibus* v. 1303. ed. Herm., quo in loco vix potest dubitari quin Aristophanes scripserit potius:

> *Φεύγεις; ἔμελλόν σ᾽ ἄρα κινήσειν ἐγὼ*
> *αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν.*

Hanc enim scripturam ut reponamus, non solum libri Ravennas, Venetus, tres apud Brunckium codices requirunt, verum convenit illa etiam reliquae orationi Aristophanis optume, quae est maxume commota, ut gravius illud ἄρα, quod interrogationi potissumum et exclamationi congruit, ad hunc locum sit aptissumum. Neque enim formula ἔμελλον ἄρα hanc vim poterit habere, ut excludat alteram dicendi rationem. Itaque etiam in *Acharnensibus* v. 347. secus ac statuit G. Hermannus in praef. ad *Oed. Colon.* p. XXVI. retinendum existumo, quod ex libro Ravennate reposuit G. Dindorfius:

> *Ἔμελλετ᾽ ἄρ᾽ ἅπαντες ἀνασείειν βοήν,*
> *ὀλίγου τ᾽ ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνήσιοι,*
> *καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν.,*

non tamen ut in interpretatione accedam P. Elmsleio, qui quom recte recepisset ἄρ᾽ ἅπαντες, retinuit tamen volgatam scripturam βοῆς, atque hunc locum ita interpretandum censuit, ut ἀνασείειν βοῆς idem fere esse diceret, quod παύεσθαι τῆς βοῆς. Dicit enim mea quidem sententia Aristophanes potius hoc: *Voluistis igitur iam cuncti magna voce quiritari etc.* Verebantur enim isti, ne quam vim Dicaeopolis faceret in corbem carbonarium, quem quasi obsidem habuit. Est igitur ἀνασείειν βοὴν fere illud, quod dixit Euripides in *Hecuba* v. 1063. ed. Herm. βοὰν ἀΰτεῖν. Gloriatur igitur Dicaeopolis hoc, *se effecisse, sibi quom isti antea mortem minitati essent, ut ipsi iam supplicem vocem emitterent*, quod est ad hunc locum aptissumum. In altero autem loco, quem adtulit Devarius ex Aristophanis *Vespis* v. 460., non potest dubitari quin recte scribatur nunc:

> *Ἀρ᾽ ἐμέλλομέν ποθ᾽ ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ.*

His enim in locis magis effertur vis particulae ἄρα, qua de

re infra dicendi locus erit. Contra recte dicitur in Aristophanis *Ranis* v. 268.

Ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς τοῦ κοάξ.,

ubi minor vis inest in particula ἄρα.

Neque alia est huius particulae significatio in iis locis, quos sexto loco adtulit Hartungius vol. I. p. 435. Namque in illo Homeri loco, quem primum posuit ex *Iliados* lib. VIII. v. 163.

Νῦν δέ σ' ἀτιμήσουσι· γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο.

dicitur hoc quidem ex mente aliorum, sed non ita, uti voluit Hartungius, verum per quandam ratiocinationem. *Nunc vero te non amplius honorabunt, ut ita dicant: Mulieris igitur loco fuit.* Istud enim, quod instar mulieris sit, deducitur ex eo, quod factum est, quoniam Diomedes ignavum se praebuerat. Ἄρα est ergo etiam hoc loco *igitur* vel *rebus ita comparatis.* Eademque caussa est in Euripidis *Iphigenia, quae est Aulide.* Ibi enim inde a versu 940. haec leguntur:

τὸ δ' αἴτιον
'πόσις σός' ἁγνὸν δ' οὐκέτ' ἐστὶ σῶμ' ἐμόν,
εἰ δι' ἔμ' ὀλεῖται διά τε τοὺς ἐμοὺς γάμους
ἡ δεινὰ τλᾶσα κοὐκ ἀνεκτὰ παρθένος,
θαυμαστὰ δ' ὡς ἀνάξι' ἠτιμασμένη.
ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ,
ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν,
ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς,
εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.

Pertinet enim istud ἄρα non tam ad sequentia, ut voluisse videtur Hartungius, quam ad antecedentia. Ex iis enim, quae ante posuerat, deducit Achilles hoc:

ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ.

Si deinceps etiam hoc, cur ita sit, ipsum adponitur verbis his:

εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.,

hoc nihil facit ad rem, nihil profecto ad vim ac potestatem particulae ἄρα. Saepe numero enim caussa, quae iam satis declarata erat, repetitur aliis verbis. Neque in *Andromacha* Euripidis v. 745. ed. Herm. non suam habet vim particula ἄρα. Dicitur ibi hoc:

Χώρει, τίς ὑμῶν ἅψεται; κλαίων ἄρα
ψαύσει.,

quibus in verbis ἄρα revocat, ut par est, ad praesentem rerum statum. *Quis vos adorietur? Suo damno, ut comparata*

res est (aut *rebus ita comparatis*) *adtinget.* Denique etiam apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 3. §. 25. ed. Zeun. vis illa levioris ratiocinationis facile agnosci potest in verbis his: Σακῶν δὲ (nempe ἐνίκα) ἰδιώτης ἀνήρ, ἀπέλιπεν ἄρα τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἵππους ἐγγὺς τῷ ἡμίσει τοῦ δρόμου. Dicitur hoc: *Sacarum autem vicit privatus homo: reliquit igitur* (hoc *igitur* ponitur, ut ad rem, quae universa posita erat antea, iam quasi ordine suo accedas singillatim exponendam) *equo suo ceteros equos prope dimidiato curriculi spatio.* Ac sic res sese habet etiam in reliquis locis Homeri et Hesiodi, quos huc vocavit Hartungius. Nullo enim modo ἄρα habet per se vim mirationis.

Etiam ea exempla, quae septumo loco adtigit Hartungius p. 435 sq., ita comparata sunt, ut particulae ἄρα vim eam, quam propriam ante statuimus, facile tueantur. Nam in primo loco Dionysii Halicarn. *Antiq. Rom.* lib. I. cap. 39. particula ἄρα respicit ad ea, quae antea dicta erant. Leguntur enim ibi haec: ἀμηχανῶν ὁ Ἡρακλῆς ὅ, τι χρήσεται τῷ πράγματι, εἰς νοῦν βάλλεται προσελάσαι τῷ σπηλαίῳ τὰς ἄλλας βόας. ὡς δὲ ἄρα τῆς συννόμου φωνῆς τε καὶ ὀσμῆς αἱ ἔντοσθεν ᾔσθοντο, ἀντεμυκῶντο ταῖς ἔκτοσθεν, καὶ ἐγεγώνει ἡ φωνὴ αὐτῶν κατήγορος τῆς κλοπῆς., quibus in verbis per particulam ἄρα significatur re ea facta, cuius in mentem venerat Herculi, illud contigisse, ut etiam hoc loco Latinae particulae *igitur* respondeat. Eademque vis conspicua est in illo Platonis loco ex *Convivio* Part. II. vol. II. p. 380. ed. Bekk. p. 177. extrema ed. H. Steph. Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφασάν τε καὶ ἐκέλευον ἅπερ ὁ Σωκράτης. Neque enim mirum aut inexspectatum erat, quod ceteri quoque adsensi sunt, sed rei potius plane consentaneum. Socrates enim ita rem elocutus erat, ut hoc ipsum significaret neminem facile a sua opinione dissensurum esse. Dixerat enim: Οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἐναντία ψηφιεῖται οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτε που Ἀγάθων καὶ Πανσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ. καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις, ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ὑμῖν. Ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ κατάρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα. Nemini igitur praeter Hartungium poterit mirum esse, quod ceteri quoque adsentiuntur. Neque vero in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 3. §. 6., ubi haec verba leguntur: Ταῦτα

ἀκούσας ὁ Κῦρος ἐπαίσατο ἄρα τὸν μηρὸν καὶ εὐθὺς ἀναπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον, λαβὼν χιλίους ἱππέας ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ πάθος., mirum est Cyrum, postquam mortem hominis familiaris audivit, femur percussisse, quo luctum proderet, sed rebus ita comparatis prorsus consentaneum, ut etiam hoc loco ἄρα fere *igitur* significet. Sic in reliquis quoque locis eadem significatio est particulae ἄρα. In Aristophanis autem *Lysistratae* v. 812 sqq., etsi etiam ibi ἄρα reddenda esset per *igitur*, tamen recte nuper ex libris repositum est:

Οὗτος ουν ὁ Τίμων
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους
πολλὰ καταράμενος ἀνδράσι πονηροῖς.,

quo magis appareat ratiocinationem isti loco satis accommodatam esse.

Quod si Hartungius non praeiudicatam opinionem ad hos locos adtulisset, ipse quoque sine dubio eos recte intellexisset. Sed ille quom discrimen statuere vellet inter has particulas et externam potius orationis formam quam intumam vim vocis ἄρα consideraret, aliquid praecepit quod plane falsum esset. Non est autem difficile, quem ad modum differant inter se ἄρα et οὖν et διὸ et quae sunt similes particulae, docere. *Οὖν* enim, quod sine dubio olim fuit ἔον, est fere Latinum *quod quom ita sit*, itaque, ut hoc, in aptiore conclusione, qualis philosophorum esse solet, usurpatur, διὸ est *quam ob rem*, ut etiam hoc aptius duas res coniungat. Particula vero ἄρα non tam apte conglutinat duas res, sed leviore quodam modo coniungit antecedentia et sequentia, ubi Latini fere dicunt *igitur*, aut quibusdam in locis etiam: *quae quom ita sint*, aut *rebus ita comparatis*. Cum igitur ἄρα non tam apte concludat, in familiari sermone, in dialogis, in liberiore narrandi genere saepe numero usurpatur, multo rarius invenitur in accuratioribus philosophorum conclusionibus. Sic factum est, ut exempli gratia Aristoteles quom in *Politicorum* libro primo saepissume διὸ et οὖν particulas posuisset, in eo libro non adhiberet ἄρα particulam, quam in altero demum libro cap. 4. §. 9. usurpavit, et ibi non sine aliqua ironia, ubi molli quidem brachio volt Platonem obiurgare, quod de re militari non esset locutus in *re publica*. Ponit igitur haec: Ἔτι τὰ πολλὰ βούλεται κατασκευάζειν ἐξ ὧν τὰ πρὸς αὐτοὺς πολιτεύσονται καλῶς, δεῖ δὲ καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας καὶ τοὺς ἔξωθεν πάντας. Ἀναγκαῖον ἄρα τὴν πολιτείαν συντετάχθαι πρὸς τὴν πολεμικὴν ἰσχύν, περὶ ἧς ἐκεῖνος οὐδὲν εἴρηκεν.

Saepe enim cum quadam irrisione et acerbitate orationis istud *ἄρα*, quod ex rerum eventu aliquid ita esse dicit, usurpatur. Sic in illo Platonis loco lib. *de re publica* II. Part. III. vol. I. p. 57. ed. Bekk. p. 357. A. ed. H. Steph. *Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾤμην λόγους ἀπηλλάχθαι· τὸ δ᾽ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικεν προοίμιον.*, quo loco hoc dicitur: *Haec ego quom dixissem, putabam me liberatum a colloquio. Sed fuit scilicet, ut videtur, prooemium.* Est enim *ἄρα* hic quoque *ex eventu rerum*, ut rebus ita comparatis illud denique evenerit. Augetur enim ironia aut acerbitas orationis eo, ut colligendo rerum eventu aliquid statuamus, veluti in illo loco Aristophanis, quem posuit Devarius p. 41. ex *Vespis* v. 448 sqq.

> *Οὐκ ἀφήσεις οὐδὲ νυνί μ᾽, ὦ κάκιστον θηρίον;*
> *οὐδ᾽ ἀναμνησθεὶς ὅθ᾽ εὑρὼν τοὺς βότρυς κλέπτοντά σε*
> *προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλαίαν ἐξέδειρ᾽ εὖ κἀνδρικῶς*
> *ὥστε σε ζηλωτὸν εἶναι, σὺ δ᾽ ἀχάριστος ἦσθ᾽ ἄρα.*,

ubi orationis acerbitas augetur ista ratiocinatione. Sic rectissume G. Hermannus ad Sophoclis *Aiacem* v. 1003 sqq.

> *Οἴμοι τί δράσω; πῶς σ᾽ ἀποσπάσω πικροῦ*
> *τοῦδ᾽ αἰόλου κνώδοντος, ω τάλας, ὑφ᾽ οὗ*
> *φονέως ἄρ᾽ ἐξέπνευσας;*

praecepit *ἄρα ergo* additum esse cum dolore, quem ad modum idem factum esset etiam in *Electra* v. 935.

> *Ἐγὼ δὲ σὺν χαρᾷ λόγους*
> *τοιούσδ᾽ ἔχουσ᾽ ἔσπευδον, οὐκ εἰδυῖ᾽ ἄρα*
> *ἵν᾽ ἦμεν ἄτης.*,

ubi eodem modo *ἄρα* ratiocinationis cuiusdam significatio est, qua rebus ita comparatis proditur istam nescivisse, quibus in miseriis fuerint. Haec igitur omnia denique eodem redibunt.

Eandem vim habet etiam particula *ἄρα*, si adiungitur ad pronomina relativa et coniunctiones aut si quando in interrogationibus ponitur.

Ac de *ἄρα* vel *ῥά*, quod poetae epici adponere solent ad pronomina relativa supra iam vidimus p. 162. Attici autem scriptores non admiserunt in eo genere particulam *ἄρα* nisi in certis quibusdam formulis, itaque dixerunt *ὅτι ἄρα, ὡς ἄρα, γὰρ ἄρα*, de quibus tamen aliter iudicandum est, ac voluit Hartungius l. c. p. 439. Nam quod apud Herodotum legitur lib. I. cap. 111., eo loco usitata ista, quam saepe dicimus, vis particulae facile agnoscitur, modo totum locum contemplemur. Leguntur ibi haec: *Καὶ πρόκα τε δὴ κατ᾽ ὁδὸν πυνθάνομαι τὸν πάντα λόγον θεράποντος,*

ὅς ἐμὲ προπέμπων ἔξω πόλιος, ἐνεχείρισε τὸ βρέφος. ὡς ἄρα Μανδάνης τε εἴη παῖς τῆς Ἀστυάγεω θυγατρὸς καὶ Καμβύσεω τοῦ Κύρου κτέ. Ergo apparet ἄρα illud respicere ad verba τὸν πάντα λόγον, eodemque modo ut Latinum *igitur* nos ad rem accuratius cognoscendam invitare, ut ὡς ἄρα hic quoque vertendum sit: *quem ad modum igitur* vel nostro sermone: *wie also.* Neque in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 372 sq. ed. Bekk. p. 174. B. ed. H. Steph. Ἕπου τοίνυν, ἔφη, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί., recte dixit Hartungius, id ipsum, quod inversum esset proverbium, miri aliquid habere. Nam istud miri quidquid est, certe non exprimitur particula ἄρα, quae hoc quoque loco ad illa, quae iam dicta sunt, ita respicit, ut hoc, quod iam dicatur, sequatur ex antecedentibus. Nam ex eo, quod invertentes (μεταβαλόντες) utebantur proverbio, sequebatur istud: ὡς καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Quom igitur id scriptor inferret per particulas ὡς ἄρα, quodam modo collegit hoc ex prioribus. Proverbium enim non corruptum hanc habebat sententiam:

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.,

quem ad modum adfert hoc Athenaeus lib. IV. 27. Neque eius modi quidquam cadit in Xenophontis locum ex *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 7. §. 5. Ἀκούω τινὰ διαβάλλειν, ὦ ἄνδρες, ἐμέ, ὡς ἐγὼ ἄρα ἐξαπατήσας ὑμᾶς μέλλω ἄγειν εἰς Φᾶσιν. Ibi enim quom verba: ὡς ἐγὼ — ἐξαπατήσας ὑμᾶς μέλλω ἄγειν εἰς Φᾶσιν, nihil contineant nisi explicationem istius calumniae, rectissume ea verba deducuntur per particulam ἄρα ex prioribus. Etiam apud Lysiam orat. *contra Simonem* §. 31. ed. Bekk. p. 99. ed. H. Steph. Καὶ εἰ μὲν ἦν παρὰ τούτῳ τὸ μειράκιον, εἶχεν ἄν τινα λόγον τὸ ψεῦδος αὐτῷ, ὡς ἄρ' ἐγὼ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἠναγκαζόμην ἀνοητότερόν τι ποιεῖν τῶν εἰκότων., ἄρα revocat ad antecedentia εἶχεν ἄν τινα λόγον: accuratius enim quae ista ratio sit explicatur, ut ἄρα vertendum sit per nostrorum *nämlich.* Quamquam ibi optumi libri particulam non habent omnino. Et sic de reliquis locis omnibus statuendum erit.

Γὰρ ἄρα autem eodem modo explicandum est, veluti quod legitur apud Platonem lib. *de re publica* II. Part. III. vol. I. p. 59. ed. Bekk. p. 358. C. ed. H. Steph. Δεύτερον δὲ [ἐρῶ] ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν, τρίτον δὲ ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι· πολὺ γὰρ

ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος, ὥς λέγουσι κτἑ., in eo facile intellegitur particula ἄρα colligi ex antecedentibus, quid de istorum hominum opinione habendum sit de iustitia, et si quid paradoxi in his verbis inest, id certe non proditur particula ἄρα. Neque dissimile est quod lib. *de re publica* IV. p. 199. ed. Bekk. p. 438. A. ed. H. Steph. legitur: Πάντες γὰρ ἄρα τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν κτἑ., ubi nihil miri certe aut inexspectati his verbis dicitur, sed hoc, quod nos dicamus: *Denn Alle begehren ja* (vel *am Ende*) *der Güter.*, ubi, ut iam supra hanc vim particulae ἄρα cognovimus, illud introducitur hoc modo, quod denique, ut comparatae res sint, verum esse appareat, ut hac ratione acuatur vis particulae γάρ. Est igitur *denn — also*, *denn — ja* vertendum. Et sic in reliquis locis omnibus. Neque enim erat in Homeri *Iliados* lib. I. v. 237 sq.

Περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν
φύλλα τε καὶ φλοιόν.

baculus ille Achillis, qui eo lòco vel maxume mortuus esse debebat, quasi ad vivos revocandus, quod fecit Hartungius, ut vis particulae ἄρα explorate perciperetur.

Eadem vis ac potestas particulae ἄρα est etiam in interrogationibus, quam rem adtigit Devarius p. 41. Neque enim per se recte dixit in his locis ἄρα esse ἀοριστολογικόν. Nam si dicit Aeschylus in *Septem adversus Thebas* v. 92 sq.

Τίς ἄρα ῥύσεται; τίς ἄρ' ἐπαρκέσει
θεῶν ἢ θεᾶν;

per se ἄρα nihil cum interrogatione habet commune, sed revocat omnino auditorem ad praesentem rerum statum, qui aut in antecedentibus est descriptus aut facile, praesertim in narratione scaenica, per se intellegitur, itaque etiam his in locis fere hanc sententiam habet: *rebus ita comparatis*, vel *quae quom ita sint,* nisi quod multo levius indicat Graeca particula rerum statum, quam illa, quae nos docendi caussa posuimus, et sic respondet plane Latinorum *igitur*. Ergo dicit Aeschylus: *Quis igitur defendet? quis igitur arcebit deorum dearumve?* Et quem ad modum hoc *igitur* intellegendum sit, apparet, si recordamur quae praecesserint:

Βοᾷ ὑπὲρ τειχέων
ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς
εὐτρεπής, ἐπὶ πόλιν διώκων.

Si de hoc loco Hartungius l. l. p. 444. hanc esse ait eorum exclamationem, qui de auxilio prope desperarent, per se hoc

falsum non est, sed nihil facit ad explicandam vim particulae ἄρα. Nam si ita explicare particulam volumus, sane sescentae erunt vocis significationes, quom tamen vox una non possit ne duas quidem significationes habere. Ac sic etiam in Platonis verbis lib. *de re publica* X. Part. III. vol. I. p. 467. ed. Bekk. p. 595 extrema ed. H. Steph. bene procedit illa qualiscumque ratiocinatio: *Μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν ὅ τί ποτ' ἔστιν; οὐδὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ τι ξυννοῶ τί βούλεται εἶναι. Ἦ που ἄρ', ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω;* His in verbis postquam dixerat Socrates se plane nescire, quid sit imitatio, respondet mirabundus quidem Glauco: *Num igitur ego intellegam?*, sed miratio in tota sententia est, in particula vero ἄρα nihil nisi conclusio continetur. Sic enim ratiocinatur Glauco: Tu ex me, quod ipse non intellegas, vis scire: *igiturne putas me hoc intellegere?* sed ista tamen ratiocinatio paullo levius et, ut ita dicam, modestius indicatur particula ἄρα, quae tertio demum loco legitur. Hanc autem fuisse Glauconis mentem, explicat ipse Socrates, dum reddit: *Οὐδέν γε — ἄτοπον, ἐπεὶ πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.* Eademque ratio est loci Euripidei de *Iphigenia, quae est Tauris,* v. 492 sq.

Πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.

Ibi enim quom Iphigenia primum appellasset Orestem eiusque comites, ut sibi de quibusdam rebus responderent, id autem non sine eorum deploratione fecisset, ita responderat Orestes, ut lamentationem deprecaretur. His rebus igitur transactis rectissume dicit Iphigenia:

Πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται;

Ita enim ἄρα hoc quoque loco nos revocat ad praesentem rerum statum, cui id, quod nunc fiat, consentaneum sit. Nam omissa deploratione Iphigenia iam ad illas res, quas antea significaverat, explorandas accedit. Eodemque modo etiam ibi ἄρα locum habet in interrogatione, ubi verbis quidem antecedentibus nihil eius modi declaratum est, ad quod respiciat particula, sed ille tamen, qui quaerit, animo suo eius modi aliquid volvit. Sic in Sophoclis *Aiace* v. 1185 sqq. incipit carmen choricum:

Τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λή-
ξει πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμός,
τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ

δορυσσόντων μόχθων
ἄταν ἐπάγων ἀνὰ
τὰν εὐρώδη Τροίαν,
δύστανον ὄνειδος Ἑλλάνων;

quod ita dictum est, ut ἄρα sit *rebus ita comparatis*, quoniam qui sic loquitur chorus, haec tamen ad ea, quae in scaena usque adhuc gesta sunt, refert. Nullo enim modo ἄρα ad ipsam interrogationem pertinet.

Interdum etiam ad singulare enuntiationis interrogativae verbum adiuncta haec particula est, ut ei verbo vim adderet, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1097 sqq.

Τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε
τῶν μακραιώνων ἄρα
Πανὸς ὀρεσσιβάτα που
προσπελασθεῖσ', ἢ σέ γέ
τις θυγάτηρ, Λοξίου;

ubi non miratur qui hoc dicit, sed ratiocinatione quadam colligit videri sibi Oedipum generatum a deo immortali aliquo, et quod summa vis esset in voce τῶν μακραιώνων, ad hanc vocem adiecit istam particulam.

Eadem ratione adponitur particula ἄρα etiam ad pronomina, veluti in Aristophanis *Pluto* v. 775., quem adtulit ipse Devarius:

Αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ συμφοράς,
οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον κτέ.

i. e., *quom considero quales igitur homines isti fuerint etc.* Ἄρα dicit *rebus ita comparatis*, quod visu recuperato iam agnoverat quales essent.

Εἰ ἄρα, εἰ μὴ ἄρα, ἢν ἄρα κτέ.

Denique dicendum est de iis locis, in quibus εἰ ἄρα, εἰ μὴ ἄρα, ἢν ἄρα et similia leguntur, quos adtigit Devarius p. 41. recte vertens: *si forte, nisi forte.* Etiam hic difficile intellectu non est, quae sit vis particulae ἄρα. Nam in his quoque locis ἄρα nihil significat aliud nisi *rebus ita comparatis.* Sic igitur in illo loco Strabonis, quo usus est Hartungius, ex lib. VII. cap. 3. p. 82. ed. Tauchn., ubi quom Alexander legatos Celtarum interrogasset, quid timerent maxume, illi respondisse dicuntur: Οὐδέν· πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι, proprie hoc dicitur: *Nihil, nisi si rebus ita comparatis*, nempe ut nihil timeant, *ne caelum sibi irruat.* Ergo illud ἄρα hic quoque est *igitur*, vel in hoc quidem loco *exclusis ceteris rebus.* Significatur enim, ut res comparata sit, istud tantum reliquom esse. Id Latini alio quodam modo eloquuntur, si dicunt: *nisi forte.* Saepe numero ista conclusione utuntur Graeci non sine

quadam acerbitate aut ironia, quem ad modum Xenophon dixit in *Memorabil. Socratis* lib. I. cap. 2. §. 8. *Πῶς ἂν οὖν ὁ τοιαῦτος ἀνὴρ διαφθείροι τοὺς νέους; εἰ μὴ ἄρα ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια διαφθορά ἐστιν.*, ubi in eo significatur ironia, quod per particulam ἄρα indicatur, rebus ita comparatis sic tantummodo a Socrate corrumpi adolescentulos posse, si virtutis studium sit morum corruptio. Eodem modo in Aristophanis *Avibus* v. 601. dicitur:

Οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις.,

ubi hoc dicitur: *Nemo novit thesaurum meum, nisi si rebus ita comparatis*, nempe ut nemo sciat, *aliqua avis noverit.* Est igitur ἄρα hoc quoque loco exclusis ceteris rebus, nihil igitur relinqui aliud. Apud Thucydidem autem lib. I. cap. 93. *Τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως, καὶ πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθίστασθαι.* hoc dicitur: *Piraeeum quidem utiliorem habuit quam superiorem urbem et saepe Athenienses hortatus est, ut quom rebus ita comparatis aliquando terra premerentur, in eum descenderent et navibus adversus cunctos resisterent.* Et sic aliis locis multis ista particula adiicitur ad condicionem, veluti in Lysiae loco, quem adtulit Hartungius, *adversus Simonem* §. 40. ed. Bekk. p. 100. ed. H. Steph. *Οὕτω δὲ διάκειμαι πρὸς τὰς ἐκ τῶν τοιούτων πραγμάτων διαφοράς, ὥστε καὶ ἄλλα πολλὰ ὑβρισμένος ὑπὸ Σίμωνος καὶ καταγεὶς τὴν κεφαλὴν ὑπ' αὐτοῦ οὐκ ἐτόλμησα αὐτῷ ἐπισκήψασθαι, ἡγούμενος δεινὸν εἶναι, εἰ ἄρα περὶ παιδικῶν ἐφιλονεικήσαμεν ἡμεῖς πρὸς ἀλλήλους, τούτου ἕνεκα ἐξελάσαι τινὰς ζητῆσαι ἐκ τῆς πατρίδος.*, ubi ἄρα eodem modo est *si igitur* aut *si rebus ita comparatis*, quod nos dicamus: *wenn wir demnach.* Quamquam, ut iam saepe dico, istud ἄρα admodum leviter istam qualemcunque ratiocinationem denotat. Eademque significatio particulae est, si quando post εἴτε legitur, uti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 2. §. 29. ed. Zeun. *Ἀκούσας δὲ ὁ Κῦρος τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἐθαύμασε μὲν τὴν εὐθυμίαν, ἤγετο δὲ τὸ λοιπόν, ὅποι καὶ αὐτὸς πορεύοιτο, εἴτ' ἄρα καὶ χρήσιμόν τι νομίζων αὐτὸν εἶναι, εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως ἡγούμενος.*, ubi Latine dicas: *sive igitur — sive etc.*

Denique dicitur sic etiam εἴπερ ἄρα, ut ἄρα in his quoque locis suam vim retineat, qua de re infra separatim dicendum erit ad p. 75.

Praeterea quom de formula ἀλλ' ἄρα iam supra ex-

plicaverim p. 19 sqq., nihil restat aliud nisi ut significem in loco, quem posuit Devarius p. 42., Aristophanis *Av.* v. 1530. recte nunc scribi:

ἐντεῦθεν ἆρα τοὐπιτριβεὶης ἐγένετο.,

in Platonis autem loco itidem non posse non scribi ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται; Denique in Homeri *Iliad.* lib. VII. v. 472. recte edi:

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Quamquam aliis locis multis ἄρ, sed non ante vocalem legitur apud Homerum, veluti *Iliad.* lib. I. v. 8. v. 115., de quibus locis supra explicavimus p. 174.

Ἄρα.

Ἆρα. P. 42. Iam supra vidimus particulam ἄρα eo, quod prima eius syllaba, quippe quae ipsam voculae vim contineret, magis efferretur voce, ita productam esse, ut ἆρα scriberetur et in primo etiam loco sententiae poneretur, quem ad modum Latina particula *igitur*, quae apud bonos Latinitatis auctores plerumque primum locum obtinere non soleret, adaucta vi sua etiam in principio enuntiati collocaretur. Id quom in Latina particula neque ad interrogationem pertineret neque ad exclamationem, in Graeca vocula plerisque haec mutatio non visa est fieri potuisse nisi in exclamando aut interrogando. Conferantur ea, quae G. Hermannus de ea re explicavit in praef. ad Sophoclis *Oedipum Coloneum* p. XVI sqq. Ac sane videtur, etsi vis ipsa particulae semper etiam in exclamatione et interrogatione ad conclusionem pertinet — concludimus enim aliquid ex praesenti rerum statu, in quo quasi in aliquo fundamento nitatur illa exclamatio aut interrogatio —, tamen illa particulae productio locum non habere, nisi ubi ea vi efferas vocem, ut aliquam interrogationem aut vociferationem superstruere possis: in eo tamen cum G. Hermanno dissentio, quod ille apertam semper aut interrogationem aut exclamationem requirebat, ego etiam tectiorem exclamationem aut talem, quae ad singulare tantum sententiae verbum pertineat, admittendam censeo. Qua ratione illi quoque loci commode explicari posse videntur, quos multos contra librorum auctoritatem mutandos esse existumavit vir summus. Nam illud Hartungio concedere nullo modo possum, quod ἆρα et ἄρα in huius modi locis promiscue usurpata esse statuit. Ἄρα enim ibi usurpatur, ubi simplex ratiocinatio declaratur, ἆρα contra, ubi maiore quadam vi efferas istam ratiocinationem,

quem ad modum in interrogatione et exclamatione hoc fere fieri solet. Sed iam singula videamus.

Ac primum quidem ἆρα, quod est natura sua illud fortius *igitur*, usurpatum est in simplici interrogatione, ubi aliqua re, quae praecesserit, moti hoc modo ipsam interrogationem nostram stabilimus: quamquam in huiusce modi locis Graeci ipsi non fere de prima vocis significatione videntur cogitavisse, sed particulam quasi vi sua interrogativam usurpabant, veluti in principio *Antigonae* Sophoclis dicitur:

> Ὦ κοινόν, αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
> ἆρ' οἶσθ' ὅ, τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν,
> ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

in quibus verbis etsi ἆρα proprie ad praesentem rerum statum respicere nos iubet, in quo caussam videamur invenire, quam ob rem ita interrogemus, ut sit proprie: *Rebus ita comparatis nosti?* tamen illud ἆρα quotidiano usu videtur ipsam vim interrogationis accepisse, eius nempe interrogationis, quae ex praesenti rerum statu eveniat. Ita factum est, ut e. g. in *Phoenissis* Euripidis v. 435. alia etiam particula conclusiva accesserit:

> Ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν τοῖς γάμοις, ἢ δυστυχεῖς;

ubi quamvis etiam ἆρ' εὐτυχεῖς quodam modo aliquam ratiocinationem contineret, tamen quia istam ratiocinationem magis voluit efferri Euripides, adiecit particulam οὖν, quod ἆρα ipso usu iam pene amiserat vim ratiocinationis. Atque ita factum est, ut etiam ἄρα, quod ab eadem radice profectum est, in ea interrogatione poneretur, veluti quod apud Aristophanem scriptum legitur nunc in *Nub.* v. 464 sq.

> Ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγώ ποτ'
> ὄψομαι;

quo de loco supra p. 129. alia de caussa explicatum est.

Quod autem Hartungius l. l. vol. I. p. 452. hanc particulam ita divisit, ut primum incertum illud, in quo versaremur, aut dubium aut ambiguum, deinde mirationem, qua quid praeter exspectationem factum acciperemus, denique dubitationem per eam particulam declarari diceret, id ita verum est, quoniam pertinet ad omnem interrogationem, nullo modo pertinet ad ipsam vim particulae ἆρα, quam postremo tandem loco recte ipse quoque Hartungius agnovit, quia ratiocinationem in ea contineri dixit.

Quod quom ita sit, debebimus potius ab istis locis incipere, in quibus vis ista ratiocinationis magis appareat, veluti ab illo Thucydidis loco, qui usurpatus est a grammaticis,

lib. I. cap. 75., ubi Athenienses postquam de rebus gestis suis ac meritis explicaverunt, denique hanc interrogationem concludendo instituunt: Ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε καὶ γνώμης ξυνέσεως ἀρχῆς γε ἧς ἔχομεν τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι; aut ab illo versu Sophoclis ex *Trachiniis* 984 sqq. ed. Herm.

Ἆρ' ἐξήδης, ὅσον ἦν κέρδος,
σιγῇ καθεύδειν καὶ μὴ σκεδάσαι
τῷδ' ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων θ' ὕπνον;

In eius modi locis quo magis ratiocinatio exstaret, solitam esse adiici particulam οὖν iam supra diximus, ut factum est etiam in Platonis *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 357. ed. Bekk. p. 5. A. ed. H. Steph. Ἆρ' οὖν μοι, ὦ θαυμάσιε Εὐθύφρον, κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι —;

Ἆρ' οὐ. Ista vero vis ratiocinationis, quae latet in particula ἄρα, maxume intellegi potest in formula ἆρ' οὐ, qua ita interrogamus, ut rebus ita comparatis miremur, si quid non ita sit, quod Latini dicunt: *nonne?* Sic in illo Platonis loco *Gorg.* Part. II. vol. I. p. 17. ed. Bekk. p. 453. C. ed. H. Steph. Εἴ μοι εἶπες ὅτι ὁ τὰ ζῶα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων καὶ ποῦ; quod est proprie: *Non igitur iure ex te quaererem?* Et sic interpretandum est, quod legitur apud Sophoclem in *Oedipo Coloneo* v. 795. ed. Herm.

Ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τὰν Θήβαις φρονῶ;

et aliquanto post v. 887. ed. Herm.

Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';

quod est *non igitur?* aut *nonne?* Adiicitur autem etiam in eius modi locis particula οὖν, si magis etiam istam ratiocinationem efferre velis, uti in illo loco, qui legitur apud Platonem in *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 70. ed. Bekk. p. 478. A. ed. H. Steph. Ἆρ' οὖν οὐ δικαιοσύνῃ τινὶ χρώμενοι κολάζουσιν οἱ ὀρθῶς κολάζοντες; quod est: *nonne igitur? nonne ergo?*

Nec alia vis est in particula ἄρα, nisi forte levis illa ratiocinatio in iis locis, quos Hartungius adtulit p. 452 et 453., veluti in Sophoclis *Trachin.* v. 76 sq.

Ἆρ' οἶσθα δῆτ', ὦ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι
μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;

ubi ista interrogatio levi quadam ratione adnectitur ad ea, quae ante declarata erant, nec incerti significatio est, quod

voluit Hartungius. Neque miratio exprimitur ipsa particula ἄρα in Sophoclis *Philocteta* v. 976.

Οἴμοι, τίς ἀνήρ; ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω;

quem ad modum statuit Hartungius, sed omnino illa continetur in interrogatione. Ista autem particula ἄρα propterea utitur Sophocles, quod voluit Philoctetae interrogationem cum quadam ratiocinatione inferri, ut hoc diceretur: *Heu mihi, quis hic homo est? igiturne Ulixem audio?* Philoctetes enim ex iis, quae dixerat Ulixes, concludit istum ipsum esse, qui loquatur. Sic etiam in Euripidis *Helena* v. 256. res explicanda est, ubi haec dicuntur:

Φίλαι γυναῖκες, τίνι πότμῳ συνεζύγην;
Ἆρ' ἡ τεκοῦσά μ' ἔτεκεν ἀνθρώποις τέρας;

ubi posterior illa interrogatio ita instituitur, ut ex iis, quae ipsi acciderint, illa, quae loquitur, persona quodam modo concludat, matrem se monstrum peperisse. Id igitur verumne sit quaeritur. Nullo enim modo in ipsa particula hoc positum est, quod pertinet ad omnem interrogationem. Nec aliter isti loci explanandi sunt, quos ultumo loco adtulit Hartungius, in quo numero est Sophoclis ille *Oedipi Colonei* v. 318.

Ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανῶ;

Dubitatio enim non particula ἄρα continetur, sed potius ipsa interrogatione. Est enim hoc quoque loco interrogatio conclusiva, ubi ex rebus, quae se nobis offerunt, hoc an illud statuendum sit ambigitur, ut hoc quoque ἄρα pertineat ad conclusionem. Sed nolo in his rebus diutius detinere, quae facile a quovis, qui libero iudicio utens hos locos excusserit, intellegi possunt: ad ea veniam, quae de collocatione particulae dicenda sunt.

Particula enim ἄρα in interrogatione non solum in principio sententiae locum habet, sed postponitur etiam interdum quibusdam verbis, proinde ac tota sententia comparata est: nec apud poetas modo, verum etiam apud reliquos scriptores. Hoc autem fit aut propterea, quod ea verba, quae praecedunt particulae, magis ob rhetoricam aliquam caussam efferenda sunt aut si ista conclusiva interrogatio magis ad singulare enuntiationis verbum pertinere videatur.

Utriusque loquendi rationis exempla facile inveniuntur, ac prioris quidem plura posuit Hermannus in praef. ad *Oed. Colon.* p. XIX., veluti Aeschyli *Choeph.* v. 295.

Τοιοῖσδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι;

Sophoclis *Aiacis* v. 1368.

Σὸν ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται

Hnc pertinet etiam, quod legitur apud Aristophanem in *Vespis* v. 234.

Εὐεργίδης ἆρ' ἐστί που 'νταῦθ', ἢ Χάβης ὁ Φλυεύς;

et quod in *Thesmoph.* ab initio:

Ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται;

De altero genere postpositae ἆρα particulae dixit Hermannus l. l. p. XVII. Exemplum luculentum est Aristophanis illud in *Acharnensibus* v. 237.

Σῖγα πᾶς. ἠκούσατ', ἄνδρες, ἆρα τῆς εὐφημίας;

ubi si diceretur: Σῖγα πᾶς. ἆρ' ἠκούσετ', ἄνδρες, τῆς εὐφημίας; illud ἆρα pertineret ad omnem sententiam, nunc interrogatio ita instituta est, ut per se stare posset, illud autem ἆρα efferret potissumum extremam vocem τῆς εὐφημίας. In ea enim maxuma vis nunc est. Hoc idem videtur statuendum esse etiam de Euripidis *Cycl.* v. 634.

Ταὐτὸν πεπόνθατ' ἆρ' ἐμοί;

ubi vox ἐμοὶ eo effertur, quod proxume antecedit ἆρα particula. Sic etiam in Aristophanis *Thesmophoriazusis* v. 7 sq. premitur ea vox, quae excipit ἆρα particulam, his in verbis:

ΜΝΗΣ. οὐ δεῖ μ' ἀκούειν. ΕΥΡ. οὐχ ἅ γ' ἂν μέλλῃς ὁρᾶν.
ΜΝΗΣ. οὐδ' ἆρ' ὁρᾶν δεῖ μ'; ΕΥΡ. οὐχ ἅ γ' ἂν ἀκούειν δέῃ.,

quom enim ἀκούειν et ὁρᾶν inter se opponantur, hoc in ipsa interrogatione postremo loco maxumopere urgendum erat.

Hoc modo fit, ut etiam ibi ἆρα ad singulare enuntiationis verbum ponatur, ubi omnis interrogatio alio quodam modo inducta est, veluti quod G. Hermannus l. l. p. XVIII. posuit ex Euripidis *Troadibus* v. 292.

Τὸ μὲν σὸν οἶσθα, πότνια· τὰς δ' ἐμὰς τύχας
τίς ἆρ' Ἀχαιῶν ἢ τίς Ἑλλήνων ἔχει;

quibus in verbis fortius istud *igitur*, quod exprimitur producta particula ἆρα, ita pertinet ad nomen Ἀχαιῶν, ut huius iam potissumum ratio habeatur in interrogatione. Est igitur Latine hoc ita reddendum: *Quis Achaeorum igitur aut quis Graecorum habet?* Quod si diceretur: Τίς ἆρ' Ἀχαιῶν κτἑ., hoc esset potius vertendum: *Quis igitur Achaeorum etc.* Sic etiam explicandum est, quod Hermannus adtulit ex Euripidis *Iphigenia, quae est Aulide,* v. 1223 sqq.

Λόγος δ᾽ ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ᾽· ἆρά σ᾽, ὦ τέκνον,
εὐδαίμον᾽ ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι
ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;
οὑμὸς δ᾽ ὅδ᾽ ἦν αὖ, περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζομαι χερί·
τί δ᾽ ἆρ᾽ ἐγώ σε, πρέσβυν ἆρ᾽ εἰσδέξομαι
ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ,
πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;

Sic enim ultuma haec verba constituenda arbitror, in quibus eo, quod particula ἆρα post pronomen interrogativum infertur ante pronomen ἐγώ, hoc effertur, ut patri sese iam maiore vi opponat Iphigenia, quasi Latine dicas: *Quid vero ego igitur tibi faciam?* Huc pertinet etiam illud ex *Iphigenia, quae est Tauris*, v. 472 sqq.

φεῦ.
Τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ᾽ ὑμᾶς ποτε,
πατήρ τ᾽ ἀδελφή, εἰ γεγῶσα τυγχάνει,
οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν
ἀνάδελφος ἔσται;

quo in loco ἆρα particula singularis illa vox, quae sequitur, μήτηρ effertur, ut non sit: *quae igitur mater*, sed potius: *quae mater igitur.* In *Vespis* autem Aristophanis v. 893. in verbis his:

Τίς ἆρ᾽ ὁ φεύγων οὗτος ὅσον ἁλώσεται;

eodem modo vox ὁ φεύγων effertur per eam, quae praecedit, particulam. Neque enim probandum existumo, quod statuit G. Hermannus, hoc esse: τίς ὁ φεύγων; et ἆρ᾽ οὗτος;

Hinc facile illud quoque intellegi potest, quid intersit, utrum dicas τίς ἆρα an τίς ἄρα, οὐκ ἆρα an οὐκ ἄρα. Neque enim illud verum est, quod docuit Hartungius l. l. p. 456., ἆρα nec usu nec vi sua differre ab ἄρα in eius modi locis. Quom enim τίς ἄρα simpliciter significet: *quis igitur?* id est, *quis rebus ita comparatis*, ut in eo, quem supra posuimus, loco Aechyli ex *Septem adv. Theb.* v. 92 sq. *Οὐκ ἆρα et οὐκ ἄρα.*

Τίς ἄρα ῥύσεται, τίς ἄρ᾽ ἐπαρκέσει
θεῶν ἢ θεᾶν;

contra producta illa particula si dicitur: τίς ἆρα, hoc ita effertur, ut ἆρα quasi denuo interrogationem, quam habet pronomen τίς, denotet et iterata hac interrogatione acuat singulare quoddam totius enuntiationis verbum, quem ad modum in Aristophanis *Pace* v. 1240.

Τί δ᾽ ἆρα τῇ σάλπιγγι τῇδε χρήσομαι,
ἣν ἐπριάμην δραχμῶν ποθ᾽ ἑξήκοντ᾽ ἐγώ;

si diceretur: Τί ἄρα τῇ σάλπιγγι κτἑ., esset hoc simpliciter

reddendum: *Quid igitur hacce tuba utar* —? Nunc quom dicatur: *Τί δ' ἄρα τῇ σάλπιγγι κτἑ.*, est potius ita vertendum: *Quid igitur tuba hacce utar?* aut *Quid tuba igitur hacce utar?* Ista enim vox, quae excipit proxumo particulam, magis pronuntiatur. Eadem caussa est formulae οὐκ ἄρα et οὐκ ἆρα. Nam si dicitur οὐκ ἄρα ista ratiocinatio simpliciter procedit, uti in illis Aristophanis locis, quos adhibuit Hermannus ex eius *Nubibus* v. 1253., ubi Pasias quaerit:

Οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις;

quod est: *Non igitur reddes?* recteque respondet Strepsiades:

Οὐχ, ὅσον γέ μ' εἰδέναι.

Neque enim ἀποδώσεις ita acuitur, sed ipsa negatio: quapropter etiam in responsione nihil dicitur nisi: *Οὐκ.* Et v. 121.

Οὐκ ἄρα, μὰ τὴν Δήμητρα, τῶν γ' ἐμῶν ἔδει.,

quo in loco ipso quoque recte ait G. Hermannus οὐκ fortius esse pronuntiandum. Quod si dicitur: οὐκ ἆρα, alia ratio est. Tum enim vehementius particula ἆρα ita pronuntiatur, ut acuat singularem enuntiati vocem, a qua excipitur, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 1238. dicitur:

Οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν ὅδε.,

quod interpretandum est: *Non igitur Achaeis viri sunt praeter hunc?*, quo modo nomen Ἀχαιοῖς potius effertur, aut in illo versu Aristophanis de *Avibus* 91.

Οὐκ ἆρ' ἀφῆκας; ὦ 'γάθ', ὡς ἀνδρεῖος εἶ.,

ubi verbum ἀφῆκας effertur. Praecesserant enim ibi haec:

ΕΥΕΛΠ. Εἰπέ μοι,
Σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;
ΠΕΙΣΘΕΤ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΕΥΕΛΠ. Ποῦ γάρ ἐστιν;
ΠΕΙΣΘΕΤ. Ἀπέπτατο.

Ex eo igitur, quod avolarat, concludit Euelpides non dimisisse igitur alterum et, ut certior de hac re fiat, ita interrogat:

Οὐκ ἆρ' ἀφῆκας;

quod est: *Non dimisisti igitur?* aut *Non igitur dimisisti?*

Quom igitur in eius modi locis acuatur ista vox, quae sequitur ἆρα particulam, saepe fit, ut eadem vox, quem ad modum hoc idem fit in particula ἀλλά, etiam adiecta γὲ

particula magis a ceteris verbis distinguatur, veluti in *Philocteta* Sophoclis v. 106.

Οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ;

et v. 114.

Οὐκ ἄρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ;

Si in huius modi locis *ἄρα* particulam sequitur vox enclitica, id non impedit quo minus pertineat *ἄρα* ad eam vocem, quae post encliticam sequatur. Sic in Euripidis *Helena* v. 85. ferri posset per sese, quod adtulit Hartungius:

Οὐκ αρά σ' Ἑλένην εἰ στυγεῖς θαυμαστέον.

Sed recte tamen ibi nuper G. Hermannus, indicio etiam librorum Flor. 1. 2., edidisse videtur:

Οὐτἄρα σ' Ἑλένην εἰ στυγεῖς θαυμαστέον.

Sic igitur primum in directa interrogatione usurpatur *ἄρα*. De exclamatione autem recte Hermannus quidem l. l. p. XX sqq. ita praecepit, ut diceret tantam esse interrogationis atque exclamationis coniunctionem atque adfinitatem, ut exclamatio fere nihil nisi interrogandi quaedam forma esse videretur. Eius modi exclamationes esse in Aristophanis *Avibus* v. 161.

Ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον.

et ibid. v. 1530.

Ἐντεῦθεν ἄρα τοὐπιτριβείης ἐγένετο.

et Sophoclis in *Aiace* v. 737.

Ἰού, ἰού,
βραδεῖαν ἡμᾶς ἄρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς.

et in quibus exemplis vis exclamationis magis exstaret, eiusdem *Aiacis* v. 980.

Ὤ μοι, βαρείας ἄρα τῆς ἐμῆς τύχης.

et *Electrae* Sophoclis v. 1179.

Οἴ μοι ταλαίνης ἄρα τῆσδε συμφορᾶς.

et *Oedipi regis* v. 1394.

Ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἄρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.

Denique *Oedipi Colonei* v. 1399.

Οἴ μοι κελεύθου τῆς τ' ἐμῆς δυσπραξίας,
οἴ μοι δ' ἑταίρων· οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὦ τάλας ἐγὼ κτἑ.

quibus in locis apparet eam vocem potissumum particula hac efferri, quae eam excipiat. Praeter exclamationem enim, quae posita est in omni enuntiato, acuitur ista vox, de qua nunc potissumum quaeri conclusiva ista particula demonstrat. Id luculente docent tales loci, quales sunt Sophoclis *Oed. Colon.* v. 408.

Οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.

et Euripidis *Hippolyti* v. 1086.

Κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται.

Non tamen hoc ita dictum existumari velim, quasi ego putem semper particulam excipi ab ea voce, quae efferatur. Nam est hoc etiam ita factum, ut sequatur particula, veluti in Aristophanis *Lysistrata* v. 933. dicitur:

Νὴ Δί', ἀπολοίμην ἆρα.

aut alia quadam ratione conformetur oratio, uti in *Avibus* v. 1308.

Οὐκ ἆρα, μὰ Δί', ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἑστάναι.,

quo loco si diceretur *οὐκ ἄρα,* esset hoc, ut supra vidimus, simpliciter reddendum: *Non igitur.* Nunc quom dicatur *οὐκ ἆρα*, hoc est *non igitur*, ut *igitur* maiore pondere decurrat, quasi dicas: *Quae quom ita comparata sint, non hercle nobis adhuc stare convenit.* *Ἆρα* enim, quasi hac particula separatim interroges et hoc modo, quod dicas ab altero confirmari velis, dicitur, ut vel maxume adseveret, non tamen ut tota enuntiatio per interrogationem efferenda sit.

Sic etiam hoc perspicuum erit, quid sit quod ego etiam in iis locis relinquendam hanc particulam existumem, quos multos Hermannus l. l. p. XXIV sqq. aliter constituendos putavit. Non adferam, ne diutius detineam, nisi aliquot huius rei exempla. Ac de Aristophanis quidem *Nub.* v. 1303, ed. Herm. iam supra p. 170. significavi mihi unice probari hanc optumorum librorum, Ravennatis ac Veneti, scripturam, quam Brunckius iam olim reposuisset ex tribus libris Parisiensibus:

Φεύγεις; ἔμελλόν σ' ἆρα κινήσειν ἐγὼ
αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν.

quod esset Latine reddendum: *Fugis? volui te videlicet movere ego etc.* Dicitur enim sic ἄρα adaucta vi sua, quasi haec vox per se constet, ut de tota enuntiatione quaerendo omnem dubitationem tollat, ut si Latine dicas: *Volui te (nonne?) movere ego etc.* Eodemque modo locutum esse Aristophanem eadem pagina existumavi in *Acharnensibus* v. 347. ed. Dind.

Ἐμέλλετ' ἄρ' ἅπαντες ἀνασείειν βοὴν
ὀλίγου τ' ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνήσιοι
καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν.

Dicitur enim etiam in *Vespis* v. 460. eodem plane modo:

Ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ.

Rectissume etiam se habet meo quidem iudicio, quod legitur in Aristophanis *Avibus* v. 1688. ed. Dind.

Ἐς καιρὸν ἄρα κατεκόπησαν οὑτοιΐ
ἐς τοὺς γάμους.

Nam ibi quoque videtur amplificari vis particulae ἄρα, ut hoc dicatur: *Opportuno igitur tempore concisae haece sunt in nuptias*, quod ille dixit sic: *In tempore (nonne?) concisae sunt haece in nuptias.* Coniectura enim ea, quam proposuit G. Hermannus l. l. p. XXVII., qua scribendum putavit:

Ἐς καιρὸν ἄρα πως κατεκόπησαν οὑτοιΐ
ἐς τοὺς γάμους.,

videtur mihi infringi potius vis orationis quam adiuvari verborum intellegentia. Itaque in Euripidis *Andromacha* v. 1084. ed. Herm. credo retineri posse, quod in libris omnibus legitur:

Τῷ δὲ ξιφήρης ἄρ' ὑφειστήκει λόχος
δάφνῃ πυκασθείς.,

ubi G. Hermannus nunc, reiecta priore coniectura sua, scripsit:

Τῷ δὲ ξιφήρης ἀνθυφειστήκει λόχος
δάφνῃ πυκασθείς.

Nec apud Euripidem in *Heraclidis* v. 116 sq. ed. Dind. tam inepta librorum oratio est, quam pronuntiavit idem Hermannus. Quaerit ibi Copreus:

Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε καὶ πόλεως ἄναξ;

Cui quom respondisset chorus:

Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖς Δημοφῶν ὁ Θησέως.,

ille sic loquitur:

> Πρὸς τόνδ᾽ ἀγών τις ἄρα τοῦδε τοῦ λόγου
> μάλιστ᾽ ἂν εἴη· τἄλλα δ᾽ εἴρηται μάτην.,

quibus in verbis etsi dici potuit: *Πρὸς τόνδ᾽ ἂν ἅγων τἄρα τοῦδε τοῦ λόγου*, quod coniecit Hermannus, ut quom certa res esset, de qua quaereretur, certum esset etiam certamen, tamen ineptum non esse videtur, quod habent libri: *ἀγών τις ἄρα τοῦδε τοῦ λόγου*, adponitur enim illud *τίς*, ut ista vox *ἀγὼν* magis universe accipiatur, quem ad modum etiam nos dicamus: *Mit dem möchte also ein Kampf um dieser Sache willen vorzüglich aufzunehmen sein*. Istud autem *ἄρα*, quod praecedit verbis: *τοῦδε τοῦ λόγου*, haec potissumum effert, ut appareat istam vim conclusivam, quae in particula *ἄρα* posita est, maxume ad ea verba pertinere. Quasi si Latine dicas: *Cum hoc certamen quoddam videlicet de hac re maxume suscipiendum fuerit*. Itaque etiam aliis locis sic interposita haec particula est, ut quom per se accipi videatur, multum tamen alacritatis etiam toti enuntiationi adtribuat. Nolo autem plura persequi exempla, quom re ipsa percepta facile reliqui quoque loci recte explicari possint.

Ceterum particula *ἄρα* in interrogatione non negativam per se responsionem elicere studet, sed tantum modo quaerit sitne aliquid rebus ita comparatis. Sic etiam ibi haec particula ponitur, ubi adfirmantem responsionem exspectas, qua de re recte explicavit G. Hermannus ad Vigerum p. 823. ed. tert., exemplis his usus, Euripidis *Alcestid.* v. 341.

> Ἆρά μοι στένειν πάρα;

et v. 771.

> Ἆρα τὸν ξένον
> στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον;

Eodemque modo Latinos simplici particula *ne* usos esse, ubi illud, quod fortius adfirmantem responsionem requireret, *nonne* exspectari posset, idem iam Hermannus adnotavit. Cf. etiam G. Stallbaumius ad Platonis *Eutyphr.* p. 32.

Sic fere particula *ἄρα* ab Atticis scriptoribus, quos auctore Devario potissumum sequimur, usurpata est. Eodemque modo adhiberi eam particulam etiam in indirecta interrogatione constat. Quam rem vix adtingerem, nisi vererer, ne rem admodum frequentem tacitus praetermisisse dicerer. Sic igitur, quod directa oratione dici potuit: *Ἆρ᾽ εἰ μὴ δικαίως πολίτης, οὐ πολίτης, ὡς ταὐτὸ δυναμένου τοῦ τ᾽ ἀδίκου καὶ τοῦ ψευδοῦς*, dixit Aristoteles *Politicorum* lib. III. cap. 1. §. 10. ed. Stahr. indirecta oratione: *Καίτοι καὶ τοῦτό*

τις ἔτι προσαπορήσειεν, ἆρ' εἰ μὴ δικαίως πολίτης, οὐ πολίτης, ὡς ταὐτὸ δυναμένου τοῦ τ' ἀδίκου καὶ τοῦ ψευδοῦς. Nec aliter Plato in *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 29. ed. Bekk. p. 459. ed. H. Steph. locutus est: Νῦν δὲ τόδε πρότερον σκεψώμεθα, ἆρα τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικὸς κτἑ. Posui propterea hos locos, quod Hoogeveenus, qui unus hanc rem adtigit p. 70. ed. Schütz., non satis recte dixit raro admodum sic oblique interrogari, adferens ille etiam Platonis *Phaedon.* p. 70. extrema: Σκεψώμεθα, ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐστί τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι, ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου.

Reliquom est, ut dicam de particula ἆρα, si quando cum aliis particulis ita composita esse videatur, ut eae particulae consociatam quandam significationem in se contineant.

Ac primum quidem componitur ἆρα cum particula γέ, aut interposita alia voce aut etiam coniunctis particulis ἆρα γέ. Quibus de locis explicavit Hartungius vol. I. p. 376 sq. Si interposita alia vox est inter has particulas, facile apparet vim eius vocis intendi atque augeri, ut si nihil aliud, certe illud ita se habere dicatur. Sic in illo Euripidis loco de *Hecuba* v. 725 sq. ed. Herm. *Ἆρα — γέ. et Ἆρά γε.*

> Ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς
> μᾶλλον φρένας τοῦδ' ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς;

ad quem versum hac de re dixit etiam G. Hermannus, addita γὲ particula ad particulam ἆρα, verbum ἐκλογίζομαι ita effertur, ut significet quae loquitur Hecuba, fortasse ab hac quidem interpretandi sua ratione discrepare re vera Agamemnonis mentem, ut ipsa adeo ducta opinione sua quod non sit vereatur, quibus in locis Latini *etiam* aut *adeo* dicunt, nostrates, ut recte observavit Hermannus, *gar*, vel, uti statuit Hartungius, *am Ende*. Est autem in eius modi locis, ut in omni usu particulae γέ, quaedam elliptica ratio dicendi agnoscenda, qua significatur, si nihil aliud, tamen certe hoc, quod inducatur per istam particulam, statuendum esse. Itaque ἐκλογίζομαί γε per se ita explicandum est, ut sit: Nonne omissa re ipsa ego ita interpretor certe. Hoc vero quom loquendi consuetudine ita usitatum esset, ut nemo fere de prima formulae origine cogitaret, deinceps ita usurpari coeptum est, ut particula γὲ de aliqua re potissumum adfirmaretur, omissis ceteris rebus. Sic igitur hoc dicitur etiam in interrogatione: *An interpretor quidem in eam partem mentem eius, ut malevolum esse existumem, qui non*

sit malevolus. Neque enim credo in illo loco, etsi liber Flor. 33. omittat γὲ particulam, scribendum esse: Ἄρ' ἐκλογιζόμεσθα πρὸς τὸ δυσμενὲς κτἑ., quod dubitanter proposuit Hermannus. Nam nisi neglegentia omisit librarius particulam, videtur propterea fecisse, quod parum eius usum perceperat ipse. Sic etiam in Aristophanis *Vespis* v. 4., ubi dicitur:

Ἆρ' οἶσθά γ' οἷον κνώδαλον φυλάττομεν;

magis acuitur verbum οἶσθα eo, quod circumscriptum est particulis ἄρα — γέ, ut sit: *Du weisst wenigstens?* aut Latine: *Scisne certe qualem beluam servemus?* Quod paullo aliter dictum est atque illud, quod apud eundem poetam legitur in *Avibus* v. 668 sq. ed. Dind.

Ἆρά γ' οἶσθ' ὅτι
ἐγὼ διαμηρίζοιμ' ἂν αὐτὴν ἡδέως;

et v. 1220 sq.

Ἀδικεῖς δὲ καὶ νῦν. ἆρά γ' οἶσθα τοῦθ', ὅτι
δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;

Etenim si particula γὲ statim adiungitur ad particulam ἄρα, vis particulae illius pertinet potius ad omnem eam sententiam, quae hoc modo infertur. Significatur enim nos, etiam si de ceteris rebus exquirere iam nolimus, tamen de hac quidem re, de qua iam quaerimus et quam maxume urgemus, velle nobis adfirmari. Ita in illo Xenophontis loco, quem habet Devarius p. 42. ex *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 5. §. 4. Ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα, ἡγησάμενον τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα, ταύτην πρῶτον ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάσασθαι; hoc dicitur: *Nonne (exclusis ceteris rebus) certe oportet quemvis hominem, qui statuerit temperantiam esse virtutis fundamentum, hanc primum in animo sibi parare?* Eodem modo Plato dixit in *Critone* Part. I. vol. II. p. 146 sq. ed. Bekk. p. 44. E. ed. H. Steph. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐχέτω· τάδε δέ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ μοι. Ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, μή, ἐὰν σὺ ἐνθένδε ἐξέλθῃς, οἱ συκοφάνται ἡμῖν πράγματα παρέχωσιν ὡς σὲ ἐνθένδε ἐκκλέψασι, καὶ ἀναγκασθῶμεν ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ συχνὰ χρήματα, ἢ καὶ ἄλλο τι πρὸς τούτοις παθεῖν; quibus verbis hoc volt Crito significare, se istuc quidem certe minume exspectare, propter se et reliquos familiares Socratem cunctari, ne excedat ex carcere. Itaque nos dicamus: *Es ist doch wenigstens nicht die Sorge um mich und deine übrigen*

Freunde? Eadem ratiocinatio facile agnoscitur in verbis Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 2. §. 1. *Τοῦ ἕνεκα, ἔφη, Ὅμηρον οἴει Ἀγαμέμνονα προσαγορεῦσαι ποιμένα λαῶν; ἆρά γε ὅτι ὥσπερ τὸν ποιμένα ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὅπως σῶαί τε ἔσονται αἱ ὄϊες καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἕξουσιν, οὕτω καὶ τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὅπως — τοῦτο ἔσται;* ubi ita dicitur: *Nonne certe propterea, quod etc.*, ut significetur excussis ceteris rebus nihil aliud denique relinqui, nisi hoc, ac de nulla alia re posse illud tantopere adfirmari, quam de hac quidem. Et sic etiam §. 2. Xenophon locutus est eodem modo: *ἆρά γε, ὅτι αἰχμητής τε κρατερὸς ἂν εἴη κτἑ.*

Quom igitur hoc modo particulae *ἆρά γε* certissuma quadam ratione adfirmationem de aliqua re expostularent, factum est, ut saepe in ironia aut acerba certe oratione usurparentur, veluti apud Aristophanem dicitur in *Pluto* v. 546 sq. ed. Dind.

Ἆρά γε πολλῶν
Ἀγαθῶν πᾶσιν τοῖς ἀνθρώποις ἀποφαίνω σ' αἴτιον οὖσαν;

Chremylus enim miserias potius et incommoda paupertatis antea rettulerat. Sic etiam in illo Lycurgi loco *contra Leocratem* §. 119. ed. Bekk. p. 164. ed. H. Steph. *Τί δοκοῦσιν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες; ἆρά γε ὁμοίως ὑμῖν περὶ τῶν ἀδικούντων γινώσκειν, καὶ οὐκ, ἐπειδὴ καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἐδύναντο ὑποχείριον τοῦ προδότου λαβεῖν, τὸ μνημεῖον τοῦ προδότου ἀνελόντες ταῖς ἐνδεχομέναις τιμωρίαις ἐκόλασαν;* eo augetur acerbitas orationis, quod non simplici particula *ἆρα* interrogatur, sed exclusis rebus ceteris hoc unum, de quo interrogatur, effertur addita *γὲ* particula.

De compositis particulis *ἆρ' οὖν* supra iam explicatum est p. 181. nec minus de particulis *ἆρ' οὐ*, quae fortius etiam adfirmationem requirunt, eo, quod qui sic loquitur quasi miratur, si res non ita sese habeat, uti ipsi videatur.

Sequitur ut dicam de particulis *ἆρα μή*, quibus quom maiore vi pronuntietur negatio, hoc potius significatur, nos de ea re quaerere, quam minume cupiamus veram esse, quom tamen nobis aliqua suspicio de ea re suborta fuerit, quam ob rem edoceri velimus rem non ita, quem ad modum vereamur, se habere. Dixit de hoc usu particularum praeter Hoogeveenum p. 62 sq. ed. Schütz. et Hartungium vol. I. p. 454 sq. vol. II. p. 160. etiam G. Hermannus ad Vigerum p. 824. ed. tert. Potuit hoc, ut recte significavit Hermannus, in plerisque locis etiam per simplicem particulam *ἆρα* indicari, sed *ἆρα μὴ* tamen eam interrogationem multo accuratius declarat. Sic in illo Xenophontis loco *Memorabil.* *Ἆρα μή.*

Socratis lib. II. cap. 6. §. 34. Ἐὰν δέ σου προσκατηγορήσω, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτόν, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; si diceretur: ἄρα διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; esset hoc simpliciter reddendum: *wirst du da meinen, dass ich dich verläumde?* Nunc vero hoc dicitur: *Da wirst du (doch) nicht etwa meinen, dass ich dich verläumde?* Sic Sophocles dixit in *Antigona* v. 632. ed. Br.

Ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου, πατρὶ λυσσαίνων πάρει;

ubi recte interpretes comparaverunt *Electrae* v. 446.

Ἆρα μὴ δοκεῖς
λυτήρι' αὐτῇ ταῦτα τοῦ φόνου φέρειν;

ad quem versum etiam G. H. Schaeferus de his particulis commentatus est. In Aeschyli *Septem ad Thebas* v. 208 sqq. ed. Dind. si dicitur:

Τί οὖν; ὁ ναύτης ἆρα μὴ 'ς πρῷραν φυγὼν
πρύμνηθεν εὗρε μηχανὴν σωτηρίας,
νεὼς καμούσης ποντίῳ πρὸς κύματι;

cum acerba irrisione quaerit Aeschylus, num quis nauta fugiens ex puppi in proram umquam invenerit adiumentum salutis. Nos dicamus: *Es hat doch nicht etwa ein Schiffer, der vom Hintertheil auf's Vordertheil floh, Hilfsmittel zur Rettung gefunden?*, dum dubitamus, num umquam hoc factum sit.

Ἀρά ποτε. De ἆρά ποτε non est quod dicam, quom hae particulae plane per sese constent singulae. Idemque habendum est de particulis ἆρα δῆτα, quarum exemplum posuit Hartungius vol. I. p. 308. ex Aristophanis *Equit.* v. 322. ed. Dind.

Ἀλλ' ἆρα. Denique si coniunctae sunt in interrogativa sententia particulae ἀλλ' ἆρα, de quibus et Devarius dixit p. 9 sq. et nos egimus p. 19., primum aliquid opponitur ei, quod antecessit, deinde id, quod opponitur, tamen quodam modo per interrogationem quidem deducitur ex iis, quae antecesserunt, ut ἀλλ' ἆρα, si ad verbum vertas, sit fere: *At itane?* Quod tamen non ita dictum existumari velim, quasi ἆρα hoc interrogativum magnopere in culto sermone praeferat vim illam concludendi, sed haec interrogatio tamen, quom a ratiocinatione primum profecta sit, ita comparata est, ut tenuem illam quidem, at tamen aliquam conclusionis significationem in se contineat. Praeter eos locos, quos posuit Devarius p. 9 sq., in quibus ἀλλ' ἆρά γε ita dictum esset, comparari possunt hi Aristotelis loci ex *Politicis* lib. III.

cap. 2. §. 5. ed. Stahr. Ἀλλ' ἆρα ἔσται τινὸς ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πολίτου τε σπουδαίου καὶ ἀνδρὸς σπουδαίου; et lib. III. cap. 6. §. 2. Ἀλλ' ἆρα τοὺς ἐλάττους δίκαιον ἄρχειν καὶ τοὺς πλουσίους;

Ἀτὰρ et αὐτάρ.

Si verum est, ἀτὰρ nihil esse nisi adtenuatam quandam atque imminutam formam particulae αὐτάρ, de qua re quom et litteris et significatione ipsa vix inter sese hae formae discrepent, non videtur posse dubitari, ἀτάρ, sicuti αὐτάρ, antiquitus hanc habuit vim ac potestatem, ut esset *rursus igitur*. Videtur enim haec particula ex αὖτε et ἄρα composita esse. Mox tamen quom haec dicendi formula saepius usurparetur, factum est, ut, quem ad modum id etiam in simplici particula αὖ usu venit, αὐτὰρ vel ἀτὰρ nihil aliud fere significare videretur nisi *contra*, ut ea voce aliquid opponeretur prioribus, quo modo etiam nos *hinwieder* et Latini *rursus* usurpant. Significavit igitur illud ἀτάρ, quod mansit ex antiquiore lingua etiam in dialecto Attica, denique fere idem, quod particula ἀλλά, quamquam utraque particula alio modo hanc vim nacta est, cum ἀτὰρ interiorem quandam in se connectendi vim habeat propter ἄρα particulam, quam in se continet, ἀλλὰ contra in se non contineat vim copulandi nisi externam et extrinsecus adsumptam, qua de re supra p. 2 sq. explicavimus.

Itaque cum ab omnibus scriptoribus Atticis tum a poetis fere usurpatur externa quidem forma orationis, uti ἀλλὰ particula.

Ac primum quidem ponitur praecedente μὲν particula, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 54 sqq.

> Πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις, ἀτὰρ
> ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά,
> μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκὸς Ὕλλον, εἰ πατρὸς
> νέμοι τιν' ὥραν, τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν;

quo in loco etsi poni potuit etiam ἀλλὰ particula, tamen non prorsus idem sonaret. Haec enim nihil aliud in se contineret, nisi ut significaretur aliud iam priori rei opponi, ἀτὰρ autem alio quodam modo abducit cogitationem nostram a priori re, ut fere sit: *Quid? tu liberis quidem, quos tot habes, abundas, ut igitur ad virum quaerendum non mittis quemquam?* Quamquam interna ista copulandi vis, quae loquendi consuetudine magis magisque evanuit, in aliis locis magis, in aliis minus exstat, tamen in nullo loco particula ἀτὰρ plane idem denotat, quod ἀλλά. Sic enim etiam

in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1044 sqq. ed. Herm., ubi haec verba leguntur:

> Οἶμαι μὲν οὐδέν' ἄλλον ἢ τὸν ἐξ ἀγρῶν,
> ὃν κἀμάτευες πρόσθεν εἰσιδεῖν· ἀτὰρ
> ἥδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι.

ἀτὰρ in se continet quandam conclusionis vim, quae evanesceret, si eius loco ἀλλὰ poneres. Dicitur igitur hoc: *Arbitror quidem non alium me nisi ex agris illum, quem etiam quaerebas antea, conspicari, sed igitur* (aut *sed rebus ita comparatis*) *quae adest Iocasta haec maxume dicat.*

Ἀτὰρ καί. Sic saepe numero praecedente μὲν particula dicitur ἀτὰρ καί, quod ipsum quoque discrepat ab ἀλλὰ καί, sicuti in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 199. ed. Bekk. p. 356. D. ed. H. Steph. dicitur: Ὦ παῖ Ἱππονίκου, ἀεὶ μὲν ἔγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι, ἀτὰρ καὶ νῦν ἐπαινῶ καὶ φιλῶ, ὥστε βουλοίμην ἂν χαρίζεσθαί σοι, εἴ μου δυνατὰ δέοιο., quod est: *at etiam nunc, ut comparata res est, laudo atque amo etc.* cf. eiusdem Platonis *Phaedonem* Part. II. vol. III. p. 9. ed. Bekk. p. 60. D. ed. H. Steph. Καὶ ἄλλοι τινές με ἤδη ἤροντο, ἀτὰρ καὶ Εὐηνὸς πρώην, ὅ.τι ποτε διανοηθεὶς κτἑ., ubi suppressa μὲν particula tamen eodem modo succedit ἀτὰρ καὶ Εὐηνός, quod est: *at igitur etiam Euenus.* Sic ἀτὰρ καὶ recipit etiam eam constructionem, quam pene reliqueras, veluti in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 206 sq. ed. Bekk. p. 340. A. ed. H. Steph. Δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν σέ, ὥσπερ ἔφη Ὅμηρος τὸν Σιμόεντα παρακαλεῖν εἰπόντα —, ἀτὰρ καὶ ἐγὼ σὲ παρακαλῶ κτἑ., ubi poni possent etiam ἀλλὰ καὶ particulae, sed ita interna illa sententiarum coniunctio nulla esset, quae nunc declarata est per particulas ἀτὰρ καί.

Deinde usurpatur ἀτὰρ particula ab Atticis scriptoribus, si quando sermonem eum, qui usque adhuc habitus est, relinquas, uti in Aristophanis *Vespis* v. 13 sqq. dicuntur haec:

> ΞΑΝΘ. Καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαστὸν εἶδον ἀρτίως.
> ΣΩΣ. Κἄγωγ' ἀληθῶς οἷον οὐδεπώποτε.
> Ἀτὰρ σὺ λέξον πρότερος.,

quod Latine dicas: *At tu igitur dic prius.* Neque enim ne in his quidem locis videtur ἀτὰρ plane idem esse quod ἀλλά. Nam etsi prior syllaba contradictionem continet, posterior tamen syllaba, quae nata est a particula ἄρα, respicere nos iubet ad ea, quae antecesserunt. Sic etiam in *Nubibus* v. 688 sq. ed. Herm. dicitur:

> Οὔκουν δικαίως ἥτις οὐ στρατεύεται;
> ἀτὰρ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;

quibus verbis etsi abrumpitur illud, quod usque adhuc actum erat, tamen hoc non sine interna quadam rerum connexione enarratur. Dicit igitur Strepsiades istis verbis: *At quid igitur haec, quae omnes scimus, disco?* Quod si Aristophanes dixisset: Ἀλλὰ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω; externa quidem orationis forma eodem modo constaret, sed interna ista conclusionis vis nulla esset ac simpliciter diceretur: *At quid ego haec — disco?* Eodemque modo in eadem fabula paullo ante hunc locum v. 672 sq. ed. Herm. dicitur:

> Ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο.
> ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν;

quo in loco ipso quoque conclusionis vis apparet. Non enim dicit Strepsiades simpliciter: *At posthac qui me oportet appellare?*, sed potius: *At igitur posthac qui me oportet appellare?* Erat enim ille iis rebus, quae antea explicatae erant, motus, ut hoc diceret. Quae vis particulae eadem est etiam apud scriptores orationis pedestris conspicua, veluti in illo, quod legitur in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 24. ed. Bekk. p. 238. ed. H. Steph. Ἀτάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τι σοί, ὥσπερ ἐμαυτῷ, θεῖον πάθος πεπονθέναι; *At igitur, mi Phaedre, videor quid tibi, sicuti mihi, passus esse divinum?*

Praeterea ἀτὰρ eodem modo, quo ἀλλά, componitur cum aliis particulis, ut consociatam cum his notionem habere videatur. In his locis tamen ipsis quoque ἀτὰρ suam facile vim tuetur, ut conclusiva vis particulae appareat.

Ac primum quidem commemoravit ipse Devarius p. 43. ἀτὰρ — γάρ, quae particulae liberiore quidem ratione compositae inveniuntur in Aristophanis *Acharnensibus* v. 313 sq. Ἀτὰρ—γάρ.

> Ἀτὰρ φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ
> τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;

ut etiam scribi possit, quod fecit G. Dindorfius: Ἀτάρ, φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ, τί ταῦτα κτέ. Sed vide tamen, quae supra explicavimus de simillumo particularum ἀλλὰ — γὰρ usu p. 22 sq.

Quem ad modum porro ἀλλὰ — γέ, sic etiam ἀτὰρ — γὲ coniunctae particulae sunt, ut quod opponeretur prioribus, idem adfirmaretur per particulam γέ, quia hoc certe verum ac firmum esset, veluti quod in Aeschyli *Prometheo* legitur v. 1011. Ἀτὰρ—γέ.

> Ἀτὰρ σφοδρύνει γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι,

ubi effertur verbum σφοδρύνει, quia circumscriptum his

particulis est, aut in illo loco Aristophanis de *Acharnensibus* v. 782 sq.

> Νῦν γε χοῖρος φαίνεται·
> ἀτὰρ ἐκτραφείς γε κύσθος ἔσται.

aut apud Euripidem quod legitur in *Medea* v. 83 sq.

> Ὄλοιτο μὲν μή, δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμός,
> ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται.,

ad quem locum P. Elmsleius alios scaenicorum poetarum locos plures ascripsit p. 82. ed. Lips. Nec aliter dicitur etiam apud Aristophanem in *Pluto* v. 571 sq.

> Ἀλλ' οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδέν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα.
> ἀτὰρ οὐχ ἧττόν γ' οὐδὲν κλαύσει κτέ,

quem locum Devarius ita adtulit, ut ἀτὰρ pro ὅμως positum esse diceret. Est enim hoc potius ita reddendum: *At igitur non minus quidem male te habebis.* Neque enim ἀτὰρ — γὲ plane idem est atque ἀλλὰ — γέ, sed etiam hic ἀτὰρ quandam conclusionis vim in se continet.

Dicitur etiam saepe ἀτὰρ δή, uti ἀλλὰ δή, de qua particularum compositione dixit P. Elmsleius ad Euripidis *Bacchas* v. 516. p. 69. ed. Lips. Adfert ille Euripidis *Troad.* v. 63.

> Μάλιστ' ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν.

et *Cyclop.* v. 84.

> χωρεῖτ' ἀτὰρ δὴ τίνα, πάτερ σπουδὴν ἔχεις;

Res, quom utraque particula suam vim facile tueatur, non eget explicatione.

Ἀτὰρ ὅμως. Eadem vis ac potestas particulae ἀτὰρ durat, si quando oppositio, quam exprimit, eo adaugetur, quod adiungitur particula ὅμως, veluti factum est apud Aristophanem in *Vespis* v. 979 sqq.

> Καταβήσομαι.
> Καίτοι τὸ κατάβα τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ
> ἐξηπάτηκεν. ἀτὰρ ὅμως καταβήσομαι,

quo loco hoc dicitur: *At tamen igitur descendam*, quod est paullo aliter dictum atque illud ἀλλ' ὅμως, de quo diximus supra p. 72 sqq.

Ἀτὰρ Deinde etsi ἀτὰρ per se quandam ratiocinandi vim in se habet, tamen si quando conclusio magis declaranda erat, adiecta est etiam ad hanc particulam, sicuti idem in particula ἀλλὰ factum est, particula οὖν, aut etiam, sicuti ἀλλ' οὖν καί, dictum ἀτὰρ οὖν καί. Apposuit iam Devarius Platonis

de re publica lib. II. vol. III. p. 1, p. 76. ed. Bekk. p. 367 extr. ed. H. Steph. Praeterea conferantur, quae de particulis ἀλλ' οὖν dixit Devarius p. 7. et nos supra adnotavimus p. 16 sq. Ἀτὰρ ἄρα, etsi per se, quom vis conclusionis in ἀτὰρ non tantopere exstet, eodem iure dici potuit, quo dixerunt veteres ἄρα — ἄρα, de quo vidimus supra p. 181., quom praesertim Homerus coniunxerit αὐτὰρ ἄρα, uti in *Iliados* lib. II. v. 103.

Αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ Ἀργειφόντῃ,

tamen videtur ab Atticis scriptoribus non esse usurpatum.

At tamen, uti ἀλλά τοι saepe a Graecis dictum est, sic ab Atticis etiam ἀτάρ τοι usurpatum est, veluti quod apud Euripidem in *Bacchis* v. 515 sqq. ed. Dind. legitur: Ἀτάρ τοι.

Στείχοιμ' ἄν· ὅ, τι γὰρ μὴ χρεών, οὔτοι χρεὼν
παθεῖν· ἀτάρ τοι τῶν ἄποιν' ὑβρισμάτων
μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις·
ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον ἐς δεσμοὺς ἄγεις.,

ubi ἀτάρ τοι non aliter differt ab ἀλλά τοι, de quo supra dictum est p. 68 sqq., atque simplex ἀτὰρ ab ἀλλὰ particula. Ceterum conf. quae G. Hermannus ad laudatum Euripidis locum adnotavit.

Ἄττα.

Haec vox huc non pertinet nisi propterea, quod ab Atticis ad particulam πηνίκα et ὁπηνίκα adiuncta est, ut vim eam, quae esset in hac particula correlativa, magis universam redderet. Id autem quem ad modum factum sit, ostendit G. Hermannus ad *Vigerum* p. 713. ed. tert. Quom enim ἄττα nihil esset nisi ἅτινα, nisi quod vis pronominis non adeo exstaret in breviore hac forma, quae ideo etiam apud Atticos spiritum mutavisse videtur, ut pro ἅττα, ubi vis aut interrogationis aut relationis omnino non tam manifesta esset, diceretur ἄττα, hoc non solum ad substantiva et adiectiva adiectum ita est, ut eo vocabulo significaretur de universo genere dici, veluti quod dicitur apud Platonem in *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 8. ed. Bekk. p. 60. A. ed. H. Steph. Ὡς οὖν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη, ἀνευφήμησέ τε καὶ τοιαῦτ' ἄττα εἶπεν, οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες κτέ., quibus in verbis τοιαῦτ' ἄττα non est simpliciter: τοιαῦτά τινα, sed potius τοιαῦτα ἅτινα, id est, *talia quaecunque fuerunt*, *qualia consuerunt mulieres etc.*, nisi quod istud ἄττα multo levius significat illud, quod ego docendi caussa Latine reddidi per verba *quaecumque fuerunt*. Deinde Ἄττα. P. 44.

etiam ad pronomina interrogativa adiectum illud ἄττα est, veluti apud Homerum in *Odysseae* lib. XIX. v. 218.

Εἰπέ μοι, ὁπποῖ' ἄσσα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.,

quo in loco Hermannus ἅσσα, non mutata tamen ipsa vocis significatione, scribendum putavit, aut in Aeschinis dialogo II. cap. 19. ἢ ἀνάγκη ὁποῖ' ἄττ' ἂν τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε κακὰ εἴτε ἀγαθά, τοιαῦτα διατελεῖν ὄντα αὐτά, vel apud Platonem in *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 54. ed. Bekk. p. 81. ed. H. Steph. εἰς τοιαῦτα ἤθη ὁποῖ' ἄττ' ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ. Sic autem ὁποῖ' ἄττα proprie significat: *qualia quaecumque*, nempe *sunt aut fuerunt aut erunt*. Mox autem loquendi consuetudine quom Graeci non tam genus ac numerum, quam significationem ipsam huius ἄττα, quod rem eam, de qua sermo esset, magis, uti dixi, universam ostenderet, in mente tenerent, factum est, ut istud vocabulum etiam ad ea verba adiiceretur, quae externa quidem orationis forma illud vocabulum minus recipere viderentur. Itaque dictum est etiam ab Aristophane in eo loco, quem ex *Avibus* v. 1514. posuit ipse Devarius, ubi postquam Prometheus dixit:

Ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς.,

Pisthetaerus respondet:

Πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο;

quod proprie est: *Quando, quocumque tempore fuit, periit?* Latine forsitan reddas: *Quando tandem periit?* Id recte sensit, quamquam ille quidem rem non accurate enucleavit, scholiasta Aristophanis, qui ad l. l. haec ascripsit: Ὅτι οὐκ Ἀττικὸν τὸ πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο οὐδὲ ἀρχαϊκὸν οὐδὲ ἀκριβῶν· ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ πότε δῆτα; Παρέλκει γὰρ τὸ ἄττα νῦν. Ἀλόγως γὰρ κεῖται. Οὔτε γὰρ τὸ τινὰ σημαίνει οὔτε τὸ ἅτινα. οὐδὲν γὰρ τούτων ἁρμόζει τῷ πηνίκα. Nec tamen uno hoc loco fecit Aristophanes, sed saepius etiam, ut haec formula in ore Atticorum non adeo rara fuisse videatur. Adferuntur enim praeterea haec Aristophanis fragmenta:

Πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται.

Et:

Ὁπηνίκ' ἄτθ' ὑμεῖς κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι.

Cf. Scholiasta Platonis *Comm.* vol. II. p. 371. ed. Bekk. Harpocratio s. v. Ἄττα p. 54. ed. Mauss. et quos adtulit G. Dindorfius in *Aristoph. fragm.* p. 499. p. 515.

Ceterum etiam in eo Platonis loco, quem postea tractavit Devarius, qui legitur in libro *de re publica* V. Part. III. vol. I. p. 245. ed. Bekk. p. 449. ed. H. Steph. ἄττα proprie nihil est nisi ἅτινα eo, quo supra vidimus, modo. In Demosthenis autem loco *de falsa legatione* §. 304. ed. Bekk., quem Devarius adtulit p. 44. recte nunc scriptum est: Οὐχ ὁ μὲν γράφων τὸ ψήφισμα Εὔβουλος ἦν, ὁ δὲ πρεσβεύων εἰς Πελοπόννησον Αἰσχίνης ουτοσί; ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε ἄττα μέν ποτε διελέχθη καὶ ἐδημηγόρησεν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, ἃ δ' ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, ὑμεῖς οἶδ' ὅτι μέμνησθε πάντες. Neque enim ibi ἄττα dici poterat, quoniam vis pronominis interrogativa magis manifestanda erat, neque scribi: πῶς καὶ ἄττα (vel potius ἅττα) ποτὲ διελέχθη; quod Devarius veterum grammaticorum auctoritate posuerat (cf. Philemon p. 32. Scholiasta Platonis l. l.), quom ἅττα in directa interrogatione hic commodo locum habere non possit, tum Demosthenis quidem libri refragentur omnes.

Ἅ τ ε.

Ἅτε particulam, quae praetermissa est a Devario, eo magis huc vocandam putavi, quod plerique grammatici et lexicographi quandam ponunt huius particulae significationem quasi veram ac primam, quam illa vix umquam habuit apud Atticos scriptores, eam autem vim ac potestatem particulae, quae vera ac primaria est, aut plane omittunt aut quasi secundariam accessionis loco addunt. Ἅτε enim, quod natum est ex pronomine relativo ἅ, τε, eodem modo, quo ἅπερ, aut etiam Latinum *quia*, quae forma pronominis restat etiam in vetere vocabulo Latino *quiapropter*, unde factum est postea *quapropter*, sermone quidem Atticorum est *quatenus*, *quippe*, ut non similitudo ponatur alicuius rei, sed res ipsa. Itaque non nostro *gleichwie*, sed potius ei, quod nos dicimus: *in so ferne*, respondet. Et hac quidem significatione apud scriptores Atticos sane frequentissumum est. Sic Plato in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 38. ed. Bekk. p. 245. ed. H. Steph. dicit: Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον κτέ., quod vertit Cicero in *Tusculanis disputat.* lib. I. cap. 23. §. 53. rectissume: *Solum igitur, quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit.* Et in *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 60. ed. Bekk. p. 85. ed. H. Steph. οὔτε οἱ κύκνοι, ἀλλ' ἅτε, οἶμαι, τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες μαντικοί, τ' εἰσὶ κτέ., quod est: *quippe qui*

Apollinis sint, aut: *quia Apollinis sunt*. Itaque apparet aliud esse, si dicatur ἄτε, aliud, si ὥσπερ ponatur, id quod optume intellegi potest ex eius modi locis, qualis hic est Platonis ex *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 98. ed. Bekk. p. 275. ed. H. Steph. *Τοῖς μὲν οὖν τότε, ἅτε οὐκ οὖσι σοφοῖς ὥσπερ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη δρυὸς καὶ πέτρας ἀκούειν ὑπ' εὐηθείας κτἑ.*, quod est: *Illis igitur, qui tum vivebant, quia non erant sapientes, quem ad modum vos recentiores, satis erat quercum aut saxum audire etc.* Et sic Attici semper istud ἅτε in vera re, non in similitudine ponunt, quod quamquam plerumque, ut in locis, quos supra posuimus, factum est, cum participiis construitur, admisit tamen etiam alias constructiones. Componitur enim etiam cum nomine substantivo, non adposito participio, veluti illud est, quod posuerunt grammatici ex Platonis lib. *de re publica* VIII. Part. III. vol. I. p. 422. ed. Bekk. p. 568. ed. H. Steph. ὅτι αὐτοὺς (τοὺς τῆς τραγῳδίας ποιητὰς) εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς., quod non recte vertit Ficinus: *quod eos in nostram rem publicam non admittimus tamquam tyrannidis probatores.* Est enim *quippe tyrannidis praedicatores*, aut etiam: *quia sunt tyrannidis praedicatores.* Omninoque externa quidem orationis forma omnes eas constructiones admittit, quas particula ὡς, itaque cum genitivis, quos dicunt, absolutis componitur, uti apud Aristotelem *Politicorum* lib. I. cap. 4. §. 5. ed. Stahr. ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος, quod est: *quippe cum nemo plus liceretur.*, aut etiam cum accusativis, veluti apud Platonem in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 97. ed. Bekk. p. 275. ed. H. Steph. *Τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει, μνήμης ἀμελετησίᾳ, ἅτε διὰ πίστιν γραφῆς ἔξωθεν ὑπ' ἀλλοτρίων τύπων οὐκ ἔνδον αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν ἀναμιμνησκομένους.*, ita tamen, ut internam vim suam etiam his in locis servaverit.

Ne quis de ceteris scriptoribus dubitet, commemoro, quoties ἅτε apud Xenophontem legatur — legitur autem apud eum scriptorem saepissume —, non aliam vim esse particulae nisi *quatenus* vel *quippe*, ut in re vera ponatur, veluti in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. *Ὡς δὲ τὰ περιφερόμενα ἧκε πρὸς ἡμᾶς, ἅτε, οἶμαι, ὑστάτους λαμβάνοντας, τὰ σμικρότατα λελειμμένα ἦν.*, et in reliquis locis, quos collegit Ern. Poppo in *Ind.* p. 569. In *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 13. legitur: *Ἐπὶ πολὺ δὲ ἦν τὰ ὑποζύγια, ἅτε διὰ στενῆς τῆς ὁδοῦ πορευόμενα κτἑ.* Et sic in reliquis eius libri locis semper in vera re dicitur, ut recte observavit C. G. Krügerus p. 465. Apud

Thucydidem autem ubi legitur particula ἅτε, eadem ponitur significatione, qua apud reliquos scriptores Atticos. Et lib. quidem IV. cap. 130. haec leguntur: *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μένδην πόλιν, ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν, ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ, ὡς κατὰ κράτος ἑλόντες διήρπασαν.*, ubi quem ad modum ἅτε dictum sit apparet, et lib. VIII. cap. 52. *καὶ ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης, ἅτε περὶ μεγάλων ἀγωνιζόμενος, προθύμως τὸν Τισσαφέρνην θεραπεύων προσέκειτο.*, quo in loco ipso quoque difficilis caussa non est. Nam lib. VII. cap. 24., ubi nunc Imm. Bekkerus ex libro Parisiensi Reg. 1734., libro non bono, edidit: *Ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί, καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ξύμπαντα ἑάλω· ἅτε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν, πολλὰ δὲ καὶ τριηράρχων κτἑ.*, dupliciter leges artis criticae migravit vir clarissumus, primum quod optumorum ac plurumorum librorum scripturae anteposuit lectionem libri deterioris, non indicata via ac ratione, quem ad modum in libros optumos vitiosa, in deteriorem quempiam librum vera scriptura pervenisset: deinde peccavit in eo, quod illud, quod reposuit, ne ei quidem dicendi generi, quo usus Thucydides est, satis convenit. Attici enim scriptores, ut supra diximus, non usurpant hanc particulam nisi in re vera. Itaque non recte fecerunt neque Ern. Poppo ad h. l. neque Augustus Matthiae in *Gramm. Gr. ampl.* p. 1287. ineunte, quod I. Bekkeri rationem non improbaverunt. Facile autem ille Thucydidis locus expediri potest, ut neque librorum optumorum nimium neglegatur auctoritas neque id remaneat in Thucydidis oratione, quod ferri isto loco non possit, ὥστε. Scribendum enim est certissuma coniectura: *Ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί, καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ξύμπαντα ἑάλω· ὥς τε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν κτἑ.* Potest enim etiam Latina oratione ibi dici: *Etenim uti horreo quom uterentur Athenienses moenibus, multae mercatorum merces et frumentum ibi erat etc.* Dicitur enim etiam aliis locis τὲ γὰρ hoc modo a Thucydide et ὥστε, sic, ut volgo sunt interpretati grammatici, locum apud eum scriptorem non habet. De utraque re suo loco explicabitur.

Sic igitur Attici scriptores videntur particula ἅτε constanter usi esse. Quamquam poetae tragici, quom particula ea significatione, qua scriptores Attici usurpabant, videretur omnino a grandiori poeseos genere abhorrere, ipsi autem

reliquorum scriptorum et poetarum sermonem imitari nollent, plane non usi hac particula esse videntur.

De reliquis scriptoribus ut iam dicam, Homerus quidem hac particula usus esse numquam videtur. Nam in *Iliados* lib. XI. v. 779. recte iam Fr. Aug. Wolfius edidit:

Ξείνιά τ' εὖ παρέθηκεν, ἅ, τε ξείνοις θέμις ἐστίν.

et lib. XXII. v. 126 sqq., quod volgo legebatur:

Οὐ μέν πως νῦν ἐστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης
τῷ ὀαριζόμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε,
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιϊν.

K. Lehrsius in egregio libro *De Aristarchi studiis Homericis* p. 163. iure negavit aliter illa verba explicari posse nisi in hunc modum: *cum illo colloqui qualia colloquuntur etc.*, ut etiam hoc loco ἅ, τε rescribendum esse videatur. Nec apud Hesiodum eam particulam haberi video. Herodotus autem, qui saepe usus est hac particula, duplicem tribuit ei particulae significationem, ut et in vera re et in adsimulata et ficta poneret. Itaque quom lib. I. cap. 123. *οὕτω δὴ τῷ Κύρῳ διαιτωμένῳ ἐν Πέρσῃσι βουλόμενος ὁ Ἅρπαγος δηλῶσαι τὴν ἑωυτοῦ γνώμην, ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχε, ἅτε τῶν ὁδῶν φυλασσομένων.*, quod est: *quippe quom viae custodirentur*, eodem capite paullo post scripsit: *Ἀποῤῥάψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα καὶ δίκτυα δούς, ἅτε θηρευτῇ, τῶν οἰκετέων τῷ πιστοτάτῳ, ἀπέστειλε ἐς τοὺς Πέρσας.*, quod est: *quasi venatori*, de eo, qui non esset re vera venator, et sic lib. V. cap. 85. scripsit: *παθόντας δὲ τοῦτο, κτείνειν ἀλλήλους ἅτε πολεμίους κτέ.*, quod est: *quasi hostes*, qui revera non essent hostes, quom paullo ante cap. 83. scripsisset: *ἅτε δὲ ἐόντες διάφοροι, ἐδηλέοντο αὐτούς, ὥστε δὴ θαλασσοκράτορες ἐόντες.*, quod est de vera re dictum.

Quom igitur utroque modo poni posset, tamen hac particula videntur Attici scriptores, ut dixi, in re vera tantum modo usi esse, alii scriptores etiam in re adsimulata, poetae autem, veluti Pindarus et poetae epici recentiores, fere in adferendis similitudinibus frequentasse, quod est Atticorum sermoni contrarium.

Sed tamen ne in his quidem locis ἅτε est idem, quod ὥσπερ vel Latinorum *quem ad modum* aut *veluti*, quibus verbis volgo reddi solet, verum eodem plane modo, quo Latini *quasi* usurpant, Graeci ἅτε in adferenda similitudine ponunt, ut significetur aliquid ea ratione esse aut fieri, qua si sit aut fiat aliud. Ac Pindarus quidem, ut opinio mea fert, numquam ἅτε dixit, ut esset *quippe* aut *quatenus* de re vera,

sed ut Latino *quasi* responderet, in adsimulata re. Prior enim Atticorum ratio videbatur, ut dixi, ab eius poesi aliena esse. Ac de *Olymp.* carm. I. initio, ubi dicitur:

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.,

dubitari plane non potest: est enim *quasi ignis* vel *non minus, quam ignis*: neque de *Olymp.* carm. XII. v. 14. (20.), ubi scriptum est:

Υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν,
ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ, συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν κτέ.

Etiam in *Pyth.* carm. II. v. 79 sq. (v. 144.) apparet aliud esse ἅτε, aliud ὡς, etsi ibi quoque in re adsimulata usurpatur ἅτε. Dicuntur ibi haec:

Ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ἐχοίσας βαθὺ
σκευᾶς ἑτέρας, ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὣς ὑπὲρ ἕρκος, ἅλμας.

Primum enim ἅτε, velut Latinorum *quasi*, spectat ad actionis similitudinem, ὡς autem, quod deinde ponitur, ad ipsum nomen. Hoc tamen non ita dictum existumari velim, quasi ἅτε non possit etiam ipsius nominis similitudinem adferre, quod esset aperte falsum, sed nominis similitudinem ita tamen adfert, ut res magis ad actionem referenda sit. Quo modo paullo post v. 84. (154.) dicitur:

Ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅτ' ἐχθρὸς ἐὼν λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι κτέ.

quod est: *quasi inimicus sim*, ne hoc quidem de vera re. *Pyth.* carm. IV. v. 29 sq. (54 sq.), ubi dicitur:

Φιλίων δ' ἐπέων
ἄρχεται, ξείνοις ἅτ' ἐλθόντεσσιν εὐεργέται
δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.,

est hoc: *Amicis verbis incipit, hospitibus quasi advenientibus reges epulas denuntiant primum.* Nec ambiguum est, quem ad modum in *Nem.* carm. VII. v. 105. (155.) dicatur:

Ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν
ἀπορία τελέθει, τέκνοισιν ἅτε μαψυλάκας, Διὸς Κόρινθος.

In *Isthm.* autem carm. III. (IV.) v. 36. (30.) recte Aug. Boeckhius ex libris rescripsit ὧτε pro volgato ἅτε.

Ita ἅτε apud alios quoque poetas saepe numero usurpatur, veluti quod apud Theognidem legitur v. 964.

Ἔφθην αἰνήσας πρίν σου κατὰ πάντα δαῆναι
ἤθεα· νῦν δ' ἤδη νηῦς ἅθ' ἑκὰς διέχω.,

quod est *quasi navis*, eodemque modo apud recentiores epicos in comparatione similium saepe ponitur ἅτε. Quamquam hi poetae etiam ita videntur posuisse ἅτε, quem ad modum scriptores Attici posuerunt in re vera. Namque illud Nonni, quod Hoogeveenus adtulit p. 78. ed. Schütz., vix potest explicari aliter, nisi hoc modo. Dicitur ibi:

> *Οὐδέ μιν εἴρετο Πέτρος, ἅτε θρασύς, οὐδέ τις αὐτὸν*
> *τολμήσας ἐρέειν.*,

quod non est *quamquam*, ut quidam voluerunt, sed *quippe qui esset audax*.

Ἅτε περ. Denique quem ad modum adaucta vis particulae ὥς est adiecta πέρ particula, sic etiam ἅτε περ dixerunt veteres, quod quem ad modum apud Atticos quidem scriptores discrepet cum ὥσπερ particula, optume ostendit Aristotelis locus *Politicor.* lib. I. cap. I. §. 9. ed. Stahr. ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος καὶ πολέμου ἐπιθυμητής, ἅτε περ ἄζυξ ὢν ὥσπερ ἐν πεττοῖς., quod recte vertit Stahrius: *dieweil er einsam lebt wie . . . . unter den Vögeln*. Nam vix opus est a me commemorari dici a Graecis etiam ἅτε οὖν, ἅτε δή, uti ὡς οὖν, ὡς δή et quae sunt similia. Cf. infra, quae de particulis ὡς, ὥσπερ, ὥστε dicentur suo loco.

Ἀ τ ε χ ν ῶ ς.

Ἀτεχνῶς. P. 44. Quom recte hanc vocem explicaverit omnino Devarius, unum hoc addo, ἀτεχνῶς ut ipsa origine, sic interdum etiam significatione commode posse componi cum Latino *sedulo*, quod fuit antiquo tempore *se dulo*, id est, *sine dolo*. Sic quod legitur apud Aristophanem in *Vespis* v. 328. ed. Dind.

> *Καὶ νῦν ἀτεχνῶς ἐθέλω παρέχειν*
> *ὅ τι βούλει σοι,*
> *πλὴν κωλακρέτου γάλα πίνειν.*,

quod est: *Et nunc sedulo volo praebere quod vis tibi etc.*

Α ὖ.

Αὖ. P. 44 sq. *Αὖ*, quod antiquissumo tempore significavit *retro* aut *retroversus*, quem ad modum id in compositione quidem certe adhuc apud Homerum usurpatum est, veluti in αὐερύω, quod fuerunt qui αὖ ἐρύω scriberent, quia esset proprie *retro trahere* *), *Iliados* lib. I. v. 459.

---

*) Sic αὖ ἐρύω dicitur etiam in vetere epigrammate, quod adtulit Suidas s. v. αὖ.

> *Ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὖ ἐρύσαι.*,

quod antiquom sermonem referre videtur.

Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν κτἑ.,

quamquam qui eo tempore αὐέρυσαν dixit, iam de certa sacrificandi actione cogitabat, ut satis accommodate scribi possit uno verbo αὐερύω —, hoc αὖ igitur, quasi Latinum *rursus*, mox ita usurpatum est, ut diceretur de ea actione, quae iam semel instituta esset et denuo institueretur, quoniam ea res, quasi respicere ad prius tempus videretur *).

Id non solum in eiusdem rei repetitione dictum est, veluti apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 22., ubi postquam narravit Xenophon iam alia sacrificia esse facta, ita pergit: Ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια, ἐκεῖ αὖ καὶ Γῆν ἱλάσκετο χοαῖς καὶ θεοὺς θυσίαις καὶ ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο., sed etiam de ea re, quae nunc fieret, posteaquam alia, quae cum hac componi posset, facta esset, quem ad modum etiam Latini *rursus* usurpare solent. Sic interrogat Creon in Sophoclis *Antigona* v. 1286. ed. Herm.

Τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;

quoniam mala iam antea viderat, ut quod denuo nuntietur malum, quodam modo rursus fieri videatur. Eodem modo in Sophoclis *Philocteta* v. 1078. ed. Herm. dicitur:

Τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ
ἔσται;

ad quem locum vide quae disputavit G. Hermannus. Praeterea conferatur Aristophanis *Acharnens.* v. 321., ubi dicitur:

Οἷος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν.,

non quod ipsa res iam esset facta, sed quoniam similia accidissent, ad quae hoc referri ipsum quoque posset.

Sic evenit, ut particula αὖ, quae proprie *rursus* aliquam rem fieri indicaret, etiam ibi poneretur, ubi aliam particulam, quae continuationem alicuius rei significaret, exspectari posset, uti dicitur: οὐκ αὖ παύσει, et similia, cf. Winkelmannum ad Platonis *Euthydemum* p. 103. οὐκ αὖ, ἔφη, παύσει παραφθεγγόμενος;, qui praeterea hos locos adtulit, Euripidis *Androm.* v. 240.

Οὐκ αὖ σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι;

---

*) Eadem ratio est voculae ἄψ, quae ab eadem radice profecta esse videtur. Ἄψ enim quom proprie *retro* significaret, postea positum est etiam pro αὖ, ut esset *rursus*.

Aristophanis *Vesp.* v. 942.

Οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος;

Rhesi v. 874.

Ὅδ᾽ αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων.

Xenophontis *Conviv.* cap. 4. §. 21. *Καὶ ὃς εἶπεν· οὐ γὰρ αὖ παύσῃ σὺ Κλεινίᾳ μεμνημένος;* Cf. ea, quae supra explicavimus p. 132., nisi quod ibi scribendum fuit: *Wirst du wieder nicht aufhören?* et quae disputavit G. Hermannus ad Euripidis *Andromacham* p. 28.

Hinc porro facile ille usus particulae *αὖ* deduci poterit, si ista relatio, quae indicatur ea particula, non tam in actionis quam in personae aut rei similitudine posita est, ut sit *vicissim, ab altera parte,* ubi Latini etiam saepe numero *rursus* ponunt, nos *andererseits, hinwiederum*, et quae sunt similia. Sic explicandum illud est, quod legitur in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1543.

Ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν
Σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, ὥσπερ σφὼ πατρί,

aut quod dicitur in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 30. Zeun. *Ταῦτα μὲν παρ᾽ ἐμοῦ λέξει· τοῖς δὲ παρ᾽ ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ἐπιστέλλετε ὅ, τι ὑμῖν σύμφορον δοκοίη εἶναι.* Cf. eiusdem *Hellenica* lib. IV. cap. 8. §. 1. *Καὶ ὁ μὲν δὴ κατὰ γῆν πόλεμος οὕτως ἐπολεμεῖτο· ἐν ᾧ δὲ πάντα ταῦτα ἐπράττετο, τὰ κατὰ θάλατταν αὖ καὶ τὰς πρὸς θαλάττῃ πόλεις γενόμενα διηγήσομαι.* Hoc modo quom saepe Attici scriptores particula *αὖ* usi sunt, tum Latini *rursus* aut *rursum* sic adhibuerunt, veluti quod legitur apud M. Tullium *de oratore* lib. I. cap. 24. §. 110. *Vehementer se adsentiri Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret.*, quem ad modum etiam *Tuscul. disput.* lib. I. cap. 17. §. 40. ex libris optumis ac plurumis rescribendum fuit: *ut terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur: reliquae duae partes, una ignea, altera animalis, ut illae superiores in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, sic hae rursum rectis lineis in caelestem locum subvolent etc.* Tum de forma *rursus* cf. eiusdem *disput. Tuscul.* lib. IV. cap. 31. §. 65. *aliaque ratione malevolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus corrigendus.*

Hinc denique factum est, ut *αὖ* ibi poneretur, ubi Latine diceres *contra*, nostra lingua *dagegen*, non quasi haec

ipsa vis particulae sit, sed quem ad modum compositae inter se sententiae sunt, hanc nacta est significationem, veluti in illo Platonis loco lib. *de re publica* IV. Part. III. vol. I. p. 166. ed. Bekk. p. 420. ed. H. Steph. Ὠιήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ (πόλει) μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατιδόντες δὲ κρῖναι ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν., tum *Phaedri* Part. I. vol. I. p. 50. ed. Bekk. p. 251. ed. H. Steph. ὥστε πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυνᾶται· μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν. Itaque per se non improbaverim, quod legebatur olim in Demosthenis oratione *contra Leptinem* §. 78. ed. Bekk. p. 480. ed. Reisk. Ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ, μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδένα ἡγούμενος ὑμῶν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὶ τῶν ὑμετέρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ὑμῶν κἀκείνου, ὑμῖν δ' αὖ ἀπὸ πολλῶν πολλὰ ἐκείνου στρατηγοῦντος., praesertim cum plurumi libri hanc lectionem exhibeant, quamquam nuper aliquot librorum auctoritate deleta illa particula est. Qui libri si constanter omitterent αὖ particulam, facilius Imm. Bekkero adsentirer, sed quom partim correcti in hoc loco sint, eo minus auctoritatis debent habere. Sic etiam Sophocles in *Philocteta* v. 1314 sq. ed. Herm. ait:

ὡς ἂν οὗτος ἥλιος
Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν.

Et hac quidem ratione saepe numero καὶ αὖ, οὐδ' αὖ, ἢ αὖ, τὲ αὖ compositae particulae sunt, quem ad modum legitur apud Thucydidem lib. IV. cap. 87. Οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ' ἂν τάδε πράσσοιμεν, οὐδὲ ὀφείλομεν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ κοινοῦ τινὸς ἀγαθοῦ αἰτίᾳ τοὺς μὴ βουλομένους ἐλευθεροῦν· οὐδ' αὖ ἀρχῆς ἐφιέμεθα κτἑ., aut apud Platonem in *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 21. ed. Bekk. p. 455. B. ed. H. Steph. Οὐδ' ὅταν τειχῶν πέρι οἰκοδομήσεως ἢ λιμένων κατασκευῆς ἢ νεωρίων, ἀλλ' οἱ ἀρχιτέκτονες· οὐδ' αὖ ὅταν στρατηγῶν αἱρέσεως πέρι ἢ τάξεώς τινος πρὸς πολεμίους ἢ χωρίων καταλήψεως συμβουλὴ ᾖ, ἀλλ' οἱ στρατηγοὶ τότε συμβουλεύσουσιν, οἱ ῥητορικοὶ δὲ οὔ. Sic etiam Sophocles dixit in *Electra* v. 899. ed. Herm.

Κἀγὼ μὲν οὐκ ἔδρασα, τοῦτ' ἐπίσταμαι,
οὐδ' αὖ σύ.

Huc pertinet etiam, quod legitur in *Vespis* Aristophanis v. 54 sqq.

Φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον,
ὀλίγ' ἄττ' ἄθ' ὑπειπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί,

videtur prius illud αὖθις revocare nos ad id ipsum, quod antecessit v. 1379 sq.

εἶθ' οὗτος ἐπαναπηδᾷ,
κᾆπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν.,

id autem, quod sequitur, αὖ videtur omnino indicare rem factam repetitum iri, ut magis universe dicatur, quasi dicas: *rursus denuo.* Maiore etiam similium particularum cumulatione dicitur saepe numero αὖθις αὖ πάλιν, veluti Sophocles in *Oedipo Coloneo* v. 1420. ed. Herm. Polynicem facit dicentem:

Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. Πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμι ταὐτὸν εἰσάπαξ τρέσας;

et in *Philocteta* v. 940. ed. Herm. dicitur:

Ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν.,

aut alia particularum collocatione αὖ πάλιν αὖθις, uti in Aristophanis *Nubibus* v. 975. ed. Herm. legitur:

Εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνιστάμενον συμψῆσαι, καὶ προνοεῖσθαι κτἑ.

etsi hunc quidem locum aliter interpretandum existumavit Schützius ad Hoogeveenum p. 88., ut αὖθις pertineret ad ἀνιστάμενον, αὖ πάλιν ad verbum συμψῆσαι. Sed si coniunguntur hae tres particulae, videtur αὖθις, ut supra vidimus, eam rem, a qua proficiscentes repetitionem statuimus, efferre, αὖ contra omnino repetitionem indicare, πάλιν autem, quod ipsum quoque ab loci significatione profectum est, id potissumum sibi velle, ut ad eam, in qua iam fuerimus, condicionem revocetur auditor. Itaque cum dicitur:

πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμι ταὐτὸν εἰσάπαξ τρέσας.,

si volumus aliis verbis uti, hoc dicitur: *Quomodo enim posthac rursus eodem, quo antea, modo exercitum ducam eundem, si semel pertimuero?*

Contra si coniunguntur particulae πάλιν αὖ, pro quo interdum dicitur etiam αὖ πάλιν, priore particula id potissumum, quod ante fuit, quoque id, quod nunc fit, referendum est, indicatur, posteriore autem particula omnino repetitio eiusdem rei aut similis certe significatur. Sic in illo loco, qui legitur apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 26. ed. Zeun. Δοκεῖ μοι τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι καὶ εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι, καὶ πταίσαντα ταχὺ

πῆξαι, καὶ ἀνεθέντα πάλιν αὖ μέγα φρονῆσαι καὶ πάλιν αὖ πράγματα παρασχεῖν., res sese habet. Particula enim πάλιν rem refert ad antecedentia, illud quod sequitur αὖ omnino ad vicissitudinem spectat. Cf. quod ibidem legitur lib. II. cap. 2. §. 28. ed. Zeun. Ἐκ τούτου πάλιν αὖ καὶ σκώμματος ἦρχεν ὁ Κῦρος. Cf. Platonis *Politicum* Part. II. vol. II. p. 253. ed. Bekk. p. 261. A. ed. H. Steph. Οὐκοῦν — τοῦτ' αὐτὸ πάλιν αὖ διαιρεῖν ἀναγκαῖον, εἴ τινα τομὴν ἔτι ἔχομεν ὑπείκουσαν ἐν τούτῳ; De αὖ πάλιν conf. Sophoclis *Trachin.* v. 1078. ed. Herm.

Δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν.

Αὖθις.

Αὖθις, quod difficile dictu est utrum αὖθις an αὖτις scriptum sit ab Atticis, qua de re conf. praeter ea, quae adtulit F. Ellendtus in *Lexic. Sophocl.* p. 258 sq., G. Dindorfius ad Aristophanis *Aves* v. 1326. (vol. II. p. 79. ed. Lips. 1830.), etsi ab eadem origine profectum est, tamen, ut iam supra significavimus, a particula αὖ ita differre videtur, ut magis nos iubeat respicere ad eam rem, unde omnis repetitionis significatio profecta est, quasi nostra lingua dicas αὖ significare *wieder*, αὖθις *hinwieder*. Deinde eodem fere modo usurpatum est αὖθις, quem ad modum αὖ positum esse ostendimus. Quo breviores in hac particula explicanda esse possumus. Nam quem ad modum illa particula, quam primum *retro* significare vidimus, mox in indicanda repetitione eiusdem rei aut similis facti usurpata est, eodem modo etiam αὖθις primum positum est, ita tamen, ut comparatio ipsa duarum rerum, quae fit, ubi αὖ aut αὖθις ponis, magis appareat. Sic in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1420. ed. Herm., ubi dicit Antigona: Αὖθις.

Τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι;

potuit etiam dici: Τί δ' αὖ, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; sed tamen Antigonae miratio magis exstat, si illa dicit: Τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι, quod aptius sic haec coniunguntur cum antecedentibus, ubi iam pene mitigatum animum ostenderat Polynices. In Xenephontis autem *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 7. §. 2. Ἐπειδὴ δὲ ἡ πρώτη τάξις ἔκαμνεν, ἄλλη προσῄει καὶ αὖθις ἄλλη., ubi etiam dici potuit: ἄλλη προσῄει καὶ αὖ ἄλλη, distinctius tamen indicat Xenophon, quo illa repetitionis significatio spectet, quod scripsit αὖθις. Ac sic de reliquis locis statuendum

erit, in quibus αὖθις fere, ut simplex αὖ, usurpatum invenias.

Hinc etiam illud factum esse videtur, quod αὖθις fere ponitur, si in temporis significatione componitur cum aliis adverbiis, qualia sunt πρόσθεν, πρῶτον et id genus alia, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 10. §. 10. Ὡς δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες ἐγγύς τε ὄντας καὶ παρατεταγμένους, αὖθις παιανίσαντες ἐπῄεσαν πολὺ ἔτι προθυμότερον ἢ τὸ πρόσθεν, et ibidem lib. II. cap. 4. §. 5. Ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ᾽ ὁπόθεν ἐπισιτιούμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται κτἑ. Cf. Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. 1. cap. 2. §. 23. Πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται σωφρονήσαντα πρόσθεν, αὖθις μὴ σωφρονεῖν, καὶ δίκαια δυνηθέντα πράττειν, αὖθις ἀδυνατεῖν. et Euripidis *Orest.* v. 907.

ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ᾽ ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ᾽, αὖθίς εἰσι χρήσιμοι
πόλει.

Ita etiam illud accipiendum est, quod adtulit G. Hermannus ad Vigerum p. 782. ed. tert. ex Herodoti lib. VIII. cap. 60. πρῶτα μὲν — αὖτις δέ. Eadem caussa est, si quando simplex αὖθις ita positum invenias, ut praecedenti μὲν respondeat, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 165 sqq. dicitur:

Τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη·
Τοῦτ᾽ αὖθις, ἡνίκ᾽ Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
κἀπεὶ διώλετ᾽, ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι
παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.

Eadem vocis αὖθις significatio videtur etiam effecisse, ut saepe numero ibi poneretur particula, ubi reiecta alia re iam nova induceretur, quasi ante quam esset illa, quae reiecta esset, haec fuisset. Sic in Luciani *Gallo sive somnio* §. 9. Ἐπεὶ δέ τινά φασιν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα οὐχ οἷόν τε εἶναι ξυνδειπνεῖν μεθ᾽ ἡμῶν, σὺ ἀντ᾽ ἐκείνου ἧκε λουσάμενος, ἢν μὴ ὅ γε κληθεὶς αὖθις εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. dicitur et in Sophoclis *Philocteta* v. 82:

δίκαιοι δ᾽ αὖθις ἐκφανούμεθα.,

quasi sic rursus fiat, quod antea fuerit, et in *Oedipo Coloneo* v. 621. ed. Herm.

Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται καὖθις φίλα.,

quoniam τερπνά, prius quam fierent πικρά, videntur sane φίλα fuisse.

Praeterea αὖθις non solum cum particula αὖ, ut vidimus, saepe componebatur per quendam pleonasmum, verum dicebatur etiam αὖθις πάλιν et πάλιν αὖθις. Quod ubi fit quom αὖθις ad eam rem spectet, post quam aliquid fiat, πάλιν magis indicat eandem rem, quae nunc fiat, eodem modo iam antea factam esse, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 341. ed. Herm. quod dicitur:

> Τοιγαροῦν τὸ σὸν φράσον
> αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν.,

aut in *Aiace* v. 298. ed. Herm.

> κἄπειτ' ἐπᾴξας αὖθις ἐς δόμους πάλιν κτέ.

et in Aristophanis *Pluto* v. 858 sq. ed. Dind.

> Διὰ τὸν θεὸν τοῦτον, τὸν ἐσόμενον τυφλὸν
> πάλιν αὖθις, ἤνπερ μὴ 'λλίπωσιν αἱ δίκαι;

Ceterum etiam brevior forma αὖτε videtur ab Atticis poetis non nusquam usurpata esse, si huc referendi sunt ii loci, qualis est Aristophanis in *Lysistrata* v. 66.

> αἱ δ' αὖθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες.

et Sophoclis ex *Trachin.* v. 1006. ed. Herm.

> ἡ δ' αὖθ' ἕρπει.

cf. G. Hermannus ad Vigerum p. 783. ed. tert. et Fr. Ellendt. *Lex. Sophocl.* Vol. I. p. 262.

Rectissume vero ad omnes has particulas, quae dubitari non potest quin ab una radice profectae sint, comparavit Hartungius veterem usum particulae Latinae *autem*, quae ipsa quoque a simili radice nata esse videtur. Sic quod legitur apud Lucretium lib. I. v. 858.

> *At neque recidere ad nihilum res posse neque autem*
> *Crescere de nihilo testor res ante probatas.*

aut apud Plautum in *Milite glorioso* Act. IV. sc. 4. v. 13.

> *Facile istuc quidem est, si et illa volt et ille autem cupit.*

aut illud Terenti *Heautont.* Act. II. sc. 3. v. 10.

> *Quid istuc? quae res te sollicitat autem?*

Nam etiamsi in huius modi locis particula *autem* habet etiam vim adversandi, tamen cum Graecis particulis αὖ, αὖτε, αὖθις comparari recte potest, quod illae quoque particulae interdum non tam repetitionem eiusdem rei, sed oppositionem quandam in repetita actione significant. Huc etiam pertinet

ille locus Terenti ex *Phormionis* act. IV. sc. 4. v. 27 sqq., qui misere corruptus est a veteribus et recentioribus criticis:

Gallina cecinit: interdixit hariolus;
Haruspex vetuit ante brumam autem novi
Negoti incipere, quae caussa est iustissuma.,

quo in loco, quom veteres librarii in genitivo *novi negoti*, quem quo referrent non habuerunt, offendissent, adiecerunt illi pronomen *aliquid*, quod eiecta aut etiam servata *autem* particula postea in Terenti orationem receptum est. Quom tamen antiquissumi libri uno consensu exhiberent: *ante brumam autem novi negoti incipere etc.*, Rich. Bentleius, qua fuit audacia in neglegendis librorum testimoniis, scripsit:

Aruspex vetuit: ante brumam autem novi
Negoti nihil incipere causa est sontica.,

quod est falsissumum. Bene profecto se habet, quod est in libris antiquissumis. Neque enim *autem* particula quinto loco posita poterit quemquam morari, qui est antiqui sermonis gnarus, neque ille genitivus *novi negoti*, qui est referendus ad verbum *incipere*, debet offensioni esse, quia Latini, qui dixerunt *desinere alicuius rei*, poterant eodem iure dicere etiam *incipere alicuius rei*, praesertim quom aliis quoque locis casum genitivum in simili caussa adhibuerint.

Αὐτίκα.

Αὐτίκα. P. 45. *Αὐτίκα*, quod ad pronomen αὐτὸς referendum esse patet, ut id ita dicatur, uti ἡνίκα, τηνίκα et quae sunt similia, rectissume omnino ita interpretatus est Hartungius Vol. I. p. 301. ut diceret Latinis fere formulis: *eo ipso tempore, illico, statim*, respondere.

Quod autem Devarius p. 45. ait probationibus servire hanc particulam, id sane ita se habet, modo teneamus ibi tantum modo huic particulae in exemplis adferendis et probationibus ponendis locum esse, ubi indicare velimus rem non alte petendam nec longe arcessendam esse, quam ob rem recte ipse Devarius deinde dixit, particula αὐτίκα in promptu esse probationem significari, uti in illo loco Aristophanis ex *Pluto* v. 129 sq., ubi hoc dicitur:

Νὴ τὸν οὐρανόν.
αὐτίκα γὰρ ἄρχει διὰ τίν' ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν;

quia non alte volt repetere Chremylus argumentum eius, quod dixit. Eodem modo Graeci etiam εὐθὺς posuerunt, Latine autem interdum *vel* sic dicitur, unde etiam *velut* et *veluti* profectum est. Sic enim locutus est ipse M. Tullius

de oratore lib. II. cap. 70. §. 284. *Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod est praeter exspectationem: cuius sunt innumerabilia exempla, vel Appi maioris illius, qui etc.* et P. Terentius in *Heautont.* Act. IV. sc. 2. v. 1 sqq.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quam invitus facias: vel me haec deambulatio
Quam non laboriosa me ad languorem dedit.

et in *Hecyra* Act. I. sc. 1. v. 1 sqq.

Per pol quam paucis reperias meretricibus
Fidelis evenire amatores, Syra:
Vel hic Pamphilus etc.

Quod Graece dicas: *Αὐτίχ᾽ οὗτος ὁ Πάμφιλος κτἑ.*, nostra lingua: *Gleich dieser Pamphilus u. s. w.* Cf. quae explicavimus in *Quaest. Tull.* lib. I. p. 34 sq.

Inducitur autem particula *αὐτίκα* in eius modi locis per alias quoque particulas, *γάρ, γέ τοι, δή* et quae sunt similes, veluti apud Demosthenem quod legitur p. 1452, 22. *Αὐτίκα γὰρ τὸ μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀδικοῦσιν, ὁρᾶτε ὡς καλὸν τὸ ῥῆμα*, tum apud Lucianum *Bis accusat.* §. 1. vol. II. p. 201. ed. Schmied. *Αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσί, ζευξάμενος τὸ ἅρμα, πανήμερος τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ κτἑ.* Denique cf. Demosthenes *contra Aristog.* §. 29. ed. Bekk. p. 778, 25. ed. Reisk. *Εἰ γάρ τις αὐτίκα δὴ μάλα εἴποι, ὡς ἐκ τῶν νεωτάτων κτἑ.*, quod recte iam explicavit Reiskius. Acuitur enim vis verbi *αὐτίκα* adposito *μάλα*, quem ad modum etiam alias hoc factum est. In illo autem Aristophanis loco de *Avibus* v. 1000., quem ultumo loco posuit Devarius p. 46., duae conflatae constructiones sunt, quod saepissume in particula *γὰρ* factum est, ut sic poeta loqui debuisse videatur: *Αὐτίκα, ὁ ἀὴρ γάρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος κατὰ πνιγέα μάλιστα, προσθεὶς οὖν ἐγὼ τὸν κανόνα κτἑ.*

Deinde dicitur etiam *αὐτίκα — καί*, quasi *ἅμα — καί*, veluti in Demosthenis orat. *contra Euerg. et Mnesib.* §. 65. ed. Bekk. p. 1159, 7. ed. Reisk. *ἀλλ᾽ αὐτίκα ἡ δίκη ἐξετέτιστο καὶ εἶχεν ὁ Θεόφημος τά τε πρόβατα καὶ τὰ ἀνδράποδα καὶ τὰ σκεύη τὰ τῇ προτεραίᾳ περιγενόμενα, καὶ ἄγγελος ἦλθέ μοι λιθοκόπος τις κτἑ.*, quod recte vertit G. H. Schaeferus in *Appar. crit.* vol. V. p. 237. *simulac —, nuntius venit etc.* Ita apud Herodotum aliquoties dicitur etiam *αὐτίκα τε — καί.*

Nam de illa structura orationis, qua *αὐτίκα* eodem modo, quo *ἅμα*, adiectum ad participia est, quo magis significaretur, duo facta ipso temporis puncto, quo fierent, inter se congruere, vix est quod dicam, sicuti apud Herodotum legitur

lib. II. cap. 146. *Διόνυσον λέγουσι οἱ Ἕλληνες ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάψατο Ζεύς.* Cf. ea, quae supra de simili usu particulae *ἅμα* explicavimus p. 97.

Postremo *αὐτίκα*, quod per se *statim* significare supra vidimus, prouti omnis oratio, in qua posita est particula, comparata est, duplicem accepit significationem, ut aut rem eam, quae nunc perciperetur, denotaret aut etiam eam, quae mox futura esset. Quae res quom magnopere inter se discrepare viderentur, adeo fuerunt qui *αὐτίκα* in quibusdam locis ad diversam originem revocarent. Ac primum quidem dicitur *αὐτίκα*, praesertim in talibus locutionibus, qualis est: *ἡ αὐτίκα ἡδονή, τὸ παρ' αὐτίκα φοβερόν*, de re ea, quae nunc quidem praesens sit, sed non maneat, quae quom statim percipiatur, mox nulla sit, qua de re luculente dixit G. Hermannus ad Vigerum p. 783. ed. tert., adferens illa Euripidis *Supplic.* v. 414.

> *Ὁ δ' αὐτίκ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,*
> *εἰσαῦθις ἔβλαψεν,*

ut futuro tempori opponatur. Cf. Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 76. ed. Zeun. *Οὔκουν δεῖ ἀμελεῖν, οὐδ' ἐπὶ τὸ αὐτίκα ἡδὺ προϊέναι.* et Demosthenis orat. *contra Philipp.* II. §. 27. ed. Bekk. p. 72. ed. Reisk. *Οὕτως ἡ παραυτίκα ἡδονὴ καὶ ῥᾳστώνη μεῖζον ἰσχύει τοῦ ποθ' ὕστερον συνοίσειν μέλλοντος.*

Tum autem *αὐτίκα*, quom tantum modo, quod mox esset futurum significaret per sese, huic autem mox aliquid opponeretur, quod commodum fieret, ita usurpatum est, ut quom tempus praesens positum esset, ei autem aliquid, quod instaret, opponendum esset, id significaretur ipsum quoque per idem illud *αὐτίκα*, non quasi *αὐτίκα* idem esset quod *αὖθις* vel *ὕστερον*, sed quoniam quod m o x fit, quom aliud m o d o fiat, pertinet tamen ad tempus futurum. Sic quod legitur apud Platonem *de re publica* lib. IV. Part. III. vol. I. p. 166. ed. Bekk. p. 420. C. ed. H. Steph. *Νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς τιθέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα.*, id est, *Nunc — felicem fingimus — mox contrariam considerabimus.* In eius modi locis quem ad modum intellegendum sit illud *αὐτίκα*, facile apparet. Est enim modestus rei concessae usus. Quamquam etiam ibi, ubi paullo immodestius hoc *αὐτίκα*, quem ad modum apud Latinos posteriore quidem tempore idem in adverbio *mox* factum est, translatum est ad declarandum temporis ordinem, eadem caussa esse videatur, veluti in illis

locis, quos Arati adtulerunt grammatici, ut docerent αὔτικα idem esse quod αὖθις, v. 880. (*Diosem.* v. 148.)

Σκέπτεο δ', ἢ ἀνιόντος, ἢ αὐτίκα δυομένοιο,

quemodo etiam Latine dicas: *aut oriente aut mox occidente sole*, ita tamen ut neque αὐτίκα neque *mox* pristinam vim suam prorsus exuat, et v. 1075 sq. (*Diosem.* v. 343 sq.)

Χαίρει καὶ γεράνων ἀγέλαις ὡραῖος ἀροτρεὺς
ὥριον ἐρχομέναις· ὁ δ' ἀώριος αὐτίκα μᾶλλον.

Nam ne hoc quidem loco credo ego αὐτίκα idem esse quod αὖθις, sed inest ibi quoque temporis instantis significatio in illa voce.

Αὐτός.

Pronomen αὐτός, quod dubitari non potest quin ab αὖ particula profectum sit adiuncta pronominis demonstrativi significatione, per se nihil aliud significat nisi *rursus* de eo, qui aut commemoratus antea est aut, ut omnis oratio comparata est, necessario est intellegendus, dici. Id quom saepe numero ita fieret, ut quia alius personae, quo id, quod diceretur, referri posset, mentio nulla facta esset, sine ulla oppositione is, de quo sermo fuisset, eo pronomine significaretur, facile evenit, ut hoc pronomen fortiorem istam, quam ab initio habuit, distinguendi vim ac potestatem omitteret ac tantum modo significaret, quem ad modum quod diceretur ad certam quandam personam referendum esset. Quod quom ita esset, neque casus nominativus eius pronominis poni poterat, quod personae significatio, nisi si quid cum oppositione quadam esset efferendum, iam in ipsa verbi forma continebatur, neque ceteri pronominis casus, qui propterea, quod relatio quae fieret significanda erat, dicendi consuetudine retinebantur, non poterant obtinere nisi secundas quasdam partes in oratione, ut neque primo enuntiati loco ponerentur et in media sententia ita tamen semper delitescerent, ut non magnopere exstarent ipsi. Et hac quidem de re amplius dicendum non est.

Quoties autem pronomen αὐτὸς servata prima ac naturali significatione sua ponebatur, neque casum nominativum neque conspicuum in oratione locum repudiabat, nec sine maiore quadam oppositionis aut tacitae aut expressae significatione dicebatur, uti recte observavit Dunarius p. 47. Eademque oppositionis ratio etiam tum intellegitur, si quando

paullo difficilior inventu esse videatur, veluti in Aristophanis *Pluto* v. 924.

> Οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
> τὸν Πλοῦτον αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

id est, non simile quoddam Pluti aut quod esset eius loco, sed ipsum Plutum. Et sic in reliquis, quos Devarius posuit, locis res se habet. Etenim in eo Homeri loco, quem adtulit ex *Iliados* lib. XIII. v. 3., ipse rem obscuravit Devarius, quod secundum, qui huc maxumopere facit, versum non ascripsit. Leguntur enim ibi haec verba:

> Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσεν,
> τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζὺν
> νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ κτέ.,

quo in loco propterea maiore oppositionis vi per pronomen αὐτὸς significatur Iuppiter, quod postquam de eo dictum erat, quod statuisset de Troianis et Hectore ille, v. 2. narratur, hos quidem reliquisse Iovem, ipsum autem iam retrorsum oculos vertisse, ut hic quidem locus non discrepet ab illo Aristophanis versu de *Ranis* 22.

> Αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τοῦτον δ' ὀχῶ.

Si quando, id quod raro factum est, res quidem ipsa, quae per pronomen αὐτὸς hoc modo denotatur, posita non est, ut in illo Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα, debet omnis orationis ratio ita comparata esse, ut per se quis dicatur appareat, veluti si discipulus de magistro suo αὐτὸς dicit, ut quod expressit Aristophanis in *Nub.* v. 220 sq., ubi dicit Strepsiades:

> Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

respondet discipulus:

> Αὐτός. ΣΤΡΕΨ. Τίς αὐτός; ΜΑΘ. Σωκράτης.

Sed ea, quam habet hoc pronomen, oppositionis significatione multis locis Graeci ita usi sunt, ut quae nobis adverbiis quibusdam aut aliis particulis reddenda esse videantur, eo ipso pronomine significarint, qua de re quom et G. Hermannus singularem dissertationem conscripserit, quae est inserta eius *Opuscul.* vol. I. p. 308—342., et Aug. Matthiae in *Gr. gr. ampl.* §. 467. inde a p. 866 sqq. aliique grammatici nostro tempore copiose commentati sint, non est necesse uberius a nobis dici hoc loco.

Est enim horum locorum omnium una explicatio, etsi, prout comparata oratio est, diversissumae res hoc pronomine significantur.

Ponamus primum id, quod patet longissime, si quando in narratione aliqua res pro potiore accipitur, eaque per pronomen *αὐτὸς* significatur, ut ceterae res, quae non esse ipsae esse videantur, de quibus dicatur, quasi accessionis loco sint: quibus in locis perinde est, utrum res, quae accessionis loco sit, antea nominata sit an post nominetur. Ac saepe etiam in eius modi locis factum est, ut alicuius hominis pars pro potiore haberetur eaque diceretur pronomine *αὐτός*, ceterae ponerentur quasi accessionis loco, sic in illo Homeri versu *Iliados* lib. I. v. 3.

> *Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν*
> *ἡρώων· αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν κτέ.*

aut alio quodam modo *Odysseae* lib. XI. v. 601 sqq.

> *Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην,*
> *εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν*
> *τέρπεται ἐν θαλίῃς κτέ.*,

tum si res, quas quis habet, ipsi homini opponuntur, veluti in *Iliados* lib. I. v. 46.

> *Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,*
> *αὐτοῦ κινηθέντος.*

et quae sunt similia. Ordine inverso *Iliados* lib. V. v. 460. dicitur:

> *Ὣς εἰπὼν, αὐτὸς μὲν ἐφέζετο Περγάμῳ ἄκρῃ·*
> *Τρῳὰς δὲ στίχας οὖλος Ἄρης ὤτρυνε μετελθὼν κτέ.*

et ibidem lib. VI. v. 4.

> *Αὐτὸς δέ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἄκουον.*

Eadem distinctionis ratio quaerenda est etiam ibi, ubi res paullo obscurior est, veluti in illo loco, quem posuit Hermannus l. c. p. 311. ex Homeri *Odysseae* lib. VI. v. 327 sq.

> *Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη.*
> *αὐτῷ δ' οὔπω φαίνετ' ἐναντίη.*,

ubi propterea ponitur *αὐτῷ* in principio sententiae, quod preces eius hominis ipsi homini opponuntur, quamquam preces ipsae tantum eo significatae sunt, quod eum audivisse orantem Pallas dicitur.

Hinc etiam explicandi illi loci sunt, quos Hermannus l. l. num. VI. tractavit p. 316 sqq., in quibus pronomen *αὐτὸς* *hic* significare putatur, re vera tamen nihil nisi *ipse* est. Nam in his quoque locis ea res, quae quum potissima esse videatur, discernitur a ceteris rebus, *αὐτὴ* (*ipsa*) dicitur,

quasi ea una sit, de qua dicendum sit, ceteras res tantum modo accessionis loco ponantur. In quibus locis ideo prima pronominis *αὐτὸς* significatio videtur obscurata esse, quod illa unius rei a ceteris distinctio non tantopere exstat, et tum demum agnoscitur, si accuratius in totius loci naturam inquiras. Etenim mente eius, qui loquitur, semper illa res ita comprehensa erat, ut ea ipsa ei esse videretur, ceterae ea quidem ratione, qua loquitur ipse, posthaberentur. Et multis quidem locis distinctio ipsa satis declarata est, uti in primo loco, quem posuit Hermannus ex *Iliados* lib. III. v. 281 sqq.

Εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ,
αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω καὶ κτήματα πάντα,
ἡμεῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα ποντοπόροισιν κτἑ.

quo in loco ideo Alexander dicitur *αὐτός*, quod ipse est, qui interfecerit, ei autem mox opponuntur omnes Argivi, cum dicitur: *ἡμεῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα κτἑ.* Et sic etiam *Iliados* lib. VII. p. 285. dicitur:

Ἰδαῖ', Ἕκτορι ταῦτα κελεύετε μυθήσασθαι·
αὐτὸς γὰρ χάρμῃ προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους.,

Hectori enim haec edicenda videntur, quod ipse est, qui provocaverit, itaque ceteri quoque Homeri loci enucleandi sunt. Eodemque modo etiam Attici scriptores interdum locuti sunt, de quibus instituto nostro iam explanatius dicendum est. Nam quae verba Aeschylus posuit in *Prometheo* v. 439 sqq., ea mihi videntur ita interpungenda esse:

Καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ 'γὼ παντελῶς διώρισεν;
ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
ὑμῖν λέγοιμι· τὰν βροτοῖς δὲ πήματα
ἀκούσαθ', ὥς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.

Dicitur enim ibi quoque *αὐτὰ* ita, ut *ipsa* vertendum sit, sicuti etiam Latine interdum simpliciter *ipse* dicitur, quoniam qualis sub eo nomine intellegendus sit apparet ex omni orationis complexu. Propterea autem Aeschylus *αὐτὰ* ea dixit, quod cogitavit iam de iis, quae vellet opponere: *τὰν βροτοῖς δὲ πήματα ἀκούσατε*, ut hoc dicatur: *Sed ipsa*, id est, de quibus nunc dico, *tacebo*, *quae autem in mortalibus sunt, audite* etc. Hoc pronomen saepissime ab Atticis ita usurpatum est, ubi ex sequentibus apparet, quem ad modum accipiendum sit, quod primum simpliciter *ipsum* dicitur, quem ad modum etiam Latini saepe numero dixerunt: *ipse*, qui, et quae sunt similia, quibus in locis et pronomen *αὐτὸς*

et Latinorum ipse facile tuentur significationem suam. Sic explicanda sunt illa Platonis ex *Lyside* Part. I. vol. I. p. 110. ed. Bekk. p. 204. A. ed. H. Steph. *Αὐτοῦ πρώτου ἡδέως ἀκούσαιμ᾽ ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι καὶ τίς ὁ καλός.* et eiusd. *de re publ.* lib. II. Part. III. vol. I. p. 67. ed. Bekk. p. 362. D. ed. H. Steph. *αὐτό, ἦ δ᾽ ὅς, οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι.*, Demosthenis orat. *de corona* §. 120. ed. Bekk. p. 270, 19. ed. Reisk. *Ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω, ἀπ᾽ αὐτῶν δέ, ὧν αὐτὸς βεβίωκεν, ἄρξομαι.*, quo in loco Latine dicas: *Haec quidem relinquam, ab ipsis, quae ipse in vita vidit, ordiar.*

Sic etiam ille Platonis locus *Theag.* Part. II. vol. III. p. 264. ed. Bekk. p. 123. D. ed. H. Steph. tutandus erit, in quo quom et editi et scripti libri omnes haberent: *Ἆρ᾽ οὐκ αὐτὴ ἣ πλοίων ἐπιστάμεθα ἄρχειν;* Imm. Bekkerus ex unius libri correctione scripsit: *Ἆρ᾽ οὐχ αὕτη ἣ πλοίων ἐπιστάμεθα ἄρχειν.* Nam quoniam iam de arte gubernatoria dixerat, poterat alteram artem, quae in simili causa versaretur, hoc modo inferre, ut eam ipsam diceret, quippe quae proxuma esset ei arti, quam modo commemorasset.

Huc pertinent etiam ii loci, in quibus *αὐτὸς* sol, adeo, *statim* significare dicitur, de quibus locis dixit Hermannus l. l. num. III. p. 311 sqq. Etenim in eius modi locis propterea dicitur aliquid *αὐτὸ* (ipsum), quod praesenti oratio nostra comparata est aut quale omnino est illud, de quo dicitur, illud videtur potissumum esse, de quo dici aut cogitari possit, veluti in illo Homeri loco *Iliados* lib. VI. v. 450 sqq.

Ἀλλ᾽ οὔ μοι Τρώων τόσσον μέλει ἄλγος ὀπίσσω,
οὔτ᾽ αὐτῆς Ἑκάβης, οὔτε Πριάμοιο ἄνακτος,
οὔτε κασιγνήτων.

Ex eodem fonte manavit etiam ille pronominis *αὐτὸς* usus, si quando *sponte, solus, familiariter* significare dicitur, quibus de locis explicavit Hermannus num. IV. p. 313 sqq. Adferunt *Iliados* lib. XVII. v. 254.

Ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, νεμεσιζέσθω δ᾽ ἐνὶ θυμῷ.

Eodem modo saepe numero etiam Attici scriptores locuti sunt, veluti Lysias in *oratione funebri* §. 22. ed. Bekk. p. 192. ed. H. Steph. *Ἔτι δ᾽ αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων ἔργων περὶ τῆς πόλεως τοιαύτη δόξα παρειστήκει, ὡς εἰ μὲν πρότερον ἐπ᾽ ἄλλην πόλιν ἴασιν, ἐκείνοις καὶ Ἀθηναίοις πολεμήσουσιν· αὐτοὶ γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις ἥξουσι βοηθήσοντες κτέ.* Sic enim ex libro Florentino

primo, qui est omnium optumus, scribendum esse pro volgato: *προθύμως γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις ἥξουσι βοηθήσοντες.*, videor mihi demonstrasse in *Quaest. critt.* lib. I. p. 16 sq. cf. Platonis *Alcibiad.* II. Part. I. vol. II. p. 271 sq. ed. Bekk. p. 138. ed. H. Steph. *οὐκοῦν δοκεῖ σοὶ πολλῆς προμηθείας γε προσδεῖσθαι, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μεγάλα κακά, δοκῶν δ' ἀγαθά, οἱ δὲ θεοὶ τύχωσιν ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει, ἐν ᾗ διδόασιν αὐτοὶ ἅ τις εὐχόμενος τυγχάνει,* quem locum a Ph. Buttmanno vindicavi l. c. p. 24 sq. Et in his quidem locis fere *sponte* reddas Latine, nec alia ratio est distinctionis, si *αὐτὸς solus* significare putatur, veluti in *Iliados* lib. VII. v. 99.

Τυδείδης δ', αὐτός περ ἐών, προμάχοισιν ἐμίχθη.,

quo modo etiam Attici scriptores saepe locuti sunt, veluti Xenophon in *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 14. §. 3. dixit: *ἄνευ τοῦ σίτου τὸ ὄψον αὐτὸ ἐσθίειν.* Cf. eiusdem *Expeditionem Cyri* lib. II. cap. 3. §. 7. *ὁ δ' ἠρώτα, εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο τοῖς ἰοῦσι ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί,* et quae ad eum locum adnotavit Krügerus. Denique quod dicitur: *αὐτοί ἐσμεν,* id eodem referendum est. Neque enim tum, si alieniores una nobiscum sunt, videmur nobis eodem modo ipsi esse, quo si soli sumus exclusis ceteris. Sic in Platonis *Parmenide* Part. I. vol. II. p. 24. ed. Bekk. p. 137. A. ed. H. Steph. dicitur: *ὅμως δὲ δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ζήνων λέγει, αὐτοί ἐσμεν.*, aut in Xenophontis *Convivio* cap. 4. §. 25. *Καίτοι νὴ τοὺς θεούς, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ μοί γε, ἔφη, ὡς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι, οὗτος καὶ πεφιληκέναι τὸν Κλεινίαν.*

Haec erant quae de pronomine *αὐτὸς* huc pertinere viderentur, cetera, modo quis inquirat personarum, quam posuimus, distinctionem, facile sponte intellegentur. De adverbio *αὕτως* sive *αὔτως* conferantur, quae praeter G. Hermannum l. l. p. 338 sqq. nuper disputavit I. A. Hartungius vol. II. p. 6 sq.

Ἄχρι et μέχρι.

Ἄχρι et μέχρι. P. 47 sq.

Quae voces plerumque in hac particularum doctrina componi solent, *ἄχρι* et *μέχρι*, eae cum origine ipsa tum usu et loquendi consuetudine aliquantulum inter se differre videntur. Neque enim quisquam hodie putabit verum esse, quod statuerunt olim grammatici Eustathium ad Homerum p. 1062, 52. secuti, *ἄχρι* ex *μέχρι* ita natum esse, ut

obiecta μ littera ε vocalis mutaretur in α, nec omnino diversam esse utriusque particulae vim ac potestatem. Namque hoc vere nostro tempore viderunt lexicographi, quem ad modum ἄχρι cognatum esse videretur cum verbis ἀκὴ et ἄκρος, ita μέχρι pertinere ad istas orationis formas, quales sunt μῆκος, μακρὸς etc. Ex hac autem origine singulae eae particulae, etsi eodem prorsus modo a verbis primitivis suis deductae sunt, disparem tamen vim ac potestatem traxerunt, quom altera particula spatium illud, quoad aliquid pertinere diceretur, metiretur ex altitudine, altera vero ex longitudine. Quae significationis diversitas, quamquam utraque particula, quom primum de loco usurparetur, mox etiam ad temporis aliarumque multarum rerum significationem translata est, tamen etiam in his translationibus quodam modo mansisse videtur. Etenim in his quoque locis, si ponas ἄχρι, ipso verbo magis altitudinem, ad quam rem aliquam adductam dicas, spectare videare, si μέχρι, longitudinem. Quo modo etiam illud factum esse videtur, ut ab antiquioribus quidem certe scriptoribus saepius μέχρι in cotidiani sermonis formulis usurpatum invenias, quam ἄχρι. Facilius enim in plurumis locis a longitudine petas orationis imaginem quam ab altitudine. Sed dicam de altera particula prius.

Ἄχρι enim quom primum id significaret, quod esset aut fieret in alicuius rei summa parte aut extremitate, quem ad modum Homerus aliquoties particulam posuit, cf. Iliados lib. IV. v. 522. lib. XVII. v. 599., deinde ita usurpari coeptum est, ut significaret aliquam rem usque ad alteram ita continuari, ut, quasi ad quandam altitudinem, ad illam adsurgere videretur: quam vocabuli significationem videmus esse semper servatam, non ita quidem, ut re vera de aliqua altitudine, in quam quid escendisse videretur, cogitaretur, sed ut tamen aliquam eius rei similitudinem caussa prae se ferret. Itaque alia similitudinis forma est, si dicas: ἄχρι πρὸς τὰ ὄρη, alia, si dicas: μέχρι πρὸς τὰ ὄρη. Illud enim, si proprie velis reddere, est: *bis hinan zu den Bergen*, hoc autem: *bis hin zu den Bergen*. Sed, ut dixi iam supra, hoc discrimen non mansit in ipsa re, sed tantum modo in orationis forma, ut de eadem re modo μέχρι, modo ἄχρι usurpatum sit, prouti qui loquitur similitudinem illam animo conceperit. Sic quod de loco dixit Lucianus in *Veris historiis* lib. 1. §. 17: Καὶ ἐπεξῆλθον οἱ ἀεροκώνωπες διώκοντες ἄχρι πρὸς τοὺς πεζούς., quod nostra lingua vertas: *sie drangen vor bis hinan zu den Fussoldaten*, id dici etiam potuit: μέχρι πρὸς τοὺς πεζούς., quod esset: *Sie drangen*

vor bis hin zu den Fusssoldaten. Vix enim sententia mutatur, sed alia similitudinis ratio est, cui omnis hic particularum usus subiectus est. Hinc etiam usu venire videtur, ut multis in locis librorum partim ἄχρι exhibeant, alii autem μέχρι. Sic apud eundem Lucianum *dial. mort.* XXVII. §. 7. quom volgo legeretur: ὁ δὲ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον, ἐγὼ δὲ ἐγέλων., ego ex libris Gorlicensi et Paris. 3011. rescripsi: ἐκόμισε μέχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον, libris optumis obsecutus, non quod existumarem alterum dici isto loco non potuisse, sed quia commodius scriptor orationis similitudinem in eo loco a longitudine, quam ab altitudine petivisse videretur. Interdum videntur scriptores ipsi de industria variasse orationem, modo ἄχρι, modo μέχρι ponentes, quem ad modum Xenophon in *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 4. §. 4. scripsit: Μέχρι ἐνταῦθα ἐπέζευσεν ἡ στρατιά. Πλῆθος τῆς καταβάσεως τῆς ὁδοῦ ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι μάχης ἄχρι εἰς Κοτύωρα σταθμοὶ ἑκατὸν εἴκοσι δύο κτἑ. Saepe etiam genitivus casus suspensus est ab hac particula, quae etiam praepositionis instar usurpatur, veluti de loco dicitur a Luciano in *Veris historiis* lib. I. §. 7. Ἄχρι τούτων Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο., aut de persona ab eodem scriptore in *Dial. mort.* XI. §. 7. Οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν ἕξομεν κἀνταῦθα τὸν πλοῦτον, οἱ δὲ ὀβολὸν ἥξουσι κομίζοντες καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως., qua de re hic non est dicendi locus.

Saepe porro de tempore usurpata est particula ἄχρι, saepius etiam μέχρι, quibus in locis fere idem discrimen solet esse, veluti quod dicitur in *Odyssea* lib. XVIII. v. 370. νήστιες ἄχρι μάλα κνέφαος., quod est: *bis tief herauf in die Nacht*, aut quod apud Demosthenem dicitur in oratione *contra Philippum* tertia §. 28. ed. Bekk. p. 118. ed. Reisk. Καὶ ταῦθ᾽ ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἅπαντες καὶ ἀκούοντες οὐ πέμπομεν πρέσβεις πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀγανακτοῦμεν, οὕτω δὲ κακῶς διακείμεθα καὶ διορωρύγμεθα κατὰ πόλεις, ὥστ᾽ ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδὲν οὔτε τῶν συμφερόντων οὔτε τῶν δεόντων πρᾶξαι δυνάμεθα οὐδὲ συστῆναι κτἑ., quod est paullo aliter dictum ac si Demosthenes scripsisset: ὥστε μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας. Illud enim est: *bis herauf zu dem heutigen Tage*, aut: *bis auf heutigen Tag*, alterum esset simpliciter: *bis zu dem heutigen Tage.* Sed res tamen ita comparata est, ut in his locis fere alterutra particula poni queat. Eodemque modo ἄχρι νῦν et μέχρι νῦν et quae sunt similia dicuntur.

Deinde ἄχρι etiam de aliis rebus dicitur ad significandum modum, ad quem usque aliqua res fiat, quibus in locis

idem discrimen, de quo supra diximus, inter *μέχρι* et *ἄχρι* intercessisse videtur. Sic Demosthenes in oratione, quae est de *Rebus Cherson.* §. 77. ed. Bekk. p. 109, 11. ed. Reisk. locutus est: *Εἰ μέντοι καθεδεῖσθε ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες, ἐὰν δὲ δέῃ τι ποιεῖν ἀναδυόμενοι, οὐχ ὁρῶ λόγον ὅστις ἄνευ τοῦ ποιεῖν ὑμᾶς ἃ προσήκει δυνήσεται τὴν πόλιν σῶσαι.*, et idem dixit in oratione *contra Aristocr.* §. 122. ed. Bekk. p. 660 extrema ed. Reisk. *ἀλλ' ἄχρι τούτου καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρὴ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντες.*, quibus in locis finis, ad quem aliqua res pervenire aut potius ascendere videatur, definitur: quod contra si diceretur: *μέχρι τούτου*, non tam ascendere res, sed extendi potius usque ad aliquem finem videretur. Sed, ut dixi, res plerumque in eius, qui loquitur, arbitrio posita est.

Notae sunt etiam formulae *ἄχρι οὗ*, *ἄχρι του* aut *ἄχρι τινός*; *ἄχρι τοῦδε* et quae sunt his similes locutiones, quae iam difficiles non erunt ad explicandum. Sic quod legitur apud Herodotum lib. I. cap. 117. *Παραδίδωμι μέντοι τῷδε κατὰ τάδε, ἐντειλάμενος θεῖναί μιν ἐς ἐρῆμον οὖρος, καὶ παραμένοντα φυλάσσειν ἄχρι οὗ τελευτήσει*, aut apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 4. §. 16. ed. Zeun. *Καὶ ὁ μὲν Ἀσσύριος διώξας, ἄχρι οὗ ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι, ἀπετράπετο.*, quibus in locis si *μέχρι οὗ* dictum esset, quod saepe sic dicitur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 7. §. 6. legitur: *Ἀλλ' ἔστι μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, ἡ ἀρχὴ ἡ πατρῴα πρὸς μὲν μεσημβρίαν μέχρι οὗ διὰ καῦμα οὐ δύνανται οἰκεῖν οἱ ἄνθρωποι· πρὸς δὲ ἄρκτον μέχρι ὅτου διὰ χειμῶνα κτέ.*, res quidem eadem esset, sed tamen orationis imago paullo aliter comparata. Eadem caussa est etiam formulae *ἄχρι τοῦδε*, qua in formula minume *χρόνου* supplendum est, uti voluit Devarius p. 48., sed pronomen per se satis constat. *Ἄχρι οὗ, ἄχρι του, ἄχρι τοῦδε.*

Denique vox *ἄχρι* non adposita alia voce pro coniunctione ita usurpata est, ut plane quasi particula condicionalis aut temporalis construeretur, veluti in Luciani *Toxar.* §. 34. dicitur: *τοὺς λόγους —, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν μηδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντιφίλου δέ, καὶ δακρύων καὶ προσέτι καὶ ἱκετεύων καὶ τὸ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεξόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος ἀμφοτέρους ἀφίησιν αὐτούς.*, eodemque modo adiuncta etiam *δὴ* particula legitur in eodem libello §. 43. *ἄχρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκεῖνον ἡμιθνῆτα ἤδη ἐπὶ τὸν Βελίτταν ἀπεστράφη καὶ συμπλακεὶς ἀπέκτεινε κἀκεῖνον.* In his locis *ἄχρι* dicitur etiam adiecta particula *ἂν*

eodem iure, quo ceterae huius modi particulae, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 3. §. 2. Ἐπεὶ δ' ἀπήγγειλαν οἱ προφύλακες, Κλέαρχος, τυχὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν, εἶπε τοῖς προφύλαξι κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν ἄχρι ἂν σχολάσῃ., quod ita differt ab eo, quod paullo post dicitur §. 7., μέχρι ἂν βασιλεῖ τὰ παρ' ὑμῶν διαγγελθῇ., uti ἄχρι et μέχρι inter se differre vidimus. In huius modi locis etiam ἄχρι, sicuti μέχρι, sine ἂν particula cum coniunctivo componi posse, etiam si id, ut res ipsa fert, non factum est nisi raro, ceterasque similium particularum constructiones admittere, vix est quod dicam. Conf. praeterea quae exposuit G. Hermannus de ἂν particula lib. II. cap. 9. p. 112.

Praeterea quod adtulit Devarius p. 48. e Sexti Emp. Πυῤῥων. ὑποτυπώσ. lib. II. c. 23., in quo limitationem inesse dixit, ibi haec verba leguntur: ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὸν βίον ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διαστελλομένους ἀμφιβολίας, prima vi sua positum est ἄχρι, quasi ad alicuius rei extremitatem ascendas. Latine fere dicas: *Iam vero in omni vita, quin etiam pueros videmus ambigua discernere.*

Sequitur, ut dicam de particula μέχρι, cuius usum iam in ἄχρι explicando primis lineamentis adumbravimus.

Ac primum quidem dicitur in loci significatione de ea re, quae usque ad certum quendam finem in longitudinem continuetur, idque iam inde ab Homeri tempore, veluti quod legitur in *Iliados* lib. XIII. v. 143 sq.

> Ὣς Ἕκτωρ εἴως μὲν ἀπείλει, μέχρι θαλάσσης
> ῥέα διελεύσεσθαι κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν κτέ.

aut etiam adiunctis praepositionibus, quem ad modum in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 2. §. 26. dicitur: Καὶ ἐξαπίνης διὰ τῶν λασίων τῶν Βεθυνῶν τινες ἐπιγενόμενοι τοῖς προφύλαξι τοὺς μὲν κατέκανον, τοὺς δὲ ἐδίωξαν μέχρι εἰς τὸ στρατόπεδον., et ibid. lib. V. cap. 1. §. 1. Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει τῇ μετὰ Κύρου ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες καὶ ὅσα ἐν τῇ πορείᾳ τῇ μέχρι ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ κτέ., quibus in locis omnibus aliquid usque ad aliquem finem extendi (in longitudinem) significatur, ubi nos dicamus: *bis hin zu dem Meere, bis hin in das Lager*, et quae sunt similia.

De loco res ad tempus translata est multisque locis ita dictum μέχρι de tempore, ut significaretur aliquam rem usque ad certum quoddam tempus, quasi in aliquam longitudinem, continuari, veluti quod legitur apud Xenophontem in *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 12. §. 35. Ὁρίσατέ μοι,

μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, quod quidem verti Latine poterit: *intra quot annos*, sed res tamen ita animo concepta est, ut terminus, quoad aliquid esset, intellegeretur. Ita saepe numero μέχρι cum pronominibus coniunctum legitur, uti in *Iliados* lib. XXIV. v. 128. *τέο μέχρις; quam diu?* Id si quando ita dictum est, ut videatur minus tempus, ad quod usque aliquid continuetur, significari, quam tempus illud, per quod aliquid fiat, veluti illud Xenophontis de *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 5. §. 27. μέχρι τῆς ἐλαφρᾶς ἡλικίας verterunt: *durante agili aetate*, id eo fit, quod illud tempus, quod agitur usque ad aliquem terminum, una comprehenditur, ut in his quoque locis sua vis constet particulae μέχρι. Deinde de tempore saepe dictum est simpliciter μέχρι, ut coniunctionis loco sit, et μέχρι ἂν et μέχρι οὗ, et μέχρι νῦν, μέχρι δεῦρο, μέχρι σήμερον, μέχρι ἐχθὲς et alia id genus multa, quae longum est enumerare. Vide quae supra explicavimus de ἄχρι particula.

Deinde usurpata haec vox est de multis aliis rebus ad significandum modum, quatenus aliquid fiat. In his quoque locis μέχρι naturalem suam vim facile tuetur. Nam quod legitur exempli caussa apud Thucydidem lib. III. cap. 82. τιμωρίας ἔτι μείζους, οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προτιθέντες, hoc ita explicandum est, ut intra fines iustitiae sit, quod usque ad eam aut factum aut non factum esse dicatur. Neque difficilius explicatu est, quod apud eundem Thucydidem legitur lib. III. cap. 74. προθυμίαν δὲ καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδείξαμεν, οἵ γε ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων ἠξιώσαμεν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν κτἑ. Id est enim: *quom ceteri omnes usque ad nos*, qui eramus excepti, *iam servirent.* Neque enim μέχρι in eius modi locis per se significat exceptionem. In hoc quoque genere permultae formulae admodum frequentes apud Graecos fuerunt, quales sunt: μέχρι του vel τινὸς et μέχρι τοῦ γε et μέχρι τούτου, de quibus conferatur G. H. Schaeferus in *Apparatu crit. et exegetico ad Demosthenem* vol. I. p. 192. p. 854. vol. IV. p. 99. et μέχρι τοῦ δυνατοῦ, de qua formula praeter Thucyd. III. cap. 82. videatur idem Schaeferus ibid. vol. I. p. 817.

In eodem genere admodum dignum memoratu est μέχρι οὗ et μέχρι ὅτου, quod aliquoties legitur ita apud Herodotum, ut etiam alius genitivus adiunctus sit. Veluti quod lib. I. cap. 181. dicitur: Ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος· καὶ ἐπὶ τούτῳ

τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων., et lib. II. cap. 19. *ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ὤν, μέχρι οὗ αὖτις τροπέων τῶν θερινέων.* Quae mira locutio G. Hermanno ad *Vigerum* p. 788. ed. tert. sic explananda videtur, ut orta credatur ex mutatione orationis. Nam *μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων* dicere, qui cum initio vellet dicere *μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργοι εἰσίν*, mutet orationem et pro ultumis dicat *ὀκτὼ πύργων*, tamquam, quod copiosius dicere voluisset, nunc brevius expressurus. In eandem fere sententiam abiit Aug. Matthiae *Gr. Gr. ampl.* §. 480. b. adnot. p. 898. ed. sec., qui praeterea adfert Herodoti lib. II. cap. 173. *Τὸ μὲν ὄρθριον, μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς, προθύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα*, et lib. III. cap. 104. *οὐ κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι μεσημβρίης, ἀλλ' ὑπερτείλας μέχρις οὗ ἀγορῆς διαλύσιος.* Sed ut de sententia ipsa concedam viris doctissumis: neque enim Iones videntur aliquid aliud in eo conquisivisse, quod sic locuti sunt: de ratione tamen dicendi non possum adsentiri. Mihi enim haec locutio ita solvenda videtur, ut singula quaeque bene constent, neque quidquam supervacaneum esse videatur. Non enim credo *μέχρι οὗ* aut *μέχρι ὅτου* ita dici potuisse, ut nihil significaretur nisi quod in ipsa particula contineretur. Quam ob rem sic solvo eam locutionem: *μέχρι τούτου, ὃ ὀκτὼ πύργων*, id est: *usque ad id, quod esset octo turrium,* quasi Latine dicas: *usque ad eum modum aut numerum, qui esset octo turrium.* Facilius etiam solvi poterunt ii loci, ubi temporis significatio est, non quod ad rationem quidem grammaticam non eodem modo res congruat, sed quia ibi facilius etiam nostro sermone possumus Graecorum sermonem imitari atque exprimere. Nam si Graece dicas: *μέχρι ἀγορᾶς διαλύσεως*, id est simpliciter: *usque ad meridiem, bis zum Mittage,* si dicas: *μέχρι οὗ ἀγορᾶς διάλυσις (ἦν)*, est hoc: *usque dum meridies esset, bis es Mittag war,* sin ita loqueris, quem ad modum Iones fecisse videntur: *μέχρι οὗ ἀγορῆς διαλύσιος*, hoc fere dicas: *bis dass es zu Mittag war,* quasi Latine dicas: *usque dum meridie esset.* Hoc denique, si sententiam spectamus ipsam, non multum differt a communi Graecorum sermone, sed alio tamen modo enucleanda res erat.

Ἄχρι, ἄχρις. Μέχρι, μέχρις. Denique dicendum est de formis ipsis *ἄχρι* et *μέχρι*. Nam quom volgo fere promiscue eae voces scriberentur, abiecta aut adiuncta littera *σ*, *μέχρι* vel *μέχρις*, *ἄχρι* vel *ἄχρις*, iam olim exstiterunt, qui quom eam rem ad certam quandam regulam revocare vellent, *μέχρι* et *ἄχρι* ante litteram con-

sonantem, *μέχρις* contra et *ἄχρις* ante vocalem locum habuisse docerent, quam opinionem etiam Devarius secutus est p. 48. Quorum errorem etsi iam sustulerunt Lobeckius ad *Phrynichum* p. 14. Phil. Buttmannus *gr. Gr. ampl.* vol. I. p. 94., alii, tamen recentiore demum tempore, diligentius etiam excussis libris manu scriptis, Moeridis Atticistae praeceptum p. 35. ed. Piers. (p. 26. ed. Lips.), qui haec adnotavit de hac voce: *Ἄχρι, ἄνευ τοῦ σ, Ἀττικῶς. ἄχρις, Ἑλληνικῶς.*, docti comprobaverunt, quod idem de Thucydide quidem adfirmaverat Thomas Magister, de ceteris cum Moeride dissentiens, qui p. 135. ed. Bern. haec praecepit: *Ἄχρι καὶ μέχρι Θουκυδίδης ἀεὶ λέγει, οὐ μόνον ἐπαγομένου συμφώνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντος. οἱ δ' ἄλλοι, ἐπαγομένου μόνον φωνήεντος καὶ μετὰ τοῦ σ καὶ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν, οἷον· ἄχρις οὗ καὶ ἄχρι οὗ.* Sed verum docuisse Moeridem docuerunt fere nunc meliores libri, quamquam fortasse illi quidem interdum e praeceptis grammaticorum correcti, qua de re vide L. Dindorfium ad Xenophontis *Hellen.* lib. I. cap. 1. §. 3. et ad *Exped. Cyri*. lib. I. cap. 4. §. 13. Im. Bekkerum ad Platon. *comment. crit.* tom. I. p. 189. G. H. Schaeferum *Appar. ad Demosthenem* vol. III. p. 353. ad Plut. vit. vol. V. p. 269. F. V. Fritzschium *De Atticismo et Orthographia Luciani* comment. I. p. 2 sq. I. C. Flügel *Observatt. crit. in Plut. vit. Phoc.* p. 43. denique Car. Iacobitzium ad Thom. Magistr. p. 127., quorum virorum praeceptum taciti iam supra secuti sumus.

CAPUT V.

De particula *γάρ*.

Qui recte volt de universo particulae *γὰρ* usu disputare, *Γάρ.* is debebit ante omnia in primam illam, quam ex ipsa origine p. 48. sua traxit, vim ac potestatem inquirere. Quae res quom a ceteris fere esset neglecta, permulti loci ita explicati sunt, ut de ipsa quidem sententia constaret omnino, sed via tamen ac ratio, qua illa declararetur, minus explorate perciperetur. Qua re etiam factum est, ut de multis locis aut falso dubitaretur aut copiosius disputaretur, quam par esset, aut ita omnino

exponeretur, ut vera particulae vis ac natura obscuraretur potius, quam expediretur. Rectissume vero nuper Hartungius l. l. vol. I. p. 457 sqq. de vera vi ac potestate huius particulae existumavit, qui quom ceteri fere grammatici, qui vidissent γὰρ saepissume in reddenda caussa, quam ob rem aliquid ita sese haberet quem ad modum diceretur, usurpari, eam significationem obtinuissent in explicanda particula, ut dicerent eam fere cum nostratium *denn* aut Latinorum *nam* componendam esse, quam significationem usu quidem multis in locis nacta est, sed non naturalem habuit ista particula, exstitit dicens, particulam vera ac naturali vi sua minume caussam, cur aliquid esset, indicare, sed adfirmationem potius et conclusionem in se continere, quippe quae nata esset ex particulis γὲ et ἄρα. Itaque si sequimur originem ipsam ac naturam particulae γάρ, hoc dicitur coniunctis istis particulis: *sane pro rebus comparatis*, ac primum adfirmatur res pro potestate particulae γέ, deinde refertur eadem ad antecedentia per vim particulae ἄρα. Si igitur dicitur exempli gratia in Aristotelis *Politicis* lib. I. cap. 2. §. 3. ed. Stahr. *Τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ἐπιστήμη τέ τις εἶναι ἡ δεσποτεία, καὶ ἡ αὐτὴ οἰκονομία καὶ δεσποτεία καὶ πολιτικὴ καὶ βασιλική, καθάπερ εἴπομεν ἀρχόμενοι· τοῖς δὲ παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν. νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον, φύσει δ' οὐθὲν διαφέρειν. διόπερ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ.*, utroque loco, ut taceam de γὰρ particula, quae primo loco legitur, ita adfertur caussa sententiae, quae posita fuerat, ut alia res adfirmetur, id quod fit per particulam γέ, eademque ex antecedentibus rebus per particulam ἄρα quasi derivetur. Itaque priore loco proprie hoc dicitur: *Aliis vero videtur, contra naturam esse dominatum (in servos), lege certe igitur alium servum esse, alium liberum, natura vero nihil differre.* Eo enim, quod adfirmatur nova quaedam res, quoniam ex ea re id, quod antea dictum erat, conclusione, quae tamen ipsa non ponitur, effici potest, confirmatur ipsa quae posita erat sententia, quom praesertim internam earum enuntiationum coniunctionem significet particula ἄρα, qua etsi, quod contra exspectaveris, quasi deducitur ex priori sententia ea, quae sequitur, quom illa prior potius ab hac posteriore deducenda esse videatur, tamen ita denique stabilitur primaria illa sententia, quod si ad finem istam argumentationem deducas, tandem eo pervenias, ut ea argumentatione prior sententia efficiatur. Itaque, ut maneam in eadem similitudine, quam posui, in illo Aristotelis loco hoc dicitur, si plenam reddideris sententiam: *Aliis videtur, contra naturam esse dominatum.*

in servos: lege certe rebus ita comparatis alium servum esse, alium liberum, natura vero nihil differre, itaque contra naturam esse dominatum in servum. Si Graeci ultumum argumentationis membrum non fere solebant ipsum ponere, recte illi quidem statuerunt: unus enim quisque, qui haec recitat, quom altera sententia non ponatur nisi prioris caussa, eaque etiam liberiore quidem modo conclusionis, de quo supra in particula ἄρα explicanda diximus, referatur ad antecedentia, ut appareat non esse hanc sine priore illa ratione intellegendam, facillume adsequi poterat, quem ad modum accipienda verba essent. Id, postquam dicendi consuetudine ille dicendi modus ita usurpatus erat, ut ad caussam reddendam saepissume adhiberetur, ita receptum Graecis fuit, ut formula agnita nemo quidquam desideraret ac ne tacitus quidem suppleret, quae cogitatione, ut res intellegi posset, necessario olim erant adsumenda. Eodem modo ea, quae in illo Aristotelis loco iam sequuntur, dicta sunt: διόπερ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ., quae si primam originem particulae γὰρ spectas, ita fere erunt reddenda: *Quam ob rem ne iustum quidem (esse dominatum in servos): violentum certe rebus ita comparatis esse,* ut suppleas: *igitur ne iustum quidem esse.* Non vereor, ne quis supervacaneam hanc de prima natura particulae γὰρ quaestionem esse dicat: neque enim per se inutile est verborum non solum significationes, verum etiam caussas cognitas habere et singuli loci permulti commode intellegi non poterunt, nisi primam vim particulae γὰρ explorate perceperis, qua de re ita dixit iam Hartungius, ut non opiner quemquam esse cum eo in hac re dissensurum. Neque enim haec explicandi ratio eius particulae est plane nova, sed in quibusdam locis cum veteres tum recentiores grammatici Γὰρ pro veram particulae vim iam pridem agnoverunt, veluti in illo ἄρα. loco Aristophanis *Acharnens.* v. 68 sqq., ubi postquam le- P. 52 sq. gatus dixit:

> Καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα παρὰ Καΰστριον
> πεδίον ὁδοιπλανοῦντες ἐσκηνημένοι,
> ἐφ' ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι,
> ἀπολλύμενοι.

hoc reddit Dicaeopolis:

> Σφόδρα γὰρ ἐσωζόμην ἐγὼ
> παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ κατακείμενος.,

ad quem locum ita commentatus est vetus scholiasta: σφόδρα γὰρ ἐσωζόμην· Ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀπήντησεν ἀγανακτῶν. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἀπόλλυσθε οὕτω διάγοντες, ἐσωζόμην ἄρα ἐγὼ πολιορκούμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων,

κατακείμενος καὶ καθεύδων ἐν τῷ τείχει ἐπὶ φρυγάνων καὶ καλάμης καὶ συρφετῶν· τὸ οὖν ἐσωζόμην ἐν εἰρωνείᾳ λέγει., ut appareat ipsum vim particulae γὰρ conclusivam agnovisse. Recteque ipse Devarius p. 52 sq. ita de eo loco disseruit, ut γὰρ ex γὲ et ἄρα natum esse diceret veterisque scholiastae praeceptum comprobaret. Dicit igitur illo loco, postquam legatorum delicatula ac mollis vita enarrata est, Dicaeopolis hoc: *Vehementer igitur salutem inveniebam ego, qui egerim interea excubias*, id est, si plenam volumus reddere sententiam: *Si vos, qui delicate vixistis, de vestra vita conquerimini, vehementer igitur certe ego salutem inveniebam —, ut vos iure queri appareat.* Harum enuntiationum non posuit Aristophanes nisi mediam, quoniam neque priore opus erat, quia ex antecedentibus, quo Dicaeopolidis oratio pertineret, constabat, nec posterior necessaria videbatur, quoniam nemo fere poterat alium in modum illud, quod dictum erat, accipere. Si alii interpretes recentiore tempore interrogationis signum post *κατακείμενος* posuerunt, id nihil ad particulam quidem γὰρ interpretandam facit, sed minus tamen nobis huic loco convenire videtur, quia sic illa ironia, quae posita est in omni hac Dicaeopolidis sententia, minus videtur exstare. Vehementer autem isti errant, qui non agnita vi γὰρ particulae conclusiva, ita demum intellegi posse arbitrantur hunc locum, si ante verba: Σφόδρα γὰρ ἐσωζόμην ἐγὼ παρὰ τὴν ἔπαλξιν κτἑ. tacita cogitatione talem aliquam sententiam suppleant, qualis est: Ἀληθῶς λέγεις. Neque enim prius, quam loquare aliquid, potest quidquam ex oratione tua suppleri. Nam alterius oratio, quae praecedit, nihil, quod ex mente respondentis dictum esse videatur, suppeditare poterit: itaque haec quidem interpretandi ratio omni fundamento caret, sed dicam de hac re deinceps. Iam enim illud demonstrandum est, illam vim, quam primam ac naturalem particulae γὰρ esse diximus, in omni locorum genere recte posse adhiberi, quom ea ratio, qua volgo explicatur vis eius particulae, non possit nisi ad certum quoddam genus orationis pertinere. Nam ea demum vera alicuius verbi explicatio est, quae omnibus locis, ubi illud legitur, recte adhiberi possit.

Ac maxume quidem exstat prima particulae vis in iis locis, ubi etiam volgo explicationem inferre dicitur, quibus in locis nostra lingua plerumque per particulam *nämlich* reddi potest. In his enim locis ad primam particularum γὲ et ἄρα vim ac potestatem agnoscendam quasi manu ducimur. Ita ponitur γὰρ in eius modi locis, qualis est ille Sophoclis ex *Trachin.* v. 475 sqq.

Ἀλλ', ὦ φίλη δέσποιν' ἐπεί σε μανθάνω
θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ κοὐκ ἀγνώμονα,
πᾶν σοι φράσω τἀληθὲς οὐδὲ κρύψομαι·
ἔστιν γὰρ οὕτως ὥσπερ οὗτος ἐννέπει.,

quibus verbis hoc dicitur: *Omnia tibi vera dicam neque celabo quidquam. Est igitur profecto ita, quem ad modum hic dicit.* Vis enim particulae ἄρα, quae continetur in particula γάρ, id, quod iam explicatur, refert ad id, quod praecessit, quasi pro re nata iam recte atque ordine hoc ita se habere dicatur, quod Latini *igitur* dicunt: γὲ autem particula adseverat et per adseverationem effert aut totam enuntiationem, ut hoc loco, aut certe singulare verbum, ad quod adiuncta est. Eodem modo illud Aristophanis in *Pluto* v. 78. interpretandum est, ubi haec dicuntur:

Ἀκούετον δή — δεῖ γάρ ὡς ἔοιx' ἐμὲ
λέγειν ἃ κρύπτειν ἢ παρεσκευασμένος —
ἐγὼ γάρ εἰμι Πλοῦτος.,

quo in loco itidem per particulam γὰρ Pluti oratio ita deducitur ex antecedentibus, quasi iam suo ordine haec res ita explicari videatur. Nos dicamus: *Ich bin nämlich Plutos*, aut, quo magis etiam conclusiva particulae vis appareat: *Ich bin also Plutos.* Sic dicitur etiam in eodem *Pluto* v. 649 sqq., quem locum Devarius adtulit p. 49. Similiterque legitur particula γὰρ in illo loco, quem Aristotelis ex *Politicorum* lib. II. cap. 1. §. 2. ed. Stahr. excitavit idem Devarius eadem pagina: Ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως· ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενὸς ἢ τινῶν μέν, τινῶν δὲ μή., quo in loco Latine reddas: *Necesse igitur (profecto) est etc.*

Huc pertinent etiam illi loci, in quibus Devarius p. 52. γὰρ fere eodem modo, quem ad modum particulam γοῦν, usurpari dixit post certas demonstrationis formulas, quales sunt: σημεῖον δέ, τεκμήριον δὲ τούτων, aut σκέψασθε, δείκνυμι δέ, ἐδήλωσε δέ, δῆλον δέ etc., veluti Thucydides dixit lib. I. cap. 143. σκέψασθε δέ· εἰ γὰρ ἦμεν νησιῶται, τίνες ἂν ἀληπτότεροι ἦσαν; et Lysias *de caede Eratosthenis* §. 37. p. 95. ed. H. Steph. Σκέψασθε, ὦ ἄνδρες· κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ κτἑ. et Xenophon in *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 2. §. 32. Ἐδήλωσε δέ· ἐπεὶ γὰρ οἱ τριάκοντα πολλοὺς μὲν τῶν πολιτῶν καὶ οὐ τοὺς χειρίστους ἀπέκτειναν κτἑ. Tum eius modi formulae, quales per superlativos inferuntur: ὃ δὲ μέγιστον, ὃ δὲ δεινότατον, vel: τὸ δὲ μέγιστον, et multa id genus alia, veluti Isocrates *de pace* §. 53. ed. Bekk. p. 170. ed. H. Steph.

dixit: Ὁ δὲ πάντων σχετλιώτατον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν κτἑ. cf. Aristophanis *Aves* v. 514 sq.

> Ὁ δὲ δεινότατόν γ' ἐστὶν ἁπάντων· ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων αἰετὸν ὄρνιν ἕστηκεν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεὺς ὤν.

Denique huc faciunt formulae, ubi modus alicuius rei ita declaratur, ut is sine explicatione intellegi non possit, veluti quod legitur apud Lysiam in *oratione funebri* §. 16. ed. Bekk. p. 192. ed. H. Steph. Τοσοῦτον δὲ εὐτυχέστεροι παῖδες ὄντες ἐγένοντο τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ καίπερ ὢν ἀγαθῶν πολλῶν αἴτιος ἅπασιν ἀνθρώποις κτἑ. aut apud eundem *contra Eratosthenem* §. 19. ed. Bekk. p. 121. ed. H. Steph. Εἰς τοσαύτην ἀπληστίαν καὶ αἰσχροκέρδειαν ἀφίκοντο καὶ τοῦ τρόπου τοῦ αὐτῶν ἀπόδειξιν ἐποιήσαντο· τῆς γὰρ Πολεμάρχου γυναικὸς κτἑ., quo in loco particula γὰρ pariter ad verba: εἰς τοσαύτην ἀπληστίαν — ἀφίκοντο, et ad verba: ἀπόδειξιν — ἐποιήσαντο, refertur. Utraque enim enuntiatio eandem constructionem admittit. De ceteris eius modi locis conf. Hartungium vol. II. p. 470. et Aug. Matthiae *gr. Gr. ampl.* p. 1244. ed. sec.

Nec aliter particula γὰρ interpretanda est in reliquis locis, in quibus explicationem adfert, quos locos vix adtingendos hoc loco putarem, nisi quaedam exempla propter verborum collocationem essent paullo impeditiora. Sic in illis Herodoti locis, in quibus aut verborum traiectionem aut ellipticam dicendi rationem statui voluerunt grammatici, lib. I. cap. 8. Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα τῶν ὀφθαλμῶν· ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν., qui locus neque ita explicandus est, ut traiectionem membrorum esse statuas, quasi Herodotus hoc sibi voluerit: ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν· οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι κτἑ., quod fieri plane non potest: nemo enim sanus umquam ea verba ordine inverso dicere posset, si aliter intellegi nequirent: nec vero ellipsis statuenda est, quem ad modum voluerunt alii hos locos accipi, quasi hoc diceret Herodotus: *Gyges, te appello, neque enim existumo te mihi dicenti credere de forma mulieris.* Nemo enim talia poterit ipse supplere, nisi is, qui loquitur, aliquo certe modo eadem significavit. Ac si quis dicat hoc ipso casu vocativo significari, ne is quidem recte existumaverit. Dici enim potuit etiam omissa illa appellatione: Οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι κτἑ. Ne quis de hac re dubitet, adponam Herodoti locum e lib. VI. cap. 11.

Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι· νῦν ὦν ὑμέες κτέ., quo in loco nemo poterit ex appellatione istud γὰρ suspendere, quae in media sententia postea demum interposita legitur. Quod quom ita sit, non potest dubitari quin unice vera ea ratio sit horum locorum interpretandorum, quam ingressus est Hartungius. Istud γὰρ enim, quod tantas turbas fecit, facillume explicari potest, si eius vim naturalem in his locis agnoscas, qua pro-uti res sese habeant, adfirmetur quippiam. Itaque hoc dicitur isto loco: *Gyges, non profecto, ut comparata res est, tu mihi fidem habes dicenti de forma mulieris: fac, ut illam spectes nudam.* Hoc ut ita se habere credamus, adducimur etiam iis locis, in quibus post istam adfirmationem, quae introducta est per particulam γάρ, quae sequitur enuntiatio per aliquam conclusivam particulam infertur, qualem locum exhibuit Hartungius Herodoti lib. I. cap. 30. Ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλός, καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς καὶ πλάνης, ὡς φιλοσοφέων γῆν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας· νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε κτέ., ubi hoc dicitur: *Hospes Atheniensis, ad nos quidem ex eventu rerum (ut res ceciderunt) de te sermo pervenit multus — nunc igitur desiderium me incessit quaerendi etc.* Ita explicandus erit etiam ille Herodoti locus, qui legitur lib. I. cap. 124. Ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι· οὐ γὰρ ἄν κοτε ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκευ· σὺ νῦν Ἀστυάγεα τὸν ἑωυτοῦ φονέα τίσαι. Ponitur enim primum aliquid, quod ex eventu rerum ita evenerit, cum adfirmatione, e quo qui loquitur vult efficere, ut alter aliquid faciat.

Similiter explicandi illi loci sunt, in quibus γὰρ particula cum verbis iis, quae per eam particulam introducuntur, ita cum reliqua enuntiatione confusa est, ut commode dirimi non possit, veluti in illis Thucydidis locis, quos partim usurpavit Hartungius l. l. vol. I. p. 468. lib. I. cap. 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι κτέ., quod quom dici posset: Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, ἔτυχε γὰρ αὐτῶν πρεσβεία —, ἔδοξε κτέ., quo facto non alia quidem esset particulae γὰρ significatio, sed tamen magis usitatum loquendi genus. Nunc hoc dicitur: *Aber von den Athenaeern war ja bereits eine Gesandtschaft in Lakedaemon u. s. w.*, quo modo prima vis ac potestas particulae, quae cum aliqua conclusione adfirmat aliquid, magis apparet.

Cf. eiusdem Thucydidis lib. VIII. cap. 30. *Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα —, ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν κτέ.*, quo in loco eodem quo supra modo adfirmatur quippiam, unde deinceps aliquid deducitur, ut prius istud caussae loco sit: nullo autem modo existumandum est γὰρ usitata ista, sed non naturali neque vera vi, ut responderet nostro *denn* aut Latino *nam*, positum esse. Maxume usitata haec dicendi ratio est in coniunctis particulis *καὶ — γάρ*, veluti in Thucydidis lib. VII. cap. 48. dicitur: *Καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν καὶ οὐκ εἴα ἀπανίστασθαι.*, qua de re infra in particula *καὶ* dicendi locus erit et in particulis ἀλλὰ — γὰρ supra explicatum est p. 22 sqq. Nam in iis quoque locis γὰρ particula infert aliquam adfirmationem, unde istud, quod adiicitur, suspensum esse videatur. Sed in aliis quoque locis multis ita praemittitur particula γάρ, ut caussam, quam ob rem aliquid faciendum sit, prius adfirmet, non postquam aliquid factum sit, reddat, ut volgo accipitur. Sic facile explicari poterit, quod legitur apud Aristophanem in *Ranis* v. 662. ed. Dind.

Οὐδὲν ποιεῖς γάρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει,

quod est: *Nihil igitur agis profecto, verum latus percute.* Nos dicamus: *Du richtest ja nichts aus, allein u. s. w.* Inest enim hic in particula illa demonstrandi vis, unde aliquid sequatur. Quo in loco si dictum esset, quod idem dici potuit: *ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει· οὐδὲν ποιεῖς γάρ.*, tamen eodem modo constaret sententia. Diceretur enim: *Sed percute latus. Nihil ut comparata res est profecto agis, ut id, quod dixi, tibi faciendum sit.*, quae tamen extrema ratiocinatio plerumque omitti solet. Ac sic etiam illi loci explicandi sunt, in quibus ea particulae γὰρ significatio magis ad volgatam dicendi rationem accedit, veluti in illo Aristotelis loco *Politicor.* lib. VII. cap. 9. §. 2. ed. Stahr. *Φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων Ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας, ἀφ' οὗ τό τε ὄνομα μεταβαλόντας Ἰταλοὺς ἀντ' Οἰνωτρῶν κληθῆναι καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν, ὅση τετύχηκεν ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ· ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας.*, quo in loco ipso quoque γάρ, pro quo non satis recte Ad. Stahrius mihi videtur hic δὲ optavisse, ita

positum est, ut ex ea adfirmatione sequeretur, non esse sine ratione dictum, quod antea positum esset. Nos dicamus, ut recte vertit Stahrius: *Es liegen nämlich u. s. w.*, vel si explicatius dicere volumus: *Dabei muss man berücksichtigen* (vel: *dabei muss man wissen*), *dass diese beiden Puncte nur eine halbe Tagereise von einander entfernt sind.* Id autem Graeci, ut supra uberius explicatum est, ita efficiunt, ut aliquid cum adfirmatione ponant, unde ratiocinando efficiatur, quod velint, recte sese habere. Usu autem et consuetudine loquendi factum est, ut in plerisque locis plane omissa ista ratiocinatio sit: in aliis autem locis, ubi istam adfirmationem priorem posuerunt, id quod recte atque ordine fieri potuit, ac postea demum id, quod ex illa adfirmatione sequeretur, explicarunt, grammatici adeo adsuefacti erant volgata dicendi ratione, ut inversum verborum ordinem requirerent, cum naturalem seriem earum enuntiationum ignorarent, similiter, ut in his locis, quos modo tractavimus.

Sed non minus agnoscenda prima illa ac naturalis vis particulae *γὰρ* est etiam in iis locis, in quibus ad usitatissumam illam dicendi rationem adhibetur, ut fere nostro *denn* aut Latino *nam* vel *enim* respondere videatur. Quibus in locis quem ad modum nativa illa particulae *γὰρ* vis agnoscenda esset iam supra p. 233 sq. explicatum est. Conf. praeterea eos locos, quos Devarius primo loco p. 48 sq. tractavit, qui tamen peccavit in eo, quod modo ad proxumum, modo ad remotius dixit *γὰρ* referri. Refertur enim semper ad id, quod erat in praecedenti sententia primarium. Ac de Isocratis loco *Panegyrici* §. 67. ed. Bekk. p. 60 extrema ed. H. Steph. plane dubitari non poterit, in quo ad *οὐκ ειάθησαν*, illud, quod sequitur: *καταισχυνθέντες γὰρ Πελοποννήσιοι — ἠναγκάσθησαν μετασχεῖν τῶν κινδύνων*, refertur. Sed in altero loco *Panegyrici* §. 98. ed. Bekk. p. 61. ed. H. Steph., in quo haec verba habentur: *ἃ κοινὰ πάντων ἐστὶ τῶν ναυμαχούντων, οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι δεῖ λέγοντα διατρίβειν· ἃ δ᾽ ἐστὶν ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα δ᾽ ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν. τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν, ὅτ᾽ ἦν ἀκέραιος, ὥστε κτἑ.* non recte dixit Devarius p. 49. *γὰρ* non ad proxumum *ταῦτ᾽ ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν*, sed ad *ἴδια καὶ ἄξια τῆς ἡγεμονίας*, quod remotius esset, referendum esse. In eo enim loco id, quod in particula *γὰρ* spectat ad antecedentia, pertinet ad ea ipsa: *ταῦτα δ᾽ ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν.* Coniungit enim *γάρ*, ut in multis aliis locis, de quibus supra vidimus, ita hoc quoque loco narrationis principium cum ea oratione, quae ipsius loquentis est,

quasi Latine dicas: *ea vero mihi dicenda sunt. Tantum igitur nostra civitas antistabat etc.* Vide quae ipse Devarius in sequentibus explicavit. Quibus in locis quem ad modum prima vis particulae γὰρ exstaret, paullo ante diximus.

Etiam in responsionibus, in quibus volgo ante particulam γὰρ aliquid supplendum esse existumant, nativa illa adfirmandi significatio, quam habet ea particula, admodum conspicua est eaque ad eos locos recte intellegendos pene necessario explicanda est. Neque enim, ut supra iam significavimus, quidquam supplendum est ante enuntiationem eam, quae infertur per particulam γάρ, sed ut omnis constet oratio, postea demum aliquid tacita cogitatione adsumendum erit, sed nihil tamen alieni, verum id ipsum, quod ea sententia, quae praecedit γὰρ particulae, enuntiavit. Sic in illo loco, quem primum posuit Devarius p. 50. ex Aristophanis *Pluto* v. 1148 sq., ubi postquam Cario dixit:

Ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μενεῖς;

respondet Mercurius:

Τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστὶ βελτίω πολύ.,

quo in loco non satis recte Devarius dicit Mercurium: μενῶ, antequam: τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστὶ βελτίω πολύ, diceret, tacita cogitatione in animo suo volvisse. Nam ita procedit, si naturam γὰρ particulae interiorem spectas, sententia eius loci. Cario dicit: *Tum derelictis dis hic manebis?* Reddit Mercurius: *Sane quidem apud vos multo melius est.* Sic per se constat sententia. Nam ex eo, quod Mercurius dicit hic multo melius esse, denique sequitur, ut velit manere. Id quidem ille, qui sic loquitur, ex eo, de quo adfirmat ipse, tacita ratiocinatione suppleri volt, sed eius oratio non ita tamen instituta est, ut necessario supplendum esse videatur. Contra si γὰρ nihil aliud esse nisi *nam* aut nostrum *denn* existumas, necessario aliquid antea ponendum est in cogitatione: id quod ne potest quidem fieri. Nemo enim ex interrogatione alterius quidquam prius potest alterius nomine supplere, quam alter ipse locutus sit: neque patitur hoc ipsius particulae γὰρ prima ac nativa significatio, qua aliqua cum ratiocinatione adfirmatio introducitur. Frequentissuma est ea dicendi ratio, ut non difficile sit plures locos colligere. Adponam quosdam ex Euripidis *Phoenissis*, ut ostendam, qua oratione ellipsis illa, si quae statuenda sit, explicanda esse videatur. Sic igitur in ea fabula v. 598 sq., postquam Eteocles hanc interrogationem fecit:

Κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;

respondet Polynices:

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης,

quod qui ita enucleandum putant, ut haec ellipsis statuatur: Ἦλθον ἐγὼ μὲν σὺν πολλοῖσιν· ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης., vehementer falluntur. Nam qui recte haec volt enarrare, is debebit ellipsin potius in fine statuere. Hoc enim dicit apud Euripidem Polynices: *Cautus quidem profecto est melior quam audax dux exercitus*, ut, si velis istud explicare, cur hoc omnino responderit Polynices, eius mentem porro ita explere debeas: *itaque ego veni cum multis*. Eodemque modo infra oratio procedit v. 619 sq., ubi postea quam Iocasta dixit:

Ἐς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ.

primum reddit Polynices:

Ὅδε γὰρ ἐς ἡμᾶς ὑβρίζει.,

quod non recte faceret, si quis explicaret, ut fere volgo solebat fieri: Ναί· ὅδε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει. Nam si quid supplendum esset, hoc post hanc sententiam potius ratiocinando colligendum erat. Eodemque modo etiam illa verba explicanda sunt, quae statim subiungit Eteocles:

Καὶ γὰρ ἀνθυβρίζομαι.

Sed haec dicendi ratio adeo usitata erat in responsionibus, ut nemo iam cogitaret de ea ratiocinatione, qua illud denique, cur haec adseveratio poneretur, efficeretur. Sic in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 7. ed. Bekk. p. 229. ed. H. Steph. res sese habet, ubi postquam Phaedrus dixit: Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; respondet Socrates: Λέγεται γάρ. Quibus in verbis qui Graecus haec legit, plenam sibi videbatur orationem habere, qua hoc diceretur: *Dicitur quidem sane*. Sed ista adfirmatio tamen ita comparata est, ut posita ea talis aliqua sententia stabiliri videatur: *itaque credendum est, rem ita se habere*. Hos locos non satis recte explicaret, qui solveret hoc γάρ, quod olim solebant facere: Ναί· λέγεται γάρ. Eodem modo illi loci explicandi sunt, quos Platonis ex *Cratylo* unum, duos ex *Theaeteto* posuit Devarius p. 50. Nam ibi quoque, si quid suppleatur, adiungendum hoc erit post illatam particulam γάρ, non ante eam sententiam, uti Devarius putavit. Ex Aristophanis porro *Nub.* v. 1379. quod Devarius adtulit haec verba:

ΣΤΡ. ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. ΦΕΙΔ. Νὴ τὸν Δί', ἐνδίκως γάρ.,

Nam si separatim diceres: *οἴει γε ἄρ' εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα κτἑ.*, non male procederet oratio. Dicitur enim hoc: *Putasne igitur esse Iovis regnum etc.*, quoniam Chremylus ex Pluti oratione colligit, istum ita opinari. Admodum frequens est hic usus particulae *γάρ*. Ita in eadem fabula v. 284 sqq. dicit primum Cario:

> *Ἀλλ' οὐκέτ' ἂν κρύψαιμι. τὸν Πλοῦτον γὰρ, ὦνδρες, ἥκει*
> *ἄγων ὁ δεσπότης, ὃς ὑμᾶς πλουσίους ποιήσει.*,

cui respondet chorus interrogans:

> *Ὄντως γὰρ ἔστι πλουσίοις ἅπασιν ἡμῖν εἶναι;*

cui reddit iam Cario:

> *Νὴ τοὺς θεούς, Μίδας μὲν οὖν, ἢν ὦτ' ὄνου λάβητε.*

Quo in loco eodem modo ex iis, quae dixerat Cario, collegit chorus id, quod poneret in interrogatione, itaque rectissume usus est particula *γάρ*. cf. eiusdem fabulae v. 429 sq.

> *Ἄληθες; οὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον,*
> *ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν;*

et v. 458 sqq.

> *Οὐδὲν γάρ, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, νομίζετε*
> *ἀδικεῖν με τὸν Πλοῦτον ποιεῖν πειρωμένω*
> *βλέψαι πάλιν;*

quibus in locis quem ad modum ex ratione nostra particula *γάρ* explicanda sit, facile intellegitur. Quamquam Devarius p. 51. non satis recte hos locos ita enucleavit, ut de elliptica dicendi ratione cogitaret. Paullo difficilior caussa est in eadem fabula v. 535 sqq, quo eodem loco usus est Devarius. Quamquam in isto quoque loco de vera ac naturali vi particulae dubitari nequit. Dicuntur ibi haec:

> *Σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθόν, πλὴν φῴδων ἐκ βαλανείου*
> *καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν;*

quibus in verbis ita posita est particula *γάρ*, quod ex iis, quae Penia modo locuta erat v. 532 sqq.:

> *Παρ' ἐμοῦ δ' ἔστιν ταῦτ' εὔπορα πάνθ' ὑμῖν ὧν δεῖσθον· ἐγὼ γὰρ*
> *τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δέσποιν' ἐπαναγκάζουσα κάθημαι κτἑ.*

Chremylus quodam modo deducit hanc interrogationem suam, etsi ille acerba oratione sua contrarium volt eorum efficere, quae iactasset Penia. Itaque rectissume dicitur: *Tu adeo (igitur) quid boni possis praebere etc.?* Neque enim ille

explicandi ratio, qua utitur Devarius, probari potest, ut dicamus omissam esse aliquam enuntiationem ante γὰρ particulam, qualis esset: *Nego te commoda, quae narras, praestare posse*, et quae sunt similia. Sed omissis istis ambagibus, quas omni ratione carere supra nobis videmur ostendisse, hoc dicitur: *Tu quidem sane quid possis bonum praestare?* Persimilis est locus Aeschinis ex oratione *contra Ctesiphontem* §. 167. ed. Bekk., ubi cum eadem orationis acerbitate respiciens ad verba adversarii utitur orator particula γάρ. Dicuntur ibi haec verba: *Ταῦτα δὲ τί ἔστιν, ὦ κίναδος; ῥήματα ἢ θαύματα; καὶ πάλιν ὅτε κύκλῳ περιδινῶν σεαυτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος ἔλεγες ὡς ἀντιπράττων Ἀλεξάνδρῳ ὁμολογῶ τὰ Λακωνικὰ συστῆσαι, ὁμολογῶ Θετταλοὺς καὶ Περῥαιβοὺς „ἀφιστάναι". σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν ὅπου κίνδυνος πρόσεστιν;* quibus in verbis collegit Aeschines ex Demosthenis oratione quid ille sibi videretur efficere posse, ut id acerba ironia utens, ad minumam rei partem translatum, interrogando neget esse verum. Latine dicas: *Tu igitur*, aut quo magis exstet ironia: *Tu scilicet*, vel: *Tu adeo vicum a societate avocares? tu scilicet (tu adeo) accederes non dicam ad urbem, verum ad unam domum, ubi periculum immineret.* Cf. Demosthenis Philipp. I. §. 10. ed. Bekk. p. 43. ed. Reisk. *Λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν;* et reliqua exempla, quae ascripsit Hartungius l. l. p. 478 sq.

Eadem particulae γὰρ vis ac potestas etiam in iis locis agnosci potest, in quibus ad verba, quae propria interrogationis sunt, adiuncta legitur, qualia sunt τίς, πῶς, ποῦ, πότε, ἦ etc. His enim in locis etsi primam ac nativam vim particulae non nunquam magis obscuratam esse videmus, ut non tam conclusionem, cur aliquam rem esse ponamus, de qua re interrogemus, significare, sed nihil aliud in se continere videatur nisi ut efferat ipsam interrogandi vim eorum verborum, quibus adiecta est, tamen eam ipsam potestatem, quam in his interrogationibus iam habere ea particula videtur, non nacta est nisi per adfirmativam illam, quam saepe dico, ratiocinationem. Ac si quis non significationes modo, sed etiam causas verborum cognoscere cupit, is ne in his quidem locis primam verbi originem ac nativam vim poterit neglegere. Et in eo quidem loco, quem primum posuit Hartungius ex Homeri *Iliades* lib. I. v. 122 sq., facile ostendi potest, quid proprie sibi velit haec particula. Dicit ibi haec verba Achilles:

Ἀτρεΐδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,
πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;

quibus in verbis γὰρ particula proprie respicit ad praesentem rerum statum. Nam antea dixerat Agamemno v. 118 sqq.

Αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίκ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω· ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικεν.
λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.

Itaque Achilles hoc indicat per istam particulam: *Quo certe modo tibi igitur dabunt donum Achivi?*, ut respiciens praesentem rerum statum, id quod per particulam ἄρα, quae latet in voce γάρ, significatur, in maiorem modum urgeat vim interrogationis, quod particula γέ, quae eadem continetur in una particula γάρ, declaratur. Nam dici etiam, abiecta ἄρα particula, potest: Πῶς γε δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί; quo significetur, si ipsum donationis ius ceterasque res quae in mentem nobis de ea re venire possint, omittamus, hoc quidem certe, quo modo donatio ista fieri possit, ignorare nos. Si igitur duplicem vim particulae γὰρ coniunctam in unam syllabam enucleare volumus, hoc nobis constituendum erit, per hanc particulam ita urgeri proprium illud interrogationis verbum, ut id quidem distinguatur a reliquis verbis, ipsa autem interrogatio efferatur eo, quod ex praesenti rerum statu velle nos interrogationem institui indicetur. Duae tamen hae significationes ita conflatae in unam notionem sunt, ut nemo fere, qui exempli gratia Graece diceret: τίς γὰρ τοῦτο ἔφη; iam cogitaret de prima vi et origine eius particulae, sed illa tamen ipsa notio, quae ex coniunctis istis vocibus nata iam eius, qui ita loquebatur, animo obversabatur, eius modi erat, ut ea, quae docendi caussa separatim explicavimus, in se continere videretur. Falleretur enim, qui putaret ubique posse γὰρ particulam ad voces interrogativas, ut eae acuerentur, adponi. Non enim potest hoc fieri, nisi ubi ita comparata oratio est, ut consociatas istas particularum γὲ et ἄρα significationes, etiam si dissolvantur, recipere possit. Hoc tamen non ita dictum existumari velim, quasi ubique debeat ista particulae γὰρ condicio plane exstare atque apparere, sed, ut dixi, sensu quodam tacito fere hominum sermo ducebatur, ut tamen eo duce nihil sine iusta caussa factum esse videatur. Qua quidem in re minume adsentiri possum G. Hermanno, qui ad Aristophanis *Nubes* v. 192. p. 32. ed. sec. ita disputavit, ut eos falli diceret, qui γὰρ non putarent in interrogatione poni posse, nisi ubi aut e praecedentibus aut e sequentibus verbis aliqua ratio erui posset, quare γὰρ significaret *igitur*.

Nam quamvis interrogationem ita esse comparatam, ut recte in ea γὰρ adhiberetur, quem ad modum Romani etiam *quisnam*, *ubinam*, vel *nam quis*, *nam ubi* dicerent. Sic apud Homerum *Iliados* lib. XVIII. v. 182.

Ἶρα θεά, τίς γάρ σέ θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε;

ubi nec praecederet quidquam nec sequeretur, quare γὰρ idem esset quod *igitur*. Nimirum in quavis interrogatione hoc posse intellegi, *incertus sum*, vel *miror*, vel *dic mihi*. Unde quom ipsa sequeretur interrogatio, recte γὰρ aut *nam* adhiberi, ut quo caussa indicaretur et ratio, qua re quis incertus esset aut miraretur aut dici sibi aliquid vellet. Ita in Aristophanis loco:

Τί γὰρ οἶδε δρῶσιν;

esse stupentis novo aliorum discipulorum adspectu, rationemque reddentis, qua re eos miraretur. Similiter in eadem fabula v. 201. pariter re nova conspecta dici:

Πρὸς τῶν θεῶν τί γὰρ τάδ' ἐστίν;

et v. 219., ubi nominari sibi iuberet eum, de quo interrogaret:

Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

Haec autem praecepta quin vera existumem permulta obstant. Ac primum quidem iam supra explicatum est, cur nihil ante particulam γὰρ omissum esse aut omitti potuisse credam. Deinde ipsa vis particulae γὰρ talis est, ut sine istis ambagibus omissae sententiae recte explicari in his locis omnibus possit, in quibus quom nihil positum sit, quo referretur γὰρ particula, tamen ita instituta oratio est, uti quem ad modum in omni interrogatione, sic etiam in eis locis aliquod factum subiectum esse videatur, unde iam ratiocinando nascatur interrogatio. Ita in illo Homeri loco *Iliados* lib. XVIII. v. 182., ubi G. Hermannus vel maxume per se stare interrogationem putavit, dicitur rectissume:

Ἶρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε;

quia quamquam nihil dictum antea erat, quo referretur γὰρ particula, tamen subiectum erat huic orationi aliquod factum — venerat enim Iris ad Achillem —, unde proficiscens ille ita interrogare posset. Itaque hoc dicit Achilles: *Iris diva, quis igitur te deorum mihi nuntiam misit?* Etenim rettulit interrogationem ad praesentem rerum statum, id quod fit per vim particulae ἄρα, et urget ipsam interrogandi voculam τίς; ope

particulae γέ. Itaque proprie hoc dicitur: *Ut reliquas res omittam, hoc certe dicas, quis rebus ita comparatis* (nempe, ut tu ad me veneris) *deorum te mihi nuntiam miserit?* Quod si quis simpliciter per Latina verba: *quis igitur*, aut suo loco etiam: *quisnam*, reddiderit, is arbitratu meo sententiam quidem Graecorum verborum reddiderit, vim ipsam interrogationis non plane expresserit. At tamen melius reddi vix poterit. At aliud tamen est vertere verba, aliud explicare. Quamquam hoc non nego, denique ipsam particulam γὰρ sibi nihil aliud voluisse in his locis, nisi ut urgeret vim interrogationis, nec existumo Graecos in his locis fere de prima formulae origine cogitavisse, sed tacito quodam sensu ductos ita tamen locutos esse, ut levem aliquam ratiocinationem efferendae interrogationis caussa sibi ponere viderentur. Ita etiam apud Aristophanem, ut utar eisdem exemplis, quibus Hermannus usus est, in *Nub.* v. 192. ita dicit Strepsiades:

Τί γὰρ οἵδε δρῶσιν, οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;

quod alios quosdam discipulos Socratis maxumopere incurvatos quaerere aliquid vidit, ut recte quaeri ab eo posset: *Quid igitur hice faciunt?* Quamquam, ut dixi, istud γὰρ potissumum efferendae interrogationis caussa illatum est, ut recte reddi possit etiam: *Quidnam hice faciunt?* Ac sic etiam in eadem fabula v. 201. dicitur:

Πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν; εἰπέ μοι,

quod quom proprie esset: *Per deos, quid adeo rebus ita comparatis hoc est?*, denique tantum efferendae interrogationis caussa oratio ita conformata esse videtur. Sic denique in eadem fabula v. 219. quaerit Strepsiades:

Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

quod Socratem in lectulo pensili sedentem vidit, ut tacita cogitatione ab eo facto proficisci ad interrogationem posset, quae eo augetur, quod rebus iam ita comparatis potissumum hoc audire volt, *quis sit ille vir in machina pensili.* Itaque hac particula Graeci quidem etiam ibi uti solebant, ubi per se minume videretur res ad aliam rem referri, veluti in Euripidis *Medea* v. 689., ubi de aliis rebus sermo fuerat, dixeratque Medea:

Ἀλλ' εὐτυχοίης, καὶ τύχοις ὅσων ἐρᾷς.

quod huc nihil facit, Aegeus ita loquitur:

Τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε;

quo in loco ista particula nihil aliud sibi velle videtur, nisi hoc, ut urgeat interrogationem. Quamquam si rem accuratius explicare velimus, ita existumandum sit, illum ita instituisse interrogationem, quasi praesenti Medeae adspectu, ut id quaereret, adductus sit. Eadem particulae *γὰρ* vis magis exstat in eis verbis, quae mox sequuntur in eadem fabula v. 695.

Ἠ γὰρ τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

quia in illo loco non omnino ex praesenti rerum statu deducitur caussa interrogationis, sed ipsis Medeae verbis res indicata erat. Dixerat enim Medea de Iasone:

Γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.,

quo melius Aegeus ad eam rem respiciens quaerere possit, verene ausus sit Iason turpissumum hoc facinus committere. Quamquam ad ipsam vim interrogationis nihil refert, utrum istud *γὰρ* referatur ad eam rerum condicionem, quae verbis declarata est, an ad eam, quam taciti intellegere possumus. Facile etiam in Sophoclis *Electra* v. 1221. apparet, quem ad modum interrogetur:

Ἠ ζῇ γὰρ ἀνήρ;

Dixerat enim antea v. 1219. Orestes:

Οὐκ ἔστι. τοῦ γὰρ ζῶντος οὐκ ἔστιν τάφος.

et v. 1223.

Ἠ γὰρ σὺ κεῖνος;

Dixerat enim Orestes:

Εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ,

ut obscurum esse non queat, quo modo haec interrogatio instituta sit. Sic etiam recte intellegi potest, quem ad modum formula frequentissuma dicatur: *τί γάρ;* qua de formula exposuit Devarius p. 52. Dicitur enim hoc, ut aut omnino de aliqua re quaeratur, veluti in illis locis, quos posuit Hartungius l. l. p. 480. e Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 542. et v. 546., aut ut haec formula ponatur alterius rei adnectendae caussa, uti in eo Xenophontis loco, quem posuit ipse Devarius ex *Memorab. Socratis* lib. II. cap. 6. §. 2., aut ut id, de quo iam dicturi simus, adfirmetur, veluti in Euripidis *Oreste* v. 482., ubi quom Tyndareus interrogasset: *Τί γάρ;*

Μενέλαε, προσφθέγγει νιν, ἀνόσιον κάρα;

reddit Menelaus:

Τί γάρ; φίλος μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος.

cf. quae disputavit G. Hermannus ad *Vigerum* p. 729. ed. tert.

Haec fere habui, quae de interna particulae γὰρ vi ac potestate adnotanda putarem. Nam quem Devarius praeterea adtulit p. 52. ellipticum eius particulae usum, ut condicio quaedam supplenda esset et γὰρ fere Latino *alioquin* responderet, is facili opera ipse quoque revocabitur ad naturalem, quam saepe commemoravi, vim particulae. In Aristotelis enim *Metaphysicis* lib. VI. (VII.) cap. 13., ubi haec verba habentur: *Οὔτε λόγῳ γὰρ οὔτε χρόνῳ οὔτε γενέσει οἷόν τε τὰ πάθη τῆς οὐσίας εἶναι πρότερα· ἔσται γὰρ χωριστά;* dicitur ultumis istis verbis: *Erunt quidem profecto dividua*, et lectori relinquitur, ut cogitatione tacita addat: *itaque illa talia esse non possunt.* Saepe autem hoc modo et Aristoteles, qui hoc brevis orationis genus maxumopere consectatur, et alii scriptores Graeci locuti sunt, eoque minus res eget explicatione, quia etiam Latine eodem fere modo dicas: *Erunt enim dividua*, nec nostra lingua in particulae, sed tantum modo in verbi modo a Graeca discrepat in his locis. Recte enim dicas: *Es würde ja doch trennbar sein*, vel etiam: *Denn es würde trennbar sein.*

Denique vix opus est a me explicari ne in eo quidem loco Athanasii, quem adtulit Devarius p. 53., in quo vim adversativam auctor noster tribuit γὰρ particulae, aliam esse particulae significationem atque in ceteris locis omnibus. Etenim quae ibi his verbis concepta sententia est: *Τίνος χάριν οἱ πιστοὶ σταυροὺς μὲν ἀντιτύπους τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ποιοῦμεν, τῆς δὲ λόγχης ἢ τοῦ καλάμου ἢ τοῦ σπόγγου ἀντίτυπα οὐ ποιοῦμεν; ἅγια γάρ εἰσι καὶ ταῦτα κτἑ.*, ea quidem etiam ita conformari potuit, ut diceretur: *καίτοι ἅγιά εἰσι καὶ ταῦτα*, ut hoc esset: *quamquam haec quoque sancta sunt*, quem ad modum in simili caussa locutus erat Aristophanes *Nub.* v. 340., tamen nihil impedivit scriptorem, quo minus eandem sententiam potius per adfirmativam illam ratiocinationem, quam in particula γὰρ contineri diximus, declararet, ut hoc diceretur: *sane quidem sancta sunt etiam haec*, quo magis mirandum esse videretur, harum rerum imagines non esse factas, quom crucis fierent: quod simpliciter Latine reddas: *Sancta enim sunt haec quoque.*

His explicatis sequitur ut dicam etiam de externa γὰρ particulae contructione. Ac primum quidem de particulae collocatione nunc quidem iam satis inter doctos constat. Nam quom ea particula, quippe quae esset ex enclitica particula γὲ nata, primum sententiae locum occupare numquam posset, sed secundum plerumque aut, si bina verba in prima enuntiati

sede aptius inter ipsa essent coniuncta, tertium etiam locum obtineret, tamen non nunquam factum est, ut propter internam vim sententiae pluribus etiam verbis interiectis poneretur, qua de re praeceperunt praeter vetustiores quosdam G. H. Schaeferus *Melet. crit.* p. 71. idemque in *Appar. crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. IV. p. 107. vol. V. p. 561. 760. Naekius ad Choeril. p. 5. P. Elmsleius ad Sophoclis *Oed. Colon.* v. 115. p. 105. ed. Lips. A. Meinekius ad Menand. p. 7. G. Hermannus ad Sophoclis *Philoctetae* v. 1437. denique Fr. Ellendtus in *Lex. Soph.* vol. I. p. 339. Id autem plerumque ita factum est, quia quae praecesserunt particulae γὰρ verba, aptius inter se erant coniuncta, veluti in illo Demosthenis loco ex orat. *contra Neaeram* §. 55. ed. Bekk. p. 1364, 3. ed. Reisk. *Φέρε δὴ ὑμῖν καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν παράσχωμαι τοῦ τε Φράστορος καὶ τῶν φρατέρων αὐτοῦ καὶ γεννητῶν ὡς ἐστὶ ξένη Νέαιρα αὕτη. οὐ πολλῷ χρόνῳ γὰρ ὕστερον ἢ ἐπεμψεν ὁ Φράστωρ τὴν τῆς Νεαίρας θυγατέρα, ἠσθένησε καὶ πάνυ πονήρως διετέθη καὶ εἰς πᾶσαν ἀπορίαν κατέστη.*, quo in loco non opus est cum uno libro Parisino s corrigere: *οὐ πολλῷ γὰρ χρόνῳ ὕστερον*, immo quod volgo editur ex reliquis libris: *οὐ πολλῷ χρόνῳ γὰρ ὕστερον*, multo aptius videtur esse. Nam verba: *οὐ πολλῷ χρόνῳ*, fere unam notionem efficiunt, quasi esset: *ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον.*, neque caussa erat cur ista dirimerentur. Iure etiam apud eundem Demosthenem in orat. *contra Aristocratem* §. 136. ed. Bekk. p. 665. ed. Reisk. ex libris optumis ΣΥΩν. apud I. Bekkerum restituit G. Dindorfius: *Οὐδ' ὁτιοῦν ἐστὶ γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτῷ, οὐ παῖδες, οὐκ εἰκών, οὐ συγγενεῖς, οὐκ ἄλλο οὐδέν.*, quum volgo legeretur: *οὐδ' ὁτιοῦν γάρ ἐστι.* Optume enim congruunt illa: *οὐδ' ὁτιοῦν ἐστὶ γάρ κτἑ.* Cf. ea, quae de similluma collocatione particulae *δὲ* explicavimus ipsi in *Quaestt. critt.* lib. I. p. 67 sq. De particula *γὰρ* autem hi porro Sophoclis loci comparari poterunt. In *Electra* enim v. 649. ed. Herm. haec dicuntur:

Τοὺς ἐκ Διὸς γὰρ εἰκός ἐστι πάνθ' ὁρᾶν.

in *Oedipo rege* autem v. 1417. ed. Herm.

Τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν,
μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

Deinde in *Aiace* v. 1104. ed. Herm. dicitur:

ξὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἔξεστιν φρονεῖν.

Cf. eiusdem fabulae v. 550 sq.

> Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδέν, ἥδιστος βίος·
> Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ καρτ' ἀνώδυνον κακόν,
> ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

Et sic aliis locis multis factum est, ut aliquot verbis post poneretur illa particula. Saepe vero etiam propterea aliam eamque ab initio sententiae remotiorem sedem accepit particula γάρ, quod ea sententia, quae erat proprie bifariam dividenda, contracta in unam enuntiationem est. Id quom saepe fieret in coniunctis particulis ἀλλὰ — γάρ, de quibus vide quae supra explicavimus p. 22 sqq., in his quidem particulis nihil offensionis habuit. Nec debebit nos eadem particulae γὰρ collocatio offendere in talibus locis, quales Thucydidis supra p. 237 sqq. posuimus, unum e libro I. cap. 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς κτἑ., quod quom proprie ita explicandum esset, ut diceretur: Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, ἔτυχε γὰρ αὐτῶν πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι —, ἔδοξεν κτἑ., tamen per quandam orationis adtractionem ita dictum est, ut ea verba, quae propriam constructionem ac suam requirerent, adsumerentur ad eam partem enuntiationis, quae per γὰρ particulam interponeretur. Qua re factum est, ut γὰρ tamen eum locum obtineret, quem habere debuerat etiam sine adtractione illa orationis, qua admissa mutataque externa orationis forma tamen interna sententiae vis particulae istum locum reservavit. Alter Thucydidis locus, qui legitur lib. VIII. cap. 30., eodem plane modo explanandus erit. Leguntur ibi haec verba: Τοῖς ἐν Σάμῳ Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ ἄλλοθεν ἄλλαι νῆες —, καὶ τὰς ἀπὸ Χίου πάσας καὶ τὰς ἄλλας ξυναγαγόντες ἐβούλοντο κτἑ., ubi particula γὰρ non accepit istum locum, nisi propterea, quod proprie ita erat conformanda oratio: Οἱ ἐν Σάμῳ Ἀθηναῖοι, προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν αὐτοῖς καὶ ἄλλοθεν ἄλλαι νῆες —, ἐβούλοντο κτἑ., cf. etiam Herodoti lib. I. cap. 24. Καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονήν, — — ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα. et lib. IV. cap. 200. Τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους. In hoc genere iure opinor G. Hermannus etiam illud reposuit, quod legitur apud Sophoclem in *Philoctela* v. 144 sqq., cum scribit:

> Νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς
> προσιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται,
> δέρκου θαρσῶν.,

quom Brunckius aliique edidissent: *Νῦν μὲν, ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς κτἑ.*, quod quam ob rem nobis minus videatur Graecorum loquendi consuetudini convenire, ex iis facillume intellegitur, quae diximus supra de simillima particularum *ἀλλὰ — γὰρ* in una sententia consociatione p. 24. Cf. Aristophanis *Equit.* v. 1278 sq.

Νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπίσταται,
ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν ἢ τὸν ὄρθιον νόμον.,

quo in loco nemo offendet, non magis, quam si dicatur: *Ἀλλὰ νῦν Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς κτἑ.* Atque huc rettulerim etiam illud, quod in eadem illa Sophoclis fabula legitur v. 1435 sqq. ed. Herm.

Μὴ νῦν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν.
καιρὸς καὶ πλοῦς
ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην.,

ubi quom Ruhnkenius in *epist. crit.* I. p. 23. itemque Erfurdtius interpungi voluissent post *ὅδε*, Ph. autem Buttmannus et olim iam Triclinius post *πλοῦς*, recte nuper omnis interpunctio remota est. Conflatae sunt enim duae sententiae in unam enuntiationem. Nam quom dici commode posset: *Καιρὸς καὶ πλοῦς ὅδε τοιοῦτός ἐστιν* (vel *τοῦτο κελεύει*), *ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην*, non dubitavit Sophocles externam orationis concinnitatem brevitatemque consectatus dicere coniuncte:

Καιρὸς καὶ πλοῦς
ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην.,

ut tamen interna sententiae vis sedem particulae *γὰρ* post suum verbum servarit. Recte enim iam G. Hermannus ad Sophoclis *Philoctetam* l. l. praecepit, non tam quaerendum in his locis esse, quotum locum, sed qualem obtineret particula *γάρ*, esseque unum quemque locum ex interna sententiarum ratione considerandum potius, quam numerandas syllabas eas, quae praecederent nostrae particulae. Saepe enim etiam in Platonis scriptis eadem constructionis contractio conspicua est, veluti in *Lachete* Part. I. vol. I. p. 298. ed. Bekk. p. 200. E. ed. H. Steph., ubi haec verba habentur: *Εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις τοῖς ἄρτι ἐγὼ μὲν ἐφάνην εἰδώς, τώδε δὲ μὴ εἰδότε, δίκαιον ἂν ἦν ἐμὲ μάλιστ' ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον παρακαλεῖν· νῦν δ' ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα· τί οὖν ἄν τις ἡμῶν τινὰ προαιροῖτο;* quo in loco non recte I. Bekkerus fecisse videtur, quod discriminavit ista verba hoc modo *νῦν δ' — ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα κτἑ.*

Nam quamquam ita fere discerpta animo haec conceperat Plato, tamen Graecorum sermone talia iam coniungi solebant, veluti nostra lingua dicamus: *So aber fanden wir uns ja alle auf gleiche Weise in Verlegenheit.* Itaque etiam in Platonis *Parmenide* Part. I. vol. II. p. 24. ed. Bekk. p. 137. A. ed. H. Steph. scribo potius: Ὅμως δὲ δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ζήνων λέγει, αὐτοί ἐσμεν., quam cum eodem Bekkero: Ὅμως δὲ — δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ζήνων λέγει, αὐτοί ἐσμεν. Neque credo in Sophoclis *Oedipo rege* v. 255. ed. Herm. recte ita interpungi:

> Οὐδ', εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,
> ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν,
> ἀνδρός τ' ἀρίστου βασιλέως τ' ὀλωλότος,
> ἀλλ' ἐξερευνᾶν κτέ.,

sed scribendum potius esse: Οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον κτέ., quo modo etiam ὑπέρβατον illud, quod statuit Fr. Ellendtus in *Lex. Soph.* vol. I. p. 339. in his verbis, quem ad modum explicandum sit, apparebit. Particula γὰρ enim non minus condicionem, quam apodosin refert ad antecedentia. Leviora illa sunt, quae habentur apud eundem Sophoclem in *Antigona* v. 686 sq. ed. Herm.

> Τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
> λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων.

et in *Oedipo rege* v. 667 sq. ed. Herm.

> Τὸ γὰρ σόν, οὐ τὸ τοῦδ' ἐποικτείρω στόμα
> ἐλεινόν κτέ.,

quamquam in hoc quidem loco non possum Fr. Ellendto adsentiri. Hoc enim pariter ac priori loco σὸν eo, quod acuenda vox erat, postposita est. Delitesceret enim in media oratione, si diceretur pervolgata dicendi ratione: Τὸ σὸν γάρ. Etenim ea relatio, quae ex particula γὰρ necessario ad ea, quae antecedunt, verba facienda esset, debilitaret vim pronominis σόν. Nunc si dicitur τὸ γὰρ σὸν κτέ., facta transactaque illa relatione, magis exstat pronomen; quod utroque loco non sine maiore quadam vi dicitur, ut in posteriore loco recte ipse vidit vir egregius, quamquam non recte dixit σὸν praeponi propter sententiae vim oportuisse, quom id adeo postpositum esse videatur, quo maiorem vim acciperet. Sed haec de collocatione particulae hactenus. Praeterea conferantur ea, quae infra de simillumo usu particulae δὲ adnotanda erunt.

Reliquom est ut dicam de iis locis, in quibus particula γὰρ suo verbo destituta legi videatur; qui loci ipsi quoque,

quo accuratius primam ac nativam particulae vim tenemus, eo melius explicari atque expediri poterunt. Quem enim particula γὲ adseveratione sua restringendi vim accepisset ac saepe sic accedentem quandam notionem ad sententiam primariam adiiceret, ut suam constructionem ipsa non haberet, sed cum additamento suo penderet ex reliqua structura, idem evenit etiam in particula γάρ, quamquam, ut res ipsa talit, multo rarius hoc factum est in composita particula, quam in simplici. Sic explicandum est verbi caussa illud, quod legitur apud Thucydidem lib. I. cap. 25. Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ Κερκυραίων, ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι· οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι, περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁμοῖα τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι, ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι, καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς., ubi participia διδόντες, προκαταρχόμενοι (neque enim accipio Goelleri explicationem), περιφρονοῦντες, et quae sequuntur, quae inferuntur per particulam γάρ, quia quasi accedens quiddam adiiciunt ad antecedentia, verbo suo videntur destituta esse. Itaque in Lysiae *oratione funebri* §. 70. ed. Bekk. p. 197. ed. H. Steph. ex libris optumis necessario nunc fuit scribendum: Ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον, ὥσπερ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποθνήσκειν· τῇ μὲν γὰρ πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες, τοῖς δὲ θρέψασι λύπας καταλιπόντες. Quae oratio multo gravior est, quam quod volgo legebatur: Ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον, ὥσπερ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποθνήσκειν, τῇ μὲν πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες κτἑ. Sic enim, quia ultuma verba per adseverationem quandam adiunguntur, magis adsurgit oratio maiusque pondus habent ea verba, quae interna quidem sententiae vi per se stare videntur, quamquam externa constructione verbum tamen ex antecedenti oratione mutuantur. Cf. G. Dindorfius ad Themist. I. p. 6, 15. Nec solum in participiis hanc brevitatem orationis et concinnitatem consectati sunt Graeci scriptores, verum etiam in infinitivis aliisque constructionibus, veluti quod legitur apud Isocratem orat. 8., quae est *de pace*, §. 28. ed. Bekk. p. 165. ed. H. Steph.: Ἔχει γὰρ οὕτως. Ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες μὲν ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ πλέον ἔχειν

τῶν ἄλλων, οὐκ εἰδέναι δὲ τὰς πράξεις τὰς ἐπὶ ταῦτα φερομένας*), ἀλλὰ ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων· οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ἐπιεικεῖς καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δέοντος δυναμένας, οἱ δ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος διαμαρτανούσας. Sic enim recte scripsit I. Bekkerus ex libro Urbinate. Volgo enim pro ἔχειν legebatur ἔχουσιν, qua recepta scriptura concinnitas orationis, quae maxume ad hunc locum idonea esse videatur, amittitur. Eodemque modo locutus est Herodotus lib. IX. cap. 60. Νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν· ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους., ad quae ultuma verba necessario supplenda est notio verbi δέδοκται, quem ad modum in Isocratis loco illud, quod antecessit δοκοῦσιν, infinitivum ἔχειν adduxit. cf. Thucydidis lib. VII. cap. 28. Similis etiam structura orationis est apud Thucydidem lib. VIII. cap. 87., ubi haec dicuntur: Λέγεται δὲ οὐ κατὰ ταὐτό, οὐδὲ ῥᾴδιον εἶναι τίνι γνώμῃ παρῆλθεν ἐς τὴν Ἄσπενδον καὶ παρελθὼν οὐκ ἤγαγε τὰς ναῦς. ὅτι μὲν γὰρ αἱ Φοίνισσαι νῆες ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν μέχρι Ἀσπένδου ἀφίκοντο σαφές ἐστι· διότι δὲ οὐκ ἦλθον πολλαχῇ εἰκάζεται. οἱ μὲν γὰρ ἵνα διατρίβῃ ἀπελθών, ὥσπερ καὶ διενοήθη, τὰ τῶν Πελοποννησίων κτἑ., ubi ex eo, quod praecedit εἰκάζεται, cogitatione adsumendum est aliquid verbi, uti εἴκαζον vel simile. Quamquam in huiusce modi locis constructio orationis adeo conclusa non est et facile per se cognoscitur, quale verbum cogitandum sit, quem ad modum etiam in Euripidis *Phoenissis* v. 1500. dicitur:

ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις,
οἱ μὲν πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορὶ κτἑ.

ubi etiam dici poterat: οἱ μὲν γὰρ πατάξαι κτἑ., ut eodem modo quo apud Thucydidem verbum ex antecedentibus supplendum esset. Sed tales loci saepe inveniuntur in Graecorum scriptis, in quibus particula γὰρ aliquid adiicit ad antecedentia, ut id suam structuram non habeat, neque solum in participiis aut infinitivis is usus particulae γὰρ conspicuus est, verum haud raro etiam in consecutionibus ita adiecta particula γὰρ est, quasi bis idem verbum positum haberemus. Sic illud in Aristophanis *Acharnensibus*, quod legitur v. 221., explicandum est:

---

*) Sic enim malui ex libro optumo, Urbinate, scribere, quam cum Imm. Bekkero relinquere volgatam scripturam φερούσας. Etenim si αἱ πράξεις φέρονται ἐπί τι, φέρουσι καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τοῦτο.

Οἴχεται, διωκτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγχάνῃ ποτὲ
μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας.,

ubi nisi aptissume coniungimus has constructiones: διωκτέος δέ, μὴ — ἐγχάνῃ, necessario scribendum erit ἐγχάνοι. Id adeo olim Brunckius proposuit, ut per se diceretur: Μὴ γὰρ ἐγχάνοι ποτὲ κτἑ., quasi nostra lingua diceres: *Denn niemals möge er sich rühmen u. s. w.* Sed rectissume tamen dictum est: μὴ γὰρ ἐγχάνῃ ποτὲ κτἑ. Neque enim per sese stat ista sententia, sed est consecutio haec: διωκτέος δέ, μὴ — ἐγχάνῃ. Quod autem interposita est particula γάρ, id nihil aliud sibi volt, nisi ut id, quod in consecutione positum est, cum adseveratione ex antecedentibus deducatur. Eadem dicendi ratio usitatissuma est in dialogo, ex quo genere est illud Aeschyli in *Prometheo* v. 387., quo in loco Oceanus dicit:

Σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν.,

Prometheus autem respondet:

Μὴ γάρ σε θρῆνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.

Denique vix est quod dicam particulam γὰρ ibi quoque, ubi adiecta ad alias particulas legatur, ut consociatam quandam significationem cum illis habere videatur, suam ac propriam servare vim, ut cum ratiocinatione adseveret, veluti si ἀλλὰ γάρ, ἀτὰρ γάρ, καὶ γάρ, μὲν γάρ, τε γάρ, τοι γὰρ dicitur. Ac de ἀλλὰ γὰρ diximus iam supra p. 22 sqq., de ἀτὰρ γὰρ p. 197., de ceteris autem infra dicetur in particulis καί, μέν, τέ, τοί.

Nec si quando particula γὰρ alias particulas ita adiunctas habet, ut earum significatio commode a particula γὰρ separari posse non videatur, aliam ipsa accepit vim ac potestatem, sed prima illa ac nativa eius particulae significatio in omnibus his locis intellegi facile potest.

Hoc adeo in coniunctis particulis γὰρ ἄρα, quas adtigi supra p. 175 sq., cognosci potest, etsi in his quidem locis ita prima vis particulae γὰρ obscurata est diuturno usu ac vetere loquendi consuetudine, ut eandem, ex qua ipsa nata est, vocem denuo adiunctam habeat, cuius rei exempla plura Platonis collegit Hartungius l. l. vol. I. p. 439 sq. Ille enim *de re publica* et lib. II. Part. III. vol. I. p. 59. ed. Bekk. p. 358. C. ed. H. Steph. scripsit: Δεύτερον δὲ [ἐρῶ] ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν, τρίτον δὲ ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι· πολὺ γὰρ ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος κτἑ. et lib. IV. p. 199. ed. Γὰρ ἄρα.

Bekk. p. 438. A. ed. H. Steph. *Μή τοί τις, ἦν δ' ἐγώ, ἀσκέπτους ἡμᾶς ὄντας θορυβήσῃ, ὡς οὐδεὶς ποτοῦ ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ χρηστοῦ ποτοῦ, καὶ οὐ σίτου, ἀλλὰ χρηστοῦ σίτου· πάντες γὰρ ἄρα τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν κτἑ.* Quibus in locis tantum abest, ut alia vis particulae *γὰρ* tribuatur, quia adiunctam habeat *ἄρα* particulam, ut adposita particula *ἄρα* egregie confirmet nativam *γὰρ* particulae significationem. Quom enim cotidiana loquendi consuetudine non sublata quidem ac deleta, sed tamen adtenuata atque obscurata esset conclusiva particulae vis, ne haec prorsus evanesceret, denuo adiuncta particula *ἄρα* est, quae iam latuit in particula *γάρ*. In his autem locis quom *γὰρ* spectet ad omnem sententiam, *ἄρα* potius ad singularem vocem pertinere videtur. Sic in priore illo Platonis loco, ubi dicitur: *Πολὺ γὰρ ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος*, prius illud *γὰρ* deducit omnem hanc sententiam ex iis, quae ante posita sunt, illud autem, quod sequitur, *ἄρα* effert id ipsum, quod in hac adfirmatione denique conclusione efficitur, quasi nostra lingua dicas: *Viel besser nämlich ist sonach das Leben des Ungerechten als das des Gerechten.* Itaque existumandum est etiam de reliquis locis, quos adtulit Hartungius. Nam in *Convivio* Platonis Part. II. vol. II. p. 433. ed. Bekk. p. 205. B. ed. H. Steph., ubi haec leguntur: *Ἀλλὰ μὴ θαύμαζ', ἔφη· ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν, τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα, ἔρωτα, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν.*, hoc fere dicitur: *Aber wundere dich nicht, sprach er, wir nehmen nämlich unter solchen Umständen (also) eine einzelne Erscheinung der Liebe und nennen sie, ihr den Namen des Ganzen beilegend, Liebe, im Uebrigen bedienen wir uns anderer Ausdrücke.* In *Protagora* autem Part. I. vol. I. p. 161. ed. Bekk. p. 315. C. ed. H. Steph., quamquam is locus paullo implicatior esse videtur, non alia tamen harum particularum vis est. Dicuntur ibi haec: *Καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰσεῖδον. ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος, ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις κατάλυσιν πεποίηκεν· ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἔτι κατέκειτο κτἑ.* Quibus in verbis, quem ad modum etiam simplicem *γὰρ* particulam supra vidimus usurpari, ita coniunctae particulae *γὰρ ἄρα* positae sunt, ut apta conclusio non fieret ex antecedentibus, sed tantum modo hoc adfirmaretur: *adfuisse adeo ex eventu rerum Prodicum Ceum*, de quo iam copiosius dicturus erat Plato. Nos fere dicamus: *Es war ja also* (vel:

eben unter jenen Umständen) auch Prodicus aus Cea da u. s. w. etiamsi id non deducimus reapse ex antecedentibus ita, quasi hoc ex altero sequatur, sed potius de rerum aliquo ordine cogitamus, dum ita loquimur. Quam ob rem non male vertit Ficinus hoc: *Aderat porro Prodicus Ceus etc.*, quamquam Graecorum oratio paullo aliter conformata est, ex qua apparet, haec verba ita praemitti, ut aliud deinceps tradi possit. Eodem modo Homerus saepe coniunxit particulas γάρ ῥα, de quibus in particula ἄρα diximus supra p. 164. 165.

Γὰρ δή. Si quando ad particulam γὰρ adiectum est δή, nihil quidem mutatur in vi prioris particulae, sed hoc tantum modo accedit, ut id, quod adfirmatur per γὰρ particulam, ita revocetur ad temporis condicionem, ut significetur, rem eam, de qua sermo est, iam probatam ipso facto esse, nec amplius experiendum esse, sitne revera an non sit, aut exspectandum, usque dum fiat. Δὴ enim, quod natum est ex ἤδη particula, ita revocat rem ad experientiam, ut dicamus rem aliquam aut esse aut fuisse aut fore, quod eam rem re experti iam cognitam habeamus explorateque sciamus, qua de re copiosius dicetur in particulis δή et ἤδη. Ergo hoc dicitur coniunctis istis particulis γὰρ δή, ut comparatae res sint, esse quidem ex facto ipso aut dicam profecto rem aliquam ita, quem ad modum dicamus, quod Latine dicas: *Iam enim, sane enim*, aut: *nam profecto, profecto enim*, nostra lingua: *Denn schon, denn allerdings, denn in Wahrheit, schon nämlich*, aut etiam quod proposuit Hartungius: *nämlich eben.* Sic in illis Herodoti locis, quos primos posuit Hartungius, lib. I. cap. 34. dicitur: Ἠσᾶν δὲ τῷ Κροίσῳ δύο παῖδες· τῶν οὕτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ κωφός· ὁ δὲ ἕτερος κτέ., quo in loco per particulas γὰρ δὴ ita ratio redditur eius rei, quae modo posita erat, ut dicatur, praecessisse sane quidem ei rei, quod puer mutus fuerit, ut mirum non esset eum perire, quasi Latine dicas: *Erat enim iam mutus*, aut nostra lingua: *Er war nämlich schon (ohnedies) stumm*, quo facto iam quasi gradus ad alteram rem factus esse videretur. Id tamen nec Latini nec nostrates semper ad temporis condicionem referunt, sed rem ipsam tenentes potius per aliquam adfirmationem significant, quia ea res, quam iam factam esse scimus, certissuma est, ut etiam hoc loco commodius dicas Latine: *Erat enim sane mutus*, aut nostra lingua: *Er war nämlich allerdings stumm.* Eodem modo res sese habet in altero Herodoti loco lib. I. cap. 114., ubi haec leguntur: Εἷς δὴ τούτων τῶν παιδίων συμπαίζων, ἐὼν Ἀρτεμβάρεος παῖς, ἀνδρὸς δοκίμου ἐν Μήδοισι· οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου·

ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν., quibus in verbis ita praemittitur haec adfirmatio: οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, quae caussam, cur quod deinceps dicitur factum sit, continet, ut ille dicatur non iam id, quod imperatum erat a Cyro, fecisse, quod quom ipso facto iam constaret, itaque certissuma res esset, recte Cyrum in eum animadvertisse. Quo in loco si Herodotus simpliciter dixisset: οὐ γὰρ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, tantum modo hoc significaretur: *illum quidem rebus ita comparatis, quod imperasset Cyrus, non fecisse*, nunc autem ea res iam ita facta fuisse dicitur, ut non amplius experienda aut exploranda esse videretur, sed quasi res manifesta et iam ipso facto comprobata tamquam manibus teneretur. Quo fit, ut δὴ certissumam quandam adfirmationem in se contineat. Sic in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. I. §. 15. Xenophon ita loquens inducitur: Ἐγώ, ὦ ἄνδρες λοχαγοί, οὔτε καθεύδειν δύναμαι, ὥσπερ οἶμαι οὐδ' ὑμεῖς, οὔτε κατακεῖσθαι ἔτι, ὁρῶν ἐν οἵοις ἐσμέν. Οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δῆλον ὅτι οὐ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι, ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲν ἀντεπιμελεῖται ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα., quibus verbis propterea dicit Xenophon se dormitare, aut cubare amplius non potuisse, quod iam constaret hostes non prius bellum ostendisse, quam omnia sibi parata esse vidissent. Itaque particulae γὰρ δὴ non solum rem eam, ut res comparatae sint, profecto ita se habere significant, verum etiam hoc dicunt, tam certam rem atque exploratam esse, ut de ea quidem re amplius experiendum aut exspectandum non sit, sed iam plane constet. Eodem prorsus modo dicitur in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 2. §. 15. ed. Zeun. Τάδε δέ μοι πάντως, ἔφη, ὦ Κροῖσε, λέξον, πῶς ἀποβέβηκε τὰ ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου· σοὶ γὰρ δὴ λέγεται πάνυ γε τεθεραπεῦσθαι ὁ Ἀπόλλων, καί σε πάντα ἐκείνῳ πειθόμενον πράττειν., quod ita reddendum erit: *Dicitur enim sane maxumopere a te cultus esse Apollo*, quasi de ea re, quae adfirmatur per γὰρ particulam, non iam quaerendum esse videatur, quippe quae iam cognita ac manifesta sit. Nec aliter intellegendum est, quod legitur apud Sophoclem in *Oedipo Coloneo* v. 1608 sq.

Οὐκ ἔστ' ἔθ' ὑμῖν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ πατήρ.
ὄλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμὰ κοὐκ ἔτι
τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν.

Ibi enim ita dicitur: *Perierunt enim iam omnes res meae etc.*

ut non amplius spes ulla reliqua esse videatur, fore, ut res aliter se habeat. Et hoc modo quod dicitur quasi res manifesta adfirmatur. Eodem modo reliqui quoque loci explicandi sunt, quos adtulit Hartungius vol. I. p. 287. Nam quod ille praecepit interdum particulam δὴ non ad γὰρ particulam referendam esse, sed ad verbum praecedens, a quo interiecta γὰρ particula separata esset, id non video quorsum pertineat. In iis enim locis, quos testes huius rei adtulit, non aliter usurpatae esse γὰρ δὴ particulae videntur atque in reliquis locis omnibus. Namque in Xenophontis de *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 3, §. 8. ed. Zeun. *Εὖ μὲν οὖν, ἔφη, δοκῶ εἰδέναι· πολλὰ γὰρ δὴ ἔγωγε κἀκεῖνος ἐπαῤῥησιασάμεθα πρὸς ἀλλήλους.*, ita demum adseveratio illa, quae posita est in particula δή, pertinet ad nomen πολλά, quia particulis istis γὰρ δὴ omnis sententia adfirmatur. Dicitur igitur hoc: *Multa enim iam profecto ego et ille libere inter nos collocuti sumus.*, quibus in verbis non effertur istud πολλὰ aut *multa* nisi propterea, quod primum enuntiationis locum obtinet. Nec in Euripidis *Rheso* v. 342 sq., ubi ita canit chorus:

Ἀδράστεια μὲν ἁ Διὸς παῖς
εἴργοι στομάτων φθόνον·
φράσω γὰρ δὴ ὅσον μοι
ψυχᾷ προσφιλές ἐστιν εἰπεῖν.,

aliter coniunctae inter se sunt particulae γὰρ δή, ac reliquis locis. Ita enim pertinet hoc quoque loco δὴ ad verbum φράσω, quod etiam coniunctae particulae γὰρ δὴ non possunt aliorsum referri. Nec in *Iliados* lib. XXIV. v. 54., quem locum ultumum posuit Hartungius, ubi haec dicuntur:

Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.

pertinet particula δὴ ad verbum κωφὴν per sese, sed coniunctis istis particulis γὰρ δὴ omnino illud factum adfirmatur et κωφὴν tantum modo propterea aliquam vim habet, quod primo loco positum est. Itaque non recte fecit Hartungius, quod hanc posuit interpretationem: *die ganz stumme Erde*. Dicitur enim isto loco potius hoc: *Mutam enim iam profecto terram violat iracundus.*, nec singulare verbum, sed omnis enuntiatio adfirmatur istis particulis.

Eodem modo particulas γὰρ δὴ poni ibi quoque, ubi ἀλλὰ particula praecedat vix est quod dicam. Conf. Sophoclis *Antigona* v. 155. *Ἀλλὰ—γὰρ δή.*

Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας —
ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ κτέ.,

ubi item, uti in ceteris locis, id, quod iam fiat nec amplius exspectandum sit, declaratur.

Γὰρ δὴ — γέ. Si accedit ad particulas γὰρ δὴ particula γέ, ut ea quidem ad singulare aliquod enuntiationis nomen pertineat, praeter universam istam totius sententiae adfirmationem adseveratur de eo nomine, ad quod pertinet particula γέ, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 41. Ἢν οὖν σωφρονῶμεν, ἑξόμεθα αὐτοῦ· οὐ γὰρ δὴ οὗτός γε, ἔφη, Θρᾷξ ἐστιν, ἀλλὰ Ἕλλην ὢν Ἕλληνας ἀδικεῖ., quod recte vertit Kruegerus: *Nam sane hic quidem non Thrax est.* Cf. eundem ad Dionys. p. 97. G. H. Schaeferum ad Theocrit. *Idyll.* I. v. 68. p. 211. et ad Sophoclem vol. I. p. 241. et quae infra dicentur de particulis οὐ γὰρ δή. Sic etiam Sophocles scripsit in *Antigona* v. 655 sq.

Εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει
ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω θεούς.,

ut nunc quidem constanter ediderunt grammatici. Cf. denique quem supra p. 257. posuimus Xenophontis locum de *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 2. §. 15. ed. Zeun.

Γὰρ δὴ — γε δήπου. Id etiamne ita dictum fuerit, ut ad particulas γὰρ δή — γε denuo adponeretur δήπου, ut id singulare aliquod verbum efferret, dubitari potest. Apud Xenophontem quidem in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 4. §. 7. ed. Zeun. ita scriptum est in libris Guelpherb. et Paris. Πρῶτον μὲν γὰρ νῦν οὐκ ἂν φυλάττεσθαι οὐδὲ φυλάττειν τούτους ἡμᾶς δέοι, οὐδ' αὖ σιτοποιεῖν τούτοις· οὐ γὰρ δὴ λιμῷ γε δήπου κατακανοῦμεν αὐτούς κτέ., quom volgo legeretur: οὐ γὰρ λιμῷ γε δήπου κατακανοῦμεν αὐτούς. Ac sane id recte sic dici potuisse videtur, ut particulae illae οὐ γὰρ δὴ ad universam adfirmationem pertinerent, eae autem, quae post λιμῷ positae essent, de hoc potissumum verbo adseverarent. Cui dicendi rationi adsimulavit Ernestus Poppo ad h. l. id, quod iidem libri haberent postea lib. VI. cap. 2. §. 20. ed. Zeun. Ἔπειτα δὲ δὴ διαγγέλλεται δήπου κτέ. pro eo, quod volgo legeretur: Ἔπειτα δὲ διαγγέλλεται δήπου κτέ. Quamquam hoc facile potest ex διττογραφίᾳ aliqua natum fuisse. Praeterea conferantur ea, quae infra dicentur de particulis δήπου et γὲ δήπου.

Γὰρ δήπου. Alia caussa est, si ad particulas γὰρ δὴ accedit, id quod non raro factum est, particula πού. Ea enim ita consociatur cum illis particulis, ut adaugeatur universa illa totius orationis adfirmatio, quam particulis γὰρ δὴ declarari diximus. Tantum enim abest ut stabilita per particulam δὴ ratio infringatur eo modo, uti docuit Hoogeveenus p. 104. ed. Schütz., ut confirmetur etiam per particulam πού. Quia enim per particulas γὰρ δή που rebus ita comparatis aliquid

dicitur profecto esse aliquo modo, quicumque is modus est, illud, quod incerti habet particula πού, non pertinet nisi ad modum ac rationem, qua aliquid sit: nullo autem modo infringit priorem adseverationem, sed confirmat potius eo, quod eam rem quoquo modo, tamen revera esse dicit. Id enim, quod dicimus esse qualicumque modo, quoniam ne curamus quidem modum, quo sit, maxume esse adfirmamus. Itaque Graecorum δήπου plane respondet Latino *utique*. Ita legitur apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 6. §. 28. *Τούτων γὰρ δήπου κοινωνήσαντες καὶ σῖτον ἀφθονώτερον ἐν ταῖς κώμαις εὑρίσκετε, διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τοὺς Θρᾷκας κατὰ σπουδὴν μᾶλλον φεύγειν, καὶ προβάτων καὶ ἀνδραπόδων μετέσχετε.* Hoc enim dicitur isto loco: *Harum enim rerum participes utique — inveniretis etc.* Cf. eiusd. lib. V. cap. 5. §. 16. *Σὺ γὰρ δήπου, ἐπεὶ ᾔσθου —, εὐθὺς ἔπεμπες πρός τε τὸ Περσῶν κοινὸν κτέ.* Eodemque modo legitur apud Platonem in *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 78. ed. Bekk. p. 94. A. ed. H. Steph. *Ἁρμονία γὰρ δήπου παντελῶς αὐτὸ τοῦτο οὖσα, ἁρμονία, ἀναρμοστίας οὔ ποτ' ἂν μετάσχοι.* Conf. Demosthenes *de falsa legat.* §. 113. ed. Bekk. p. 375. ed. Reisk. *μέμνησθε γὰρ δήπου*, quod recte vertit Devarius: *Meministis enim utique.* Vid. vol. I. p. 64.

Si ad particulas *γὰρ δή που* accedit particula *γέ*, refertur illa ad singulare verbum enuntiationis de eoque adseverat, veluti factum est in illo Xenophontis loco, qui legitur in *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 7. §. 17. *Ἀλλὰ πρὸς θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, εἴ τι καὶ τοῦ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν· οὐ γὰρ δή που τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδὲν ἔσομαι ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω κτέ.* Res non videtur egere explicatione. *Γὰρ δή που — γέ.*

Γὰρ οὖν particulae ubi compositae leguntur, priore quidem particula cum aliqua ratiocinatione universa res adfirmatur, posteriore autem particula *οὖν* revocatur ea caussa iam ad id, quod nunc quidem inde nobis evenerit. Recte enim Fr. Ellendtus in *Lex. Sophocl.* vol. I. p. 341. particulas *γὰρ οὖν nam, ut nunc est*, significare ait, ut *γὰρ* ipsum quoque explicativa vi diceretur. Exempla huius rei multa adtulerunt G. Hermannus ad Vigerum p. 449. b. ed. tert. P. Elmsleius ad Sophoclis *Oedip. Colon.* v. 496. p. 163. ed. Lips. ante hos R. Porsonus ad Euripidis *Medeam* v. 586. p. 66. ed. Lips. tert. *Γὰρ οὖν.*

Ac primum quidem particulae *γὰρ οὖν* liberiore quodam modo inter se compositae sunt, ut utriusque particulae vis

propria magis exstaret, veluti in illo Homeri loco Iliadis lib. II. v. 350.

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα κτἑ.,

quibus in verbis γὰρ declarat, quid rebus ita comparatis adfirmandum esse videatur, particula οὖν autem propterea adposita est, ut significaret, adfirmationem illam ad rem praesentem pertinere, aut lib. XV. v. 231 sq.

Σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, Ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ·
τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκωνται,

quo in loco si dixisset poeta simpliciter: τόφρα γάρ οἱ ἔγειρε μένος μέγα κτἑ., id tantum modo declararetur: *Tam diu igitur excita eius animum etc.*, nunc autem, quom dixit: Τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα κτἑ., hoc dicitur: *Tam diu igitur nunc* (cum res ita se habeant) *excita eius animum etc.*, quo modo apparet quem ad modum liberior illa ratiocinatio, quam particula ἄρα significari diximus, ad praesentem rem revocetur omninoque argumentum aptius concludatur.

Hae autem particulae tam frequenter ab Atticis scriptoribus ita coniungi solebant, ut deinceps duae particulae quasi unam significationem efficere viderentur, veluti in Platonis *Phaedro* quod legitur Part. I. vol. I. p. 42. ed. Bekk. p. 247. ed. H. Steph. Ἔχει δὲ ὧδε. τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα., quod sic explicandum est: *Res autem sic se habet. Audendum est enim, cum hoc ita sit,**), *verum dicere etc.* Οὖν enim colligit praesentem rerum statum, ut hoc considerato denique illud audendum esse videatur. Quod si quis dicat similem quandam significationem habere etiam particulam ἄρα, quae lateat in γὰρ particula, id quidem concedi facile potest. Sed ἄρα tamen et per se differt a particula οὖν, qua de re supra iam diximus p. 173. atque infra dicetur in particula οὖν, et eo magis hoc loco vis particulae ἄρα conclusiva oblitterata est, quod non per se ipsa stat, sed aptius coniuncta cum particula γέ est, ut adposita similis particula οὖν nihil omnino difficultatis habere possit. Eodem modo loquitur Plato

---

*) Ne quis aut me, qui particula οὖν reddidi: *cum hoc ita sit*, aut Fr. Ellendtum, qui vertit: *ut nunc est*, ideo reprehendat, quod alia quaedam vis sit unius particulae, alia totius enuntiationis, commemoro nos docendi caussa hoc posuisse, quod si Latine uno verbo recte dici posse videretur, a nobis quoque uno verbo significatum esset.

de re publica lib. V. Part. III. vol. I. p. 218. ed. Bekk. p. 451. A. ed. H. Steph. Προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων καὶ νομίμων πέρι.; quo in loco quom illa adfirmatio, quam continet particula γάρ, infertur explicationis caussa, istud, quod adiunctum est, οὖν rem refert magis ad praesentem rerum statum, in quo hoc iam ita explicandum esse videatur. Sic in omnibus iis locis, ubi ponitur particula γάρ, si res praesens magis consideranda esse videatur, adponi potest, quae hoc iubet, particula οὖν. Sic adhibentur, ut hoc commemorem, etiam in responsionibus eaedem particulae, veluti in eo loco, quem iam posuit Hoogeveenus p. 106. ed. Schütz. Xenophontis de *Disciplina Cyri* lib. 1. cap. 6. §. 22. ed. Zeun., ubi haec habentur: Λέγεις σύ, ἔφη, ὦ πάτερ, εἰς τὸ πειθομένους ἔχειν οὐδὲν εἶναι ἀνυσιμώτερον τοῦ φρονιμώτερον δοκεῖν εἶναι τῶν ἀρχομένων; Λέγω γὰρ οὖν, ἔφη., qua in responsione multo magis exstat conclusio ista, quam si simpliciter diceretur: Λέγω γάρ. Nec aliter res se habet ibidem lib. V. cap. 5. §. 16. Οὐκοῦν ἐγὼ ἐπείσθην τε ταῦτα ὑπὸ σοῦ καὶ παρεγενόμην, ἄνδρας ἄγων σοι ὡς ἦν δυνατὸν πλείστους τε καὶ ἀρίστους; Ἦλθες γὰρ οὖν, ἔφη. Additur ita particula οὖν etiam γάρ per parenthesin interiecto in media aliqua enuntiatione, uti in Platonis *Timaeo* Part. III. vol. II. p. 11. ed. Bekk. p. 21. ed. H. Steph. Ὁ δὴ γέρων, σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι, μάλα τε ἥσθη καὶ διαμειδιάσας εἶπεν κτέ.

Sic adponitur οὖν etiam ad coniunctas particulas ἀλλά — γάρ, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 989 sq. dicitur: Ἀλλὰ—γὰρ οὖν.

> Ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ
> κείνην τε ταῦτα δυστομεῖν κτέ.,

quo in loco quem ad modum οὖν accipiendum sit, facile apparet. Revocat enim id, quod dicitur, ad eum rerum statum, quem iam praesentem habeamus.

Nec tamen obstat quidquam, quo minus ad particulas γὰρ οὖν, si temporis praesentis notionem efferri vis, etiam adponas νῦν particulam, quem ad modum dicitur in Aristophanis *Vespis* v. 725 sq.

> Ἦ που σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκεν, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
> οὐκ ἂν δικάσαις. σὺ γὰρ οὖν νῦν μοι νικᾶν πολλῷ δεδόκησαι κτέ.,

quia οὖν non continet nisi id, quod, ut res comparatae sint, sit, ideoque recte tempus ipsum accuratius etiam per νῦν declarari potuit. Vide Hoogeveenum p. 107. ed. Schütz.

Γὰρ οὖν δή. Si quando ad particulas γὰρ οὖν adiicitur particula δή, adfirmatur res etiam temporis condicione significata eo quo supra vidimus modo in particulis γὰρ δή. Sic res sese habet in Platonis lib. V. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 266. ed. Bekk. p. 476. ed. H. Steph. Ἔχει γὰρ οὖν δή, ἔφη, οὕτως. Ibi enim, qui explicata Socratis argumentatione ita adsentitur Glauco, ut dicat: Ἔχει γὰρ οὖν δὴ οὕτως, primum quidem rem rebus ita comparatis ita se habere ait, id quod per particulam γὰρ declarat, deinde accuratius rem etiam refert ad id, quod nunc agatur, quod facit particula οὖν, denique etiam hoc significat sibi hoc iam ita exploratum videri, ut res quasi transacta esse videatur, id quod denique denotat particula δή. Nec alia caussa est alterius loci, quo usus est Hoogeveenus p. 107. ed. Schütz., ex eiusdem Platonis lib. *de legibus* III. Part. III. vol. II. p. 288 sq. ed. Bekk. p. 682. A. ed. H. Steph. Λέγει γὰρ δὴ ταῦτα τὰ ἔπη καὶ ἐκεῖνα ἃ περὶ τῶν Κυκλώπων εἴρηκε κατὰ θεόν πως εἰρημένα καὶ κατὰ φύσιν· θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν [ἐνθιαστικὸν] ὂν γένος ὑμνῳδοῦν πολλῶν τῶν κατ᾽ ἀλήθειαν γιγνομένων ξύν τισι Χάρισι καὶ Μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε.

Γάρ που. Porro si componuntur particulae γάρ που, non mitigatur aut infringitur vis adfirmativa particulae γάρ, uti grammaticis quibusdam visum est, verum id quidem, de quo dicitur, non minus quam simplici γὰρ particula etiam tum adfirmatur, quod autem adiectum est πού, quom a principio significaret *alicubi*, id mox a loci significatione translatum est ad modum, quo id, quod diceretur esse, sese habere videretur. Itaque hoc dicitur coniunctis istis particulis: *Nam aliquo modo, sane aliquo modo*. Istud autem *aliquo modo* Latinorum aut Graecorum πού non tam pertinet ad id, quod res sit, sed quo modo sit. Quod quom ita sit, non tam hoc incertum fit adiecta illa voce, esse rem, sed illud potius in medio relinquitur, quo modo res, de qua praedicatur aliquid, ita comparata esse videatur. Ac tantum abest, ut adfirmativa particulae γὰρ vis infringatur hoc modo, ut interdum etiam adaugeri videatur. Nam quod quoquo modo sit, tamen esse adfirmatur, id fortius esse dicitur, quam si omissa ista condicione simpliciter esse dicatur. Sed quidquid id est, quod particula πού significatur, qua de re suo loco accuratius dicetur, certe non valet ad infirmandam adfirmationem. Ita in iis locis, quos Hoogeveenus p. 107 sq. adposuit, ut opinionem suam comprobaret, nihil eius modi, quod voluit ille, continetur. Ac primum quidem in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 98. ed. Bekk. p. 275. ed. H. Steph., ubi Socrates

ita loquitur: *Δεινὸν γάρ που, ὦ Φαῖδρε, τοῦτ' ἔχει γραφὴ καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίᾳ.*, non exspectat singulari hac voce adsensum Phaedri neque ipse Phaedrus ad hoc quidquam adsentiendi caussa dicit. Nam quod finita Socratis oratione dicit: *Καὶ ταῦτά σοι ὀρθότατα εἴρηται*, id spectat ad omnem magistri argumentationem. Sed illud potius dicitur istis verbis: *Habet enim nescio quo modo (quodam modo), mi Phaedre, hoc molesti scriptio ac revera simile picturae.* Quibus in verbis illud *nescio quo modo* aut *quodam modo* nihil valet ad infirmandam sententiam, sed auget potius adseverationem, quod res, etiam si modum, quo ita sit, non plane perspiciamus, tamen re vera ita esse dicatur. Sic factum est, ut adeo rem ipsam confirmare videatur adpositum illud *πού*, de quo recte dixit Devarius ipse p. 191. Sic in altero, quem adtulit Hoogeveenus, Platonis loco de *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 93. ed. Bekk. p. 101. ed. H. Steph. *Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυεῖν πλείω εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπερβάλλειν, φοβοῖο ἂν λέγειν, ἀλλὰ μὴ πλήθει καὶ διὰ τὸ πλῆθος; καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι, ἀλλ' οὐ μεγέθει; ὁ αὐτὸς γάρ που φόβος.*, minume res ita comparata est, ut de ea Socrates dubitare debere videatur, sed res adfirmatur potius eo, quod ille in medio relinquens, quo modo hoc fiat, ita tamen esse ait. Neque Phaedo propter illud *πού* mox ita adsentitur: *Πάνυ γε.* Nam sic adsentiretur etiam, si *πού* non esset adpositum. Nec tamen hoc ita dictum existumari velim, quasi ego putem Latine verba *nescio quo modo* aut *quodam modo* id, quod Graeci dixerant *πού*, non fortius declarare, sed docendi caussa vix poteram aliis verbis uti. Denique in illo Euripidis loco, quem posuit idem grammaticus ex *Heraclid.* v. 151 sqq., in quo seiunctas particulas *γάρ που* esse ait et idem tamen significare:

> Οὐ γὰρ φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί που
> μόνον τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος
> τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς κατοικτιεῖν,

non videtur ista particula ullo modo debilitare adfirmationem, sed si id consideramus, quod denique declaratur istis particulis, est hoc potius Latinis particulis *nequaquam* simile, ut hoc dicatur: *Nequaquam enim te, sanae quidem mentis dum sis, credunt solum ex tanta Graecia, quam peragrarunt, horum temererarias calamitates commiseraturum esse,* aut: *Non enim te putant ullo modo etc.* Neque enim per ironiam hoc efficiendum erit, quod aperte declaratum est. Sed conferantur ea, quae infra suo loco de particula *πού* dicenda sunt, et quae supra explicavimus in particulis *γάρ δή που* p. 262 sq.

Γάρ τε. De particulis γάρ τε nihil dicam hoc loco. Neque enim Atticis in usu fuerunt coniunctae hae particulae, ac si quid dicendum erit, dicetur in particula τέ.

Γάρ τοι. Reliquum est ut dicam de particulis γάρ τοι, quae particulae ubi coniunctae leguntur, reddi Latine commode possunt: *nam omnino*, quo modo eas interpretatus est G. Hermannus ad Vigerum p. 829. ed. tert. Quamquam, ut modo de particula γὰρ vidimus, haec quidem particula ita tantum modo Latinae particulae *nam* respondet, quod aliquam adfirmationem contineat, quae denique eodem nos adducat quo *nam* particula; τοὶ autem particula ipsa quoque a principio non habuit nisi relativam quandam significationem, qua significaretur aliquid aliquo modo esse aut fieri, ut nos quidem de eo modo videre nolimus, sed rem tamen fere ita esse dicamus. Qua ratione videtur esse factum, ut τοὶ aliquam adfirmationem habere videretur, quem ad modum Latinorum *fere* aut *omnino*, quod nos dicamus: *Im Allgemeinen*, aut: *überhaupt*, vel: *allerdings*. Quam rem quom iam supra p. 55. et p. 60. tetigerimus, nunc quidem enucleandam non putamus, cum praesertim infra de particula τοὶ separatim disserendum esse videatur ad p. 207 sq. Coniunctis igitur istis particulis hoc significatur. Primum referuntur ea verba, quae inducuntur per particulam γάρ, ad ea quae antecesserunt verba per aliquam adfirmationem, ut appareat, cur illud, quod positum est, verum esse videatur: id igitur efficitur particula γάρ. Deinde id, quod hoc modo pronuntiatum est, alio quodam modo adfirmatur per particulam τοί, non ut ex iis, quae dicta sunt, adseveretur id, quod iam dicitur, sed ut res universa, etiam non habita ceterarum rerum, quae una dicuntur, ratione vera esse declaretur. Τοὶ enim eo, quod rem a l i q u o m o d o esse dicit, nec singularem aliquam rationem, qua aliquid sit, respicit, universam aliquam adfirmationem adfert, quasi nostra lingua dicas: *allerdings*, vel aliquid eius modi.

Sic igitur in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 151. ed. Bekk. p. 310. C. ed. H. Steph. γάρ τοι explicandum est, ubi Socrates refert sermonem a se habitum cum Hippocrate: Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει στὰς παρ' ἐμοί. Πρώην, ἔφην ἐγώ· σὺ δὲ ἄρτι πέπυσαι; Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, ἑσπέρας γε. Καὶ ἅμα ἐπιψηλαφήσας τοῦ σκίμποδος ἐκαθέζετο παρὰ τοὺς πόδας μου, καὶ εἶπεν· Ἑσπέρας δῆτα, μάλα γε ὀψὲ ἀφικόμενος ἐξ Οἰνόης. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα· καὶ δῆτα μέλλων σοι φράζειν ὅτι διωξοίμην αὐτόν, ὑπό τινος ἄλλου ἐπελαθόμην. Quibus in verbis ita dicitur γάρ τοι, ut per particulam γάρ,

haec quae ponitur enuntiatio ideo adfirmetur, ut appareat cur Oenoe venerit Hippocrates, particula τοὶ autem ita adposita est, uti per eam particulam eadem enuntiatio etiam universa adseveretur, non habita eius rei, quae modo declarata est, ratione. Itaque proprie istis verbis hoc dicitur: *Denn es war mir allerdings (beiläufig gesagt) mein Diener Satyros entlaufen*, aut: *Denn es war mir (beiläufig gesagt) in der That mein Diener Satyros entsprungen.* His ego in verbis Germanicis si interposui vocem: *beiläufig gesagt*, ea quidem ipsa non continetur, ut quivis facile intelleget, in Graecis verbis, sed nos tamen singularem vim particulae τοὶ vix possumus aliter interpretari, qua res universa omissa iam reliqua ratiocinatione adfirmetur omnino ita se habere. Quod si aut alio modo iam satis cognitum esse Socrati putasset Hippocrates, Satyrum aufugisse, aut certe rem omnino adseverari noluisset, nisi ita, quia pertinebat ad eam, quam instituerat, profectionem, diceret ille simpliciter: ὁ γάρ παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα. Nunc autem quasi rem, quae ipsa quoque non solum conclusiva illa adfirmatione, quam particula γὰρ declarari vidimus, sed omnino adseveratione indigeret, fugam Satyri rettulit, ideoque summo iure adiecit particulam τοί, quae universam quandam adfirmationem eiusdem rei contineret. Quo melius hoc discrimen intellegi queat, utar quodam Euripidis loco ex eius *Helena* v. 93. ed. Herm., ubi postquam Teucer significavit se a filio suo patria pulsum exsulare, dicit Helena:

Ἐκ τοῦ; τὸ γάρ τοι πρᾶγμα συμφορὰν ἔχει.

quo in loco si dixisset: τὸ γὰρ πρᾶγμα συμφορὰν ἔχει, posset de una Teucri fuga cogitari, nunc res magis universa significatur, ut hoc declaretur: *Est enim omnino ea res misera.* Eadem vis particularum γάρ τοι est etiam, quamquam paullo aliter, conspicua in *Phaedro* Platonis Part. I. vol. I. p. 4. ed. Bekk. p. 227. ed. H. Steph., ubi Phaedrus a Socrate de scholis Lysiae interrogatus haec dicit: Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, προσήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή. ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον ἐρωτικὸς κτέ., quo in loco ipso quoque prior adfirmatio, quae posita est in particula γάρ, ita separanda est ab ea adseveratione, quam adiungit τοὶ particula, ut illa prior pertineat ad ipsam ratiocinationem, haec autem posterior nihil spectet nisi universam caussam, quasi Graeca illa verba: ὁ γάρ τοι λόγος ἦν — οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον ἐρωτικός, Germanice ita reddideris: *Denn die Rede war in allem Ernste — ich weiss nicht wie verliebten Inhalts*, qua ex inter-

pretatione credo apparebit, quem ad modum vis particulae *τοί* separanda sit a *γὰρ* particula. Nihil enim *τοί* particula quidquam commune habet cum ratiocinatione, quae posita est in particula *γάρ*. Qua in re mihi mirum esse videtur, quod R. Kühnerus in *Gr. Gr. ampl.* vol. II. p. 458. eam particulam ait significare conclusionem. Nam quo utitur loco Xenophontis de *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 7. §. 17., in quo haec dicit Cyrus moriens: *Ἀλλὰ πρὸς θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, εἴ τι καὶ τοῦ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν· οὐ γάρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδὲν ἔσομαι ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω· οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε.*, is nullo modo id probat. Neque enim per se aptior conclusio isti loco conveniret, nec posita est ea vis in particula *τοί*. Sed universa ista adfirmatio, de qua saepe dico, continetur voce *τοί*, ut hoc dicat Cyrus: *Neque enim nunc profecto animum quidem meum videbatis, sed ex iis rebus, quas gerebam, eum esse in hoc corpore intellegebatis.* Immo tantum abest, ut concludatur oratio per particulam *τοί*, ut hoc semper, ut supra diximus, cogitatione quidem certe ab ea adseveratione, quam habet particula *γάρ*, separandum esse videatur. Sic in illo Platonis loco *Protagorae* Part. I. vol. I. p. 208. ed. Bekk. p. 340. E. ed. H. Steph. *Καὶ ἐγὼ εἶπον· Νὴ τὸν Δί', εἰς καιρόν γε παρατετύχηκεν ἡμῖν ἐν τοῖς λόγοις Πρόδικος ὅδε. κινδυνεύει γάρ τοι, ὦ Πρωταγόρα, ἡ Προδίκου σοφία θεία τις εἶναι πάλαι, ἤτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρξαμένη, ἢ ἔτι παλαιοτέρα.*, eodem plane modo per particulam *τοὶ* universa adfirmatio sententiae continetur, quum *γὰρ* spectet potius ad antecedentia. Dicit enim hoc Socrates: *Tempore hercle quidem nostrae disputationi intervenit Prodicus hic. Visa est enim profecto, Protagora, Prodici sapientia divina quaedam esse iamdudum, sive a Simonide profecta sive etiam antiquior.* Eodem modo interpretandus ille Xenophontis locus est ex *Cyri disciplina* lib. VIII. cap. 3. §. 37. *Καὶ ὁ Φεραύλας εἶπε· Ποίων πλουσίων; τῶν μὲν οὖν σαφῶς ἀποχειροβιώτων; Ἐμὲ γάρ τοι ὁ πατὴρ τὴν μὲν τῶν παίδων παιδείαν γλίσχρως αὐτὸς ἐργαζόμενος καὶ τρέφων ἐπαίδευε κτέ.* Nam hoc quoque loco particula *τοὶ* non pertinet ad *γὰρ* particulam, sed universam sententiam spectans aliam quandam adfirmandi vim habet. Itaque recte facere videntur ii, qui in eius modi locis non *γάρτοι* scribunt, sed disiunctis duabus particulis *γάρ τοι*, cum praesertim quibusdam locis etiam alia vox inter eas particulas interposita re-

periatur, veluti factum est in illo loco, quem supra posuimus ex Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 7. §. 17.

Ex hac disputatione nostra hoc, opinor apparebit, cur multis in locis, quibus γὰρ particula optume congruat, dici tamen commode non possit γάρ τοι. Sunt enim loci, in quibus ratiocinationi isti conclusivae locus facile concedatur, universae autem adseverationi concedi locus vix possit. Ita rectissume iudicavit Imm. Bekkerus, quod in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 160, 4. suae edit. p. 314. E. ed. H. Steph. scripsit: *Ἀλλ' ὦ 'γαθέ, οὔτε παρὰ Καλλίαν ἥκομεν οὔτε σοφισταί ἐσμεν, ἀλλὰ θάῤῥει· Πρωταγόραν γάρ τι δεόμενοι ἰδεῖν ἤλθομεν. εἰσάγγειλον οὖν. Γάρ τι* enim ex libris quos ipse contulit tredecim habent novem, quom quattuor libri id, quod inde ab H. Stephano volgabatur: γάρ τοι, exhibeant. Id facile doceri potest ferri hoc loco non posse. Nam famulo Calliae non erat istud, quod Protagorae caussa, non Calliae venissent, per universam quandam adseverationem aperiendum, sed tantum modo res significanda, qua tenus hoc faceret, quod fit optume per simplicem particulam γάρ. Quam ob rem non probo, quod hunc quoque locum posuit Hartungius vol. II. p. 353. pro exemplo particularum γάρ τοι. Eodem modo nunc recte ex libris optumis ac plurumis editum est apud Thucydidem lib. VII. cap. 33. *Σχεδὸν γάρ τι ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ἀκραγαντίνων, οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν, οἱ δ' ἄλλοι ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους μετὰ τῶν Συρακοσίων οἱ πρότερον περιορώμενοι ἐβοήθουν.*, quom antea legeretur non satis apta scriptura: *Σχεδὸν γάρ τοι κτέ.* Atque in eodem libro cap. 80. mea quidem sententia non recte fecit Fr. Goellerus, quod in verbis his: *Καὶ ὁ Νικίας, ἦν γάρ τι καὶ ἄγαν θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος, οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη κτέ.*, unius libri Mosquensis testimonio commotus scripsit: *ἦν γάρ τοι καὶ ἄγαν κτέ.* Neque enim agitur hoc loco de eo, de quo quasi data occasione adfirmetur, sed ea ipsa caussa, cur istud fecerit, adfertur, nec in verbis *τὶ* et *καὶ ἄγαν* contradictio ulla posita est. Sed relinquam haec, quae pene infinita sunt, quia qui recte vim particularum γάρ τοι cognoverit, ea inveniet ipse.

Denique vix opus est a me significari, particulas γάρ τοι ipsa prima ac nativa vi sua saepissume a Graecis positas esse sententiae communis introducendae caussa, in quibus locis particula γὰρ connectit id, quod adiungitur cum antecedentibus, τοὶ autem de universa caussa adfirmat, quasi nostra lingua dicas: *Denn überhaupt*, aut: *im Allgemeinen nämlich*,

Hoc modo iam Homerus locutus est, velnti in Odysseae lib. II. v. 276.

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.

aliique scriptores multi post eum, ut res exemplis indigere non videatur.

CAPUT VI.

De particula γέ, γέ τοι, γοῦν.

Γέ. P. 54. Quas Devarius p. 54. posuit particulas Latinas *at, saltem, certe*, ut doceret quid proprie particula γὲ significare videretur, eae quamquam alia alio loco pro Graeca particula substitui possunt, ita tamen, quom primam ac nativam earum vim ac potestatem spectamus, inter se discrepant, ut ad veram vim ac naturam particulae γὲ cognoscendam non multum adferre videantur. Quam ob rem tametsi admodum difficile est ac lubricum, in his praesertim particulis orationis, quarum prima vis atque interna naturá cotidiana loquendi consuetudine et fréquenti usu non raro prorsus evanuisse videatur, originem primam et naturam vocabulorum ex obscuris antiquitatis indiciis eruere atque investigare, tamen faciendum esse videtur, ut non tam similitudines aliarum linguarum quaeramus, quibus vis particulae γὲ declaretur, quam ipsius potius vocabuli originem, quoad eius fieri queat, et nativam potestatem explicemus.

Ac primum quidem consideranti mihi ac mecum perpendenti vim particulae γέ, qua rem quampiam omissis ceteris rebus quasi certissumam ponere videretur, vox γὲ a principio nihil aliud visa est significavisse, nisi aliquid non iam in opinione hominum, sed in ipso facto constare, ut eam vocem ex aliquo fonte, quem communem habuisset cum verbo *ΓΕΝΩ*, unde etiam nomen γέα sive γῆ fluxisse videretur, emanasse putarem. Ita γὲ per se rem tamquam certissumam ponere videbatur, quippe de qua ipso facto constaret, quasi nostra lingua diceres: *in der That, gewiss*, aut Latine *certe*, antiqua ac vera particulae significatione.

Sed tamen quom viderem, ac reputarem, primam illam, quam ego statuissem, ac naturalem vim particulae γὲ nunc quidem in scriptis veterum Graecorum vix posse agnosci, quod

in simplici quidem adfirmatione non amplius videbam poni illud γέ; sed tantum modo in adfirmatione ea, qua pluribus propositis rebus de una potissumum adseveraretur, contentionis vim maiorem in particula illa esse intellexi quam adseverationis, ut prima illa, quam statuissem, origo ac potestas particulae γὲ mihi locum habere posse non videretur. Neque enim recte existumaret mea quidem sententia, si quis vellet exempli gratia: *Καλῶς γε λέγεις*, non aliter interpretari ac simplicem aliquam adfirmationem, qualis esset: *Ἦ καλῶς λέγεις*. *Γὲ* enim semper aliquam ecfert rem et non adseverat nisi per contentionem, ut mihi iam, quae posita in particula *γὲ* est adseveratio, ea ex contentione potius profecta esse videatur, quam contra, contentio ex adseveratione.

Quod quom ita se habere intellexissem, aliam iam rationem explicandae illius particulae circumspiciendam atque inquirendam putavi. Ita factum est, ut quom vim ipsam, quam particula *γέ*, ubicunque legeretur, mihi habere videretur, considerarem, ea particula antiquitus nihil aliud fuisse videretur nisi antiqua quaedam imperativi forma, sive ducta illa a verbo eo, quod cum *ΓΕΩ*, i. e. *ΕΛΩ*, cognatum esset, aut etiam per acocopen facta ex verbo *ἄγε*, quae hoc potissumum ageret in his locis, ut in aliqua voce, quae fere exciperetur a particula *γέ*, adtentum redderet auditorem, ideoque vim eius vocis acueret. Quom autem ea vox, quae maiore vocis sono effertur, ceteris antistare videatur, fit ut per particulam *γὲ* de hac potissumum voce id, quod dicitur, adseveretur, quae acuitur illa particula. Unde fere adfirmationem ista particula declarari putarunt, quamvis per se adseverationis vim ea particula habere nullam videatur. Quotiescunque enim aliquid per particulam *γὲ* adfirmari videtur, revera aliqua subest oppositio, quae paucis quidem locis aperte declarata est, in ceteris modo obscurius, modo explicatius significatur. Ea autem oppositio non ita comparata est, ut contrarias res inter se opponat, neque enim excludit particula *γὲ* quidquam, sed, ut recte G. Hermannus statuit ad Vigerum p. 824. ed. tert., ita tantum distinguit, ut id, quod distinguitur, eminere ante alia significetur. Id autem primae vocis significationi prorsus consentaneum est, quom illa, ut vidimus, per se non adseveret de aliqua voce, sed eam tantum modo ipso sono acuat. Nam si mentionem feci de duobus hominibus et de alterutro hoc dico: *Jener kommt*, ut acuatur vox *jener*, quasi Graece dicas: *Ἐκεῖνός γε ἥκει*, non quidem illud declaro, alterum **non venire**, quod tum demum verum esset, si dicerem: ***Jener kommt***, sed hoc tantum modo significo, de altero me posse

pro certo adfirmare, de altero minus. Eadem ratio est etiam Graecae particulae γέ, quae multis in locis ne potest quidem aliter reddi nostra lingua nisi eo, ut, quae acuenda vox est, ea sola vocis contentione ecferatur. Sed ne diutius detineam, iam ad exempla me convertam et ad ipsam Graecorum orationem.

Ac primum quidem mihi isti loci ponendi esse videntur, in quibus illa res, quae inter ceteras eminere dicitur, habet aliquam oppositionem aperte declaratam, non quod existumem hanc primam ac necessariam fuisse dicendi rationem, sed quia sic vis ac potestas particulae γὲ optume percipi posse videtur. Adtulit iam Devarius Demosthenis orat. *de corona* §. 272. ed. Bekk. p. 316. ed. Reisk., ubi haec leguntur: Σὺ τοίνυν ταῦτ' ἀφεὶς ἐμὲ τὸν παρὰ τουτοισὶ πεπολιτευμένον αἰτιᾷ, καὶ ταῦτ' εἰδώς, ὅτι καὶ εἰ μὴ τὸ ὅλον, μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας ἅπασι καὶ μάλιστα σοί., quo in loco quem ad modum efferatur vox ea, quam excipit particula γέ, apparet. Neque enim negatur eo loco de tota re, sed ita tamen per aliquam contentionem orationis adseveratur de parte, ut haec ea comparatione tollatur, illud autem, quod opponitur, deprimatur. Sed si primam vim, quam particulam γὲ obtinuisse existumo, explicatius declarare volumus, hoc mihi proprie isto modo dici videtur: *istum si minus totum, age aliquam partem coniicere*, aut quo etiam magis accedas ad nativam dicendi rationem: *partem, age, coniicere*. Sed tamen nemo istud γὲ aliter potuit recepta semel ista dicendi ratione accipere nisi pro particula ea, quae acueret vocem, ut id, quod diceretur, magis in eam rem cadere videretur, quam in reliquas res aut dictas aut non dictas. Ei autem vocis contentioni valde adfinem esse adseverationem supra significavimus, itaque saepe numero etiam adseverationi comitatur particula γέ, veluti in illo Lysiae loco, qui legitur in orat. *contra Agoratum* §. 57. ed. Bekk. p. 135. ed. H. Steph. Καίτοι εἰ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἦπου Ἀγόρατός γε δικαίως ἀποθανεῖται, ὅς γε κτέ. Plures locos adtulit Hartungius l. l. vol. I. p. 380., e quibus, etsi omnibus uti non possumus, tamen aliquot adponam. Et in Aristophanis quidem *Vespis* versus 568., quem ita adfert Hartungius:

Κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεθα, τά γε παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει κτέ.,

nunc propter metri rationem scriptus sic est:

Κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει κτέ.,

ut eo loco tamquam incerto ac dubio uti non queamus. In Homeri autem *Odyssea* lib. IX. v. 410 sq.

Εἰ μὲν δή μήτις σε βιάζεται, οἶον ἐόντα,
νοῦσόν γ' οὔπως ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι.

luculenter apparet vis particulae. Nec difficilior est locus eiusdem *Odysseae* lib. XIII. v. 92 sqq.

Ὃς πρὶν μὲν μάλα πολλὰ πάθ' ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
ἀνδρῶν τε πτολέμους, ἀλεγεινά τε κύματα πείρων,
δὴ τότε γ' ἀτρέμας εὗδε, λελασμένος ὅσσ' ἐπεπόνθει.

Eodemque modo saepe etiam Attici scriptores locuti sunt, veluti Sophocles scripsit in *Oedipo rege* v. 105.

Ἔξω δ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω.

cf. eiusdem fabulae v. 712.

Οὐκ ἐρῶ Φοίβου γ' ἄπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπερετῶν ἄπο.

et apud Plutarchum quod legitur in *vita Periclis* cap. 24. *Εἰ καὶ τὰ πρῶτα μετὰ παιδιᾶς γέγραπται, τοσοῦτόν γ' ἱστορίας ἔνεστιν.* Namque Euripidis loco de *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 1388 sq., nolo uti, quippe ubi iam editum sit:

Τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ', ὅ σοι κρατεῖ,
ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ τἀναγκαῖά τε.

Aut dicitur etiam inversa oratione, quem ad modum in Sophoclis *Antigona* v. 633.

Ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
ἀλλὰ κτένω.

Et sic aliis locis multis, in quibus locis Latina quidem oratione particulae Graecae videtur *quidem* aptissume respondere, veluti quod legitur apud M. Tullium in oratione, quae est *pro M. Fonteio*, cap. 4. §. 8. *Quod vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem nostris, quas exscripsistis, et missis et adlatis, certe scire potuistis.*, cf. quos locos adtulit Hartungius, Ciceronis *Tuscul. disput.* lib. II. cap. 17. §. 41. *Auribus fortasse multae, oculis quidem nulla poterat esse fortior — disciplina.*, et lib. IV. cap. 11. §. 24. *Cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt.*, P. Terenti *Heautont.* act. II. sc. 4. v. 16.

Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo etc.

His igitur in locis omnibus ea, de qua semper indicari per particulam γὲ dixi, contentionis ratio ab ipsis scriptoribus declarata est, sed idem loquendi modus est tamen etiam in ceteris locis agnoscendus, ubi scriptores sua oratione rem non expresserunt, sed tantum modo per istam particulam

cogitatione tacita rem aliquam eius modi supplendam esse indicari voluerunt. Quamquam multis in locis tam lenis oppositionis ratio est, ut, si rem copiosius exponimus, plus in eos locos inferre videamur, quam veteres scriptores voluerint. Sed tamen nulla poterit contentio fieri eius modi, quam habet particula γέ, nisi plures res animo quidem nostro teneamus, ideoque semper aliquid cogitatione adsumendum est, etiam si id levissuma oppositione et celeri cogitatione fieri debet, ut ipsam rem potissumum obtineas, non tam in illo haereas, quod ad explicandam sententiam paullo pinguius adsumendum esse videatur. Sic in illo loco Demosthenis orat. *Olynth.* I. §. 27. ed. Bekk. p. 17. ed. Reisk., ubi dicitur: *Καὶ προσέσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσιν.*) quo in loco quom Demosthenes non simpliciter dixerit τοῖς σώφροσιν, *prudentibus hominibus*, sed τοῖς γε σώφροσιν, *prudentibus quidem hominibus*, apparet eius animo obversatam esse quandam oppositionem, qualis fuerit: εἰ μὴ πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῖς γε σώφροσιν, aut aliquid eius modi, quamquam minus exstat ista oppositionis ratio, si indicata, quam si ipsis verbis declarata est. Eademque explicandi ratio obtinenda est etiam in iis locis, in quibus minus commode videatur isto modo suppleri posse oratio, veluti in Aristophanis illo ex *Equit.* v. 382.

> Ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων ἐν πόλει
> τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστερον κτέ.,

quo in loco ita effertur πυρὸς per particulam γέ, ut si omnem poetae cogitationem exponere velis, ita explicanda res esse videatur: *Fuerunt igitur, omissis reliquis rebus, igne quidem alia calidiora etc.*, quamquam ista, quae a me explicationis caussa interposita sunt, multo lenius et modestius a poeta significantur. Sed tamen per particulam γὲ adsurgit ita oratio ad nomen πυρός, ut aliquo quasi gradu indigeat, per quem eo perveniat. Quo in loco explicando si quis nostram rationem improbaverit atque hoc dicat, tantum modo voce tollendam esse vocem πυρός, ut de sententia constet, recte ille quidem de contentione vocis in verbo πυρός, sed illa tamen ipsa contentio vocis eandem caussam tacita denotat. Itaque rem debebimus tamen paullo pinguius ita accipere, quasi nostra lingua copiosius dicas: *Nach deiner Rede muss wenigstens das Feuer noch von anderen Dingen an Wärme übertroffen werden.*, quibus verbis ita illa vox effertur, ut, quamquam vix quidquam igne calidius cogitari poterit, tamen in chori oratione per exaggerationem rei dicatur, minumum

quasi hoc esse iam, ut ignis calore superetur, fortasse etiam si quae alia igne calidiora sint, ea ipsa quoque calore posse superari. Eadem caussa est etiam eius loci, quem ex Sophoclis *Antigona* v. 736. cum hoc composuit Hartungius l. l. vol. I. p. 368., ubi quom Haemon populi Thebani iudicium in sua et Antigonae caussa appellasset, qui dissentiret cum rege, Creon ita interrogat:

Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

Quibus in verbis explicandis recte quidem dicit Hartungius voce acui notionem: *von Rechtswegen*, sed tamen quem ad modum hoc per particulam γὲ fiat aut potuerit fieri, non indicat. Nec Erfurdtius, qui hoc dicit: *Γὲ est nostrum gar: Soll denn gar ein Anderer, als ich, dieses Land beherrschen?* quidquam proficit, nisi hoc, ut ne sciamus quidem, quo ista particula *gar* pertineat, quam facilius ad verba: *ein Andrer*, quam ad verbum: *soll*, trahas. Melius in hac quidem re G. Hermannus ad Vigerum p. 827. haec ita interpretatur: *Es gehört sich wohl gar, dass ein Andrer, als ich über dieses Land herrsche?* quamquam ne eius quidem explicatione patefit quem ad modum γὲ vim particulae *gar*, quae valde diversa est a nativa vi sua, acceperit. Magis etiam rem obscurat C. Wexius, qui per negationem enuntiationem interrogativam reddens ita interpretatur locum: Οὐδενὶ χρή γε ἄλλῳ ἄρχειν ἢ' μοί. *Kein Andrer ja als ich hat zu befehlen, ich allein ja habe zu befehlen.* Huius enim oratione particula γὲ trahitur ad aliud adeo verbum. Si nativam particulae vim spectamus, debebit hic quoque locus sic expediri, ut χρή γε ita explicetur, ut cogitatione quidem certe aliam adsumas sententiam. Proprie enim hoc dicit Creon: *Alii igitur quam mihi, si non datum iam est aut si non datur revera, oportet quidem imperium huius terrae concedi?* Id ut fiat, postulat vera ac naturalis vis particulae γέ, et hoc modo apparebit illud etiam, quem ad modum istud χρὴ efferatur. Recte hoc sensit Hartungius, ipsam tamen caussam parum explicavit ille. Si istas ambages, quas ego explicationis caussa necessario faciundas censui, omittimus, hoc dicit Creon: *Nonne igitur alium quam me oportet quidem huic terrae imperare?* Illud autem Latinum *oportet quidem* ne ipsum quidem, si rem perspicuam reddere studes, poteris explicare quin adsumas aliud quid cogitatione. Eodemque modo res se habet, ubi particula γὲ in interrogatione ita posita est, ut pronomen interrogativum statim excipiat, veluti quod apud Aeschinem *De falsa legatione* §. 163. ed. Bekk. p. 50. ed. H. Steph. dicitur: Καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ

ἐν τοῖς χοροῖς προῆδον; Quod si quis vertat: *Et cui quidem de me constitit, nisi quidem, uti in choris fit, ego cantu praeivi?* is quidem ipsam sententiam recte reddiderit, sed tamen rem non explicaverit accurate. Neque enim possunt hi loci aliter explanari nisi ita, ut adsumas cogitatione aliquid itaque exponas: *Et, ut reliqua aut ea, de quibus modo dixi, omittam, cui quidem de me constitit?* Etenim ne illo quidem modo quidquam proficies, si solvas vim interrogationis et hanc sententiam ponas: Καὶ οὐδενί γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῆδον; et vertas: *Et nemini quidem de me constitit etc.* Nam etiam sic et γὲ et *quidem* indigent explicatione. Ac rursus redeundum erit ad tale aliquod sententiae supplementum: *Et ut omittam neque ipsum adfuisse neque eorum quemquam, qui adfuisse dicantur, testem productum esse, nemini certe (quidem) constitit de me etc.* Ita se res etiam in reliquis locis habet, in quibus γὲ ad interrogationes adiunctum legitur, qua de re et supra data occasione exquisivimus in particula ἆρα p. 192 sq. et infra dicendi locus erit.

Quamquam vi ac potestate particulae γὲ intellecta et agnita vix opus est ceteros quoque locos a me hic adtingi, persequar tamen etiam alia quaedam exempla, in quibus etsi minus videatur ad explicandam particulam γὲ opus esse tali supplemento, tamen, si penitus naturam particulae eiusque vim inspicere volumus, istae ambages omitti non poterunt. Sic in exclamationibus videmus saepe numero legi particulam γέ, de qua recte iam existumavit Hartungius l. l. vol. I. p. 371., quom dixit tum poni particulam in efferendo praedicato aliquo, si inter cetera praedicata, quae cadere possent in unam aliquam rem, unum potissumum eminere videretur, adferens etiam grammaticum ex Imm. Bekkeri *Anecdot.* p. 971., qui ita praecepisset: Ἐν τῷ καλῶς γε σημαίνει τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ κάλλους ἐκπλήξεως. Sic quod legitur in Euripidis *Hecuba* v. 825. ed. Herm.

Δεινόν γε θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπιτνεῖ,
καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ λόγοι διώρισαν κτέ.

ita explanandum erit: *Si nihil aliud, terribile quidem est, quem ad modum mortalibus omnia collabantur etc.* Hoc modo valde de eo, quod dicitur, adfirmari apparet, eodemque modo et nos dicimus: *Schrecklich wenigstens ist es u. s. w.*, et Latini: *Horrendum quidem est etc.*, ut, quod ita dicitur, eodem denique modo explicandum sit. Adde quod legitur in Aristophanis *Avibus* v. 139 sqq.

Καλῶς γέ μου τὸν υἱόν, ὦ Στιλβωνίδη,
εὑρὼν ἀπιόντ' ἀπὸ γυμνασίου λελουμένον,
οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας κτέ.,

quo in loco istud γὲ ita effert vocem καλῶς, quasi dicas: *Pulcre quidem, ut minumum dicam, meum filium — non exosculatus es etc.*, aut: *Ut taceam reliqua, pulcre quidem etc.* Omnino si ita de aliqua re adsentimur, ut eam per particulam γὲ confirmemus, una eademque explicatio est. Recte igitur Hartungius l. l. p. 372. illud Aristophanis ex *Acharnens.* v. 836.

Εὐδαιμονεῖ γ' ἄνθρωπος.,

ita interpretatus est: *Das muss man sagen, der Mensch ist glücklich!* Dicitur enim hoc: *Ut taceam cetera,* aut, *etiam si minus cetera habet commoda, beatus quidem homo est.* Sic quod dicitur in Platonis *de re publica* lib. I. Part. III. vol. I. p. 4. ed. Bekk. p. 328. A. ed. H. Steph. Καινόν γε τοῦτο., proprie ita dicitur: *Si nihil aliud, novum quidem* (*certe*) *hoc est.* Et sic in reliquis locis omnibus, qui sunt huiusce modi, explicanda res est.

Denique ne plura conquiram, etiam in iis locis, in quibus particula γὲ volgo idem fere, quod καί, *etiam*, *vel*, *adeo,* nostra lingua *gar* significare dicitur, eodem plane modo supplenda sententia est, etiam si in his locis res interdum propterea paullo difficilior explicatu est, quod Graeci, hac dicendi ratione semel inventa, etiam ibi sic locuti sunt, ubi vix ulterius quid posset inveniri. Hoc ita habendum videtur de eo loco Euripidis, quem modo aliam ob caussam tractavimus, qui legitur in *Hecuba* v. 825 sqq. ed. Herm.

Δεινόν γε θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπιτνεῖ,
καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους
ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι.

qua de re dixit quidem R. Porsonus in *praef. ad Hecubam* p. XXXVII., sed dixit ita, ut rationem rei non redderet. Dicitur autem eo loco:

φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,

sic, ut in hunc fere modum supplenda oratio sit: *amicos reddentes eos, qui, ut minumum dicam, inimicissumi erant,* quo modo maxumopere adfirmatur de verbis τοὺς πολεμιωτάτους, quando quidem hoc dicitur: *qui, ut nihil aliud dicam, certe inimicissumi erant.* Ac si in eius modi locis vix poterat plus dici quam declaratum ista voce est, hac tamen, quae instituitur, rei contentione istud, de quo dicitur,

maxime adseveratur, ut non satis sit hoc reddere: *vel inimicissumos*, sed hoc potius ita sonet: *inimicissumos profecto*, aut quo magis accedas ad Graecorum orationem: *inimicissumos quidem*. Sic etiam ille Aristophanis locus, quem adtulit Porsonus l. l., explicandus est, qui legitur in *Nubibus* v. 398 sqq.

Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν,
οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρ' εἴσ' ἐπίορκοι.
ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει κτἑ.

Quod ita expediendum est: *Cur non Simonem aliosve combussit, — quamquam hi quidem sunt periyrissumi, verum si nihil aliud*, aut: *si minus alius dei, suum quidem templum ferit etc.*, ubi nos quidem dicamus: *Sondern warum trifft er gerade seinen Tempel*, sed alia tamen orationis forma, quom Graeca verba hoc sonent: *Sondern seinen Tempel wenigstens*. Eadem ratione etiam particulae *καὶ* et *γὲ* coniunctae leguntur, veluti in illo Euripidis loco *de Iphigenia, quae est Aulide*, v. 1241 sqq.

Ἀδελφέ, μικρὸς μὲν σύγ' ἐπίκουρος φίλοις,
ὅμως δὲ συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρὸς
τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν· αἴσθημά τι
κἂν νηπίοις γε τῶν κακῶν ἐγγίγνεται.

quod est ita explanandum: *Sensus quidam malorum etiam in infantibus quidem innascitur.*, quibus in verbis ita dicimus *γὲ* aut *quidem*, ut hoc modo, quae brevius declarata sententia est, dilatanda esse videatur: *Sensus quidam malorum etiam in infantibus quidem, etiam si nondum adulti sunt, innascitur.* Eodem modo in reliquis quoque locis, qui inveniuntur apud veteres scriptores aut ad veterum exemplorum similitudinem recte atque ordine fingi possunt, particula *γὲ* explicanda erit.

Eadem enim particulae ratio est etiam ibi, ubi saepius aut in una sententia aut in pluribus sententiae membris repetita legitur, veluti factum hoc est in Aristophanis *Pluto* inde a versu 571., quem ex parte recte iam explicavit Hoogeveenus p. 112. ed. Schütz.

Ἀλλ' οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδέν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα.
ἀτὰρ οὐχ ἧττόν γ' οὐδὲν κλαύσει, μηδὲν ταύτῃ γε κομήσῃς,
ὅτι γὲ) ζητεῖς τοῦτ' ἀναπείσειν ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἀμείνων*
πενία πλούτου.,

quo in loco primum *τούτων γε* ita dicitur, ut significetur: *quamquam alia fortasse, horum quidem nihil tu mentiris*, de-

*) Per se potest ferri haec scriptura, quamquam non nego falsum non esse, quod nunc editur: *ὅτιὴ ζητεῖς κτἑ.*

inde dicitur οὐχ ἧττόν γε, ut hoc fere cogitatione tacita supplendum sit: *etsi non plus, non minus quidem flebis*, tum dicitur: μηδὲν ταύτῃ γε κομήσῃς, *noli in eo quidem, de aliis rebus non impedio, gloriari*, denique ὅτι γε ζητεῖς sic ponitur, ut supplendum sit: *ob eam caussam quidem, quod etc.*, quae sententia ipsa quoque non potest explicari nisi per quandam ellipsin: *etiam si de aliis caussis, non de hac quidem caussa, quod etc.* De repetita in una sententia particula γὲ idem habendum est, conf. Sophoclis *Oed. Colon.* v. 981.

Πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;

de quo loco recte iam existumavit Fr. Ellendtus in *Lexic. Sophocleo* vol. I. p. 348., qui sic Latine reddidit: *Quomodo quidem, quod me certe nolente* (possis etiam: *me nolente quidem*) *factum est, iure vituperes?* ut hunc quoque locum per ellipsin tacite quidem instituendam explicandum esse facile appareat.

Sed de universa huius particulae vi ac potestate haec satis dicta sunto. Facile enim quisque ea exempla, quae a nobis hic tacta non sunt, e nostra ratione iudicans persequi ipse poterit. Reliquum est, ut de singulis locorum generibus, in quibus haec particula a Graecis quasi sollemni quodam more usurpari solita est, paucis exponamus. Nam quamquam ne in his quidem locis alia vis particulae γὲ agnoscenda est atque in ceteris locis omnibus, tamen loquendi consuetudine quasi quaedam dicendi formulae natae sunt, quas non praetermittendas esse arbitror.

Ac primum quidem in exclamationibus atque optationibus magnus ac pene singularis usus est particulae γέ, cuius rei aliquot exempla iam supra posita atque explicata sunt. Addi potest Aristophanis locus e *Thesmophoriazusis* v. 615. **Γὲ in exclamatione.**

Πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ.

Ibi facile intellegitur, ceteris rebus omissis de longo quidem tempore adseverari per γὲ particulam. Nec res hoc loco commemoranda videretur, nisi quaedam formulae hinc compositae essent, in quibus prima ac nativa vis particulae paullo difficilius intellegitur. Etenim non solum in eius modi enuntiatis cum adverbiis quibusdam aptius coniuncta particula est, qualia sunt: Εὖ γε, Καλῶς γε, Ὀρθῶς γε, Πάνυ γε, Σφόδρα γε, Μάλα γε et similia, de quibus, quom eodem modo etiam in responsione locum habeant, infra dicendi locus erit, sed cum ipsis quoque exclamandi particulis, veluti in Aristophanis *Pace* dicitur v. 280.

Οἴμοι τάλας, οἴμοι γε κἄτ' οἴμοι μάλα.,

quo in loco οἴμοι γε ita dicitur, ut in hac repetitione vis exclamationis οἴμοι acuatur per particulam γέ, quasi hoc dicat Aristophanes de οἴμοι quidem constare, etsi de aliis rebus, quae huc faciant, minus adseverari queat. Sic etiam illud accipiendum erit, quod legitur in Luciani *Tragodopodagra* v. 296.

Οἴμοι παπαῖ γε τείρομαι, διόλλυμαι.

Sed hic illud tamen pronuntiandum est, non posse exclamationem secum habere particulam γὲ nisi talem, quae in se quandam certae rei significationem contineat. Neque enim fingi potest ὦ γε et quae sunt similia. Huc referri poterit etiam ἰδού γε, quod saepius habetur in veterum scriptis, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 817. ed. Herm. dicitur:

Ἰδού γ', ἰδού, Δί' Ὀλύμπιον· τῆς μωρίας·
τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

et ibid. v. 1474.

Ἰδού γε Δία πατρῷον· ὡς ἀρχαῖος εἶ.

Quamquam eodem iure hoc etiam ad imperativum, de quo deinceps dicetur, referri potest. Nam ita demum cum hac exclamatione componitur particula, quod certae rei notionem habet.

Γὲ in iurandi formulis. Similis caussa est, si particula γὲ in iurandi formulis post ipsam deorum invocationem ponitur. Id enim non fit nisi ita, quod iurandi formula aliquam adfirmationem in se continet, ut eodem iure dicas μὰ Δία γε, quo ἀληθῶς γε et quae sunt similia. Eo modo quom veteres scriptores, ut fere res ferebat, non essent locuti nisi paucis quibusdam locis, fuerunt qui a melioribus Graecae linguae auctoribus eam dicendi rationem alienam esse existumarent eamque ex eorum scriptis tollendam putarent. Quod probari nullo modo potest. Non recte enim R. Porsonus in *Adversar.* p. 36. ex Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 748., quod habetur in libris omnibus:

Μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ' ἀλλὰ βασανιῶ
πρώτιστον αὐτὰ πολλάκις καὶ σκέψομαι.

ita sustulit, ut scribendum existumaret transposita γὲ particula:

Μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ' ἀλλὰ βασανιῶ
πρώτιστον αὐτὰ πολλάκις καὶ σκέψομαι.

comparatis duobus locis similibus, altero, qui in *Vespis* v. 163. habetur:

Μὰ τὸν Ποσειδῶ, Φιλοκλέων, οὐδέποτέ γε.

altero, qui legitur in *Lysistrata* v. 252.

Μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐδέποτέ γ'· ἄλλως γὰρ ἂν
ἄμαχοι γυναῖκες καὶ μιαραὶ κεκλήμεθ' ἄν.

qui loci nihil aliud probant nisi ita loqui Aristophanem potuisse, de quo nemo potuit dubitare: non probant poetam necessario sic loqui debuisse. Itaque consideranda in his locis potius sententia est. Scripsit autem Aristophanes, ut testantur libri, in *Ecclesiazusis*:

Μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ', ἀλλὰ βασανιῶ κτέ.

ut ecferret ipsam adfirmationem, non ut οὐδέποτε sono tolleret. Alter locus, quem idem Porsonus mutari voluit, legitur in Aristophanis *Avibus* v. 11., quo in loco libri omnes hanc servant scripturam:

Οὐδ' ἂν μὰ Δία γ' ἐντεῦθεν Ἐξηκεστίδης.,

quam iniuria praeter Porsonum etiam alii temptarunt critici. Nam quod R. Porsonus contulit eiusdem fabulae v. 22.

Οὐδὲ μὰ Δί' ἐνταῦθά γ' ἀτραπὸς οὐδαμοῦ.,

is nihil demonstrat aliud nisi postponi etiam particulam post ἐντεῦθεν priore loco potuisse. Quamquam minus ad istum locum idoneum erat ita dici: neque enim tollenda vox ἐντεῦθεν est, de qua non disceptatur, sed potius adseveratio totius loci, quae continetur in ipsa iurandi formula, acuenda. Quam ob rem recte fecit G. Dindorfius, quem R. Porsonus in altero loco facile adsentientem habuerat, quod eius praecepto hic non paruit, etsi etiam nunc se ad eam rem proclivem esse significavit in H. Stephani *Thes. Graecae linguae* Vol. II. p. 537. D. Retinuit eum tertius quidam Aristophanis locus, in quo loco quom in libris optumis eadem particulae γὲ collocatio habeatur, minus facilis adhiberi potest medicina. Legitur is locus in *Equitibus* v. 698., ubi optumi codices, Ravennas ac Venetus, exhibent:

Οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.,

et ceterorum librorum scriptura:

Οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ', ἐὰν μή σ' ἐκφάγω.,

prodit corrigentis manum. Itaque is locus movit etiam G. Dindorfium, ut ne audacius hos locos emendandos putaret. Poterat virum doctissumum etiam movere illud, quod in eiusdem Aristophanis *Thesmophoriazusis* v. 225. habetur:

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρά γ' ἐνταυθὶ μενῶ
τεμνόμενος.,

et Platonis vox in *Theaeteto* Part. II. vol. I. p. 203. ed. Bekk. p. 155. ed. H. Steph. *Καὶ νὴ τοὺς θεούς γε, ὦ Σώκρατες, ὑπερφυῶς ὡς θαυμάζω κτέ.* Nec erat ulla caussa, cur de ea dicendi ratione dubitaretur, quom praesertim recentiores Attici saepe

numero hoc modo locuti essent. Reddidit Aug. Meineke etiam Menandro p. 569. *Καὶ νὴ μὰ Δία γε.* Praeterea conferri possunt tales loci, qualis Luciani est in *Dialogo mortuorum* XX. §. 3., ubi postquam Aeacus dixit: *Βούλει σοι ἐπιδείξω καὶ τοὺς σοφούς;* respondit Menippus: *Νὴ Δία γε.* Quod ita dictum est quasi *νὴ Δία* esset quaedam adfirmandi formula. Itaque non aliter illo loco dicitur *νὴ Δία γε* atque aliis in locis: *Πάνυ γε*, et quae sunt similia. Porro huc facit alius Luciani locus *de mercenariis* §. 28. *Τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυνόντα καὶ νὴ Δία γε διψῶντα μύρῳ χρίεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν κτέ.*, ubi *καὶ νὴ Δία γε διψῶντα* denique nihil aliud est nisi: *καὶ ἀληθῶς γε διψῶντα.* Recte igitur G. Dindorfius reddidit *καὶ νὴ Δία γε* etiam Demosthenicae orationi, quae est *περὶ συντάξεως*, §. 16. ed. Bekk. p. 170. ed. Reisk. *Καὶ νὴ Δία γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕτεροί γε λόγοι παρεῤῥυήκασι πρὸς ὑμᾶς ψευδεῖς κτέ.*, ex libro Parisino optumo Σ., quod recte legitur, sive postea *γὲ* cum paucis quibusdam libris tollis sive ibi quoque relinquis. Conf. quos multos locos congessit G. Dindorfius l. l. p. 538. A. Ac si accurate de historia Graecae consuetudinis statuemus, sic habendum erit: antiquo quidem tempore, quom particula *γὲ* non posset iuri iurando addi nisi ita, ut non tam ius iurandum ipsum, sed adfirmatio ea, quae quaereretur iure iurando, respici videretur, eam non additam videri nisi in sermone eo, qui vitae cotidianae consuetudinem repraesentaret. Itaque Aristophanes ceterique poetae comici aliquoties ita locuti sunt, quom ceteri fere scriptores accuratiore quidem dicendi genere *γὲ* ad certam quandam notionem adfirmationis vocare solerent. Postea autem, ubi familiaris et cotidiana loquendi consuetudo etiam a ceteris scriptoribus recepta est, non iam quisquam abstinuit ne ab altera quidem verborum collocatione, quoties illud *γὲ* ad omnem adfirmationem, quae induceretur iure iurando, spectare videretur: itaque dixerunt *μὰ τὸν Δία γε, καὶ νὴ Δία γε*, eodem prorsus modo, quo *πάνυ γε, καὶ ἀληθῶς γε* et quae sunt similia.

Γὲ in hortatione. Ad exclamationem pertinet etiam **hortatio** et **optatio**, de quibus orationis formis, etsi ea quoque condicione *γὲ* particula nullam aliam vim habet nisi eam, ut acuat eam vocem, ad quam adiecta legitur, tamen propterea dicendum hic est separatim, quod formulae quaedam dicendi hinc quoque enatae sunt, quibus Graeci ita usi sunt, ut in plerisque locis non facile agnoscas primam ac naturalem particulae vim. Etenim si dicas: *εἰπέ γε*, proprie nihil aliud dicis, nisi quod Latini dicunt: *dic certe*, nos: *Sage wenigstens*, ut

si nihil aliud faciat, quem rogamus, hoc quidem certe facere iubeatur. Hac autem dicendi ratione ita Graeci usi sunt, ut vim quandam hortativam imperativo particula γὲ quaererent, quae tamen ita, ut dixi, semper proditur, quod quis si nihil aliud, certe hoc, quod dicitur, facere iubetur. Haec vero forma orationis adhibita est aut in ea hortatione, quae per se gravis esset, aut etiam in ea, cui per ironiam gravitas quaedam adtribueretur. In Sophoclis quidem *Philocteta* v. 991. ed. Herm., quom Philocteta se praecipitare vellet de rupe, Ulixes dixit:

Ξυλλάβετέ γ' αὐτόν· μὴ 'πὶ τῷδ' ἔστω τάδε.,

quod est proprie: *Nehmt ihn wenigstens fest*, sed ita dicitur a poeta, ut maxume urgeat, qui hortatur, ut hoc certe ne omittant. Eodem modo idem Sophocles loquitur in *Electra* v. 403. ed. Herm.

Ὦ θεοὶ πατρῷοι, συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν.,

ubi eodem modo urget hortationem, qui dicit *συγγένεσθέ γε*. Idemque dixit aliis etiam adiunctis particulis in *Aiace* v. 475. ed. Herm.

Παῦσαί γε μέντοι καὶ δὸς ἀνδράσιν φίλοις
γνώμης κρατῆσαι, τάσδε φροντίδας μεθείς.

et in *Oedipo Coloneo* v. 593. ed. Herm.

Ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.

Euripides autem in *Supplicibus* v. 842 sq. ita locutus est:

Εἰπέ γ' ὡς σοφώτερος
νέοισιν ἀστῶν τῶνδ'· ἐπιστήμων γὰρ εἶ.,

quibus verbis Theseus ita hortatur Adrastum, ut si nihil aliud, dicat quidem, quae audire volt cives: sed denique nihil aliud volt sibi ista particula, nisi ut urgeat alterum. Conf. Euripidis *Alcest.* v. 1127.

Ὅρα γε μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.

aut, ubi acerba oratio est, Euripidis *Iphigeniam, quae est Aulide*, v. 394.

οὓς λαβὼν στράτευέ γ', οἶμαι δ' εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν.,

quo de loco recte praecepit G. Hermannus ad Vigerum p. 826. ed. tert.

Γὲ in optione.

Similiter statuendum est de o p t a t i o n e, in qua ipsa quoque quasi legitumum locum habet particula *γέ*. Eo enim, quod significamus posse fortasse plura optari, sed nos hoc

certe, quod iam dicimus, ut contingat nobis, optare, studemus adiuvare vim optationis. Sic in Aristophanis *Acharnens.* v. 92 sq., postquam legatus dixit:

> *Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν,*
> *τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν.,*

huius verba carpens respondit Dicaeopolis:

> *Ἐκκόψειέ γε*
> *κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.,*

quibus verbis significat se, si nihil aliud, hoc quidem certe optare, ut corvus oculum legati effodiat, eademque dicendi ratio conspicua est etiam in iis, quae sequuntur: *τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.*, quod est: *si non alius, tuum quidem legati oculum.* Eodem modo locutus est Aristophanes in *Pace* v. 444 sqq.

> *Κεἴ τις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν σοὶ φθονεῖ*
> *εἰς φῶς ἀνελθεῖν, ὦ πότνι', ἐν ταῖσιν μάχαις*
> *πάσχοι γε τοιαῦθ' οἷάπερ Κλεώνυμος.,*

ubi quom omissis ceteris rebus verbum *πάσχοι* acuitur per particulam *γέ*, certiore quodam modo optatio poni videtur. Sic paullo post in eadem fabula v. 450 sqq. dicitur:

> *Κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβῃ,*
> *ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,*
> *ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος κτέ.*

Recteque fecit Hartungius l. l. vol. I. p. 373., quod Latinorum particulam *quidem* comparavit, quem ad modum verbi caussa apud P. Terentium legitur in *Adelphis* act. IV. sc. I. v. 2.

> *Utinam quidem,*
> *Quod cum salute eius fiat, ita se defetigarit velim,*
> *Ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere.*

Quamquam alia natura est Latinae particulae *quidem*, alia Graecae *γέ*.

Γὲ in interrogatione.

Porro si quando particula *γὲ* in interrogationibus locum habet, est quidem eadem, quae in reliquis locis, eius particulae significatio, sed habet res tamen haud raro aliquam difficultatem, si accurate volumus vim particulae declarare. Quam ob rem a nobis separatim de his quoque locis dicendum erit. Et dupliciter quidem *γὲ* particula in interrogatione locum habet, ut aut ad singulare quodpiam enuntiationis interrogativae verbum adponatur aut ut ipsi verbo, in quo maxume nititur et continetur omnis interrogatio, adiungatur. In his duobus dicendi modis etsi una eademque

significatio est eius particulae — proprie enim ea vox, quam sequitur particula, effertur eo modo —, tamen faciliores ad intellegendum plerumque illi loci sunt, in quibus γὲ ad aliud enuntiati verbum pertinet, veluti si Sophocles dixit in *Electra* v. 612.

> Ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τήνδε φροντίδος,
> ἥτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὕβρισε,
> καὶ ταῦτα τηλικοῦτος;

aut Euripides in *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 513.

> Πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν;

et idem in *Supplicibus* v. 343.

> Τί γάρ μ' ἐροῦσιν οἵ γε δυσμενεῖς βροτῶν,
> ὅθ' ἡ τεκοῦσα χὐπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ
> πρώτη κελεύεις τόνδ' ὑποστῆναι πόνον;

aut Aristophanes in *Pace* v. 274 sq.

> Οὔκουν ἕτερόν γέ τιν' ἐκ Λακεδαίμονος μέτει
> ἀνύσας τι;

aut etiam scriptores prosae orationis, veluti Xenophon in *Memorabilibus Socratis* lib. III. cap. 6. §. 14. Ἕνα δὲ μὴ δυνάμενος ὠφελῆσαι, πῶς ἂν πολλούς γε δυνηθείη; aut Demosthenes *contra Androt.* §. 11. ed. Bekk. p. 596, 25. ed. Reisk. Ὅπου δ' αἰτεῖν οὐκ ἐᾷ, πῶς οὐ σφόδρα γε δοῦναι κωλύει; Et de his quidem locis, quom quid sibi vellet particula γὲ plane exstaret, nemo unus dubitavit.

Sed tamen etiam ibi usurpabant Graeci particulam γὲ in interrogatione, ubi magis concisa oratio esset, veluti Euripides scripsit in *Troad.* v. 939.

> Τί δὴ φρονοῦσά γ' ἐκ δόμων ἅμ' ἑσπόμην
> ξένῳ;

et idem in *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 894.

> Κᾆτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν;

aut Sophocles in *Oedipo rege* v. 815. (v. 808. ed. Herm.)

> Τίς τοῦδέ γ' ἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος;

et in *Antigona* v. 502.

> Καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον
> κατέσχον, ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ
> τιθεῖσα;

et in eadem fabula v. 736.

> Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

Quamquam in locis his omnibus particula *γὲ* singularem vocem habet, quam efferat, per eamque demum vocem pertinet ad interrogationem. Ita de his quidem locis nostro tempore fere desitum est dubitari.

Multo difficilior quaestio est de istis locis, in quibus *γὲ* particula ita posita est, ut non possit referri nisi ad id ipsum verbum, in quo continetur interrogatio. Nam hos quidem locos Petrus Elmsleius cum ad Aristophanis *Acharn.* v. 307. tum ampliore adnotatione ad Euripidis *Medeam* v. 1334. p. 286 sq. omnes ex Atticorum scriptis tollendos existumavit, cuius vestigia G. Dindorfius nuper ita pressit in Henrici Stephani *Thesauro Graecae linguae* Vol. II. p. 537. A. B., ut ipse quoque paucis locis eam dicendi rationem Graecis concederet ac recentioribus potissumum vindicaret scriptoribus, ab antiquioribus fere abiudicaret. Qua in re rectum iudicium viri doctissumi desidero. Nam quamquam illa res, si numerum locorum computamus, aliquid veri similitudinis habere videtur, tamen ille vir nec rationem eius rei reddidit et in eo vehementer erravit, quod quom paucioribus locis a veteribus Graecis *γὲ* particulam ad ipsa interrogationis verba adpositam vidisset id dicendi genus prorsus antiquioribus scriptoribus improbatum fuisse pronuntiavit. Qui enim recentioribus scriptoribus hunc loquendi modum concedit, is profitetur Graecis omnino licuisse ita dicere, ergo antiquiores quoque scriptores ita loqui potuisse. Ita illos etiam locutos esse, quom taceant hac de re veteres grammatici, nullos praeter libros testes habere possumus. Nunc autem quom libri multis in locis aut omnes aut satis multi satisque certi testentur, etiam veteres ita locutos esse, ut particulam *γὲ* cum ipso interrogativo verbo componerent, quid caussae poterit esse, cur tamen id esse factum negemus?

Optumos autem libros in his locis testes habemus, qui probent ita etiam veteres dixisse, et Sophoclem quidem in *Oedipo Coloneo* v. 982. ed. Herm. libri omnes testantur sic locutum esse, ubi haec verba habentur:

> *Εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,*
> *εἰς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον,*
> *μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων, εἰς οὓς τ' ἔδρων,*
> *πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;*

quo in loco cur contra omnium librorum testimonium particulam *γὲ* post *πῶς* cum Petro Elmsleio deleamus, nulla est ratio. Quis enim librarius poterat particulam difficiliore forma orationis adponere post *πῶς*, praesertim cum eadem particula mox repeteretur? Verum igitur G. Hermanni iudicium est, qui eandem particulam et priore et altero loco retinuit,

et recte Reisigius quoque πῶς γε in hoc loco tutatus est, ad quem locum ista particula maxume idonea est, dum modo quis recte intellegat. Urgetur enim per particulam γὲ hic illud πῶς interrogativum, ut Oedipus si nihil aliud, rationem quidem velit scire, quo modo factum, quod non voluntarium sit, iure possit vituperari. Ita enim omnis Oedipi oratio procedit: *Sin rursus visus infelix, ut ego visus sum, manus conserui cum patre eumque interfeci, nihil sciens eorum, quae facerem et in quos facerem, quo quidem modo factum quidem non voluntarium iure reprehendas?* Nos in eius modi locis dicamus: *Wie nur kannst du nur die unfreiwillige That billigerweise tadeln?* Quod qui non sentit, id aptissume dici et ut verbum verbo respondeat:

Πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;

is aut Graece nescit aut omnino eum sensum non habet, ut commotiorem tragicorum orationem possit recte percipere. Loquitur enim in tali oratione una quaeque vox internamque dicentis impetum manifestat. Porro huc pertinet alius Sophoclis locus ex *Philocteta* v. 439. ed. Herm., ubi postquam dixit Philocteta:

Ξυμμαρτυρῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε
ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,
γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.

Neoptolemus certa quadam coniectura fretus sic interrogat:

Ποίου γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς;

quibus verbis hoc prodit: *Si nihil aliud, illud velim scire, qualis quidem hic sit, quem quidem praeter Ulixem dices?* quod dicit his verbis: *qualem quidem hunc nisi quidem Ulixem dices?* Id reddas nostra lingua: *Wen nur wirst du als solchen bezeichnen, als nur Odysseus?* Effertur enim in eius modi locis ea ipsa vis, quae est in voce interrogativa, prima ac nativa, non vis interrogationis, ad quam particula γὲ per se nihil confert. In hoc autem Sophoclis loco, ne quis de librorum testimonio dubitet, duo Brunckii libri Venetusque Hermanni habent ipsis litteris: *Ποίου γε*, idque etiam ceterorum librorum auctoritas comprobat, qui exhibent: *ποίου τε*, ut non sit nisi Florentis Christiani coniectura: *ποίου δέ*, quod vix ad hunc locum accommodatum esset.

Accedat Sophocli Aristophanes, qui primum in *Acharnensibus* v. 307 sq. scripsit:

Πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ
οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει;

Nam sic poetam scripsisse testantur libri omnes et recte quidem scripsisse facile doceri poterit, ut nulla ratione ii utantur, qui hoc quoque loco veram scripturam idoneamque deteriore coniectura commutant. Nam quom Dicaeopolis dixisset:

Ὠγαθοί, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐμποδὼν ἐάσατε,
τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκούσατ', εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.,

quibus verbis significavit se pacem cum Laconibus fecisse, chorus non iam hoc quaerere volt, quae iste dicat et qualia, sed desperans posse hominem talem, qui cum summis rei publicae inimicis pacem fecerit, quidquam boni dicere, hoc tantum modo quaerit, quo certe modo is, qui pacta cum Lacedaemoniis fecerit, possit aliquid bene dicere. Nos in eius modi locis dicere solemus: *Wie nur könntest du etwas Ordentliches sprechen u. s. w.* Deinde eodem modo locutus esse videtur idem Aristophanes in *Ranis* v. 138., hoc certe qui meliores libri sunt testantur omnes, et ipsa sententia ita commendat, ut pene sibi optumorum librorum scripturam deposcere videatur. Ibi enim quom Hercules sic esset locutus:

Ἀλλ' ὁ πλοῦς πολύς.
Εὐθὺς γὰρ ἐπὶ λίμνην μεγάλην ἥξεις πάνυ
ἄβυσσον.,

Dionysus ita quaesivit:

Εἶτα πῶς γε περαιωθήσομαι;

Γὲ enim in hoc loco quom editiones omnes ante Brunckium haberent, ille unius libri non optumi auctoritate omisit particulam, quam quom ceteri libri omnes in iisque optumus ille Ravennas constanter servarent, recte tutatus est Carolus Reisigius ad Sophoclis *Oedipum Coloneum* p. 323. Cum enim isto loco dixisset Hercules lacum in illo itinere esse profundum, recte Dionysus non simpliciter quaesivit, quem ad modum eum posset transgredi, sed istud quomodo rectissume effert per particulam γέ, quasi dicas: *Wie nur soll ich dann da übersetzen?* De aliis omnibus tacet, sed hoc certe unum volt scire, quem ad modum possit lacum transgredi. Neque vero dubitari posse videtur, quin idem Aristophanes etiam in *Nubibus* v. 686. scripserit, quod est in libro Ravennate:

οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
πῶς γ' ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;

Aptissuma est enim ad hunc quoque locum particula γέ. Urget enim Socrates hoc ipsum quo modo et, si copiosius

eius sententiam persequimur, hoc dicit: *Ut alia omittam, hoc certo velim scire, qui vocaturus sis, si Amyniae obviam factus fueris.* Neque ego apud eundem Aristophanem in *Ranis* v. 515. neque in *Pluto* v. 583., si in bonis libris πῶς γε haberetur, repudiandum id existumarem. Interea conferatur Aristophanis *Ranarum* v. 936., ubi multo aptius id est, quod est in libris tantum non omnibus:

Σὺ δ', ὦ θεοῖσιν ἐχθρέ, ποῖά γ' ἐστὶν ἅττ' ἐποίεις;

quam illud, quod vulgo legitur:

Σὺ δ', ὦ θεοῖσιν ἐχθρέ, ποῖ' ἅττ' ἐστὶν ἅττ' ἐποίεις;

Multo melius enim effert Aeschylus pronomen interrogativum ποῖα per γὲ particulam, quam significaret se quaerere qualia essent, quaecunque essent, cum praesertim haec verba sequerentur: ἅττ' ἐποίεις. Habent autem ποῖά γε in hoc loco libri Ravennas, Vaticanus, Barroccianus aliique, ut deterioribus libris ποῖ' ἅττα relinquendum esse videatur. Similis est Euripidis locus in *Ione* v. 1016. ed. Herm., ubi rectissume dicitur:

Ἐριχθόνιον οἶσθ'; ἢ τί γ' οὐ μέλλεις, γέρον;

quocum componi potest Aeschinis locus in oratione, quae est *de falsa legatione*, §. 163. ed. Bekk. p. 50. ed. H. Steph. *Καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῇδον;* Praeterea conferantur Aristophanis *Vespae* v. 309 sqq.

Ἀπαπαῖ, φεῦ, ἀπαπαῖ, φεῦ,
μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ'
ὁπόθεν γε δεῖπνον ἔσται.,

ubi ὁπόθεν eodem modo per particulam γὲ effertur. Hos locos si componimus et ipsam verborum sententiam consideramus, cui in omnibus his locis particula γὲ est maxume accommodata, nullo pacto possumus dubitare quin veteres quoque scriptores hac orationis forma usi sint. Nam si quis hoc contendat, hos locos omnes corruptos in libris haberi, quod librarii intulerint illud γέ, is mea quidem sententia vehementer erraverit. Neque enim in illis locis quidquam caussae erat, quam ob rem γὲ inferretur fortasse propter metricas rationes, et omnino librarii amittebant potius eam vocem, ubi ea non opus esse videretur, nedum ut existumanda sit illa particula in eos locos, ubi cum scriptoris sententia tantopere congrueret, ab librario potius quam ab ipso scriptore illata esse. Si quis autem de paucitate exemplorum, quae sint apud veteres scriptores, miretur, is hoc consideret velim, veteres Graecos particulam γὲ in his interrogationibus nisi

suo loco non potuisse, quum recentiores contra ea fere, quae rariora essent, conquirere ac frequentare solerent: eandemque caussam esse huius locutionis quam multarum id genus formularum. De recentioribus autem conferantur, quos ipse G. Dindorfius l. l. p. 537. A. B. excitavit, Galenum vol. III. p. 293. Ὅπου γὰρ — — τὸ μεταξὺ πᾶν ἐπίδοσις ᾖ, πῶς γε συγχωρήσειεν ἄν τις κτέ. cf. p. 208.; ubi πού γ᾽ ἂν legeretur, et Athenaeum lib. X. p. 453. A. Ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυνθάνετο μὴ ἐν γαστρὶ ἔχοι· Πῶς γε, εἶπε, τριταία μὴ βεβρωκυῖα; et Aristidem vol. II. p. 302, 8. Praeterea comparari poterit simillumus particulae γὲ usus in aliis formis interrogationis, de quibus suo loco dictum est, veluti in ἆρά γε, vide quae supra scripsimus p. 191 sqq. Et de interrogatione quidem hactenus.

Γὲ in responsione.

Sequitur ut dicam de responsione, in qua eadem particula γὲ saepissume locum habet. Qua de ratione dicendi, quom illa particula eandem semper habeat significationem, vix videretur dicendum esse, nisi etiam in hoc genere formulae quaedam natae essent, quas taciti praetermittere non possumus. Nam quom particula γὲ id, quod in responsione ponitur, omnino ita inferret, ut quod ab altero magis universe dictum esset, id iam cum quadam restrictione adseveraretur, veluti in Aristophanis *Acharnens.* v. 781. postquam Megareus dixit:

Αὔτα 'στὶ χοῖρος;

reddit Dicaepolis:

Νῦν γε χοῖρος φαίνεται·
ἀτὰρ ἐκτραφείς γε κύσθος ἔσται.,

quibus verbis quod de universa re dictum est, conceditur quidem, sed ita tamen conceditur, ut non valere nisi de praesenti tempore dicatur: cum igitur hoc modo, quod dictum erat, ad singularem quampiam condicionem revocaretur, fieri non potuit quin eadem ratio dicendi usurparetur etiam ita, ut id, quod alter dixerat, ipsum non repeteretur, sed quod facile ex iis, quae dicta erant, quid ad supplendam sententiam opus esset, adsumi posse videretur, condicio tantum modo poneretur, ad quam id revocaretur, veluti in eadem Aristophanis fabula v. 898 sqq. factum est, ubi cum Dicaeopolis ita quaesisset:

Φέρε, πόσου λέγεις;
ἢ φορτί᾽ ἕτερ᾽ ἐνθένδ᾽ ἐκεῖσ᾽ ἄξεις ἰών;

respondet Boeotus:

Ὅ, τι γ᾽ ἔστ᾽ Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή,

qua responsione adfirmatur quidem de ea re, de qua quaesierat alter, sed res tamen ad eas merces tantum modo revocatur, quae sint Athenis, in Boeotia non sint. Haec igitur ita ponuntur, ut per se completa non sit enuntiatio, nisi adsumas ex ipsa interrogatione, quae plenam efficiant sententiam. Cf. Sophoclis *Oedipus rex* v. 363. ed. Herm., ubi postquam Tiresias dixit:

Εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον;

respondet Oedipus:

Ὅσον γε χρῄζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται.

Haec dicendi ratio valde frequentata est in certis quibusdam formulis, illis quidem maxume brevioribus, qualis legitur apud Aristophanem in *Acharnensibus* v. 176., ubi dicit Dicaeopolis:

Ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί,
χαῖρ' Ἀμφίθεε.,

cui respondet Amphitheus:

Μήπω γε πρὶν ἂν στῶ τρέχων·
δεῖ γάρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας.,

quod ita solvendum est: *Μήπω γε χαίρειν με κελεύσῃς, πρὶν ἂν στῶ τρέχων.* Hoc autem in loco minus recte olim fecisse videtur G. Dindorfius, quod Brunckii coniecturam laudavit, qua ille scribendum putarat: *Μήπω, πρὶν ἄν γε στῶ τρέχων.* In hoc enim genere recte observavit P. Elmsleius ad Euripidis *Medeam* v. 1362. particulam *γὲ* post primam potius vocem quam post alteram poni, quod rei maxume consentaneum est, quia in quo maxuma condicionis vis est, id plerumque priore loco ponitur, vid. Fr. Ellendti *Lexic. Sophocl.* vol. I. p. 347. Eodem modo in Sophoclis *Philocteta* v. 1394. postquam dixit Neoptolemus:

Στεῖχε προσκύσας χθόνα.,

respondet Hercules:

Μήπω γε πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος.

Itaque in eiusdem Sophoclis *Trachiniis* v. 414. ed. Herm., ubi nuntius, postquam Lichas dixit:

Ἄπειμι. μῶρος δ' ἦν πάλαι κλύων σέθεν.

respondet:

Οὐ πρίν γ' ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ.,

malim ita potius, ut feci: οὐ πρίν γ' ἂν εἴπῃς, scribi, quam οὔ· πρίν γ' ἂν εἴπῃς, quem ad modum volgo scriptum legitur. Ita enim oratio solvenda est: οὐκ ἄπει, πρίν γ' ἂν εἴπῃς, ac si interpungimus: οὔ· πρίν γ' ἂν εἴπῃς, minus apparebit quid sibi velit particula γέ.

Denique in Aristophanis *Acharnens.* v. 296 sq. malim cum G. Hermanno *de particula* ἂν lib. II. c. 8. p. 106. edere:

> Μηδαμῶς γε πρίν γ' ἀκούσητ'· ἀλλ' ἀνάσχεσθ' ὠγαθοί,

quam cum G. Dindorfio:

> Μηδαμῶς πρίν γ' ἂν ἀκούσητ'. ἀλλ' ἀνάσχεσθ' ὠγαθοί,

quod etiam propter metrum ferri non poterit. Nemo enim facile adsentietur Dindorfio, qui ἂν particulam produci posse statuit.

Huc pertinent etiam illae formulae, in quibus adverbia coniuncta cum particula γὲ in responsione ponuntur, quarum mentionem iam supra p. 281. feci. Nam in his quoque locis verbum, quod in superioribus habetur, intellegendum est, veluti si in Sophoclis *Trachiniis* v. 889 sq. ed. Herm. chorum ita loquentem:

> Ἔτεκεν ἔτεκεν μεγάλαν
> ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
> δόμοισι τοῖσδ' Ἐρινύν.

excipit nutrix his verbis:

> Ἄγαν γε.

aut si paullo post v. 894. quom chorus quaesisset:

> Καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι;

eadem nutrix respondet:

> Δεινῶς γε· πεύσει δ' ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί.

Sic saepe etiam καλῶς γε dicitur, de quo recte praecepit grammaticus in Bekkeri *Anecdotis* p. 972: ἐν τῷ καλῶς γε σημαίνει (particula γὲ) τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ κάλλους ἐκπλήξεως, cf. Hartung. l. l. vol. I. p. 371. Interdum ponitur sic adverbium et particula γὲ etiam in media oratione, quasi qui sic dicit secum ipse loquatur, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 446 sqq. Dicaepolis haec pronuntiat:

> Εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.
> εὖ γ'· οἷον ἤδη ῥηματίων ἐμπίμπλαμαι.

Saepissume autem in eius modi constructione non plena habetur etiam participium cum particula γὲ coniunctum, quod

ipsum quoque non potest intellegi nisi verbum, quod positum est in alterius oratione, cogitatione tua suppleas. Sic in Sophoclis *Oedipo rege* v. 676 sq. dicit chorus:

> *Γύναι, τί μέλλεις*
> *κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω;*

respondet Iocasta:

> *Μαθοῦσά γ' ἥτις ἡ τύχη.*

nempe *κομίζειν μέλλω*. In Aristophanis autem *Acharn.* v. 1049 sq. hoc modo procedit oratio, ut primum paranymphus haec dicat Dicaeopolidi:

> *Ἔπεμψέ τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα*
> *ἐκ τῶν γάμων.*

deinde respondeat Dicaeopolis:

> *Καλῶς γε ποιῶν ὅστις ἦν.*

Ea dicendi ratio maxume in Platonis aliorumque scriptorum dialogis frequentata est. Non ponam hoc loco Platonis *Symposium* p. 174. E. ed. H. Steph. Part. II. vol. II. p. 374. ed. Bekk. *Εἶπον οὖν ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι, κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον. Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ· ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος;* quo loco plerique grammatici usi sunt, quoniam ex eo loco Imm. Bekkerus sustulit particulam, quae non legitur in optumis libris, sed conferri potest eiusdem Platonis *Phaedr.* p. 228. D. ed. H. Steph. Part. I. vol. I. p. 6. ed. Bekk., ubi quom Phaedrus dixisset: *Ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου.*, respondet Socrates: *Δείξας γε πρῶτον, ὦ φιλότης, τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ.*, aut lib. *de re publica* III. p. 399. E. ed. H. Steph. Part. III. vol. I. p. 132. ed. Bekk. *Καὶ νὴ τὸν κύνα, εἶπον, λελήθαμέν γε διακαθαίροντες πάλιν ἣν ἄρτι τρυφᾶν ἔφαμεν πόλιν. Σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς, ἦ δ' ὅς.* His adde quae Wyttenbachius collegit in *epistolam criticam* p. 26. et Aug. Matthiae in *grammaticam gr. ampl.* vol. II. p. 1093 sq. ed. alt.

Γὲ pronominibus adiunctum.

Particula *γέ*, quam in omnibus his locis ita usurpatam esse vidimus, ut id, quod fieri diceretur, si non de aliis rebus, de hac quidem re, quae efferretur per eam particulam, valere significaretur, saepe numero adposita est etiam ad pronomina cuiusque generis. Quam formam orationis, quod inde formulae dicendi solennes natae sunt, breviter hic explicare debemus. Ac de vi particulae, quae esset in eius modi locis, rectissume iam explicavit Hoogeveenus in-

Doctrina particularum Graecae linguae p. 116 sq. ed. Schütz., haec quoque ad ellipsin referens. Utitur ille Homeri verbis his, quae leguntur in *Odysseae* lib. XX. v. 245 sq.

> Ὦ φίλοι, οὐχ ἡμῖν συνθεύσεται ἥδε γε βουλή,
> Τηλεμάχοιο φόνος.,

quibus in verbis apparet ita acui vim pronominis ἥδε adposita particula γέ, ut exclusis ceteris rebus de hac una potissumum dici significetur, quasi dicas: εἰ καὶ μὴ ἄλλαι, ἥδε γε βουλὴ συνθεύσεται. His igitur in locis γὲ non valet nisi ad vim pronominis ipsam efferendam, nihil per se facit ad reliquam constructionem. Hinc etiam factum est, ut particula cum quibusdam pronominis formis tam apte coniungeretur, ut una vox mutato etiam accentu efficeretur, velnti ἔγωγε, ἔμοιγε dictum est, qua de re conferri poterunt schol. Venet. A. ad Iliad. lib. I. v. 173. 174. Apollonius Dysc. *de adverb.* p. 594. Ioannes Alex. p. 23, 6. 7. Etym. Magn. p. 613. et quae scripsit Göttlingius *de accentu Graeco* p. 365. Haud raro etiam ἔμεγε, σύγε, σοίγε scribitur, quamquam in genitivo ἐμοῦ γε constanter servatum est, nec facile σοῦγε in antiquis libris invenias. Sic igitur apud Aristophanem *Acharnens.* v. 186. postquam dixit Dicaeopolis:

> Οἱ δ' οὖν βοώντων· ἀλλὰ τὰς σπονδὰς φέρεις;

respondet ita Amphitheus:

> Ἔγωγέ φημι, τρία γε ταυτὶ γεύματα.

quibus verbis hoc dicitur: *Aio ego quidem, quidquid alii dicunt vel faciant.* Neque enim oppositio est inter id, quod ipse faciat, et inter ea, quae alii faciant, quod si vellet poeta, diceret: ἐγὼ μέν φημι, sed exclusis ceteris omnibus, qui quid faciant, nihil curat is, qui loquitur, de se quidem adfirmat. Quod quom ita esset, saepe numero haec orationis forma in adsensione usurpata est, veluti in *Theaeteto* Platonis Part. II. vol. I. p. 265. ed. Bekk. p. 185. ed. H. Steph., ubi quom Socrates quaesisset e Theaeteto: Περὶ δὴ φωνῆς καὶ περὶ χρόας πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο περὶ ἀμφοτέρων διανοεῖ, ὅτι ἀμφοτέρω ἐστόν; ille respondet: Ἔγωγε., quod Latine vertas: *Equidem*, modo istud memineris, Graeci verbi unam tantum modo esse explicationem, quom Latini *equidem* vel *ego quidem* etiam ponant pro Graecorum ἐγὼ μέν. Cf. eiusdem *Theaeteti* p. 271. ed. Bekk. p. 187. ed. H. Steph., ubi haec dicuntur: ΣΩ. Δυεῖν ὄντοιν εἰδέοιν δόξης, τοῦ μὲν ἀληθινοῦ, ψευδοῦς δὲ τοῦ ἑτέρου, τὴν ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην ὁρίζει; ΘΕΑΙ. Ἔγωγε· τοῦτο γὰρ αὖ νῦν

μοι φαίνεται. Eodemque modo in dissensione dicitur in eodem Platonis dialogo p. 274. ed. Bekk. p. 188. E. ed. H. Steph., quo in loco quom Socrates dixisset: ἢ σὺ οἴει ποτὲ τὸ ἓν ἐν τοῖς μὴ οὖσιν εἶναι; respondet Theaetetus: Οὐκ ἔγωγε. *Non equidem.* Et paullo post p. 278. ed. Bekk. p. 190. ed. H. Steph. quom Socrates hanc interrogationem proposuisset: Ἄλλον δέ τινα οἴει ὑγιαίνοντα ἢ μαινόμενον τολμῆσαι σπουδῇ πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν, ἀναπείθοντα αὐτόν, ὡς ἀνάγκη τὸν βοῦν ἵππον εἶναι ἢ τὰ δύο ἕν., reddit Theaetetus: Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Nec aliter reliquis eius pronominis casibus dicitur, veluti in Aristophanis *Acharnens.* v. 388. si dicitur:

Λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου
σκοτοδασυπυκνότριχά τιν' Ἄϊδος κυνῆν.,

id eodem modo accipiendum est, quasi scriptum esset, si hac forma uterentur Graeci, λαβὲ δ' ἔμουγ' ἕνεκα κτἑ. Spectat enim particula γὲ ad unum pronomen ἐμοῦ. Adde Sophoclis *Antigonam* v. 69 sq.

Οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἄν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.

et *Oedipum Colon.* v. 409.

Οὐκ ἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.

Dativo autem casu dici ἔμοιγε eodem prorsus modo, quo ἔγωγε, notissumum est. Sic in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 9. ed. Bekk. p. 230. ed. H. Steph. Οὕτως ἐκ τοῦ ἄστεος οὔτ' εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀποδημεῖς οὔτ' ἔξω τείχους ἔμοιγε δοκεῖς τὸ παράπαν ἐξιέναι., quo in loco si scripsisset Plato: οὔτ' ἔξω τοῦ τείχους ἐμοὶ δοκεῖς τὸ παράπαν ἐξιέναι, etiam voce tollendum esset pronomen ἐμοί, sed aliam tamen fortasse oppositionis caussam esse suspicarere, nunc dicitur ἔμοιγε, ut ipse de sua sententia, non habita ulla aliorum hominum ratione, tantum modo spondeat. Hinc fit, ut in adsensione ponatur ἔμοιγε itidem, ut ἔγωγε, veluti in *Phaedone* Platonis Part. II. vol. III. p. 18. ed. Bekk. p. 64. ed. H. Steph. dicitur: Ἀτιμάζειν ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὅ γε ὡς ἀληθῶς φιλόσοφος., et in *Theaeteto* Part. II. vol. I. p. 276. ed. Bekk. p. 189. ed. H. Steph. ΣΩ. Ἀρέσκει δέ, ὡς φῄς, τὸ τὰ ψευδῆ δοξάζειν ἀλλοδοξεῖν εἶναι; ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε. In accusativo quidem casu discrepant et libri et editiones inter ἐμέ γε et ἔμεγε. Et sane quom in multis libris ἔμεγε scriptum sit, videri possit ad verborum intellegentiam iuvandam non inutile esse in eius modi locis etiam externa orationis forma significari,

aptius particulam cum pronomine coniungendam esse, itaque scribi ἔμεγε, veluti in Aristophanis quidem fabulis aliquoties scripsit G. Dindorfius, uti in *Acharnens.* v. 363.

Πάνυ γὰρ ἔμεγε πόθος ὅ, τι φρονεῖς ἔχει.

quamquam illo quidem loco libri ipsis litteris scriptum ἐμέ γε exhibent, quod retinuerat P. Elmsleius. Omninoque ab librorum auctoritate eo minus in his locis recedendum esse puto, quod Apollonius Dyscolus *de pronomine* p. 63. genitivum et accusativum casum aperte exemit ex earum numero formarum, quae accentum accedente γὲ particula mutarent. Cf. Göttlingii librum *De accentu Gr. linguae* p. 365. Itaque recte fecit idem ille Dindorfius et reliqui fere editores, quod in Sophoclis *Aiace* v. 871 sqq. ed. Herm. scripserunt:

Σχετλία γὰρ
ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων
οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ κτέ.

conf. eiusdem Sophoclis *Electra* v. 144. ed. Herm.

Ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας.

In pronomine secundae personae nunc fere bifariam distributa voce scribitur σύ γε, σοῦ γε, σοί γε, σέ γε, quod eo minus improbari poterit, quid ne accentus quidem ulla mutatio facta est in his formis, quamquam etiam hic ad intellegentiam singulorum locorum adiuvandam non male faciat, qui coniungat haec in unam vocem. Neque enim in Sophoclis *Philocteta* v. 339 sq. ed. Herm. si dicitur:

Οἶμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὦ τάλας,
ἀλγήμαθ', ὥστε μὴ τὰ τῶν πέλας σέθεν.

σοί γε aliter intellegi poterit atque alias ἔγωγε, quod si scribas σοίγε, facilius etiam agnoscitur loci sententia, nec in eadem fabula v. 670., ubi dicitur:

Καὶ σέ γ' εἰσάξω.,

alia sententiae caussa est neque v. 892., ubi leguntur haec verba:

Ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ φυτεύσαντος σύ γε
δρᾷς οὐδὲ φωνεῖς ἐσθλὸν ἄνδρ' ἐπωφελῶν.

Neque in Aristophanis *Acharnens.* v. 295., ubi dicitur:

Σοῦ γ' ἀκούσωμεν;

γὲ quoquam pertinet nisi ad pronomen σοῦ, ut commode scribi possit σοῦγε. In aliis autem formis pronominis semper

γὲ per se stetit, veluti si dicitur apud Sophoclem in *Oedipo rege* v. 1089. ed. Herm.

> Ὑμεῖς γ' ἄριστ' εἰδεῖτ' ἂν οὑπιχώριοι.

aut in *Prometheo* Aeschyli v. 1058.

> Ἀλλ' οὖν ὑμεῖς γ' αἱ πημοσύναις
> ξυγκάμνουσαι ταῖς τοῦδε τόπων
> μετά πού χωρεῖτ' ἐκ τῶνδε θοῶς κτέ.

quamquam in his locis omnibus tantum modo pronomen effertur illa particula.

Saepissume vero particula γὲ ita adiuncta est ad pronomina demonstrativa, quibus in locis ipsis quoque vera particulae vis etsi agnosci potest, tamen magis obscurata esse videtur quam in reliquis locis, ubi elliptica dicendi ratio magis exstat. In Aristophanis quidem *Acharnens.* v. 108. postquam Dicaeopolis dixit de personato Persarum satrape:

> Ὅ, τι; χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει,
> εἰ προσδοκῶσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων.,

respondet legatus Atheniensis de eodem homine dicens:

> Οὐκ, ἀλλ' ἀχάνας ὅδε γε χρυσίου λέγει*).

Hoc in loco per se aut omitti pronomen aut dici simpliciter potuit ὅδε, sed qui dixit ὅδε γε, is hoc sibi voluit, hunc quidem, quem iam praesentem habeant, hoc dicere: quibus verbis quom excludit ceteros, eo magis de uno hoc videtur adfirmare. Eadem particulae vis apparet in eadem fabula v. 345., ubi haec leguntur:

> Ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν, ἀλλὰ κατάθου τὸ βέλος·
> ὡς ὅδε γε σειστὸς ἅμα τῇ στροφῇ γίγνεται.

Eo enim, quod ὅδε σειστὸς per particulam γὲ separatur ac discernitur a ceteris rebus, magis de ipso adfirmatio constat. Eleganter, ut rectissume ait G. Hermannus, Brunckius etiam in Aristophanis *Nubibus* v. 457 sq. ed. Herm. edidit e membranis:

> Λῆμα μὲν πάρεστι τῳδέ γ'
> οὐκ ἄτολμον,
> ἀλλ' ἕτοιμον.

Eodem modo saepe etiam apud reliquos scriptores acuitur pronomen ὅδε, conf. Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 5. §. 20. ed. Zeun. Ἀλλ' εἰ πρὸς τοῦτο σιωπᾶν

---

*) Me non fugit hoc quidem loco in libris haberi ὅδ' ἴ γε. Id adeo ferri posset, si metrum constaret. Vide quae infra dicentur p. 300 sqq.

ἥδιόν σοι ἢ ἀποκρίνασθαι, τόδε γε; ἔφη, εἰπέ, εἴ τι ἀδικεῖσθαι ἐνόμισας, ὅτι κτέ., quo in loco quem ad modum particula γὲ pronomen τόδε efferat satis apparet, non minus quam in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 13. ed. Bekk. p. 62. ed. H. Steph. Οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελομένους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. De reliquis pronominibus eius modi, quibuscum particula γὲ eodem prorsus modo consociatur, conferri possunt Aristophanis *Nub.* v. 190.

Μὴ νῦν τοῦτό γ' ἔτι φροντίζετε.

aut *Vesparum* v. 1164.

Μηδαμῶς τοῦτόν γ', ἐπεὶ
πάνυ μισολάκων αὐτοῦ 'στιν εἷς τῶν δακτύλων.,

vel Platonis *Phaed.* Part. II. vol. III. p. 41. ed. Bekk. p. 76. A. ed. H. Steph. Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἐφάνη, αἰσθόμενόν τι ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα κτέ. Id praemissis aliis particulis, veluti ἀλλὰ particula, saepe dicitur, sicuti in Aeschinis oratione, quae est *contra Timarchum*, §. 49. ed. Bekk. p. 7 extrema ed. H. Steph. ὦ Ἡράκλεις, ἀλλ' οὗτός γε ταύτου οὐ πολὺ διαφέρει, Denique conferatur de ἐκεῖνός γε Aristophanis *Nub.* v. 341. ed. Herm.

Οὐ γὰρ ἐκεῖναί γ' εἰσὶ τοιαῦται.

vel Aeschinis orat. *contra Timarchum* §. 48. ed. Bekk. p. 7. ed. H. Steph. Ἂν δ' ἄρα καὶ τούτους πείσωσι μὴ μαρτυρεῖν (ὡς οὐκ οἴομαί γε· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὐχ ἅπαντας), ἐκεῖνό γε οὐδέποτε δυνήσονται ἀφελέσθαι τὴν ἀλήθειαν κτέ. His addi poterit etiam pronomen ὅγε, quod ita natum est ex articulo, qui fuit olim pronominis instar, et particula γέ, quem ad modum ὅδε γε, ἐκεῖνός γε, αὐτός γε dicuntur. Nam etiam in eo pronomine satis exstat particulae γὲ vis ac potestas, veluti si apud Herodotum lib. II. cap. 173. scriptum legitur: Εἰ ἐθέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεὶ μηδὲ ἐς παιγνιὴν τὸ μέρος ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς ἢ ὅγε ἀπόπληκτος γενόμενος.

In his locis omnibus aptissume particulam γὲ cum pronomine demonstrativo coniungi facile intellegitur, cum praesertim in quibusdam locis ipsa quoque scriptione id significetur, sed sua tamen semper vis particulae γὲ servatur, ut sine idonea caussa Petrus Elmsleius ad Aristophanis *Acharnenses* in auctario ad v. 108. p. 17. ed. Lips. dubitasse videatur, num dici etiam ὁδί γε, οὑτοσί γε posset. Alia

enim vis est adiectae litterae ῑ, alia adiunctae particulae γέ, ut ubi dici velis *hicce quidem*, id rectissime Graece reddi queat: ὁδί γε. Id recte viderunt G. Hermannus ad Aristophanis *Nub.* v. 1101. p. 148. ed. sec. et G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 536. Itaque in *Avibus* quidem Aristophanis et v. 297. retinendum erit, quod est in libris quantum scio omnibus:

Οὑτοσὶ πέρδιξ, ἐκεινοσί γε νὴ Δί' ἀτταγᾶς·
οὑτοσὶ δὲ πηνέλοψ, ἐκεινοσὶ δέ γ' ἀλκυών.,

quo in loco quod G. Dindorfius etiam in novissima editione retinuit quam olim reposuerat coniecturam Elmsleii: ἐκεινοσὶ δὲ νὴ Δί' ἀτταγᾶς., miror, praesertim quom in eo, qui sequitur, versu eadem orationis forma sit, nec iam quisquam mutatum volet, quod legitur v. 300 sq.

Οὐ γάρ ἐστι Σποργίλος;
Χαὐτηΐ γε γλαύξ.,

quo in loco quod proposuit olim Elmsleius αὑτηΐ δέ, iure iam improbavit ipse Dindorfius, nec in eadem fabula v. 1570 sq. sollicitanda haec verba sunt:

Ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε,
εἰ τουτονί γ' ἐχειροτόνησαν οἱ θεοί;

In *Ecclesiazusis* autem et v. 88. servanda haec librorum scriptura est:

Ταυτί γέ τοι νὴ τὸν Δί' ἐφερόμην, ἵνα
πληρουμένης ξαίνοιμι τῆς ἐκκλησίας.

et v. 523. quod habent libri:

Καὶ μὴν βασανίσαι τουτί γέ σοι
ἔξεστι.

Recte etiam se habet, quod Anaxilas apud Athenaeum lib. III. p. 124. F. dixit:

Ὕδατός τε λακκαίου παρ' ἐμοῦ τουτί γέ σοι
νόμιζ' ὑπάρχειν.

et apud eundem Plato comicus lib. XV. p. 666. E.

Ἀγεννῶς οὐκ ἐῶ
παίζειν. τίθεμαι κοττάβεια σφῷν ἐγώ,
τασδί γε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὐτὴ φορεῖ,
καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν.

Sic enim libri fere omnes habent, nec illud, quod reposuit G. Dindorfius ex Elmsleii coniectura: τασδί τε τὰς κρηπῖδας, recipiatur necesse est. Eodem enim iure isto loco

dicitur: *Pone pretia, hasce quidem crepidas, quas ipsa fert, et patellam tuam,* quam: *et hasce crepidas. — et patellam tuam.* Cf. quod Macho de Lamia scripsit apud eundem Athenaeum lib. XIII. p. 577. E.

Τουτί γε Λάμια, φησίν, ὀσφράνθητι καὶ
εἴσει παρὰ τἄλλα διαφορὰν ὅσην ἔχει.

Nec dissimiles loci ii sunt, in quibus νυνί γε legitur, cf. Aristophanis *Nub.* v. 295. *Pac.* v. 326. 337. *Ranarum* v. 276. aut si quando οὑτοσὶ γοῦν vel similia dicuntur, veluti in Aristophanis *Nub.* v. 1099. (v. 1101. ed. Herm.)

Τουτονὶ
γοῦν οἶδ' ἐγὼ κἀκεινονὶ
καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

et in *Pace* v. 544 sq.

Αἰβοῖ τάλας,
ἐκεινονὶ γοῦν τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς
τίλλονθ' ἑαυτόν;

Et in his quidem locis quamquam particula γὲ apte coniungitur cum pronomine, tamen ipsa per se pronuntiatur. Sed interdum, praesertim in certis quibusdam pronominis demonstrativi formis, factum est, ut, particula γὲ aptius etiam cum pronomine conglutinata, illud ῑ, quod monstrandi vim in se continet, post eam particulam denique adiungeretur. Id in formis τουτογὶ et ταυταγὶ usitatissumum est, quae formae minume propter hiatum, ut olim quidam opinati sunt, illam litteram receperunt — dici enim potuit, si quis vitaret hiatum, τουτὶ et ταυτὶ —, sed quia vi, quae in particula γὲ continetur restringendi, adsumpta ad pronomen ipsum, monstrandi vis, quam adfert ῑ littera, postea demum, quo maiorem vim haberet in orationis decursu, adiecta est. Quo fit, ut si dicas τουτί γε restrictio magis appareat, si τουτογί, monstratio. Sic igitur in Aristophanis *Equitibus* v. 721. dicitur:

Χὼ πρωκτὸς οὑμὸς τουτογὶ σοφίζεται.,

quem ad modum ex libri Ravennatis indicio, qui habet τοῦτο τὶ pro volgato: τουτοΐ, recte restituisse videtur Elmsleius. Nam quod Suidas habet: τουτί γε, hic propter metrum ferri non potest. Adde Aristophanis *Vesp.* v. 781.

Πολλῷ γ' ἄμεινον· καὶ λέγεται γὰρ τουτογί.,

et *Lysistratae* v. 146 sq.

Εἰ δ' ὡς μάλιστ' ἀπεχοίμεθ' οὗ σὺ δὴ λέγεις,
ὃ μὴ γένοιτο, μᾶλλον ἂν διὰ τουτογὶ
γένοιτ' ἂν εἰρήνη;

et *Pac.* v. 1057.

'Αλλὰ ταυταγὶ
ἤδη 'στὶν ὀπτά.

Quibus in locis etsi vis monstrandi magis apparet, adposita in extrema demum voce ῑ littera, tamen facile intellegitur, non adeo obscuratam esse significationem particulae γέ, ut non etiam ipsa agnosci queat. Minus usitata haec particulae γὲ collocatio est in aliis formis pronominis, sed satis certum tamen est in quibusdam locis librorum de hac forma testimonium, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 784., ubi libri Parisini A. B. C. apud Brunckium et Florentini ΓΔ. hanc scripturam constanter tuentur:

'Αλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστιν αὐτηγί.,

liber autem Ravennas omnem versum omittit, qui propter similitudinem sequentis versus:

Πᾷ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι;

non aliam ob caussam, ex eo libro excidisse videtur, ut editionis Aldinae, quae habet: αὐτηί, auctoritas nulla sit. Nec male coniecisse P. Elmsleius videtur, quod in Aristophanis *Avibus* v. 821. scribi voluit ad Aristoph. *Acharn.* v. 784. p. 89. ed. Lips.

'Αρ' ἐστὶν αὐτηγὶ Νεφελοκοκκυγία κτέ.,

pro volgato: αὕτη γ' ἡ., In *Lysistrata* quidem v. 604. vix aliter potest sanari versus, nisi scribas, quod proposuit idem Elmsleius ad *Acharn.* v. 784.

Καὶ τουτονγὶ λαβὲ τὸν στέφανον.,

quamquam probo G. Dindorfium, quod in eadem fabula superiore versu ταυτασγὶ non accepit ab Elmsleio et in *Ranis* v. 1508. eiusdem coniecturam:

Καὶ τουτονγὶ τοῖσι πορισταῖς.

repudiavit. Denique alio quodam modo particula γὲ in mediam vocem recepta est in Aristophanis *Thesmophoriazusis* v. 646., ubi dicitur:

Οὐκ ἐνγεταυθί.

ita tamen, ut etiam sic particulae vis agnosci possit.

Accedit particula γὲ saepe numero etiam ad pronomina relativa easque particulas, quae relationem in se continent, servans illa quidem etiam hic propriam vim ac Particula γὲ cum pronominibus relativis.

potestatem suam. Nam si apud Aristophanem in Acharnens. v. 5. scriptum est:

Ἐγῷδ' ἐφ' ᾧ γε τὸ κέαρ εὐφράνθην ἰδών,
τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.,

hoc dicitur: *Scio ego in quo quidem animus exhilaratus sit, quom viderem etc.* Ita effertur ea ipsa vis, quae est in pronomine relativo, et dicitur: *in quo certe, etiam si in aliis minus, exhilaratus fuerit animus.* Ferri possit eadem particula in Aristophanis *Avibus* v. 1193:

ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
ἀέρα περινέφελον, ὅν γ' Ἔρεβος ἐτέκετο.,

sed quom G. Dindorfius librorum Florentinorum ΓΔ. auctoritate nuper expunxerit particulam, non probo, quod Hartungius istum locum adposuit testimonii loco, non magis, quam quod postea in eadem caussa adhibuit eiusdem Aristophanis *Acharnens.* v. 964., in quo unius Ravennatis libri indicio P. Elmsleius rescripsit:

Ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὅς γε Γοργόνα,
πάλλει κτέ.

ceteri autem critici reliquorum librorum auctoritate freti volgatam scripturam servarunt:

Ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν Γοργόνα
πάλλει κτέ.

Conferri poterit *Acharn.* v. 628., ubi haec leguntur:

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς δεξιός ἐστιν κτέ.

aut Sophoclis *Philoctetae* v. 1198 sqq. ed. Herm.

Πῶς ἂν εἰσίδοιμί σ' ἄθλιός γ' ἀνήρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν
ἱερὰν λιβάδ', ἐχθροῖς ἔβαν
Δαναοῖς ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι.

Adposite contulit Hartungius etiam Euripidis *Medeam* v. 169 sq. ed. Elmsl.

Ὅν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ'
αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους,
οἵ γ' ἐμὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν.

Quo magis enim ista excusatio, quam quaerit precationi suae Medea adpositis verbis: οἵ γ' ἐμὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν, appareret, interposuit particulam γέ, quae significaret, illos certe fuisse, qui sibi iniuriam adferre ausi essent. Et hoc

quidem modo saepe numero ὅς γε positum est, ut ratio redderetur eius enuntiationis, quae posita antea erat, veluti apud Platonem in *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 53. ed. Bekk. p. 471, A. ed. H. Steph. legitur: *Ἀλλὰ μὲν δὴ πῶς οὐκ ἄδικος; ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἣν νῦν ἔχει κτέ.* et ibidem paullo post: *Νῦν δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν· ὅς γε πρῶτον μὲν τοῦτον αὐτὸν τὸν δεσπότην καὶ θεῖον μεταπεμψάμενος ὡς ἀποδώσων τὴν ἀρχὴν νύκτωρ ἐξαγαγὼν ἀπέσφαξέ τε καὶ ἠφάνισεν ἀμφοτέρους.* Cf. quae adtulit Winckelmannus ad Platonis *Euthydemum* p. 7.

Eodem modo, quo ὅς γε, dici etiam ὅστις γε, ὅσος γε, οἷός γε et quae sunt similia vix opus est adnotari, quamquam de quibusdam olim a doctis dubitatum esse video. De ὅστις γε conferatur Aristophanis *Ranarum* v. 739 sq.

> Πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας,
> ὅστις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον;

quo in loco eo magis adfirmatur hoc, *dominum nobilem videri, quom quidem talis sit, qui potare ac scortari solum sciat.* Sophoclis *Philoctetae* v. 1266. ed. Herm.

> Οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,
> ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
> ἀπεστέρηκας.

et *Oedipi Colonei* v. 814. ed. Herm.

> Οὐ δῆθ' ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.

Praeterea cf. Aristophanis *Acharnens.* v. 900., quem supra de eadem particula γὲ adtulimus p. 292 sq. et Demosthenis orat. *contra Macartatum* §. 68. ed. Bekk. p. 1073. ed. Reisk. quem locum, quia male habitus est ab editoribus, quem ad modum ex optumorum librorum auctoritate scribendus mihi videatur, ita adponam: *Οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοί εἰσιν ἄνθρωποι, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ μέλει αὐτοῖς οὐδὲν οὔτε τοῦ οἴκου ἐξερημένου τοῦ Ἁγνίου οὔτε τῶν ἄλλων ὅσα παρανομοῦσιν· οἵτινές γε, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, τὰ μὲν ἄλλα τί ἄν τις λέγοι περὶ τούτων; πολλὰ γὰρ ἂν εἴη λέγειν· ἓν δέ, ὃ παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον**),

---

*) Sic optumorum librorum scripturam pro volgata: ἓν δὲ παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον διαπεπραγμένοι εἰσίν, restituendam opinor. Neque enim post ἓν δὲ intellegendum est λέξω, quod voluit Reiskius, sed potius verbum substantivum ad interiectam vocem: ὃ παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον, supplendum videtur.

διαπεπραγμένοι εἰσίν, καὶ μάλιστ' ἐνδεικνύμενοι ὅτι οὐδὲν*) αὐτοῖς μέλει πλὴν τοῦ πλεονεκτεῖν.

De ὅσος γε conferri poterit Sophoclis *Oedipus rex* v. 364., ubi postquam dixit Tiresias:

Εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον;

respondet Oedipus:

Ὅσον γε χρῄζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται.

et v. 1239., ubi haec habentur:

Ὅμως δ', ὅσον γε κἀν ἐμοὶ μνήμης ἔνι,
πεύσει τὰ κείνης ἀθλίας παθήματα.

Sic etiam Plato lib. *de re publica* II. Part. III. vol. I. p. 89. ed. Bekk. p. 374. E. ed. H. Steph. locutus est: *Μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἄρα φαῦλον πρᾶγμα ἠράμεθα· ὅμως δὲ οὐκ ἀποδειλατέον, ὅσον γ' ἂν δύναμις παρείκῃ.*

Eodem modo etiam ὁπόσος γε dictum est, veluti in Luciani *Toxar.* §. 45. *Δός μοι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τὴν θυγατέρα σου Μαζαίαν γυναῖκα ἔχειν, πολὺ ἐπιτηδειοτέρῳ τούτων ὄντι, ὁπόσα γε ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς κτήμασι.*

Num etiam οἷός γε dici posset, dubitavit olim Fr. Volcm. Fritzschius in *quaest. Lucianeis* p. 118. Sed tamen credo virum doctum admodum et ingeniosum iam ipsum hoc vidisse, nec rationem, quam attulit, cur οἷος in iis locis, ubi apte cum antecedentibus esset coniunctum, non posset adiunctam habere γὲ particulam, probari ullo modo posse, et usum Graecorum scriptorum suae opinioni refragari. Nam et in Luciani *dialogo mortuorum* VII. §. 2. recte servari id potest, quod tuentur libri omnes: *Πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον, εἶτα συνεὶς οἶμαι τὸ γεγενημένον ἐγέλα καὶ αὐτός, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται,* quod reddi Latine poterit: *risit et ipse, quom quidem talia pincerna fecerit,* et apud Sophoclem in *Trachiniis* v. 444. recte dicitur:

πῶς δ' οὐ χἀτέρας, οἵας γ' ἐμοῦ;

quem locum iure Fr. Ellendtus noluit in suspicionem vocare, et apud Platonem lib. *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 6. ed. Bekk. p. 329. A. ed. H. Steph. omnes libri habent:

---

*) οὐδὲν recte iam G. Dindorfius pro οὐδενὸς librorum auctoritate permotus reposuit, cf. eiusd. orat. §. 38. ed. Bekk. p. 1062. ed. Reisk. *καὶ ἔμελεν αὐτοῖς οὐδὲν πλὴν τοῦ ἐξαπατῆσαι κτέ.*, et G. Dindorfii praef. ad Demosth. p. XIII.

Ἐγώ σοι, ἔφη, νὴ τὸν Δία, ἐρῶ, ὦ Σώκρατες, οἷόν γέ μοι φαίνεται, quod etiam si cum paucis libris scribas: οἷόν γ᾽ ἐμοὶ φαίνεται, eodem tamen modo οἷόν γε intellegendum erit. Namque Aeschyli loco, quo usus est Hartungius vol. I. p. 409., ex *Septem adv. Thebas* v. 630.

> Τὸν ἕβδομον δὴ τόνδ᾽ ἐφ᾽ ἑβδόμαις πύλαις
> λέξω, τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον, πόλει
> οἵας γ᾽ ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας.,

nolo uti, quoniam ex eo loco grammatici omnes nuper expunxerunt particulam γέ, quae librorum testimonio parum adiuvatur.

Si quando particula γὲ adiuncta est ad particulas relativas, quales sunt ὅπου, ἐπεί, εἰ, ἐάν, ἄν, ἤν, ἐπειδάν, ὅτε, ὁπότε, πρίν, πλήν etc., eodem modo explicanda res est, uti in pronominibus relativis. Spectat enim ista vis, quae est in particula γέ, ad omnem condicionem, quae efficitur per istas particulas, ut etiam in his locis Latine commode reddi possit per particulam *quidem*. *Γὲ post ὅπου, ἐπεὶ κτέ.*

Apud Xenophontem quidem in *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 4. §. 31. ed. Zeun. legitur: Ἦ που αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν., quod ita dicitur, ut γὲ tollat condicionem, quasi dicas: *ea tenus quidem, qua tenus*, aut usitata dicendi ratione *quando quidem* vel *quoniam quidem*. Cf. eiusdem *Cyri disciplinae* lib. II. cap. 3. §. 11. ed. Zeun. Πῶς ἡμῖν οὐχ ἡδέως πρὸς τούσδε τοὺς ὁμοτίμους ἀγωνιστέον, ὅπου γε τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται κτέ., conf. Herodoti lib. VII. cap. 118. His enim in locis omnibus particulae γὲ sua ac propria vis constat, non minus, quam in coniunctis particulis ἐπεί γε, veluti apud Xenophontem dicitur in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 3. §. 9. Ἄνδρες στρατιῶται, τὰ μὲν δὴ Κύρου δῆλον ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς ἡμᾶς ὥσπερ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον· οὔτε γὰρ ἡμεῖς ἔτι ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεί γε οὐ συνεπόμεθα αὐτῷ, οὔτε ἐκεῖνος ἔτι ἡμῖν μισθοδότης., quo in loco, quod ad coniunctionem ἐπεὶ adiectum est γέ, eo acuitur condicionis vis, ut hoc dicatur, si non alia de caussa iam non sint milites Cyri, eo quidem non esse, quod eum ducem non sequantur, id quod Latine brevius dicas: *quando quidem*, *quoniam quidem*, aut nostra lingua: *weil eben*, vel: *weil denn*, quamquam haec quidem natura sua, non usu, aliquam dissimilitudinem habent. Nam ἐπεί γε proprie est *nachdem wenigstens*, *die weil wenigstens*. Cf. ibidem lib. VII. cap. 7. §. 22. Πρῶτον μὲν γὰρ οἶδα μετὰ τοὺς θεοὺς εἰς τὸ φανερόν σε τούτους καταστή-

σαντας, ἐπεί γε βασιλέα σε ἐποίησαν πολλῆς χώρας καὶ πολλῶν ἀνθρώπων, ὥστε οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ λανθάνειν κτέ. et Herodoti lib. III. cap. 9. Δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανόν, ἐπεί γε δὴ λέγεται, ῥηθῆναι Sic in Euripidis Helenâ v. 574. ed. Herm. postquam dixit Menelaus:

Στῆσον φόβους μεθεῖσα λαιψηρὸν πόδα,

respondet Helena:

Ἵστημ', ἐπεί γε τοῦδ' ἐφάπτομαι τόπου.

Cf. G. Hermannum ad Vigerum p. 785 sq. ed. tert. et C. G. Krüger. ad Xenophontis *Anab.* lib. VI. cap. 4. §. 26. De εἴ γε, quod respondet Latino *si quidem* et, si solvas, proprie est: *tum certe, si, wenn wenigstens*, nisi quod hae voces paullo fortius sonant, quam Graecorum εἴ γε, conferatur Plato in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 33. ed. Bekk. p. 242. ed. H. Steph. Οὐδείς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις, quod Latine reddi potest: *Nemo, si quidem tu vera narras.*, et Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 17. ed. Zeun. Οὐ γὰρ δή που, εἴ γε φρόνιμον δεῖ γενέσθαι τὸν μέλλοντα σώφρονα ἔσεσθαι, παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο. Id adeo etiam ita dicitur, si quando magis etiam omnis condicio dubia esse videatur, quoniam γὲ ita tantum modo ad tollendam condicionem facit, quia tum certe, si quid fiat, aliud esse significat, non ut ipsam condicionem confirmet. Ita et Xenophon locutus est in *Expeditione Cyri* lib. VII. cap 6. §. 22. Ἐπεί, εἴ γε πρὸς φίλους ἐστὶ φυλακή, πᾶσαν οἶδα ἡμᾶς φυλαξαμένους, ὡς μὴ παρασχεῖν τούτῳ πρόφασιν δικαίαν μὴ ἀποδιδόναι ἡμῖν ἃ ὑπέσχετο κτέ. et is, quem ad hunc Xenophontis locum laudavit Krügerus, Thucydides lib. VI. cap. 18. Τήν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἦρξαν, παραγιγνόμενοι προθύμως τοῖς ἀεὶ ἢ βαρβάροις ἢ Ἕλλησιν ἐπικαλουμένοις, ἐπεί, εἴ γε ἡσυχάζοιεν πάντες ἢ φυλοκρινοῖεν οἷς χρεὼν βοηθεῖν, βραχὺ ἄν τι προσκτώμενοι αὐτῇ περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν. Eodem modo etiam ἐάν γε dici notum est, veluti Plato scripsit in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 53. ed. Bekk. p. 253. ed. H. Steph. Προθυμία μὲν οὖν τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων καὶ τελετή, ἐάν γ' ἐνδιαπράξωνται ὃ προθυμοῦνται, ἣν λέγω, οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ ὑπὸ τοῦ δι' ἔρωτα μανέντος φίλου τῷ φιληθέντι γίγνεται, ἐὰν αἱρεθῇ. et Aristophanes in *Acharnensibus* v. 317 sq.

Κἂν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,
ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

et Demosthenes in orat. *contra Theocrinem* §. 56. ed. Bekk. p. 1340, 1. ed. Reisk. quem locum recte demum G. H. Schaeferus in *Apparatu critico* Vol. V. p. 513. ita constituit: *Καὶ τοὺς μὲν τὰς νήσους οἰκοῦντας κωλύσομεν ἀδικεῖν, ἐφ᾽ οὓς τριήρεις δεῖ πληρώσαντας ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς μιαρούς, οἷς αὐτοῦ δεῖ καθημένους τουτουσὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐπιθεῖναι δίκην, ἐᾶσαι; οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε.* Quibus in locis per particulam γὲ ea condicio, quae continetur particula ἐάν, ita tollitur, ut, ceteris rebus postpositis, haec quidem ponatur. Sic in ultumo Demosthenis loco verbis: *οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε*, hoc significatur: *Non facietis et minume quidem, quom prudenti animo eritis.* Eadem particulae γὲ significatio est etiam in illo Aristophanis loco, quem Hartungius vol. I. p. 408. adtulit ex *Thesmophoriazusis* v. 399 sqq.

> Δρᾶσαι δ᾽ ἔθ᾽ ἡμῖν οὐδὲν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ
> ἔξεστι· τοιαῦθ᾽ οὗτος ἐδίδαξεν κακὰ
> τοὺς ἄνδρας ἡμῶν· ὥστ᾽ ἐάν γέ τις πλέκῃ
> γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ κτἑ.,

quo in loco mulier illa hoc dicit: *Nihil iam nobis agere licet. Talia enim hic edocuit mala viros nostros, ut, quando quidem mulier quaedam nectat coronam, amare videatur etc.* Hic ἐάν γε — πλέκῃ, *quom quidem nectat*, ita dicitur, ut significetur si semel de hoc facto constet, amare illam videri. Nos quidem alia orationis forma hoc idem dicimus: *So dass, mag auch nur einen Kranz ein Weib winden, es heisst, sie liebt.*, quom Graeca verba per se hoc dicant: *si non alio modo, tum certe, si coronam nectat.* De ἐπειδάν γε cf. Xenophontis *Disciplinae Cyri* lib. I. cap. 4. §. 9. *Καὶ ἢν βούληται, φάναι αὐτόν, μαστιγωσάτω, ἐπειδάν γε ἐγὼ δῶ αὐτῷ.* Sic etiam ὅτε γε dicitur, non quidem apud Aeschylum in *Septem adv. Thebas* v. 205., quo loco usus est Hartungius, sed aliis locis multis, veluti in eo, quem idem Hartungius posuit ex Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III., p. 59. ed. Bekk. p. 84. E. ed. Steph. *Ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους πείσαιμι ἀνθρώπους ὡς οὐ ξυμφορὰν ἡγοῦμαι τὴν παροῦσαν τύχην, ὅτε γε μηδ᾽ ὑμᾶς δύναμαι πείθειν κτἑ.* et ὁπότε γε, uti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 13. ed. Zeun. *Ἦ που ἄν, ἔφη, ὦ Ἀγλαϊτάδα, εἴ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν, σφόδρα ἂν ἡμῖν ἐμέμφου· — ὁπότε γε νῦν καὶ αὐτὸς εἰδώς, ὅτι κτἑ.* et lib. VI. cap. 1. §. 8. ed. Zeun. *Ἡμεῖς δὲ τί ἂν λέγοιμεν, ἔφη, περὶ τοῦ οἴκαδε ἀπελθόντες ἕκαστοι, χωρὶς εἶναι, ὁπότε γε οὐδὲ στρατευομένοις, ὡς ἔοικε,*

χωρίζεσθαι συμφέρει; Recte etiam C. G. Krügerus eidem Xenophonti in *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 11. reddidit ὁπότε γε in his verbis: Ἀλλὰ πάντα μὲν ἄρα ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, ὁπότε γε καὶ ἐγὼ νυνὶ ὑφ' ὑμῶν αἰτίας ἔχω ἐν ᾧ πλείστην προθυμίαν ἐμαυτῷ γε δή μοι δοκῶ συνειδέναι περὶ ὑμᾶς παρεσχημένος. Aptissume enim ibi dicitur ὁπότε γε, ut tollatur temporis condicio, quae continetur particula ὁπότε. Nec abhorret ab hoc loco, quod in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1694 sqq. legitur recentiumque nunc editur:

> Πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις.
> Καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ τὸ φίλον, φίλον·
> ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.,

ad quem locum vide quae commentatus est Godof. Hermannus p. 328.

Ἐπειδή γε, εἴπερ γε, ἐπειδήπερ γε. Nihil ad rem facit, si coniunctio, quae iam alia particula adaucta est, adiectam habet γὲ particulam, veluti in ἐπειδή γε, εἴπερ γε, et quae sunt similia, quoniam aliam quandam vim adfert adiuncta γὲ particula atque illae particulae habent. In Xenophontis quidem *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 9. §. 24. scriptum legimus: Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα νικᾶν τοὺς φίλους εὖ ποιοῦντα οὐδὲν θαυμαστόν, ἐπειδή γε καὶ δυνατώτερος ἦν.; quod verti Latine poterit: *quoniam quidem etiam potentior fuit.* Ita enim differt ἐπειδή γε ab ἐπεί γε δή, quem ad modum Latina: *quoniam quidem* et *quom quidem iam*. Nec aliter interpretandum est illud, quod legitur apud Thucydidem lib. VI. cap. 18. οἷς χρεών, ἐπειδή γε καὶ ξυνωμόσαμεν, ἐπαμύνειν, καὶ μὴ ἀντιτιθέναι ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν. Hoc enim dicit Thucydides: *quoniam quidem semel iure iurando iuncti sumus.* Hic igitur temporis significationem habet adiuncta particula δή, illud autem, quod adiectum est, γὲ rem significat praeter cetera veram atque certam esse. Cf. Platonis *Phaedonem* Part. II. vol. III. p. 45. ed. Bekk. p. 77. ed. H. Steph. Πῶς οὐκ ἀνάγκη αὐτῇ καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνῃ εἶναι, ἐπειδή γε δεῖ αὖθις αὐτὴν γίγνεσθαι; Praeterea vide Winckelmannum ad Platonis *Euthydemum* p. 106. Porro si legimus ἐπείπερ γε et quae sunt similia, πὲρ ambitum significat, γὲ autem rem eodem quo vidimus modo adfirmat. Sic Xenophon scripsit in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 7. §. 9. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, εἴπερ γε Δαρείου καὶ Παρυσάτιδός ἐστι παῖς, ἐμὸς δὲ ἀδελφός, οὐκ ἀμαχεὶ ταῦτα ἐγὼ λήψομαι. et Plato in *Theaeteto* Part. II. vol. I. p. 271 extrema ed. Bekk. p. 187. D. ed. H. Steph. Τί μήν, ὦ Σώκρατες, εἴπερ γε

καὶ ὅλως οὖν φαίνεσθαι δεῖν; Adde Sophoclis Electram v. 1207. ed. Herm.

Εἴπερ γ' Ὀρέστου σῶμα βαστάζω τόδε.;

et Euripidis *Iphigeniam Tauricam* v. 1200.

Εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.,

et quem praeterea C. G. Krügerus adtulit in indice ad *Anab.* p. 479. Herodotum lib. VI. cap. 16. εἴπερ γε καὶ ἄλλως ἐθέλει φανῆναι., et cap. 143. εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. Denique dicitur etiam ἐπειδήπερ γε, veluti in Platonis *Euthydemo* Part. II. vol. I. p. 441. ed. Bekk. p. 296. C. ed. H. Steph. Ἔοικα, ἔφην ἐγώ, ἐπειδήπερ γε οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν τὸ ἃ ἐπίσταται, πάντα δὲ ἐπίσταμαι., ne plura consecter. De εἴ τον γε enim et ἐπεί τοι γε infra dicendi locus erit in particulis αἰ et ἐπεί.

Saepissume Graeci etiam γὲ particulam coniunxerunt cum particulis ὡς, ὥσπερ, et aliis id genus particulis. Id quem ad modum dicatur difficile explicatu non est. Nam si, ut hoc ponam, Demosthenes in oratione, quae est *de corona*, §. 226. ed. Bekk. p. 303, 16. ed. Reisk. dixit: Νῦν ὕστερον ἥκει, ῥητόρων ἀγῶνα νομίζων, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ οὐχὶ τῶν πεπολιτευμένων ἐξέτασιν ποιήσειν ὑμᾶς κτἑ., efferri ille voluit ὡς particulam, ut hoc diceretur: *ea tenus quidem, qua mihi videatur*, aut: *saltem ut mihi videtur*, quod differt ab ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, qua de re recte exposuit G. H. Schaeferus in *Apparatu critico et exeget. ad Demosth.* vol. II. p. 303. Id saepe etiam alio quodam modo dicitur, ut tamen eadem semper vis sit particulae γέ, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 568. quod legitur, ubi postquam dixit Creon:

Ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.,

reddit Ismene:

Οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα.,

quod est: *Non ea quidem ratione, quem ad modum illi et huicce conveniens erat.* Nec aliter particula γὲ intellegi potest in his locis, qualis est Platonis in *Protagora* Part. I. vol. I. p. 149. ed. Bekk. p. 309. ed. H. Steph. Καὶ μήν μοι καὶ πρῴην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνεθ' ἀνὴρ ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ὥς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι, καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος., cum quo conferri poterit formula illa usitatissuma: ὥς γ' ἐμοὶ κριτῇ

vel ὥς γ᾽ ἐμοί, quae plena legitur in Euripidis *Alcestide* v. 801 sqq.

Ὡς τοῖς γε σεμνοῖς καὶ ξυνωφρυωμένοις
ἅπασίν ἐστιν, ὥς γ᾽ ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ,
οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.

Eodemque modo etiam ὥστε γε dicitur, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 465. ed. Herm. scriptum est:

Ὥστε γε σοῦ πολλοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθῆσθαι,
βουλομένους κτέ.

et in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 9. ed. Bekk. p. 230. ed. H. Steph., ubi recte nuper e libris tantum non omnibus edidit Imm. Bekkerus: ἥ τε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι κτέ., quod ita differt a simplici: ὥστε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, quem ad modum in Latinis: *ut quidem pede coniicere licet*, et: *ut pede coniicere licet*, differunt. Nihil enim nisi particulae ὥστε vis effertur.

ὥσπερ γε. Admodum frequenter leguntur in hoc genere coniunctae particulae ὥσπερ γε apud scriptores Graecos, quae eodem modo explicandae sunt, quo modo εἴπερ γε et aliae eius modi particulae, uti in Xenophontis *Convivio* cap. 4. §. 17. dicitur: Ἐπεὶ ὥσπερ γε παῖς γίγνεται καλός, οὕτω καὶ μειράκιον καὶ ἀνὴρ καὶ πρεσβύτης. Tollitur enim similitudinis significatio, quae continetur in particula ὥσπερ, adiecta γὲ particula. Conferatur eiusdem Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 34. Οὐ γὰρ ἂν ἔτι ἐξενεχθῆναι δοκεῖτε πρὸς τὸ ἄγριοι πολῖται γενέσθαι, ἐν τῷ αἰδεῖσθαι ἀλλήλους συντεθραμμένοι· ὥσπερ γε καὶ περὶ ἀφροδισίων οὐ διαλεγόμεθα πρὸς τοὺς ἄγαν νέους κτέ. lib. II. cap. I. §. 27., ubi dicitur eodem modo: ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι κτέ. Cf. Sophoclis *Oedipus rex* v. 708. ed. Herm.

Καὶ τὸν μέν, ὥσπερ γ᾽ ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ
λῃσταὶ φονεύουσ᾽ ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς κτέ.

Recte etiam in Aristophanis *Nubibus* v. 669. hae particulae servatae sunt, ubi postquam Strepsiades interrogavit:

Τῷ τρόπῳ
ἄῤῥενα καλῶ᾽ γώ, καρδοπόν;

Socrates respondet:

Μάλιστά γε·
ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον.

Sic etiam liberiore quadam constructione orationis Graeci coniunctis particulis *ὥσπερ γε* usi sunt in dialogo, ubi propositis aliis rebus iam alia similitudo adnectitur, velati in Platonis *Cratylo* factum est Part. II. vol. II. p. 27. ed. Bekk. p. 394. ed. H. Steph., quo in loco primum Socrates: *Οὐ Θεόφιλον*, inquit, *ὡς ἔοικεν, οὐδὲ Μνησίθεον οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ᾽ ὅ τι τἀναντία τούτοις σημαίνει, ἐάνπερ τῆς ὀρθότητος τυγχάνῃ τὰ ὀνόματα.* Cui postquam Hermogenes adsensus est his verbis: *Παντός γε μᾶλλον, ὦ Σώκρατες.*, pergit iam Socrates: *Ὥσπερ γε καὶ ὁ Ὀρέστης, ὦ Ἑρμόγενες. κινδυνεύει ὀρθῶς ἔχειν, εἴτε τις τύχη ἔθετο αὐτῷ τὸ ὄνομα εἴτε καὶ ποιητής τις, τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἄγριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὀρεινὸν ἐνδεικνύμενος τῷ ὀνόματι.*

πλήν γε, πρίν γε.

Iure in hoc genere reposuit Hartungius vol. I. p. 409 sq. etiam eas, quae saepe coniunctae leguntur, particulas *πλήν γε, πρίν γε* etc. Apud Aristophanem quidem in *Pace* v. 675. dicitur:

Ψυχὴν ἄριστος, πλήν γ᾽ ὅτι
οὐκ ἦν ἄρ᾽ οὗπέρ φησιν εἶναι τοῦ πατρός.

et paullo ante in eadem fabula v. 617.

Οὐδ᾽ ἔγωγε, πλήν γε νυνί.

et aliquanto post v. 917.

Καὶ πλήν γε τῶν θεῶν ἀεί σ᾽ ἡγησόμεσθα πρῶτον.

Adde *Vesparum* v. 1314.

Οἱ δ᾽ ἀνεκρότησαν, πλήν γε Θεοφράστου μόνου.

et Platonis *Sophistam* Part. II. vol. II. p. 145 sq. ed. Bekk. p. 225. E. ed. H. Steph. *Καὶ τί τις ἂν αὖ εἰπὼν ἕτερον οὐκ ἐξαμάρτοι, πλήν γε τὸν θαυμαστὸν πάλιν ἐκεῖνον ἥκειν αὖ νῦν τέταρτον μεταδιωκόμενον ὑφ᾽ ἡμῶν σοφιστήν;* De *πρίν γε, πρὶν ἄν γε* et quae sunt aliae eius modi formulae, conferas Aristophanis *Ranas* v. 78.

Οὐ πρίν γ᾽ ἂν Ἰοφῶντ᾽, ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον,
ἄνευ Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ κωδωνίσω.

aut *Avium* v. 590.

Μὴ πρίν γ᾽ ἂν ἐγὼ τὼ βοιδαρίω τὠμὼ πρώτιστ᾽ ἀποδῶμαι.

aut *Medeam* Euripidis v. 1142. ed. Elmsl.

Ἀνωλόλυξε, πρίν γ᾽ ὁρᾷ διὰ στόμα
χωροῦντα λευκὸν ἀφρὸν κτέ.

et quae praeterea adtulit Hartungius l. l. p. 410.

ἕως γε. His addi etiam poterit id, quod aliquoties legitur apud Graecos scriptores ἕως γε, quod aptissume ex libris pene omnibus C. G. Krügerus Xenophonti reddidit in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 3. §. 11. *Καὶ ἕως γε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα μενοῦμεν.* Cf. eiusdem Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 1. §. 23. *Ἐπομόσας οὖν ἐκεῖνος· Νὴ τὸν Δί᾽, ἔφη, ἕως ἄν γε ποιήσω, καὶ σὲ ἡδέως ἐμὲ θεάσασθαι.*

ὅτι γε. Vix autem opus est me porro commemorare ὅτι γε saepissume a Graecis dictum esse, ut omnis ea res, quae inferretur per eam particulam prae ceteris adfirmaretur, quem ad modum locutus est Demosthenes quom multis aliis locis tum in ea oratione, quae est *de corona* §. 229. ed. Bekk. p. 304. ed. Reisk. *Καὶ μὴν ὅτι γε οὐ δίκαια λέγει μεταθέσθαι ταύτην τὴν δόξαν ἀξιῶν ὑμᾶς, ἐγὼ διδάξω ῥαδίως κτἑ.*, quod est fere idem quasi dixerit orator: *Καὶ μὴν τοῦτό γε, ὅτι οὐ δίκαια λέγει μεταθέσθαι ταύτην τὴν δόξαν ἀξιῶν ὑμᾶς, ἐγὼ διδάξω ῥαδίως κτἑ.* Adde Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 13. Zeun. *Καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες, ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀνέστραπται κτἑ.* aut Platonis *Cratylum* Part. II. vol. II. p. 41. ed. Bekk. p. 401. ed. H. Steph. *Καὶ ὅτι γε αὖ ἡμεῖς τὸ τῆς οὐσίας μετέχον Ἑστίαν φαμέν, καὶ κατὰ τοῦτο ὀρθῶς ἂν καλοῖτο Ἑστία.*

ἵνα γε, πως γε. Postremo ne particulae quidem finales, quae dicuntur, suo quidem loco caruerunt γὲ particula, quae eo quo vidimus modo has quoque particulas efferre solet. Itaque Graeci dixerunt ἵνα γε, ὅπως γε et quae sunt similia. Conf. Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 29. ed. Zeun. *Οὐδὲ γὰρ τοξεύειν, οἶμαι, ἔφη, οὐδ᾽ ἀκοντίζειν ἄνθρωπον ἐπετρέπομεν ὑμῖν, ἀλλ᾽ ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν ἐδιδάσκομεν, ἵνα γε νῦν μὲν μὴ κακουργοίητε τοὺς φίλους, εἰ δέ ποτε πόλεμος γένοιτο, μηδὲ τούτων ἀγύμναστοι εἴητε.*, cum quo loco conferri poterit eiusdem scripti lib. V. cap. 4. §. 21. ed. Zeun. *Ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τάχιστα ἀριστήσητε, ἄξω ὑμᾶς, ἔνθα τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, καὶ ἅμα μὲν θάψομεν τοὺς τελευτήσαντας ἅμα δὲ δείξομεν τοῖς πολεμίοις, ἔνθα κρατῆσαι νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους αὐτῶν κρείττους, ἐὰν θεὸς θέλῃ· καὶ ὅπως γε μηδὲ τὸ χωρίον ἡδέως ὁρῶσιν, ἔνθα κατέκανον ἡμῶν τοὺς συμμάχους κτἑ.*, quo in loco explicando prorsus facio cum Ernesto Poppone, nisi quod servandam existumo particulam *καί*, quam ille delendam censuit, ante ὅπως. Est

enim liberior orationis constructio meliusque adsurgit oratio servata quam abiecta ista particula.

Haec habui dicere de universo usu particulae γέ, quem adtigit Devarius p. 54. Nam ex iis, quae dixi, facile etiam apparebit, quem ad modum cetera, quae Devarius explicavit de particula hac, intellegenda sint. Nam quod dixit ibidem γὲ fere idem quod ἀλλὰ quibusdam locis significare, hinc etiam compositas haberi particulas ἀλλά γε, adlato Homeri loco ex *Iliados* lib. I. v. 82., id quo pertineat intellegi potest ex iis, quae supra p. 14 sqq. exposui. Neque enim γὲ idem significat quod ἀλλὰ neque ἀλλά γε in illo Homeri loco ferri potest, qua de re dictum est p. 15 sq., relinquendum illud quidem posterioribus scriptoribus, veluti Lucae in *Evangelio* cap. 24. §. 21., ut vidimus supra p. 25. De ἀλλὰ οὖν γε autem vide quae Devarius ipse dixit p. 7.

Nec vero dubium esse poterit quin particula γὲ in ceteris quoque locis, ubi cum aliis particulis eam comparavit docendi caussa Devarius, suam ubique vim tueatur. Namque et in Isocratis *Panegyrico* §. 152 sq. ed. Bekk. p. 72. ed. H. Steph., quo loco usus est Devarius, ut doceret γὲ idem fere quod γοῦν significare, in *probationibus a signo*, γὲ eo, quod de aliqua re adseverat, probationem introducit, nec in Aristophanis *Equitibus* v. 185 sq. γὲ per se significat *immo*, sed nihil agit aliud, nisi ut tollat vim vocis πονηρῶν, qua de re supra vidimus p. 296.

Quod autem Devarius ait p. 54. particulas καί — γὲ habere vim *superaddendi* ac respondere fere Latinis particulis: *non modo, verum etiam*, id rectissume ille quidem dixit, nec alia caussa est loci Aristophanei, quo usus est, ex *Equitibus* v. 296 sqq., ubi haec habentur: *Καὶ — γέ.*

Κλ. Ὁμολογῶ κλέπτειν· σὺ δ᾽ οὐχί.
Ἀλλ. Νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον,
κἀπιορκῶ γε βλεπόντων.,

sed tamen illae particulae ita eam vim acceperunt, quod καὶ simpliciter rem aliam alii rei adnectit, γὲ autem ita adseverat de ea re, quae adiicitur, ut etiam si alias res minus, hanc quidem revera esse significet. Itaque illa res, quae hoc modo per particulas καί — γὲ adiungitur, maiore quadam vi ad reliqua adiicitur, ut his anteponi fere videatur. Saepissume autem Graeci scriptores his particulis in enumerandis pluribus rebus usi sunt, sive res ipsae ponuntur, sive ex iis, quae ante dicta sunt, intelleguntur, qua de re recte atque ordine exposuerunt I. A. Hartungius vol. I. p. 396 sqq.

et G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 538 sq.

Exempla huius usus ubique facile inveniuntur, uti in Aeschyli *Prometheo* v. 73. dicitur:

Ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός.,

quo in loco, quod ἐπιθωΰξω non per simplicem particulam καὶ accedit ad κελεύσω, sed acuitur per adiectam particulam γέ, magis illud exstat in oratione et plus ponderis habet. Comparavit Hartungius ex eadem fabula v. 307 sq.

Ὁρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι
θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.,

ubi eodem modo effertur vox παραινέσαι θέλω. Adde Sophoclis *Trachinias* v. 443. ed. Herm.

Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει'
κἀμοῦ γε.,

ad quem locum rectissume disputat de vi particulae γὲ G. Hermannus, quamquam quod posuit: *Amor solus et dis imperat et mihi adeo.*, facile in aliam sententiam accipi potest. Γὲ enim non respondet Latinae particulae *adeo*, nisi ita, ut de ea voce, quam excipit, potissumum adseveret, itaque potius vertam: *et mihi quidem.* In multis autem locis vix potest reddi alia lingua nisi sola pronuntiatione. Eadem caussa est eius loci, quem adtulerunt ex Euripidis *Ione* v. 1616.

Ἀξία γ' ἡμῶν ὀδουρὸς καὶ φιλοῦσά γε πτόλιν.

De scriptoribus conferatur Platonis *Phaedo* Part. II. vol. III. p. 5. ed. Bekk. p. 58. ed. H. Steph. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρῆσάν τινες καὶ πολλοί γε., quod sic commode reddi poterit: *Nequaquam, sed aderant aliqui et multi quidem.*, deinde Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. III. cap. 3. §. 5. Διέφθειραν γὰρ προσιόντες τοὺς στρατιώτας καὶ ἕνα γε λοχαγὸν διέφθειραν κτἑ. Saepe numero in plurium rerum enumeratione καὶ — γὲ particulae positae sunt, ne quid in media oratione nimis delitesceret, veluti Plato locutus est in *Gorgia* Part. III. vol. I. p. 11. ed. Bekk. p. 450. D. ed. H. Steph. Ἕτεραι δέ γ' εἰσὶ τῶν τεχνῶν —, οἷον ἡ ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ καὶ πεττευτική γε καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι κτἑ. et in *Critone* Part. I. vol. II. p. 152. ed. Bekk. p. 47. B. ed. H. Steph. Ταύτῃ ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ κτἑ. Tum in dialogo ac responsione haud raro his particulis Graeci usi sunt, ubi his, quae dicta

sunt, novum aliquid maiore cum vi adiicitur, veluti in Sophoclis *Philoctete* v. 670. postquam Neoptolemus dixit:

Χωροῖς ἂν εἴσω.

respondet Philocteta:

Καὶ σέ γ' εἰσάξω.

et in Aristophanis *Nubibus* v. 293., ubi Socrates interrogavit:

Ἤισθου φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου;

reddit Strepsiades:

Καὶ σέβομαί γ', ὦ πολυτίμητοι, καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν πρὸς τὰς βροντάς.

et ibid. v. 852. dicit Phidippides:

Ταῦτ' ἔμαθες τὰ δεξιὰ
εἴσω παρελθὼν ἄρτι παρὰ τοὺς γηγενεῖς;

cui respondet Strepsiades his verbis:

Χἄτερά γε πόλλ'. ἀλλ' ὅ τι μάθοιμ' ἑκάστοτε κτέ.

Id saepe etiam aliqua interposita adseverandi formula dicitur, veluti in eadem fabula v. 388. Socrati dicenti:

Ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς εἶτ' ἐταράχθης
τὴν γαστέρα, καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν;

respondet Strepsiades:

Νὴ τὸν Ἀπόλλω, καὶ δεινὰ ποιεῖ γ' εὐθύς μοι, καὶ τετάρακται κτέ.

Nec alia ratio est coniunctarum particularum *καὶ — γέ*, si interposita alterius oratione, eadem persona non mutata constructione pergit, veluti factum est in Euripidis *Phoenissis* v. 1679 sq., ubi primum quidem Antigona dicit:

Ξυμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί.,

qua posita sententia dicit Creon:

Γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.,

Antigona autem iam pergit ita loqui:

Καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.

Denique conferatur Platonis *Phaedrus* Part. I. vol. I. p. 81. ed. Bekk. p. 266. E. ed. H. Steph., ubi Socrates: *Δεύτερον δὲ δή*, inquit, *διήγησίν τινα μαρτυρίας τε ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα· καὶ πίστωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα.* Tum Phaedrus: *Τὸν χρηστὸν*

λέγεις Θεόδωρον; Et pergit Socrates: *Τί μήν; καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ.*

Ac veteres quidem scriptores in his locis fere aliquam vocem interposuerunt inter *καὶ — γὲ* particulas, uti in iis locis, quibus usque adhuc usi sumus. Id tamen num semper ab illis servatum fuerit, dubitari potest. Nam et posteriores scriptores multi usi sunt iunctis his particulis, quod fieri non potuisse videtur, nisi sermone quidem cotidiano ac volgari dicendi consuetudine etiam antiquo tempore iungerentur eae particulae, et sunt quidam etiam veterum scriptorum loci
Kal γε. enotati, in quibus *καί γε* coniuncta leguntur, quos facilius est corruptos pronuntiare, quam vere emendare. Huc accedit, quod iam Hesychius *καί γε* adnotavit, quod interpretatus est per *καί τοι*, quod ille non fecisset credo, nisi iam apud veteres auctores coniunctas eas particulas invenisset. Quae quom ita sint, non possum adsentiri G. Dindorfio, qui in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 539. omnes veterum scriptorum locos plane corruptos esse pronuntiavit, in quibus *καί γε* non interposita alia voce haberetur, veluti Hippocratis, qui legeretur p. 258, 11. *Ἀμβλύνουσι γὰρ αἱ δυνάμεις ἐν ταῖς μύξησι καί γε ὁ θάνατος διὰ τὴν μοιρίην ἔλαχεν*, aut Lysiae ex oratione *contra Theomnestum* II. §. 7. ed. Bekk. p. 119, 29. ed. H. Steph. *Ἐγὼ οὖν δεξαίμην πάσας (ἀσπίδας) ἀποβεβληκέναι, ἢ τοιαύτην γνώμην περὶ τὸν πατέρα ἔχειν· καί γε τοῦτον μὲν ἑώρακα ποιοῦντα, ὡς καὶ ὑμεῖς ἴστε, αὐτὸς δ' ἔσωσα τὴν ἀσπίδα.*, quem ad modum etiam optimi Bekkeri codices hunc locum scriptum exhibent. Adnotavit G. Dindorfius duos etiam Galeni locos, unum vol. IV. p. 645. *Τέλεον μὲν — ἀπεργαζόμενος — καί γε καὶ μείζους ὄντες καὶ θερμότεροι.*, alterum vol. XII. p. 241. *Κατὰ μηδὲν γὰρ καί γε ὑποδεσμίσι χρῆται.*, quos quem ad modum emendandos censeret, non aperuit, nec emendationem proposuit duorum Luciani locorum, quorum alter legitur in *Imaginibus* §. 11. *Ἀμέλει πολλὰς ἄν σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν εὖ ἡκούσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας τὸ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων ἀπανθεῖν αὐτὸ καὶ ἀπομαραίνεσθαι ἐλεγχόμενόν τε καὶ ἀσχημονοῦν καὶ παρ' ἀξίαν συνὸν πονηρᾷ τινὶ δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ· καί γε αἱ τοιαῦται ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς κτέ.*, alter in *Tragopodagra* v. 250 sq.

Λέγετ', ὦ κάκιστοι· καὶ γὰρ ἡρώων ἐγὼ
ἐδάμασα πλείστους· καί γ' ἐπίστανται σοφοί.,

Horum locorum, inquam, medicinam nullam indicavit Dindorfius, nisi quod Luciano ὡς particulam in promptu esse debuisse dixit. Deinde idem Dindorfius, quum scriptori *Christi patientis* v. 1231. facile concessisset dicenti:

Πίπτει στένουσα καί γε προσπίτνει ξύλῳ.,

ne Libanio quidem relinquere voluit id, quod nunc legeretur vol. I. p. 430. *Καὶ ἡμεῖς δὲ συνδεόμεθα πέμψαι παρὰ τοὺς οἰκείους χαίροντα καί γε δυνάμενον διάγειν τῶν προγόνων ἀξίως.*

Ego autem his locis excussis, quorum numerus fortasse etiam augeri poterit, quum libri scripti in volgatam scripturam quasi uno consensu conspirent, facile adducor, ut veteres quoque scriptores aut in oratione minus elaborata, quae redoleret cotidianam loquendi consuetudinem, aut sicubi vis ipsa orationis, hoc ut fieret, suaderet, *καί γε* coniunxisse credam. In coniunctis autem particulis vis particulae *καὶ* potissumum efferri videtur, quasi Latine dicas: *et sane*, aut: *et quidem*. Est igitur discrimen, utrum dicas: *Καί γε τοῦτον μὲν ἑώρακα ποιοῦντα*, an: *Καὶ τοῦτον μέν γε ἑώρακα ποιοῦντα.* Illud est: *et quidem hunc vidi facientem*, alterum imminuta quodam modo *καὶ* particulae vi ac potestate: *et hunc quidem vidi facientem*. Sic etiam intellegi poterit, cur Hesychius *καί γε* interpretatus fuerit *καί τοι*, et cur Lucianus l. l. scripserit, uti omnes quidem libri testantur: *καί γε αἱ τοιαῦται ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς.*, quod Latine reddas: *et quidem tales similes mihi videntur esse sacris Aegyptiis.* Hanc autem dicendi rationem fateor et paucis locum locis videri habere per sese et fortasse, quod volgarem sermonem redoleret, studio et industria evitatam esse a scriptoribus veteribus, non tamen ut prorsus invitis libris eam removendam putem, quae apud recentiores scriptores, ut ipse Dindorfius erudite declaravit, est frequentissuma, veluti in *Actis apostolorum* cap. II. v. 18. legitur: *Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου καὶ προφητεύσουσιν.* Id adeo in sacris et veteris et novi Testamenti libris frequentissumum est, in quibus etiam repetita legitur haec formula, veluti in Iobi cap. 15. §. 10. *Καί γε πρεσβύτης καί γε παλαιὸς ἐν ἡμῖν, βαρύτερος τοῦ πατρός σου ἡμέραις.*, quin etiam ter positum est in Ecclesiast. cap. 9. v. 11. *Καὶ οὐ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος καί γε οὐ τῷ σοφῷ ἄρτος καί γε οὐ τοῖς συνετοῖς πλοῦτος καί γε οὐ τοῖς γινώσκουσι χάρις κτέ.* Vide quae posuit Dindorfius l. l. p. 539.

Ceterum quod dixit Devarius p. 55. γὲ interdum etiam poni pro γάρ, id quem ad modum intellegendum sit, facile apparet. Γὲ enim in his locis nihil aliud agit, nisi ut aliquam rem praeter ceteras adfirmet, quod potest interdum ita fieri, ut eius rei ratio reddatur, ut tamen alia vis sit particulae γέ, alia particulae γάρ. Et in eo quidem loco, quem Aristophanis adtulit Devarius ex *Pace* v. 1301. reposuit G. Dindorfius: Κατήσχυνας δὲ τοκῆας, ut is huc ne pertinere quidem videatur.

De ceteris particulis, quas γὲ particula eo quo vidimus modo quibusdam in locis effert, nihil dicam hoc loco, quia et per se iam facile intellegi poterit, si quid eius modi praeterea legitur, quem ad modum accipiendum sit, et de quibusdam caussis dicendum nobis erit in singulis particulis, ad quas γὲ particula adiungi solet. Quam ob rem prius quam quas particulas particula γὲ adiunctas habere soleat, doceamus, nihil restare videtur, nisi ut dicamus de repetitione particulae eiusque collocatione. Ac de repetitione quidem, de qua olim multum disceptatum est, nostro quidem tempore paucis exceptis locis inter doctos constare videtur.

Γὲ repetitum. Repetita enim particula in eadem sententia quom offensioni olim grammaticis et criticis fuisset, iam plane intellectum est, non minus, quam particulam ἄν, de cuius repetitione supra dictum est p. 155 sqq., posse etiam particulam γὲ in una eademque sententia repeti, modo utraque particula suam vocem, quam efferat, nanciscatur, ut in omnibus his locis, si rem accurate exigas, una sententia bifariam distributa esse videatur.

Ac primum quidem nihil offensionis potest habere, si quando particula γὲ in duobus unius sententiae membris iterata legitur, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 367 sq. factum esse videmus:

Πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ
οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει;

quem locum supra p. 289. aliam ob caussam adtigimus. In eo enim loco facile intellegitur repetita particula quo pertineat. Ac primum quidem tollit vim verbi πῶς, deinde adfirmat vocem ἐσπείσω. Eodemque modo etiam in Aristophanis *Nubibus* v. 684 sq. ed. Herm. ex libro Ravennate tuto rescribi posse:

Οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
πῶς γ' ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;

docuisse mihi videor in *Quaestionibus criticis* lib. I. p. 26. Id etiam si ita planum est, ut nihil dubitationis habere

videatur, tamen de aliquot locis etiam in hoc genere a criticis disceptatum esse videmus, veluti de Lysiae oratione XXXI., quae est *adv. Philonem*, §. 29. ed. Bekk. p. 189. ed. H. Steph. Τίς δ' οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιτιμήσειεν ὑμῖν, εἰ τοὺς μετοίκους μὲν ὅτι οὐ κατὰ τὸ προσῆκον ἑαυτοῖς ἐβοήθησαν τῷ δήμῳ, ἐτιμήσατε ἀξίως τῆς πόλεως, τοῦτον δὲ ὅτι παρὰ τὸ προσῆκον προὔδωκε τὴν πόλιν, μὴ κολάσετε, εἰ μή γε ἄλλῳ τινὶ μείζονι, τῇ γε παρούσῃ ἀτιμίᾳ; dubitavit Imm. Bekkerus, qui εἰ μὴ καὶ ἄλλῳ κτἑ. scribendum esse putavit, quamquam omnes libri tuentur eo quoque loco particulam γὲ et facile doceri potest etiam ipsi sententiae utramque particulam convenire. Alterum enim γὲ ad εἰ μὴ pertinet, alterum ad τὴν παροῦσαν ἀτιμίαν efferendam facit, quasi Latine dicas: *si minus quidem alia quapiam maiore, hac quidem praesenti ignominia.* Iis, quae in *quaestt. criticis* l. l. exprompsi, addo iam simillumum Aeschinis locum ex oratione II., quae est *de falsa legatione*, §. 163. ed. Bekk. p. 50. ed. H. Steph. Καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῆδον; Eius rei, quom res non iam dubia esse videatur, plura exempla non ponam, sed tamen etiam in orationis magis concisae partibus repetitam invenimus particulam γέ, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 439. dicitur:

Ποίου γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς;

aut in *Vespis* Aristophanis v. 1507.

Μὰ τὸν Δί' οὐδέν γ' ἄλλο πλήν γε καρκίνους,

in quibus locis tamen binae sententiae partes apparent. Est enim πλήν γε idem ac si dicas: εἰ μή γε, quo magis hi loci etiam ea exempla confirmant, quae ego supra de εἰ μή γε particulis posui.

Sed tamen etiam in una eademque sententia, quae plures partes habere non videtur, repetitam videmus eandem particulam. Id si ita factum est, ut etiam externa scriptione appareat, alteram particulam γὲ uni voci adhaerescere, veluti in ἔγωγε, ἔμοιγε, nullam poterit habere difficultatem, uti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 388. ed. Herm.

Ἔγωγε τοῖς νῦν γ', ὦ πάτερ, μαντεύμασιν.,

aut in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 70.

Νὴ τὴν Ἑκάτην, καλόν γ' ἔγωγε τουτονί.

Verum enim vero saepe numero etiam ibi, ubi utraque particula per se constat, in una sententia bis posita γὲ particula

est, cuius rei testes hi loci sunto. Aristophanis *Acharnens.* v. 92., ubi legatum dicentem:

> Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν,
> τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν.,

Dicaeopolis interpellat his verbis:

> Ἐκκόψειέ γε
> κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.,

quem locum qui quondam mutare voluit Petrus Elmsleius, recto iudicio usus non est. Etenim ut concedamus alterum γὲ necessarium non esse, nemo tamen poterit negare aptissumam ad utrumque locum eam particulam videri. Alterum enim γὲ significat, prae aliis rebus optandum hoc esse, ut corvus effodiat oculum, alterum autem declarat, si minus aliorum, at legati saltem oculum optandum esse ut corvus effodiat. Qui autem utrobique posuit γὲ particulam, is in mente quidem sua unam sententiam in duas partes distributam habuit. Nam quom dicere posset: Ἐκκόψειέ γε κόραξ τὸν σὸν ὀφθαλμόν, et: Τόν γε σὸν ὀφθαλμὸν ἐκκόψειε κόραξ, haec ita contraxit, ut de utraque ratione cogitans, quasi duas haberet sententias, bis poneret particulam γὲ in una sententia. Magis etiam apparet, quem ad modum repetitum γὲ accipiendum sit, in Aristophanis *Avibus* v. 587 sq., ubi haec dicuntur:

> Καὶ τῶν προβάτων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοψάντων περὶ πεῖραν·
> εἶθ' ὅ γ' Ἀπόλλων ἰατρός γ' ὢν ἰάσθω· μισθοφορεῖ δέ.

Ibi enim ita dividi oratio poterit: Εἶθ' ὅ γ' Ἀπόλλων, ἰατρός γ' ὤν, ἰάσθω. Priore igitur loco Apollinis nomen urgetur particula γέ, post autem vox ἰατρός. Praeterea conferatur Sophoclis *Oedipus Coloneus* v. 981. ed. Herm.

> Πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;

quo in loco eodem iure quo ἂν particulam etiam γὲ repeti apparebit ex iis, quae G. Hermannus disputavit ad *Philoctetam* v. 439. p. 80., et Euripidis *Alcestis* v. 378.

> Πολλή γ' ἀνάγκη σοῦ γ' ἀποστερημένου.

De pedestris orationis auctoribus comparari poterit Platonis locus e libro *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 19. ed. Bekk. p. 335. B. ed. H. Steph., ubi haec habentur: Καὶ πάνυ γε, ἔφη, τούς γε πονηρούς τε καὶ ἐχθροὺς δεῖ βλάπτειν., quae etsi C. E. Chr. Schneiderus nuper ita interpunxit: Καὶ πάνυ γε, ἔφη· τούς γε πονηρούς τε καὶ

ἐχθροὺς δεῖ βλάπτειν, quo minus videretur haec una esse sententia, tamen credo ceteros criticos ita, quem ad modum nos posuimus verba, recte edidisse. Ita prior particula ad καὶ πάνυ pertinet et de universa re adseverat, altera effert singularia haec: τοὺς πονηρούς τε καὶ ἐχθρούς. Cf. eiusdem scripti lib. III. p. 113. ed. Bekk. p. 389. D. ed. H. Steph. Ἐάν γε, ἦ δ' ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται., ubi prius γὲ condicionem eo quo supra declaravimus modo, alterum vocem ἐπὶ λόγω effert. Idem existumandum est de Xenophontis loco *Disciplinae Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. Μὰ Δί', ἔφη, τῶνδε μὲν οὐδὲν ἴσον ἐστίν, εἴ γε ἀφ' ἡμῶν γε τῶν ἐν μέσῳ οὐδεὶς οὐδέποτε ἄρξεται., quem ad modum hunc locum Ernestus Poppo constituit ex libris Guelf. Paris. A. B. Altorf. De eodem Xenophontis scripto cf. lib. II. cap. 3. §. 24. Μὰ Δί', ἔφη ὁ ταξίαρχος, μήτοι γε ἐν μιᾷ γε ἡμέρᾳ. et lib. IV. cap. 3. §. 14. Ὅγε μὴν μάλιστά γε ἄν τις φοβηθείη κτἑ.

Difficilior quaestio est nec ea satis adhuc a doctis explicata de collocatione particulae γέ, de qua iam dicendum videtur. Et primum quidem notum est, ut ceteras particulas encliticas, sic etiam particulam γὲ ei voci, cuius vim auget, postponendam esse. Nec id solum ad simplicem particulam pertinet, verum etiam, quem ad modum modo vidimus, ad repetitam. Nam in eo loco, quem supra posuimus ex Aristophanis *Acharnens.* v. 93. (De collocatione particulae γέ.)

Ἐκκόψειέ γε
Κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.,

non sine caussa primum particula γὲ post ἐκκόψειε, deinde ad verba τὸν σὸν τοῦ πρέσβεως posita est. His enim potissumum verbis, ut vidimus, debet vim addere. Et haec quidem res explicatione non eget. Deinde particula γὲ etiam pluribus verbis, quae unam quasi vocem efficiant, ita postponitur, ut ad nullum eius vocis verbum singulare pertinere videatur. Cuius rei Hartungius l. l. vol. I. p. 414. haec posuit exempla Aristophanis *Plut.* v. 21.

Οὐ γάρ με τυπτήσεις σ τ έ φ α ν ο ν ἔ χ ο ν τ ά γε.,

quo in versu particula γὲ ita pertinet ad participium, quod excipit, ut id tamen intellegi non possit, nisi aptius coniungas cum eo, quod praecedit, nomine στέφανον. Quam ob rem omnem denique hanc vocem στέφανον ἔχοντα particula γὲ videtur efferre. Praetera posuit Hartungius Euripidis *Iphigeniae, quae est Aulide,* v. 746 sq.

Ὅμως δὲ σὺν Κάλχαντι τῷ θυηπόλῳ
τὸ τῆς θεοῦ φίλον γ', ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχές κτἑ.,

ubi etiam externa orationis constructio, ad quae verba pertineat particula γέ, demonstrat, et eiusdem Euripidis *Iphigeniae Tauricae* v. 585 sqq.

Οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὕπο
θνήσκειν γε κτέ.,

ubi particula γὲ ita demum recte intellegitur, si referas ad omnem hanc vocem: τοῦ νόμου ὕπο θνήσκειν. Multis autem in locis eius modi particula γὲ ita interiecta est inter ea verba, quae unam notionem efficiunt, ut in medio eorum complexu contineatur. Explicavit de ea re Hartungius l. l. p. 414. exemplis his utens, Aristophanis ex *Avibus* v. 378 sq.

Αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν γ' ἔμαθον ἐχθρῶν κοὐ φίλων
ἐκπονεῖν θ' ὑψηλὰ τείχη ναῦς τε κεκτῆσθαι μακράς.

Aeschinis ex oratione, quae est *contra Ctesiphontem*, §. 132. ed. Bekk. p. 72. ed. H. Steph. Οὐ γὰρ βίον γε ἡμεῖς ἀνθρώπινον βεβιώκαμεν, ἀλλ' εἰς παραδοξολογίαν τοῖς ἐσομένοις μεθ' ἡμᾶς ἔφυμεν., et aliis id genus locis. Potest huc adferri etiam Aristophanis *Acharnens.* v. 326 sq.

Ἀνταποκτενῶ γὰρ ὑμῶν τῶν φίλων τοὺς φιλτάτους·
ὡς ἔχω γ' ὑμῶν ὁμήρους, οὓς ἀποσφάξω λαβών.

Hic enim verbum ἔχω ita demum efferri poterat γὲ particula, quod adiuncta haec verba habet: ὑμῶν ὁμήρους. Nec abhorret ab hac ratione, quod paullo post in eadem fabula v. 355 sqq. legitur:

Ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν
ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅπανθ' ὅσ' ἂν λέγω·
καί τοι φιλῶ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ.

Nam etsi per se videtur potissumum verbum φιλῶ efferri, tamen id denique eam quam habet vim non nanciscitur nisi eo, quod adiecta haec verba sunt: τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ. Hoc autem patet longissume, multisque locis particulae vis adsumptis demum ceteris verbis recte intellegi poterit, veluti in Sophoclis *Aiace* quod legitur v. 798 sq. ed. Herm.

Χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή,
σώζειν θέλοντες ἄνδρα γ' ὃς σπεύδει θανεῖν.,

quod rectissume G. Hermannus ita explicavit, ut diceret ἄνδρα γ' ὅς non esse sollicitandum, quia haec esset sententia: τόν γε σπεύδοντα θανεῖν, neque vero in eo loco hyperbaton est. Nam recte dici potuit etiam ita: ἄνδρα γε τὸν σπεύδοντα θανεῖν. Vox ἄνδρα tamen non potuit

efferri nisi quia adiuncta haec verba habuit: ὅς σπεύδει θανεῖν. In eodem genere reponendi etiam illi loci sunt, qualis est Sophoclis in *Antigona* v. 732. ed. Herm.

Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

quo in loco ita adiecta est particula γὲ ad verbum χρή, quia sequuntur haec: τῆσδ' ἄρχειν χθονός., vide quae supra p. 277. disputavimus. Latine dicas: *oportet adeo*. Neque enim illud, quod ante positum est γάρ, quidquam impedit hanc explicandi rationem. Supra enim iam a nobis explicatum est, quem ad modum γὰρ particula in his locis intellegenda sit, quae ratiocinationem quandam cum adfirmatione ex antecedentibus proponit, quom γὲ contra singularem vocem χρὴ cum iis, quae haec adiuncta habet, efferat. Ut mihi de isto loco plane comprobanda G. Hermanni ratio videatur, proposita in *Opusc.* vol. III. p. 254., quam Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 349. iniuria repudiavit. Nam quod hic statuit hyperbaton, ut γὲ ad ἐμοὶ pertineat, id nullo modo ferri potest, recteque acuitur vox χρὴ eo, quo supra vidimus, modo. Sic saepe alias δεῖ γε, χρή γε et quae sunt similia dicuntur.

Sed ne longius labar, revertar ad interpositam inter ea verba, quae dirimi cogitatione vix possunt, γὲ particulam. Interponitur enim γὲ particula articulum inter et substantivum fere legituma verborum collocatione, veluti apud Sophoclem in *Antigona* v. 515. ed. Herm. quod legitur:

Ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους τούτους ποθεῖ.

et quod supra ex *Acharn.* Aristophanis v. 94. posuimus: τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως, et alia eius modi. Quae verborum collocatio ita frequens est, ut fere recepta consuetudine loquendi esse videatur: quamquam si maiorem quandam vim substantivo addere vis, recte etiam dicas: οἱ ἀγαθοί γε, non solum: οἵ γε ἀγαθοί, veluti apud Sophoclem in *Antigona* v. 221. dicitur:

Καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος.

aut in eadem fabula v. 644. ed. Herm.

Μή νύν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς
γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς κτέ,

ubi etiam si per metrum ferri posset τάς γε φρένας, minus lubenter acciperem. Etiam inter adiectivum et substantivum interponitur particula γέ, veluti in Sophoclis *Electra* v. 300 sq. ed. Herm. dicitur:

Ἀλλ' ἐν τοῖς κακοῖς
πολλή γ' ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά.

et in *Oedipo rege* v. 980. ed. Herm.

Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι.

atque in eadem fabula v. 1028. ed. Herm.

Δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην.

aliisque locis multis, quibus in locis quid discriminis sit, dicasne δεινόν γ' ὄνειδος, an δεινὸν ὄνειδός γε, an ὄνειδός γε δεινόν, an ὄνειδος δεινόν γε, ex communibus legibus, quae sunt de collocatione verborum, indicandum est. Neque enim difficilia explicatu haec sunt. Paullo difficilior ad explicandum esse videtur ratio eorum locorum, in quibus particula γὲ inter praepositionem ac nomen aut inter articulum antecedente praepositione et inter nomen ponitur. Utraque enim dicendi ratio admodum frequens est.

Apud Demosthenem quidem in oratione, quae est *adversus Leptinem*, §. 148. ed. Bekk. p. 502. ed. Reisk. dicitur: Καὶ μὴν πρός γε Ἀριστοφῶντα πολλὰ καὶ δίκαι' ἂν ἔχειν εἰπεῖν οἶμαι., atque in eadem oratione paullo post §. 150. ed. Bekk p. 502. fere extrema ed. Reisk. Καὶ μὴν πρός γε Κηφισόδοτον τοσαῦτ' ἂν εἴποιμι. Id dici etiam potuit πρὸς Ἀριστοφῶντά γε et πρὸς Κηφισόδοτόν γε., quo facto magis efferretur ipsum hominis nomen, nunc interposita inter praepositionem ac nomen particula potius caussa ac ratio, quae consistit in eo, ut hoc *contra Aristophontem* fieri dicatur, effertur, dum acuitur per γὲ particulam praepositionis vis.

Id etiam in pronominibus saepe numero ita dictum est, veluti in Demosthenis oratione *de corona* §. 216. ed. Bekk. p. 300, 12. ed. Reisk. Ἐν οἷς πᾶσιν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατά γ' ὑμᾶς ὀρθῶς ἐφάνησαν ἐγνωκότες. Sic dicitur in Sophoclis *Trachiniis* v. 735. ed. Herm.

Τί δ' ἐστίν, ὦ παῖ, πρός γ' ἐμοῦ στυγούμενον;

et in eadem fabula v. 461. ed. Herm.

Κοὔπω τις αὐτῶν ἔκ γ' ἐμοῦ λόγον κακὸν
ἠνέγκατ' οὐδ' ὄνειδος.

Cf. Demosthenis orat. *contra Aristocratem* §. 193. ed. Bekk. p. 685. ed. Reisk. εἰ μὴ καὶ δι' ἐκεῖνα μισεῖν, διά γε ταῦτ' ἀπιστεῖν δήπου προσήκει. Quibus in locis omnibus illa vis potius, quae continetur in praepositione, quam ipsum nomen, urgetur: quamquam ipsa praepositio non poterit intellegi, nisi nomen, quod sequitur, aptius cum ea coniunctum esse memineris: contra si dicas διὰ ταῦτά γε, magis pro-

nomen effertur. Vide G. H. Schaeferi *Apparat. ad Demosth.* Vol. IV. p. 141. Eadem fere caussa est, si post praepositionem et particulam γὲ sequitur nomen praeposito articulo, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 358. ed. Herm. dicitur:

Πρὸς τοῦ διδαχθεὶς; οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης.

Hic praepositionis vis tollitur particula γὲ magis quam nominis, quamquam omnia haec: ἔκ γε τῆς τέχνης, aptissume cohaerent inter se. Quod si dictum esset: οὐ γὰρ ἐκ τῆς γε τέχνης, magis efferretur nomen τῆς τέχνης., quod huic loco minus aptum est. Neque enim credendus est Sophocles illum verborum ordinem non fecisse nisi ob metrum servandum. Rectissume enim G. Hermannus in praef. ad Sophoclis *Electram* p. VIII. vehementer eos ait errare, qui ordinem et collocationem verborum solo metro apud poetas regi existument. Sensum enim et consilium, quo quidque dicatur, quae recta et apta sit verborum collocatio, monstrare debere: poetae boni illud esse, ea eligere verba, quae sic, ut debeant, ordinari sine metri detrimento possint. Cf. eiusdem fabulae v. 1367.

Κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφείς.,

quo in loco etsi aptissume coniungenda sunt verba ἐν ταῖς Θήβαις, eo tamen loco posita particula γὲ est, ut praepositionis vis paullo magis exstare videatur, quam cetera verba, quae ad eundem sententiae complexum pertinent. Neque enim aliam ob caussam ullam nisi ob ipsam sententiam Plato scripsit in *Protagora* Part. I. vol. I. p. 241. ed. Bekk. p. 358. C. ed. H. Steph. *Ἄλλο τι οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐπί γε τὰ κακὰ οὐδεὶς ἑκὼν ἔρχεται οὐδὲ ἐπὶ ἃ οἴεται εἶναι κακὰ κτέ.* Nam praepositionem ἐπὶ in eo loco non sine maiore quadam vi dici apparet etiam ex eo, quod postea dicitur ἐπὶ ἅ, non ἐφ' ἅ. Cf. Platonis *Phaed.* Part. II. vol. III. p. 28. ed. Bekk. p. 69. D. ed. H. Steph. *ὧν δὴ καὶ ἐγὼ κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ.*

Si denique antecedente praepositione articulum inter et nomen substantivum ponitur γὲ particula, haec quidem ad omne hoc enuntiatum pertinet, sed tamen vis nominis magis quam praepositionis indicatur particulae collocatione et articuli quidem cum nomine coniuncti, veluti in Demosthenis oratione *Leptinea* §. 25. ed. Bekk. p. 464. ed. Reisk. dicitur: *Καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα κοινὰ τῇ πόλει ἐκεῖνο ὑμᾶς δεῖ σκοπεῖν.* et in eadem oratione §. 119. ed. Bekk. p. 490. ed. Reisk. *Καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μηδὲ Θηβαίους μηδένα τιμᾶν κτέ.*, quem ad modum recte cum G. Dindorfio Schaeferus locum ex optumorum librorum

auctoritate constituit. Non multo aliter res sese habet, si particula γὲ in eius modi locis post nomen substantivum reiecta est, veluti in Aristophanis *Pace* v. 452. dicitur:

Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος.,

quibus in verbis vis ac potestas nominis ipsius effertur. Et haec quidem hactenus de collocatione particulae γέ, quando accedit ad praepositionem. Intellegitur enim facile ex his locis omnibus verum illud esse praeceptum, particulam γὲ eam efferre vocem, quam excipiat in verborum ordine.

Haec regula servata est etiam ibi a Graecis scriptoribus, si quando ab ea aberrasse visi sunt grammaticis nostris. Nam qui hic proferri possunt loci, ii aut falso intellecti sunt ab interpretibus aut sunt illi quidem ita comparati, ut inter eam vocem, quae effertur, et inter particulam γὲ aliqua vox interiecta legatur, quae sonum nullum in oratione habere possit, ut quo referenda sit particula obscurum esse non queat.

Dicam de altero genere prius. Nam quibus in locis particula γὲ ὑπερβάτως posita esse visa est verbi caussa Fr. Ellendto in *Lexico Sophocleo* Vol. I. p. 349., ii loci facile revocari poterunt ad communem loquendi regulam, ut vir doctissumus in quibusdam eius modi locis ipse intellexisse videtur. Ac primum quidem ille posuit Sophoclis *Oed. reg.* v. 714. ed. Herm.

Χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο.,

quo in loco quom Apollo ipsius opponeretur interpretibus, putavit Ellendtus debuisse ἀπ' αὐτοῦ γε dici. Id dici potuisse facile adducor ut credam, etiam debuisse ita dici non credo. Potuit enim eodem iure etiam ipsius Apollinis nomen efferri, quo pronominis, atque ita dici: *non ab Apolline quidem ipso, sed ab eius interpretibus.* Idque ita animo concepisse Sophoclem produnt ea, quae posuit verba. Etenim dici etiam simpliciter potuit: οὐκ ἀπὸ Φοίβου γε, ἀπὸ δὲ τῶν ὑπηρετῶν., ut, quae post Φοίβου γε adiecta verba sunt ἀπ' αὐτοῦ, nihil nisi uberiorem quandam rei explicationem in se contineant. Quem alterum locum ex eadem fabula v. 715. posuit Ellendtus:

Καὶ τὸν μέν, ὥσπερ γ' ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ
λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς κτέ.,

ibi etsi dici potuit: ὥσπερ ἥ γε φάτις, tamen non dixerim auctore Ellendto hanc legitumam fuisse verborum positionem, alteram minus legitumam. Nam quom posset acui et ἡ φάτις et universa haec, quae interponitur vox: ὥσπερ ἡ φάτις,

hoc posterius maluit facere hoc loco Sophocles dixitque: ὥσπερ γ' ἡ φάτις, eo modo, quem supra p. 305. explicavimus. Latine dici potuit hoc loco: *quem ad modum quidem fama fert*, non minus, quam: *quem ad modum fama quidem fert*. Neque adsentior Ellendto in eadem fabula v. 922. ed. Herm.

Ἀλλ' ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ
γένοιτ', ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ.

Nam quod ille ait posse quidem ad pronomen referri particulam, sed haud paullo tamen graviorem hanc esse sententiam: παντελής γε ἐκείνου δάμαρ οὖσα., non adsequor mentem viri doctissumi. Rectissume enim dicitur ἐκείνου γε simplici illa ac vera loquendi ratione. Neque enim in eo summa vis posita est, quod illa non illegituma, sed uxor legituma est Oedipi, sed quod Oedipi uxor est legituma. Namque ob eam caussam felicem praedicat nuntius Iocastam, quod eius, quem regem appellat suum, uxor est eaque legituma. Itaque multo gravior sententia est, si γέ, quem ad modum collocatio particulae requirit, referas ad ἐκείνου, quam si ad παντελής, quod quo minus fiat impedit etiam verborum collocatio. Versu autem eiusdem fabulae 1007. ed. Herm.

Πῶς δ' οὐχί, παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν;

dici quidem potuit: εἴ γε παῖς ἔφυν, sed tamen, ut collocavit haec verba Sophocles, effertur vox παῖς potius, quam condicio, idque rectissume. Etenim hoc dicit Oedipus: *Quidni? filius quidem si horum parentum sum*. Quam sententiam si solvas, haec fere poetae mens erit: *Si filius quidem, non alienus ab istis parentibus sum*. Quo modo denique eodem pervenias, quo si scriptum esset alia verborum oppositione: εἴ γε παῖς ἔφυν. Sed apparet tamen cotidianam illam verborum collocationem esse etiam hoc loco agnoscendam, non minus, quam in *Trachiniis* v. 67., ubi dicitur:

Ἀλλ' οἶδα, μύθοις γ' εἴ τι πιστεύειν χρεών.,

quo in loco ipse Ellendtus ὑπέρβατον esse negavit. Versu autem 1059. ed. Herm., ubi haec leguntur:

Καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ, τὰ λῷστά σοι λέγω.,

usitata est verborum collocatio, quom verba φρονοῦσα εὖ quasi unam notionem efficiant, ut et εὖ γε φρονοῦσα et φρονοῦσά γ' εὖ dici potuerit eo quo supra vidimus modo. Cf. quae diximus p. 328. Denique in eo, quem ultumum locum ex ea fabula protulit Ellendtus, v. 1124. ed. Herm.

Οὐχ ὥστε γ' εἰπεῖν ἐν τάχει μνήμης ὕπο.,

non verius erat οὔ γε, ὥστε εἰπεῖν, uti ne versu quidem eiusdem fabulae 362., sed dici per sese rectissume potuit ὥστε γε, uti supra ostendimus p. 306. exemplo Platonis e *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 9. ed. Bekk. p. 230. ed. H. Steph. ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι.

Porro in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 27.

Ναί, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.

non recte fecit Brunckius, quod scribi voluit: εἴπερ γ' ἐστὶν ἐξοικήσιμος. Nam etsi dici ita potuit, tamen aptissume relata particula γὲ ad verbum est, ut non tam condicio, quam ipsa res, quae praedicatur, efferri videatur. Quod autem dictum est ἐστί γ' ἐξοικήσιμος, non ἐξοικήσιμός γ' ἐστίν, id nihil difficultatis habet, si meminimus unam hanc quasi notionem esse, ut ibi et verbum et praedicatum efferri illa particula potuerit. Quod autem Ellendtus dicit, recte ita dici, si usum, non severiorem paullo rationem consideres, non comprobo. Nam severissuma quaeque ratio non poterit hanc verborum collocationem confutare. Itaque non magis de hoc loco dubitandum, quam de *Electrae* v. 1212.

Εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ.,

in quo loco ne Ellendtus quidem ὑπερβάτως positum esse particulam pronuntiavit, aut de *Aiacis* v. 84.

Πῶς, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ;

De *Antigonae* v. 732. ed. Herm.

Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

iam supra dictum est. Neque enim poterit ullo modo referri particula γὲ ad ἐμοί, quae pertinet ad verbum χρή. In *Philoctetae* autem v. 1259. ed. Herm.

Παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.
Μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε, πάντ' εἰρήσεται.

etsi coniungi potuit ἄν γε, tamen rectissume se habet: ἂν εἴπῃς γε, qua ratione effertur verbum εἴπῃς. Namque etiam Latine dici potest: *quae quidem dixeris*, et: *quae dixeris quidem*. Si hoc dicitur: ἂν εἴπῃς γε, hanc fere sententiam habebis: *quaecumque dixeris quidem, omnia frustra dicta erunt*, id est, dicendo quidem nihil profeceris. Negatur igitur potissumum de dicendo. Contra si scribas: ἄν γε εἴπῃς, magis pertinet γὲ ad pronomen, quasi Latine dicas: *ea quidem, quaecumque dixeris, frustra dicta erunt*. Ut hic εἴπῃς γε dicitur, eodem modo in *Electra* v. 1389. ed. Herm.

ἐννέπω γε habetur in libris quidem omnibus, quod neque cum G. Hermanno scribendo 'γὼ ex eo loco tollere velim neque cum Ellendto alio quodam modo explicare. Leguntur ibi haec:

> Ἀρκεῖν δοκεῖ μοι. τοὺς γὰρ ἐν μέσῳ λόγους
> πολλαὶ κυκλοῦσι νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι,
> αἳ ταῦτά σοι δείξουσιν, Ἠλέκτρα, σαφῆ.
> Σφῷν δ' ἐννέπω γε τοῖν παρεστώτοιν, ὅτι
> νῦν καιρὸς ἔρδειν· νῦν Κλυταιμνήστρα μόνη κτέ.

Quibus in verbis quom per rationem grammaticam istud γὲ non possit referri nisi ad verbum ἐννέπω, non recte fecit Ellendtus, qui contra Hermannum γὲ vindicare studuit, quod dictum existumavit pro τοῖν γε παρεστώτοιν, qua explicatione ne opus quidem est. Effertur enim vox ἐννέπω adposita particula, quasi Latine dicas: *Vobis vero edico quidem, qui adstatis etc.* Sic in Sophoclis *Philocteta* v. 1293. dicitur:

> Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,
> ὑπέρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.

et aliis locis multis, veluti in *Oedipo Coloneo* v. 79.

> Οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε.,

quibus in locis γὲ ad ipsum verbum referendum esse non poterit negari. Quos locos praeterea commemoravit Ellendtus, in quibus particulam γὲ ὑπερβάτως positam esse diceret, *Electrae* v. 280. ed. Herm.

> Ἀλλ' ἴσθι τοι τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην.

Trachin. v. 1102 sq. ed. Herm.

> Ὦ τλῆμον Ἑλλάς, πένθος οἷον εἰσορῶ
> ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδέ γ' εἰ σφαλήσεται.

Aiacis v. 1249. eiusd. editionis:

> Εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἀνὴρ οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων,
> Αἴας, ἔτ' ἴσχει μνῆστιν κτέ.,

in iis facile doceri poterit suo loco positam esse γὲ particulam. Nam in Electrae loco adfirmat illa de verbo τίσουσα, ad quod deinde usitato dicendi more supplementi caussa accedunt verba: ἀξίαν δίκην, ut de hyperbato cogitari plane non possit. In reliquis autem locis duobus non tam condicio poetae efferenda videbatur, quam pronomen, itaque solito more ad hoc utrobique adiecit γὲ particulam, ut alia oppositio cogitatione instituenda esse videatur, vide quae modo disputavimus ad Sophoclis *Oedipi regis* v. 922. Denique de *Aiacis* v. 799.,

quem ultumo loco adposuit Ellendtus, iam supra explicatum est p. 324 sq. Neque enim γὲ eo loco ad θέλοντες pertinet, uti voluit Ellendtus, sed effert vocem ἄνδρα, quae efferri poterat, quia adiungebantur haec verba: ὃς σπεύδει θανεῖν.

His disputatis credo apparebit ὑπέρβατον in his locis nullo modo haberi, sed Graecos scriptores ipsos non alio rettulisse particulam, nisi quo verborum collocatio referri eam iuberet. Quod si in quibusdam locis nobis aliter statuendum videtur, meminerimus potius aliam formam cogitandi Graecis placuisse in eis locis atque nobis in nostra lingua placere solet.

Alia vero caussa est, si quando particula γὲ in Graecorum sermone post ea verba ponitur, quae nullam vim habent et natura sua per sese stare nequeunt, quibus in locis facile apparet γὲ ad eam potius vocem referendum esse, quae voci encliticae aut ei, quae nullam vim habet per sese, proxume antecedat. Sic in coniunctis particulis τέ γε, μέν γε, δέ γε et quae plures sunt eius modi locutiones, γὲ non refertur ad eam, quae praecedit, particulam, sed ad eam vocem, sine qua ne illa quidem, quae praecedit particula, eum locum

Τέ γε. habere potest. Sic in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 7. ed. Bekk. p. 59. ed. H. Steph. dicitur: Ναί, Σιμμίας τέ γε ὁ Θηβαῖος καὶ Κέβης καὶ Φαιδώνδης, καὶ Μεγαρόθεν Εὐκλείδης τε καὶ Τερψίων., ubi particula γὲ ad nomen Συμμίας pertinet, de quo certo adfirmatur, nihil commune habet cum particula τέ., et in *Gorgia* Part. II. vol. I. p.. 20. ed. Bekk. p. 454. D. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὴν οἵ τέ γε μεμαθηκότες πεπεισμένοι εἰσὶ καὶ οἱ πεπιστευκότες. Nec poterit offendere quod legitur in Platonis *Politico* Part. II. vol. II. p. 325. ed. Bekk. p. 293. C. ed. H. Steph. Καὶ ἐάν τέ γε ἀποκτιννύντες τινὰς ἢ καὶ ἐκβάλλοντες καθαίρωσιν ἐπ' ἀγαθῷ τὴν πόλιν κτέ. Cf. quae adtulit G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* Vol. II. p. 540. B. Eodemque iure dici potuit etiam μήτε γε, si γὲ ad negationem pertinet, veluti in iis locis, quos Herodoti adtulit Dindorfius lib. II. cap. 14. εἰ μήτε γε ὕσεταί σφι ἡ χώρη μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' ἔσται ἐς τὰς ἀρούρας ὑπερβαίνειν; et eiusdem libri cap. 16. Τέταρτον γάρ σφεας δεῖ προσλογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μήτε γέ ἐστι τῆς Ἀσίης μήτε τῆς Λιβύης. His enim in locis γὲ ad negationem pertinet, illud autem, quod ad negationem adiunctum est τέ, spectat ad sequentia. In hoc genere numerandi etiam tales loci esse videntur, qualis est Platonis in *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 82. ed. Bekk. p. 422. A. ed. H. Steph. Ἀλλ'

ἐάν ποτέ γε λάβωμεν ὃ οὐκέτι ἔκ τινων ἑτέρων ξύγκειται ὀνομάτων κτἑ. et id, quod saepe habetur in scriptis Graecorum: οὐδέ ποτέ γε. Γὲ enim in eius modi locis potius ad ἐὰν aut οὐδὲ pertinet, quam ad ποτέ. Sic etiam εἴπερ γε, εἴ ποτέ γε, μή μοί γε, et quae sunt similia explicanda erunt. Neque ullam offensionem poterit habere, οἷός τέ γε, quod recte dici posse iure pronuntiavit G. Dindorfius his usus locis, Xenophontis ex *Memorab. Socratis* lib. IV. cap. 2. §. 11. Καὶ μάλα, ἔφη, καὶ οὐχ οἷόν τέ γε ἄνευ δικαιοσύνης ἀγαθὸν πολίτην γενέσθαι. et eiusdem libri cap. 5. §. 2. ὡς οἷόν τέ γε μάλιστα, cl. Platonis loco *de re publica* lib. III. p. 412. B. ed. H. Steph. Part. III. vol. I. p. 151. ed. Bekk. et *Critonis* Part. I. vol. II. p. 154. ed. Bekk. p. 48. A. ed. H. Steph., ubi plurumi quidem libri habent: Ἀλλὰ μὲν δή, φαίη γ' ἄν τις, οἷοί τέ γ' εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι; His igitur in locis vox οἷός τε per se constat et γὲ ita adiicitur ad οἷός τε, quasi pro eo dictum esset δυνατός, aut simile verbum. Referri huc poterit fortasse etiam illud, quod legitur in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 5. §. 10. ed. Zeun. Οἷον εἴ τις γεωργός — καὶ εἴ τίς γε ἀσκητής κτἑ., quando quidem vox τίς, quae solito more aptius a Graecis iungebatur cum particulis condicionalibus, in eo loco nullam fere vim habet, cf. Sophoclis *Oed. reg.* v. 369.

Εἴπερ τί γ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας σθένος.

Haec igitur et quae sunt similia sicubi leguntur in scriptis Graecorum facilem habebunt explicationem.

Nec difficile intellectu esse videtur, cur δέ γε, μέν γε, ἄν γε, δή γε ita dicantur, ut γὲ non ad eam, quae praecedit, particulam spectet, sed ad illud verbum potius, quod quasi fulcrum praecedens particula ipsa quoque habet. Namque illae particulae, quae in principio sententiae ne locum quidem habere possunt, quia ipsae indigent aliquo quasi fulcro, quo nitantur, quo minus particula γὲ ad primarium, quod praecedit, verbum referatur, nullo modo impedire possunt, non magis quam particulae vere encliticae. Apud Xenophontem quidem in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 3. §. 17. si dicitur: Ἐκεῖναι γὰρ (αἱ Περσικαὶ σφενδόναι) διὰ τὸ χειροπληθέσι τοῖς λίθοις σφενδονᾶν, ἐπὶ βραχὺ ἐξικνοῦνται· οἱ δέ γε Ῥόδιοι καὶ ταῖς μολυβδίσιν ἐπίστανται χρῆσθαι; facile apparet verba οἵ γε Ῥόδιοι unam notionem efficere, quae quom antecedentibus opponeretur, inducta est per δὲ particulam, quae quom natura sua relationem particulae Δέ γε.

γὲ impedire non posset, recte inter ea verba interposita est. Cf. eiusdem scripti lib. IV. cap. 6. §. 8. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ παραγγέλλειν μὲν ἀριστοποιεῖσθαι τοῖς στρατιώταις, ἡμᾶς δὲ βουλεύεσθαι, εἴτε τήμερον εἴτε αὔριον δοκεῖ ὑπερβάλλλειν τὸ ὄρος. Ἐμοὶ δέ γε, ἔφη ὁ Κλεάνωρ, δοκεῖ, ἐπὰν ὡς τάχιστα ἀριστήσωμεν, ἐξοπλισαμένους ὡς τάχιστα ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. et lib. VII. cap. 6. §. 36. ἴστε ὅτι ἄνδρα κατακεκανότες ἔσεσθε, πολλὰ μὲν δὴ πρὸ ὑμῶν ἀγρυπνήσαντα, πολλὰ δὲ σὺν ὑμῖν πονήσαντα καὶ κινδυνεύσαντα —, θεῶν δὲ ἵλεων ὄντων καὶ τρόπαια βαρβάρων πολλὰ δὴ σὺν ὑμῖν στησάμενον, ὅπως δέ γε τῶν Ἑλλήνων μηδενὶ πολέμιοι γένησθε, πᾶν ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην πρὸς ὑμᾶς διατεινάμενον. Sic etiam in enumeratione plurium rerum ea res, quae ultumo loco ponitur, effertur per δέ γε particulas, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 30. Καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δὲ ἀπέθνησκον, ὁ μὲν προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ φεύγων, ὁ δέ γε καὶ ἀμυνόμενος ὅτῳ ἐδύνατο. Cf. lib. VIII. cap. 2. §. 4. ed. Zeun. Ἔστι δὲ ἔνθα καὶ ὑποδήματα ὁ μὲν νευῤῥαφῶν μόνον τρέφεται, ὁ δὲ σχίζων, ὁ δὲ χιτῶνας μόνον συντέμνων, ὁ δέ γε τούτων οὐδὲν ποιῶν, ἀλλὰ συντιθεὶς ταῦτα, vide quae supra diximus de particulis καὶ — γὲ p. 293. Atque omnino sic dicitur, si quid cum oppositionis significatione efferri debet, veluti in *Hecuba* Euripidis v. 1216 sq. ed. Herm. quod legitur:

> Τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν·
> ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.

et in Aristophanis *Nubibus* v. 169.

> Πρώην δέ γε γνώμην μεγάλην ἐφηρέθη
> ὑπ' ἀσκαλαβώτου.

et paullo post in eadem fabula v. 175.

> Ἐχθὲς δέ γ' ἡμῖν δεῖπνον οὐκ ἦν ἑσπέρας.

denique in *Ecclesiazusis* v. 65.

> Κἄγωγε· τὸ ξυρὸν δέ γ' ἐκ τῆς οἰκίας
> ἔῤῥιψα πρῶτον κτέ.

Eodemque modo etiam ibi, ubi effertur, pronomen per particulam γέ, interposita particula adversativa est, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 1129. dicitur:

> Ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὄπωπα μωρίας πλέων.

et in *Ecclesiazusis* Aristophanis v. 32.

> Ἐγὼ δέ γ' ὑμᾶς προσδοκῶσ' ἐγρηγόρη
> τὴν νύκτα πᾶσαν.

atque in eadem fabula v. 469.

Σὺ δέ γε νὴ Δία
δρᾶ ταῦθ', ἵν' ἀριστᾷς τε καὶ κινῇς ἅμα.

Quom vero eaedem particulae etiam in adsumptione sive propositione minore natura sua saepius usurparentur, veluti si dicitur: Εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· ἡμέρα δέ γέ ἔστιν κτἑ., a Stoicis προσληπτικαὶ appellatae esse dicuntur, cf. Apollon. in Bekkeri *Anecdotis* p. 518, 6. et quae L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* Vol. III. p. 927. C. D. Hartungius vol. I. p. 382. et p. 400. de his particulis exposuerunt.

Quem ad modum particulae δέ γε, sic etiam particulae μέν γε saepe numero coniunctae ita sunt, ut γὲ tamen per se nihil faciat ad μὲν particulam, sed spectet potius ad vocem antecedentem, in qua particula μὲν ipsa quoque nititur. Exposuit hac de re iam olim G. Hermannus ad Vigerum p. 827. ed. tert., qui haec posuit exempla e *Nubibus* Aristophanis v. 1384 sqq. Μέν γε.

Καὶ πῶς δικαίως; ὅστις ὦ 'ναίσχυντέ σ' ἐξέθρεψα,
αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος, ὅ τι νοοίης.
εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον·
μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον.

et ex eadem fabula v. 1172 sq.

Ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χροιὰν ἰδών.
νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικός κτἑ.

Adde Thucydidis lib. I. cap. 40. Εἰ δὲ μή, τοὐναντίον ἐπὶ τούτους μεθ' ἡμῶν ἰέναι· Κορινθίοις μέν γε ἔνσπονδοί ἐστε, Κερκυραίοις δὲ οὐδὲ δι' ἀνακωχῆς πώποτε ἐγένεσθε. et Aristophanis *Acharnensium* v. 153 sq., ubi quom dixisset Theorus:

Καὶ νῦν ὅπερ μαχιμώτατον Θρᾳκῶν ἔθνος
ἔπεμψεν ὑμῖν,

respondit Dicaeopolis:

Τοῦτο μέν γ' ἤδη σαφές.,

quibus in locis quem ad modum eae particulae enucleandae sint apparet. Reddi illae Latine poterunt *sane quidem*. Saepe his particulis Graeci usi sunt in caussa alicuius rei reddenda, quibus in locis fere interpretes μὲν γὰρ rescribendum esse putaverunt. Sed rectissume hos locos tutatus est praeter ceteros Ph. Buttmannus ad Demosthenis *Midianam* p. 46, qui ita disputavit: *Cum quis uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens adferre; quod fit particula* γάρ: *potest etiam significare, plura quidem posse desiderari, sed*

hoc unum satis grave esse; quod fit addito γέ, certe, saltem. Praeter locum *Midianae* orationis §. 73. ed. Bekk. p. 538. ed. Reisk. ὁ μέν γε ὑπὸ γνωρίμου καὶ τούτου μεθύοντος ἐναντίον ἓξ ἢ ἑπτὰ ἀνθρώπων ἐπλήγη κτἑ. adtulit Buttmannus Isocratis *Panegyricum* §. 153. ed. Bekk. p. 72. ed. H. Steph., ubi haec habentur: Τὴν μέν γε μετ᾽ Ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας ταῖς αὑτῶν δαπάναις διέθρεψαν κτἑ. et Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 14. §. 5., ubi Zeunius iniuria sine ulla librorum auctoritate reposuisset: πλείω μὲν γὰρ τῶν ὀψοποιῶν συμμιγνύων πολυτελέστερα ποιεῖ κτἑ. pro volgato: πλείω μέν γε κτἑ. Cf. Schaeferum ad Dionys. *de compos. verb.* p. 406. Heindorfium ad Platonis *Protag.* p. 565. Popponem ad Xenophontis *Disciplinam Cyri* p. 106. et de particulae quidem γὲ vi ac potestate quae supra disputavimus ad Devarii librum p. 54.

Ἄν γε. Si quando ἄν γε coniuncta leguntur, non minus γὲ ad vocem praecedentem pertinet, veluti in formula, quae aliquoties apud Graecos scriptores reperitur, οὐκ ἄν γε. Ἄν γε G. Dindorfius quom olim *in praef. ad poet. scaen. Gr.* p. VII sq. multis e locis tragicorum poetarum sustulisset, ipse in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* Vol. II. p. 538. B. certis quibusdam exemplis comprobavit, Euripidis locis e *Phoenissis* v. 1215.

Οὐκ ἄν γε λέξαιμ᾽ ἐπ᾽ ἀγαθοῖσι σοῖς κακά.

et ex *Oreste* v. 784.

Καί τις ἄν γε μ᾽ οἰκτίσειε κτἑ.

Neque ego ullam caussam dispicio cur in Aeschyli *Agamemnone* v. 338 sqq. dici non potuerit:

Εἰ δ᾽ εὖ σέβουσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς
τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς θεῶν θ᾽ ἱδρύματα,
οὐκ ἄν γ᾽ ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν.

Nam quae de producta particula ἂν olim G. Dindorfius ad *poetas scaen. Gr.* praef. p. VII sq. disputavit, ea iam satis a doctis confutata sunt. Adtulit praeterea nuper Dindorfius Xenophontis *Oecon.* cap. 7. §. 2. Οὐδὲ ἄν γε νῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὦ Σώκρατες, ἑώρας, εἰ μὴ ξένους τινὰς συνεθέμην ἀναμένειν ἐνθάδε. et Anaxilae versum, qui legitur apud Pollucem 10, 190.

Οὐκ ἄν γέ μοι τουτὶ γένοιτο κεράμινον.

De πρὶν ἄν γε, quae formula sane frequens est, conferatur Aristophanes in *Vespis* v. 919.

Πρὸς τῶν θεῶν, μὴ προκαταγίγνωσκ᾽, ὦ πάτερ,
πρὶν ἄν γ᾽ ἀκούσῃς ἀμφοτέρων.

et in *Equit.* v. 960.

Πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν.

Denique de coniunctis particulis δή γε olim God. Hermannus ad Vigerum p. 825. ed. tert. haec notavit exempla Eurip. *Heraclid.* v. 632. *Suppl.* v. 162. *Iphig. Taur.* 943. Aristoph. *Nub.* v. 677. 783., sed ex eorum numero locorum nostro tempore tres loci remoti sunt. Nam ex Aristophanis quidem *Nubibus* Hermannus ipse sustulit duobus locis eas particulas ac versu quidem 677., quom libri aut ἔτι δὴ περὶ τῶν aut ἔτι γε περὶ τῶν, aut ἔτ' ἔτι περὶ τῶν aut ἔτ' ἔτι γε περὶ τῶν, aut ἔτι δὴ περί γε τῶν variarent, ac pauci libri volgatam scripturam tuerentur, ipse legendum proposuit: Δή γε.

Ἔτι δὴ δὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ κτέ.

Ut mirer hunc quidem locum, qui testis in re incerta esse non posset, adlatum esse testimonii loco a L. Dindorfio in H. Stephani *Thesaur. Gr. ling.* vol. II. p. 1049. B. nisi Guilielmi fratris auctoritas eum permovit, qui eo loco ipse quoque volgatam scripturam sine ulla dubitatione servavit. Altero autem loco eiusdem fabulae v. 785., ubi volgo legebatur:

Ἐπεὶ τί δή γε πρῶτον ἐδιδάσκου; λέγε.

quom libri optumi, Ravennas ac Venetus, versum ita scriptum exhiberent:

Ἐπεὶ τί νυνὶ πρῶτον ἐδιδάχθης; λέγε.,

hanc quidem scripturam recepit G. Dindorfius, Hermannus autem scribendum duxit:

Ἐπεὶ τί νῦν, τί πρῶτον ἐδιδάχθης; λέγε.,

ut eo loco uti minus etiam possimus. Neque satis certam esse lectionem in Euripidis *Iphigenia Taur.* v. 943. hodie agnoverunt grammatici. Restant igitur Euripidis loci *Heraclid.* v. 632.

Πάρεσμεν οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.

et *Suppl.* v. 162.

Εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας,
ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.,

quibus in locis et certa videtur librorum scriptura esse et ratio reddi facile poterit, cur ita compositae eae particulae sint. Quom enim οἷα δή, ὃ δή aptius inter se coniungi solerent, non potuit poeta, qui adseverare de re etiam per particulam γὲ voluit, alium locum particulae quaerere, quom in aliis locis, ubi non praecedit pronomen aut adverbium relativum, pro δή γε potius γὲ δὴ dicendum fuisse videatur. Neque offensionem poterit in his locis δή γε habere, quia, quo refertur particula δή, eodem referendam esse particulam γὲ

facile apparet. Quod secus est, si praecedit tale verbum, quod minus cum particula coalescat. Sic enim quo referendum γὲ esset, minus exstaret itaque minus concinna esset oratio *). Quam ob rem in Aristophanis quidem *Ecclesiazusis* v. 195. ubi haec habentur:

Μηδ' ἐθίζου νῦν λέγειν.
Τὸ συμμαχικὸν αὖ τοῦθ', ὅτ' ἐσκοπούμεθα,
εἰ μὴ γένοιτ', ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν·
ὅτε δή γ' ἐγένετ', ἤχθοντο κτέ.

volgatam scripturam, quam comprobavit etiam libri Ravennatis testimonium, non falsam pronuntiaverim, quamquam quod libri Parisini et Laurentianus exhibent: ὅτε δὴ δ' ἐγένετο, per sese optume ferri in eo loco potest. Hoc ut ita existumem faciunt fere loci, quos posteriorum scriptorum adtulit L. Dindorfius l. l., veluti Moschi *Idyll.* IV. v. 70 sq.

Ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμὶ
ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης χόρος ἐστί.

et μέχρι δή γε in Aretaei loco *de causs. diut. pass.* 1, 6. p. 32. et ὥσπερ δή γε apud Galenum vol. VIII. p. 746., quibus in locis quom μέχρι δή, ὥσπερ δή, ὅτε δή, aptius coniuncta essent, qui vellet adhibere γὲ particulam, non potuit nisi post δὴ eam ponere. Quamquam videntur veteres scriptores eam loquendi rationem nescio quo modo vitavisse.

Haec habui, quae de collocatione particulae γὲ dicerem. Nam quae a me hic aut commemorata non sunt aut leviter tantum modo tacta sunt, ea facile unus quisque explicare ipse poterit, si meminerit γὲ tum demum ab eo, quo pertinet, verbo discriminari posse, si, quae interposita est vox, aut nullam vim habet per sese aut est eius modi, ut ipsa aptius cum praecedente verbo coalescat ideoque non modo non impediat, sed etiam adiuvet particulae relationem.

Γὲ δή. Sequitur, ut dicamus de particulis, quas γὲ adiunctas habere soleat. Ac primum quidem de γὲ δὴ ipse Devarius mentionem fecit p. 55. dixitque accuratius de his particulis God. Hermannus ad Vigerum p. 828. ed. tert., qui recte ait, interesse hoc inter γὲ δὴ et γέ τοι, quod δὴ sententiam per γὲ restrictam simpliciter confirmet, τοὶ autem eam sententiam indicet oppositam esse praecedentibus quodam modo. Id adeo quem ad modum ex prima particularum δὴ et τοὶ vi ac potestate proficiscatur, explicabitur deinceps, ubi de illis particulis separatim dicetur. Nunc hoc teneamus γὲ restringere aliquam rem, δὴ autem eam quasi planam atque apertam,

*) Hanc labeculam posteriores demum scriptores admisisse videntur, uti, quem adtulit Dindorfius, Philóstratus Heroic. p. 666. Ἃ ποθῶ μαθεῖν, ξυνίης δή γε.

de qua iam dubitari nullo modo possit, ponere. Latine dicas *quidem aperte, quidem profecto, quidem certe*, quamquam hoc etiam pro γέ τοι alio quodam modo accipi potest. Differt enim aliquid, qua mente dicas *quidem certe*. Sed γὲ δή, ut indicavimus, est simplex illud *quidem certe*, sine ulla oppositionis significatione. Res exemplis optume declarari potest. Apud Platonem quidem in *Phaedro* Part. I. vol. p. 33. ed. Bekk. p. 242. E. ed. H. Steph. Socrates interrogat Phaedrum his verbis: *Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης καὶ θεόν τινα ἡγεῖ;* cui respondet Phaedrus: *Λέγεταί γε δή*. Hoc vertas: *Dicitur quidem certe.*, ut nihil oppositum existumes. Idque unice verum erat in eo loco, ubi in iis, quae dicta erant, nihil continebatur, quod huic sententiae refragari posset. Non idoneum esset ad istum locum: *Λέγεταί γέ τοι.*, quod tum demum verum esset, si Socrates ita interrogasset, quasi non putaret ipse amorem Veneris filium et deum quidem esse. In eodem libro p. 101. ed. Bekk. p. 277. A. ed. H. Steph., ubi Socrates quaesivit: *Τὸ μὲν οὖν ἔντεχνον καὶ μὴ δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι μετρίως;* respondit Phaedrus: *Ἔδοξέ γε δή.*, quibus verbis ipsis quoque simpliciter adsentitur magistro. Multos locos et maxume Thucydidis collegit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesaur. Gr. ling.* vol. II. p. 1048. C., veluti ex eius lib. IV. cap. 78. *Τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διϊέναι ἄνευ ἀγωγοῦ καὶ μετὰ ὅπλων γε δὴ κτἑ.* cf. eiusdem lib. II. cap. 62. *Ἀρκείτω ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον.* et lib. I. cap. 11. lib. IV. cap. 92. Maxume efferri solet his particulis singularis quaedam vox, veluti in Aeschyli *Prometheo* v. 42. dicitur:

Ἀεί γε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.

aut in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 6. §. 3. *Τοῦτό γε δὴ Χειρισόφῳ καὶ Ξενοφῶντι μόνον διάφορον ἐν τῇ πορείᾳ ἐγένετο, ἡ τοῦ ἡγεμόνος κάκωσις καὶ ἀμέλεια.* Itaque saepe numero ad adverbia relativa adiuncta haec particula est et dicitur: ἐπεί γε δή, πρίν γε δή, πλήν γε δή et quae sunt similia, qua de re conferatur Sophoclis *Antigona* v. 913 sqq. ed. Herm.

Τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν· τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβῶν ἐκτησάμην.,

Differt autem ab ἐπειδή γε, si dicimus: ἐπεί γε δή, quod sic sua cuique voci vis ac potestas magis servatur, quam si factae voci: ἐπειδή, adiicitur γέ. De πρίν γε δὴ conf.

Herodoti lib. VII. cap. 239. Thucydidis lib. I. cap. 132. lib. VII. cap. 71. ac de πλὴν γε δὴ praeter Thucydidis lib. VII. cap. 56. Aristophanis *Vespar.* v. 857.

Πάντα γὰρ πάρεστι νῷν
ὅσων δεόμεθα, πλήν γε δὴ τῆς κλεψύδρας.

Interponitur γὲ δὴ etiam inter praepositionem et casum, qua de re miror L. Dindorfium l. l. non tam Platonis *Phaedrum* Part. I. vol. I. p. 83. ed. Bekk. p. 268. A. ed. H. Steph. adtulisse, ubi haec habentur: Καὶ μάλ' ἐῤῥωμένην, ὦ Σώκρατες, ἔν γε δὴ πλήθους συνόδοις., quam Iamblychi *vitam Pythog.* cap. 31. Νεανίσκους δὲ γενομένους ἀφεῖσθαι παρά γε δὴ τοῖς πολλοῖς ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται., et Nicephori Blemm. orat. I. de proc. Sp. S. in Allatii *Gr. Orthod.* vol. I. p. 2. Πῶς εἰς ἀγαθὸν ἀποβαίη τῷ ἀσυμφώνῳ κατά γε δὴ τοὐμφανές;

Γὲ δήπου. Si quando ad particulas γὲ δὴ adiicitur πού, ut dicatur γὲ δήπου, nihil mutatur in ea, quam posuimus, significatione harum particularum, nisi quod adfirmatio illa, quae continetur particula δή, eo amplificatur, quod aliquid profecto esse significatur, quoquo modo res se habeat, qua de re vide quae dicentur in particulis δήπου. Cf. Platonis *Phaed.* Part. II. vol. III. p. 78. ed. Bekk. p. 94. A. ed. H. Steph. Ἁρμονία γὰρ δήπου παντελῶς αὐτὸ τοῦτο οὖσα, ἁρμονία, ἀναρμοστίας οὔ ποτ' ἂν μετάσχοι. Οὐ μέν τοι. Οὐδέ γε δήπου ψυχή, οὖσα παντελῶς ψυχή, κακίας. et eiusdem *Euthyphr.* Part. I. vol. I. p. 366. ed. Bekk. p. 8. E. ed. H. Steph. Ἐπεὶ ἐκεῖνό γε δήπου, ὦ θαυμάσιε, οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν, ὡς οὐ τῷ γε ἀδικοῦντι δοτέον δίκην. Cf. etiam Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. IV. cap. 4. §. 7., ubi ex iis, quae supra p. 262. disputavimus, fere scribendum erit: Οὐ γὰρ δὴ λιμῷ γε δήπου κατακανοῦμεν αὐτούς. et Plutarchi *Coriolanum* §. 16. Οὐ γὰρ χάριν γε δήπου φήσουσιν ἀπολαμβάνειν.

Γὲ—δήπου et Δήπου—γέ. Interdum etiam inter γὲ et δήπου interponitur vox aliqua, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 121. Καὶ ὅταν τὴν ἐπιστήμην εἰς τὸ ἴσον καταστήσωμεν, τῇ γε εὐψυχίᾳ δήπου περιεσόμεθα, aut postponitur etiam γὲ aliqua voce interposita, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 377 sqq.

Οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις,
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

cum quo loco comparari potest Aeschyli *Prometh.* v. 1064 sq.

Οὐ γὰρ δήπου
Τοῦτό γε τλητὸν παρέσυρας ἔπος.,

qua de re vide quae disputavimus in particula γὰρ supra p. 263.

Γὲ μὲν particulae, quae antiquo tempore saepius coniunctae usurpabantur, non ita tamen ab Atticis scriptoribus positae esse videntur nisi accederet alia particula, veluti *δὴ* vel *τοί*, ut diceretur *γὲ μὲν δὴ* et *γὲ μέν τοι*, de quibus particularum formulis mox dicemus. *Γὲ μὲν* autem posuit Homerus in *Iliados* lib. II. v. 703. *Γὲ μέν.*

Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν.

cl. eiusd. libri v. 726. et lib. V. v. 514 sqq.

Τοὶ δ' ἐχάρησαν,
ὡς εἶδον ζωόν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα,
καὶ μένος ἐσθλὸν ἔχοντα· μετάλλησάν γε μὲν οὔτι.

et Hesiodus in *Scuto Herculis* v. 139.

Χερσί γε μὲν σάκος εἷλε παναίολον, οὐδέ τις αὐτὸ
οὔτ' ἔῤῥηξε βαλὼν οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι.

et alio quodam modo Herodotus lib. VII. cap. 234. *Καὶ οὗτοι πάντες εἰσὶ ὁμοῖοι τοῖσι ἐνθάδε μαχεσαμένοισι· οἵ γε μὲν ἄλλοι Λακεδαιμόνιοι τούτοισι μὲν οὐκ ὁμοῖοι, ἀγαθοὶ δέ.* Idemque dixit lib. VII. cap. 152. *Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὲν οὐ παντάπασι ὀφείλω* κτέ., quamquam ibi quidem alii libri aut *πείθεσθαί γε μὲν ὦν οὐ* aut *πείθεσθαί γε μὴν οὐ* scriptum exhibent. Effertur autem hoc modo primum per particulam *γὲ* aliqua vox, deinde non sine oppositionis ratione aliqua confirmatur eadem res per *μὲν* particulam, quod Attici scriptores inverso particularum ordine alio quodam modo significare solebant per particulas *μέν γε*, de quibus supra dictum est p. 335 sqq.

Γὲ μὲν δὴ saepe positum a scriptoribus Atticis, ut aliquid primum per particulam *γὲ* cum restrictione efferretur, deinde ut idem per *μὲν* particulam confirmaretur simulque per *δὴ* particulam quasi iam extra omnem dubitationem poneretur, veluti hoc factum est in Aeschyli *Supplicibus* v. 241 sq. *Γὲ μὲν δή.*

Κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων
κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις κτέ.

et in eadem fabula paullo post v. 271 sqq.

Ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια
γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω.
μακρὰν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.,

quo in loco quod Blomfieldius scribendum proposuit:

Μακρὰν γε μέν τοι ῥῆσιν οὐ στέργοι πόλις.,

a vero ille aberrasse videtur. Neque enim patitur iste locus mea quidem sententia talem oppositionem, qualis significatur particulis: *γὲ μέντοι*. Iis enim verbis, quae modo dixerat rex:

Γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω.,

mulier illa, quae duxit chorum, iam iussa erat enarrare genus suum ambagibus missis, ut quae adiungantur verba, istam oppositionem non recipiant. Qua re miror G. Hermannum ad Euripidis *Electram* v. 1255. ipsum quoque γὲ μέντοι in illo loco comprobasse. Neque vero in Sophoclis loco scribendum erit:

> Ὅρα γε μέντοι κἂν γυναιξὶν ὡς Ἄρης
> ἔνεστιν· εὖ δ' ἐξοισθα πειραθεῖσά που.,

sed illud, quod libri omnes idemque scholiasta exhibent, sine ulla dubitatione retinendum videtur:

> Ὅρα γε μὲν δὴ κἂν γυναιξὶν ὡς Ἄρης
> ἔνεστιν κτέ.

Cf. Hartung. Vol. II. p. 402. et L. Dindorf. in H. Steph. *Thesaur. Gr. ling.* Vol. II. p. 1049. A., qui adferunt praeterea hos locos Aeschyli *Agamemnonis* v. 661 sq.

> Ἡμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος
> ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξῃτήσατο
> θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἰακὸς θιγών.

et eiusdem *Eumenidum* v. 419.

> Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα.

et Sophoclis *Trachiniarum* v. 484 sqq. ed. Herm.

> Ἐπεί γε μὲν δὴ πάντ' ἐπίστασαι λόγον,
> κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν
> καὶ στέργε τὴν γυναῖκα κτέ.

De μὲν δή — γέ, quod aliquoties dictum est a Graecis interposita aliqua voce, infra dicendi locus erit in particulis μὲν δή.

Γὲ μέντοι. Sequitur, ut dicamus de particulis γὲ μέντοι, quae ita differunt a γὲ μὲν δή, quem ad modum supra γέ τοι a γὲ δὴ discrepare diximus. Cum enim per particulas γὲ μὲν δὴ aliqua res restringendo confirmetur, γὲ μέν τοι particulae continent adfirmativam quandam restrictionem non sine maiore quadam oppositione, quasi Latine dicas *certe tamen*, *tamen vero*. Ita apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 3. §. 9. Ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπε· Δοκεῖ μὲν καὶ ἐμοὶ ταῦτα· οὐ μέν τοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ, ἀλλὰ διατρίψω ἔστ' ἂν ὀκνήσωσιν οἱ ἄγγελοι μὴ ἀποδόξῃ ἡμῖν τὰς σπονδὰς ποιήσασθαι· οἶμαί γε μέντοι, ἔφη, καὶ τοῖς ἡμετέροις στρατιώταις τὸν αὐτὸν φόβον παρέσεσθαι., adde eiusdem Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 53. Καὶ μὰ τὸν Μίθρην ἐγώ τοι ἐχθές, εἰ μὴ πολλοῖς διεπύκτευσα, οὐκ ἂν ἐδυνάμην σοι προσελθεῖν. Ἐπεί γε μέντοι ἐδεξιώσω με, καὶ παρά σοι ἐκέλευσας

μένειν, ἤδη περίβλεπτος ἦν, ὅτι μετὰ σοῦ ἄσιτος καὶ ἄποτος διημέρευον. Cf. ibid. paullo ante §. 51. et §. 52. et lib. II. cap. 1. §. 9. Τάσσομεν δέ, ἔφη, ἡμᾶς μὲν ἐπὶ τοὺς μένοντας· οἵ γε μεντἂν αὐτῶν φεύγωσι, τούτους ὑμῖν καὶ τοῖς ἵπποις νέμομεν κτἑ. Saepe etiam in dialogo, ubi aliquid opponitur, usi sunt Graeci his particulis, veluti Aeschylus in *Septem adv. Theb.* v. 1046., ubi postquam Antigona dixit:

Αὐδῶ σε μὴ περισσὰ κηρύσσειν ἐμοί.

poeta praeconem facit dicentem:

Τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά.

idemque in *Agamemnone* v. 937 sq. Clytaemnestram et Agamemnonem ita loquentes inducit:

ΚΛ. Μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθεὶς ψόγον.
ΑΓ. Φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει.

Cf. Aristophanis *Vesparum* v. 1154 sq., ubi postquam dixit Bdelycleon:

Φέρ', ἀλλ' ἐγώ σε περιβαλῶ. σὺ δ' οὖν ἴθι,

Philocleon respondet:

Κατάθου γε μέντοι καὶ κρεάγραν.

Plura exempla a tragicis poetis petita vide apud G. Hermannum ad Vigerum p. 842 sq. ed. tert. Dici etiam ἀλλὰ — γε μέντοι iam supra significavimus p. 26. Adde Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. I. cap. 4. §. 8. Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων· ἀλλ' εὖ γε μέντοι ἐπιστάσθωσαν ὅτι κτἑ. et *Disciplinam Cyri* lib. IV. cap. 1. §. 21. Ἀλλ' εἴ γε μέντοι ἐθέλων τις ἕποιτο, καὶ χάριν ἔγωγέ σοι εἰδείην ἄν. Eodemque modo Graeci dixerunt ὅμως γε μέντοι, veluti Aristophanes in *Vespis* v. 1344 sq.

Ἔχου· φυλάττου δ', ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον·
ὅμως γε μέντοι τριβόμενον οὐκ ἄχθεται.

idemque in *Ranis* v. 60 sq.

Οὐκ ἔχω φράσαι·
ὅμως γε μέντοι σοι δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.

De μέντοι γε autem et μέντοι — γὲ suo loco dicetur in particula μέντοι.

Γὲ μὴν particulis tribuit Devarius p. 55. vim quandam adversativam, idque rectissume fecit, si earum usum spectamus. Quamquam per se neutra particula adversativam vim habet. Γὲ enim particula id agit etiam in his locis, ut ea Γὲ μήν.

res, ad quam referenda est ipsa, cum restrictione efferatur, μὴν autem rem ita profecto dicit esse. Sed ut saepe in aliis vocabulis hoc factum est, sic etiam in particula μὴν per adfirmationem nata est quaedam oppositionis significatio, ut in hac quidem parte plane respondeat Latinae particulae *vero*, quae ipsa quoque ex adfirmativa vi nacta est adversativam potestatem. Itaque quom particulae γὲ μὴν primum significent aliud nihil nisi: *quidem certe*, tamen Latine recte verti possunt: *certe vero*, ut vertit G. Hermannus ad Vigerum p. 828. ed. tert., usus hoc Euripidis versu de *Electra* v. 754.

Μακρὰν γὰρ ἕρπει γῆρυς, ἐμφανής γε μήν.,

quod reddas: *E longinquo enim accidit vox, clara quidem certe*, aut etiam, ut fecit Hermannus: *at vero clara.* Quamquam in particulis *at vero* adversativa vis magis exstare videtur quam in Graecis particulis: γὲ μήν. Quod autem Devarius evanuisse ait interdum vim περιγραφικὴν aut μειωτικὴν particulae γὲ in his locis, id non verum est, etiam si multis in locis alia quidem lingua res accurate declarari similibus verbis non potest. Nam in omnibus his locis, ut recte sensit Hartungius vol. II. p. 383., effertur per γὲ particulam ea, quae praecedit vox, quamquam Latini ponunt plerumque in his locis tantum modo *vero*, ut voci ac sono loquentis efferenda ea vox sit, quo pertinet γὲ particula. Sic etiam in eo loco, quo usus est Devarius, Aristophanis ex *Equitibus* v. 230—233.

Καὶ μὴ δέδιθ᾽· οὐ γάρ ἐστιν ἐξῃκασμένος.
ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελεν
τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι· πάντως γε μὴν
γνωσθήσεται· τὸ γὰρ θέατρον δεξιόν.

nativa vis particulae γὲ obscurata non est. Effertur enim per eam particulam vox πάντως et, cum haec intellegi vix possit, nisi adsumas verbum γνωσθήσεται, tota etiam haec enuntiatio. Itaque non minus suam habet vim in hoc loco particula, quam in eo loco Xenophontis, quem adtulit idem Devarius e libro *de re equestri* cap. 1. §. 15., in quo ipse agnovit naturalem particulae vim. Verba enim: Τούς γε μὴν ὄρχεις δεῖ μὴ μεγάλους τὸν ἵππον ἔχειν, ita explicavit: *Ut aliquis concedat alia, testiculos quidem certe non magnos habere equum oportet.* Praeterea conferri possunt hi loci, in quibus omnibus nativa utriusque particulae vis facile intellegi potest, Sophoclis *Oedip. Colon.* v. 593. ed. Herm., ubi postquam Theseus dixit:

Ἀλλ᾽ ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ᾽ ἐξαιτεῖ χάριν.,

respondet Oedipus:

Ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.

quibus verbis quod dicit ita adseverat, ut ex ea adfirmatione nascatur contradictio quaedam. Magis etiam adfirmativa vis earum particularum apparet ex altero Sophoclis loco *Electrae* v. 935 sqq.

> Ἀλλ' ἢν ἐπίσπῃ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν,
> πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω
> θανόντος οἴσει, τοῦ κασιγνήτου θ' ἅμα·
> ἔπειτα δ' ὥσπερ ἐξέφυς ἐλευθέρα
> καλεῖ τὸ λοιπὸν καὶ γάμων ἐπαξίων
> τεύξει· φιλεῖ γὰρ πρὸς τὰ χρηστὰ πᾶς ὁρᾶν·
> λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην
> σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί;

Dicit Electra: *Famae quidem certe quantam celebritatem addideris et tibi et mihi, cum mihi parueris, non vides?* ut id non repugnet iis, quae dicta erant, sed ita tantum modo opponatur, quod in maiorem modum adfirmatur. Hinc fuerunt, qui *praeterea* vel *quin etiam* interpretari eas particulas vellent. Contra oppositio sententiae magis exstat in Xenophontis-loco de *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 13. *Οὔκουν ὑμεῖς — ἀκούοντες δὲ Σεύθου πείθοντος ἑαυτῷ συστρατεύεσθαι, πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐψηφίσασθε ταὐτά; Εἴ τι οὖν ἐγὼ ἐνταῦθα ἠδίκησα, ἀγαγὼν ὑμᾶς ἔνθα πᾶσιν ὑμῖν ἐδόκει, εἴπατε. Ἐπεί γε μὴν ψεύδεσθαι ἤρξατο Σεύθης περὶ τοῦ μισθοῦ, εἰ μὲν ἐπαινῶ αὐτόν, δικαίως ἄν με καὶ αἰτιῷσθε καὶ μισοῖτε κτἑ.*, ubi rursus ex adfirmatione nascitur oppositio. Cf. Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VI. cap. 1. §. 7. *Ὅτε δὲ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων, ἐκεῖνοι ἡμῖν ἐχρῶντο, ὡς ἐκείνοις ἦν ἥδιστον, ἡμῖν γε μὴν ὡς χαλεπώτατον.* et Platonis *Phaedr.* Part. I. vol. I. p. 82. ed. Bekk. p. 267. ed. H. Steph. *Ὀρθοέπειά γέ τις, ὦ παῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά. τῶν γε μὴν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος.* Plura exempla excitaverunt P. Elmsleius ad Sophoclis *Oed. Colon.* v. 587. p. 162. ed. Oxon. et Hartungius vol. II. p. 383 sq. et 387 sq. Apud Xenophontem autem *Cyri disciplinae* lib. VIII. cap. 8. §. 6. ubi volgo legitur non sine libris: *Εἴς γε μὴν δὴ χρήματα τῇδε ἀδικώτεροι.*, dubitari potest utrum id scribendum sit: *Εἴς γε μὴν χρήματα κτἑ.*, an, ut margo Villoisoni habet: *Εἴς γε μενδὴ χρήματα κτἑ.*

Saepe numero ad particulam *γὲ* adiuncta est etiam localis particula *πού*, quibus in locis primum res cum adfirmatione restringitur, deinde per alteram particulam indicatur, de via quidem ac ratione, qua aliquid esse dicatur, aut non constare nobis aut nos certe nolle iam exquirere. Qua tamen ratione *Γέ που.*

nihil detrabitur de veritate eius rei, quae per particulam γὲ adfirmata est, sed potius confirmatur illa res eo, quod quoquo modo sit et quacumque ratione, tamen *utique* esse dicitur. Respondet enim aptissume γέ που in his locis Latinae particulae *utique*, quae ipsa quoque adfirmativam potestatem non videtur nacta esse nisi ita, ut aliquid, quacumque ratione sit, tamen esse significet. De πού infra accuratius dicendi locus erit. Interea conferantur hi loci, Aristophanis *Acharnens.* v. 896., ubi postquam Boeotus dixit:

Ἐμοὶ δὲ τιμὰ τᾶσδε πᾶ γενήσεται;

Dicaeopolis respondet:

Ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ που δώσεις ἐμοί.,

quo in loco non ex alterius arbitrio res suspenditur, ut tales locos accepit Hoogeveenus p. 125. ed. Schütz., sed hoc dicitur: *Die gibst du mir auf jeden Fall als Stättegeld*, ut quacumque hoc ratione fiat, ita tamen faciundum esse significetur. Altero loco, quo usus est Hoogeveenus, Aristophanis e *Vespis* v. 27.

Δεινόν γέ που 'στ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα,

quamquam ibi scholiasta quoque eam scripturam agnoscit, tamen non utar, quoniam G. Dindorfius ibi edidit:

Δεινόν γέ τοὖστ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.,

quod per se falsum non est. Sed rectissume adtulit idem grammaticus e Platonis lib. *de re publica* X. Part. III. vol. I. p. 490. ed. Bekk. p. 607. D. ed. H. Steph. *Δοῖμεν δέ γέ που ἂν καὶ τοῖς προστάταις αὐτῆς, ὅσοι μὴ ποιητικοί, φιλοποιηταὶ δέ, ἄνευ μέτρου λόγον ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν κτἑ.* aut ex eiusdem scripti lib. V. p. 269. ed. Bekk. p. 478. A. ed. H. Steph. *Ἐπιστήμη μέν γέ που ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὂν γνῶναι ὡς ἔχει.*

Γέ τοι. Persimilis caussa est etiam particularum γέ τοι, quae saepe coniunctae leguntur, quamquam usu ipso multum differunt eae particulae ab iis, quas modo tractavimus. Nam quom γέ τοι ab initio nihil esset aliud, nisi: *certe aliquo modo*, qua de re copiosius dicetur in particula τοί, tamen loquendi consuetudine factum est, ut eae particulae non solum adfirmationem eo modo, quo supra de particulis γέ που vidimus, continere viderentur, ut quod esse aliquo modo diceretur, id revera et sine dubitatione quidem esse videretur, sed adfirmationem talem denotaret, quae oppositionem in se haberet. Itaque G. Hermannus rectissume ad Vigerum p. 828. ita definivit rem, ut diceret ita differre particulas γὲ δὴ et γέ τοι, quod δὴ sententiam per γὲ

restrictam simpliciter confirmaret, τοὶ autem eam sententiam indicaret oppositam esse praecedentibus quodam modo. Vide quae supra in particulis γὲ δὴ explicavimus p. 338 sq. Hoc ut docerent grammatici usi sunt Aristophanis loco e *Vespis* v. 933 sq., quem Devarius noster p. 56. primus proposuerat:

Κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός· οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ,
ὠλεκτρυών; νὴ τὸν Δί', ἐπιμύει γέ τοι.,

quod rectissume Hermannus ita vertit: *adnuit quidem certe*, ut hoc hanc fere in se contineret ratiocinationem: *etsi non respondet, ita sibi quoque videri, certe tamen adnuit.* Itaque etiam in reliquis locis γέ τοι tum dicitur, si non solum adfirmari aliquid debet, sed ita etiam adfirmari, ut etiam si quid minus ad eam rationem conveniat, tamen res ipsa ita, quem ad modum dicitur, se habere videatur. Quamquam in aliis locis oppositionis vis minus exstat, veluti in illo Aristophanis loco, quem ex *Pluto* v. 423 sq. adposuit Devarius p. 56:

Ἴσως Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας·
βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.,

quod recte vertas: *Fortasse Erinys est ex tragoedia: tuetur quidem certe insanum quiddam et tragicum.*, ut tamen istud: *quidem certe*, hanc vim habeat, ut, si quid minus huc facere videatur, id adfirmatione sua infirmet: quom contra, si dixisset poeta:

Βλέπει γε δὴ μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.,

ista oppositionis vis nulla esset et hoc tantum modo significaretur, quod per sese satis planum atque apertum esset. Id recte sensit Hoogeveenus, qui loci Aristophanei sententiam sic reddidit: *Quidquid illud est, hoc manifestum saltem verum est, in vultu aliquid inesse furiale et tragicum.* Eadem caussa est etiam eius loci, qui est ex eadem fabula v. 1040 sq. positus, ubi postquam anus dixit:

Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν.,

Chremylus pronuntiat:

Φαίνεται.
στεφάνους γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται.,

quod est: *Videtur sane: coronas quidem certe et facem gerens proficiscitur*, ita tamen, ut particulae γέ τοι omnia, quae contra dici possint, excludant, non rem simpliciter adfirment. Sic etiam in dialogo eadem vis harum particularum est, veluti in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 3. ed. Bekk. p. 447. B. ed. H. Steph., ubi postquam Callicles dixit: *Τί δέ, ὦ Χαιρεφῶν; ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου;* respondet

Chaerephon: Ἐπ᾽ αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν., quod plane respondet nostro: *In eben dieser Absicht sind wir ja doch da.* Sic in notissuma illa formula: Λέγεταί γέ τοι, quaedam oppositionis ratio habetur, in altera non minus usitata: Λέγεταί γε δή, oppositio nulla est. Sed hoc in singulis locis facile quisque viderit ipse. Conferantur praeter exempla a Devario posita quae R. Porsonus adtulit ad Euripidis *Medeam* v. 865. G. Hermannus ad Vigerum p. 828. ed. tert. Phil. Buttmannus ad Platonis dialogos IV. in indice s. v. γέ, p. 214.

Γέ τοι δή. Magis etiam apparet quid discriminis sit inter γὲ δὴ et γέ τοι, si quando ita cumulatae eae particulae sunt, ut dicatur: γέ τοι δή, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1164. ed. Herm.

> Κείνου γέ τοι δὴ παῖς ἐκλῄζεθ᾽· ἡ δ᾽ ἔσω
> κάλλιστ᾽ ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ᾽ ὡς ἔχει.,

quod dicit famulus ita, ut primum particulis γέ τοι omnem oppositionem excludat, deinde adiecta δὴ particula rem quasi non dubiam adseveret. Eodemque modo his particulis usus est etiam Plato aliquoties, veluti in lib. V. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 266 sq. ed. Bekk. p. 476. D. ed. H. Steph., ubi postquam Socrates dixit: Τί οὖν — ἕξομέν τι παραμυθεῖσθαι αὐτὸν καὶ πείθειν ἠρέμα ἐπικρυπτόμενοι ὅτι οὐχ ὑγιαίνει; Glauco respondet: Δεῖ γέ τοι δή. et libro VI. p. 310. ed. Bekk. p. 504. A. ed. H. Steph., ubi leguntur haec: Πρέπει γέ τοι δή, ἔφη, οὕτω σκοπεῖν. Quibus locis hoc dicitur, quidquid contra dici posse videatur, tamen decere quidem certe hoc ita fieri. Nec aliter sese habet illud, quod posuit Hoogeveenus e *Phaedro* Platonis Part. I. vol. I. p. 75. ed. Bekk. p. 264. B. ed. H. Steph. Ἔστι γέ τοι δή, ὦ Σώκρατες, τελευτή, περὶ οὗ τὸν λόγον ποιεῖται.

Γέ τοί που. Denique similis caussa est, si quando particulae γέ τοί που coniunctae leguntur, uti Plato scripsit in libro X. *de legibus* Part. III. vol. III. p. 185. ed. Bekk. p. 888. E. ed. H. Steph. Εἰκός γέ τοί που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν., quo in loco τοὶ continet istam, quam saepe dico, adversativam adfirmationem, particula πού autem ita rem confirmat, ut aliqua quidem ratione hoc ita se habere pronuntiet.

Γοῦν. Γοῦν particula, ut multis locis etiam scriptione ipsa, sic sententia quidem certe semper repraesentat ambarum particularum, ex quibus constat, vim ac potestatem. Nam primum per particulam γὲ adseveratur cum restrictione aliquid, deinde id refertur ad praesentem rerum statum, qui ex iis, quae antecesserunt, explicandus esse videatur: id

quod indicatur per οὖν particulam. Itaque per se nullo modo potest reprehendi, si veteres librarii plerumque non unam particulam γοῦν posuerunt, sed duas separatim scripserunt γ' οὖν, qua de re testatus est Fr. Iac. Bastius ad Greg. Corinth. p. 827. ed. Schaef. Sic, ut unum ponam exemplum, in Sophoclis *Trachin.* v. 715. ed. Herm. e libris Laurentianis A. B. enotata haec scriptura est:

Πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξῃ γ' οὖν ἐμῇ.,

quae per se falsa non est. Sed tamen quom plerisque in locis vis ac potestas duarum particularum ita consociata esset, ut unam iam notionem, quae colligendo aliquid non sine restrictione adseveraret, efficere viderentur, factum est, ut illae particulae nunc fere una voce pronuntientur itaque scribantur γοῦν. Quamquam illud negari nullo pacto potest, videri veteres Graecos multis quidem locis particulas γ' οὖν separatim pronuntiasse. Id ut ita existumemus, multis in locis et sententia, quae subest his particulis, et ipsa collocatio particularum postulat. Namque interdum interposuerunt Graeci aliquam vocem inter eas particulas, veluti id factum videmus in Platonis lib. V. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 253. ed. Bekk. p. 469. C. ed. H. Steph. *Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη· μᾶλλόν γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς τοὺς βαρβάρους τρέποιντο, ἑαυτῶν δ' ἀπέχοιντο.*, ubi recte fecerunt critici, quod non obsecuti sunt iis libris, qui οὖν particulam missam faciunt. Cf. Thucydidis lib. I. cap. 76. *Ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα τὰ ἡμέτερα λαβόντας δεῖξαι ἂν μάλιστα εἴ τι μετριάζομεν κτέ.* et in eodem libro paullo post cap. 77. *Ὑμεῖς γ' ἂν οὖν εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε, μεταβάλοιτε.* et quos praeterea adtulit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 742. C., Aristophanem in *Ecclesiazusis* v. 806 sq. Γὲ — οὖν.

Πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης
αὔτ' εἰσενέγκοι κτέ.

et Euripidem in *Medea* v. 504.

Καλῶς γ' ἂν οὖν δέξαιντό μ' οἴκοις.

et ibidem v. 588.

Καλῶς γ' ἂν οὖν μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ.

Quod autem idem Dindorfius ait ibidem, quod interdum inveniatur γὲ οὖν singillatim scriptum, si non omnino relinquendum librariis esset, ab antiquioribus certe alienum videri, id nullo pacto probare possum. Nam neque ratio ulla reddi potest cur Graeci, si particulam γὲ magis efferre voluerunt, Γὲ οὖν singillatim scriptum.

sic loqui non potuerint: etenim scripserunt eodem modo et δ᾽ οὖν et δὲ οὖν, prouti sonus orationis hoc postulare videbatur: neque libri scripti semper in scriptione γ᾽ οὖν aut γοῦν conspirant etiam apud veteres scriptores. Nam quom fere scriptum exhibeant, quem ad modum supra diximus, γ᾽ οὖν, uti ὅτ᾽ ἄν, ὁπότ᾽ ἄν et quae sunt similia, aut etiam contractis vocibus γοῦν, tamen interdum ac maxume ibi, ubi scriptor auditorem in particulae vi ac potestate studet retinere, etiam γὲ οὖν nec elisa nec contracta particula tuentur, constanter idque apud optumos Graeci sermonis auctores, qua de re multo rectius, quam L. Dindorfius, existumavit C. E. Chr. Schneiderus ad Platonis lib. *de re publica* I. p. 30. Adtulit vir doctissumus Platonis *Polit.* Part. II. vol. II. p. 246. ed. Bekk. p. 257. D. ed. H. Steph., ubi haec leguntur: *Καὶ μὴν κινδυνεύετον, ὦ ξένε, ἄμφω ποθὲν ἐμοὶ ξυγγένειαν ἔχειν τινά. Τὸν μέν γε οὖν ὑμεῖς κατὰ τὴν τοῦ προσώπου φύσιν ὅμοιον ἐμοὶ φαίνεσθαί φατε, τοῦ δ᾽ ἡμῖν ἡ κλῆσις κτέ.*, quo in loco ideo Plato videtur noluisse scribere neque *τὸν μέν γ᾽ οὖν* neque vero *τὸν μὲν γοῦν*, quod voluit efferri isto modo potissumum pronomen *τὸν μέν*, quod magis exstat in oratione atque apparet, si singulatim istae voces *γὲ οὖν* pronuntiantur. Eadem caussa est etiam illius loci, quem ex eiusdem Platonis *Euthydemo* adposuit idem Schneiderus. Legitur is Part. II. vol. I. p. 448. ed. Bekk. p. 299. E. ed. H. Steph. in hunc modum: *Φασί γε οὖν, ὦ Εὐθύδημε, ἔφη ὁ Κτήσιππος, τούτους εὐδαιμονεστάτους εἶναι Σκυθῶν καὶ ἀρίστους ἄνδρας κτέ.*, quibus in verbis propterea videtur Plato plene scripsisse: *φασί γε οὖν κτέ.*, quod morari voluit lectorem magis in verbo *φασί*. Quod si scripsisset *φασί γ᾽ οὖν* aut etiam *φασὶ γοῦν*, particula *γὲ* magis congrueret cum collectiva particula *οὖν*. Eandem rationem videtur etiam Herodotus secutus esse, quod quom in aliis locis aut *γῶν* aut *γ᾽ ὦν* scripsisset, lib. IV. cap. 76. eas voces separatim posuit in his verbis: *Ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι μή τί γε ὦν ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥκιστα, ὡς διέδεξαν Ἀναχάρσι τε καὶ δεύτερα αὖτις Σκύλῃ.* Multo minus autem loci posteriorum scriptorum, quos posuit Dindorfius l. l. p. 742. D., mutandi sunt, veluti quod scripsit Dionysius in *Antiq. Rom.* lib. II. cap. 56. *Διὰ τοῦτό γε οὖν φασι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, τῆς τροπῆς τοῦ πλήθους ἐπώνυμον εἶναι κτέ.*, quo in loco propterea nec elisit neque contraxit vocem Dionysius, quod voluit singularem particularum vim magis apparere. Quod si dixisset: *Διὰ τοῦτο γοῦν φασι κτέ.*, non quidem ipsa sententia

mutaretur, sed tamen animus legentis in singulis retineretur minus. Eadem ratio est alterius loci Dionysii, qui legitur in eodem libro cap. 75. *Οὕτω γε οὖν σεβαστόν τι πρᾶγμα καὶ ἀμίαντον νενόμισται τὸ πιστόν κτἑ.* Etenim sic et adfirmativa particula et collectiva magis sub oculos auresque cadit. Eandem ob caussam non male isti critici egisse videntur, qui ubi γὲ particula magis ad antecedens verbum quam ad totam argumentationem pertinere videretur, libros secuti sunt eos, qui γ' οὖν, non γοῦν, scriptum exhiberent. In hoc genere iure reposuit Schneiderus l. l. Platonis *Hippiam mai.* Part. II. vol. III. p. 434. ed. Bekk. p. 292. E. *Εὖ γ' οὖν οἶδα, ὦ Σώκρατες, ὅτι πᾶσι καλὸν τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐγὼ εἶπον, καὶ δόξει.*, ubi deteriorum librorum scripturam γοῦν recte sprevit Imm. Bekkerus, *Politic.* Part. II. vol. II. p. 275. ed. Bekk. p. 270. B. ed. H. Steph. *Φαίνεταί γ' οὖν δὴ καὶ μάλα εἰκότως εἰρῆσθαι πάνθ' ὅσα διελήλυθας.* Adde Aristophanis *Pacem* v. 497 sq.

Ὑμεῖς μέν γ' οὖν οἱ κιττῶντες
τῆς εἰρήνης σπᾶτ' ἀνδρείως.

Id adeo in iis pronominis formis, quibuscum particula γὲ aptius conglutinari solet, ita usitatum est, ut ipsa sententia diversa esse videatur, dicasne ἔγωγ' οὖν an ἐγὼ γοῦν, ἔμοιγ' οὖν an ἐμοὶ γοῦν. Vide de ea re exponentem Schneiderum ad Platonis *de re publica* lib. I. Part. III. vol. I. p. 20. ed. Bekk. p. 335. E. ed. H. Steph., ubi ille legendum praecepit: *Ἔγωγ' οὖν, ἔφη, ἕτοιμός εἰμι κοινωνεῖν τῆς μάχης.*, quom Bekkerus edidisset: ἐγὼ γοῦν. Ac sane vis pronominis eo loco magis exstare videtur. Eodemque modo Schneiderus etiam in *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 94. ed. Bekk. p. 20. C. ed. H. Steph. scribi maluit cum Fr. Aug. Wolfio: *Ἔγωγ' οὖν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἄν, εἰ ἐπιστάμην ταῦτα.*, et in *Ione* Part. I. vol. II. p. 172. ed. Bekk. p. 530. C. ed. H. Steph. ait ferri posse hanc scripturam: *Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἔμοιγ' οὖν τοῦτο πλεῖστον ἔργον παρέσχε τῆς τέχνης κτἑ.*, ubi Bekkerus itidem scripserat: ἐμοὶ γοῦν.

Sed iam videamus de contracta particula γοῦν, quae, ut significavimus, duarum particularum γὲ et οὖν vim ita repraesentat, ut singulae tamen non per sese iam constare videantur. Qua in re explicanda eo nos breviores esse possumus, quod usus particulae γοῦν plane consentit cum usu particulae γέ, nisi quod collectiva vis, quae est in particula οὖν, accedit. Eodem igitur referendae omnes sunt significationes eius particulae, quas posuit Devarius p. 56 sqq. Γοῦν.

Nam quos locos primum adtulit, in quibus γοῦν plane responderet Latinae particulae *quidem*, in iis illa ita effert aliquam notionem, ut ex praesenti re una hoc, quod ponit, colligatur, veluti in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 81. ed. Bekk. p. 95. ed. H. Steph., ubi placata, ut dixit Plato, a Socrate harmonia Thebana, iam de Cadmea placanda ex Cebete quaesitum erat, qui haec respondet Socrati: Σύ μοι δοκεῖς — ἐξευρήσειν· τουτονὶ γοῦν τὸν λόγον τὸν πρὸς τὴν ἁρμονίαν θαυμασίως μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν., quod Latine sane poterit reddi: *Huncce quidem sermonem adversus harmoniam mirifice mihi exposuisti praeter opinionem*, modo memor sis, non solum adfirmando restringi rem, sed respici etiam ad praesentem rem particula γοῦν, quasi Latine dicas: *quidem igitur*. Est enim γοῦν proprie: *quidem, quom hoc ita sit*, qua de re accuratius dicetur in particula οὖν suo loco. Hoc tamen non ita dictum existumari velim, quasi vis particulae οὖν in his locis tantopere exstet: ubi enim magis efferri vis eam vim, dicas οὖν — γέ, veluti in Thucydidis lib. VIII. cap. 92. ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου κτέ. et quae sunt similia: sed per quandam adtractionem adsumitur in his locis collectiva particula οὖν ad restrictivam γὲ ita, ut ea vis, quae est in postposita particula imminuatur quodam modo ac leviter tantum modo accedat. Id vel ex altero loco, quem posuit Devarius p. 56. cognosci potest, Demosthenis ex oratione, quae est *de falsa legatione*, §. 13. ed. Bekk. p. 345. ed. Reisk., ubi haec leguntur: Προσελθὼν τοίνυν ἐμοὶ μετὰ ταῦτα συνετάττετο κοινῇ πρεσβεύειν, καὶ ὅπως τὸν μιαρὸν καὶ ἀναιδῆ φυλάξομεν, τὸν Φιλοκράτην, πολλὰ παρεκελεύσατο· καὶ μέχρι τοῦ δεῦρ' ἐπανελθεῖν ἀπὸ τῆς πρώτης πρεσβείας ἐμὲ γοῦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διεφθαρμένος καὶ πεπρακὼς ἑαυτὸν ἐλάνθανεν., quo in loco adiecta ad ἐμέ γε particula οὖν habet quidem vim suam, sed tamen eo, quod per quandam adtractionem, quam dixi, non per sese constat, et adsumpta est ad aliam vocem, quae maiorem quandam vim habet, illius particulae vis quodam modo imminuta est. Sic etiam saepe γοῦν in responsione positum est, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 45. postquam Ismene dixit:

Ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει;

respondet Antigona:

Τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,
ἀδελφόν· οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.,

quibus verbis effert poeta vocem: τὸν ἐμὸν καὶ τὸν σὸν —

ἀδελφόν, per coniunctas particulas γοῦν, ut in adseveratione respiciatur etiam id, quod nunc agatur, maior tamen vis in altera particula sit.

Eadem vis particulae γοῦν est etiam in iis locis, in quibus Devarius p. 56 sq. eam pro γὰρ particula positam esse dixit. In Xenophontis quidem *Convivio* cap. 4. §. 47. sic dicitur: *Πάντες γοῦν αἰτοῦνται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν φαῦλα ἀποτρέπειν, τἀγαθὰ δὲ διδόναι.*, ut prima vis particulae, quae est: *certe igitur*, appareat. Quom autem similis vis, ut supra vidimus, etiam in particula γὰρ esset, quae ita, si primam originem spectamus, differre videtur a particula γοῦν, quem ad modum ἄρα et οὖν differunt inter sese, factum est, ut γοῦν pro γὰρ positum esse videretur. Sic etiam illi loci intellegendi sunt, quos posuit Devarius ex Aristophanis *Pluto* v. 182 sqq. *Vespis* v. 389—391. *Pluto* v. 564 sq.

Porro prima particulae vis *certe igitur* agnosci potest etiam in iis locis, in quibus Devarius eam particulam pro γὲ δὴ vel ἀλλὰ — γὲ positam esse adfirmavit p. 57., velati in Demosthenis loco ex oratione *de falsa legatione* §. 95. ed. Bekk. p. 371. ed. Reisk. *ἡ δὲ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀπολογία, καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοὔνομα γοῦν ἔχει φιλάνθρωπον.* Hóc est: *si nihil aliud, nomen certe igitur*, aut dicam: *nomen igitur certe habet gratiosum.* Quod si dixisset Demosthenes: *τοὔνομά γε δή*, quasi de re planissuma adfirmaretur, sin vero scripsisset: *ἀλλὰ τοὔνομά γε*, oppositio magis exstaret. Multo minus γοῦν potest *immo* significare, quod statuit Devarius p. 57., et *quin*, quam significationem cum Budaeo olim H. Stephanus posuerat in *Thesauro Gr. ling.* Vol. II. p. 741. B. ed. Paris. Et in Aristophanis quidem *Vespis* v. 217., quo loco usus est Devarius, nuper G. Dindorfius non sine librorum auctoritate edidit:

Νὴ τὸν Δί', ὀψέ τἄρ' ἀνεστήκασι νῦν.

pro eo, quod volgo legebatur:

Νὴ τὸν Δί', ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε.

Tum in Luciani *Nigrino* cap. 7., quem locum testem praecepti sui esse voluit H. Stephanus, ubi haec verba habentur: *Ἔνιοι γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται.*, facile apparet primam servari vim particulae γοῦν.

Quod denique L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 741. D. ed. Paris. statuit, apud recentiores scriptores particulam γοῦν saepe vim habere eandem quam οὖν vel γὰρ vel δέ, id vero nullo pacto probari potest. Nam in iis locis omnibus, quos ille testimonii loco posuit,

prima particulae vis agnosci debet, et si quando paullo liberius recentiores ea particula usi sunt, id non debet mirum esse in his scriptoribus, qui alia quoque vocabula interdum minus apte posuerunt, ut tamen vera vocabulorum vis intellegi etiam tum posset.

Γοῦν — γέ. Postremo loco commemorandum esse videtur, etsi particula γοῦν constaret, ut vidimus, ex particulis γὲ et οὖν, tamen posita γοῦν particula, si alia vox denuo efferenda erat, ei adiunctam esse rursus γὲ particulam, quod eo minus debet esse offensioni, quod in simili caussa etiam ipsa particula γὲ bis ponitur. Sic iam Homerus in duobus illis locis, in quibus posuit γοῦν particulam, dixit et quidem *Iliados* libro V. v. 257 sq.

> Τούτω δ' οὐ πάλιν αὖτις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι
> ἄμφω ἀφ' ἡμείων, εἰ γοῦν ἕτερός γε φύγῃσιν.

et in eadem *Iliade* lib. XVI. v. 30.

> Μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις.

Ita defendi possit etiam illud Galeni, quod habetur vol. I. p. 56. Ὥστ' εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διὰ γοῦν τό γ' ἀσφαλὲς αἱρετέον τὸ δόγμα., quamquam in eo quidem loco tumida quaedam abundantia orationis esse videtur, quia haec quidem omnia: διὰ τὸ ἀσφαλές, aptius inter se iungenda sunt, ut inepta L. Dindorfii ratio non sit, qui γὲ particulam ex eo loco removendam esse existumavit.

Altenburgi, ex typographeo aulico.

MATTHAEI DEVARII

LIBER

DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS.

EDIDIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II. SECT. II.

REINHOLDI KLOTZ ADNOTATIONUM PARTEM POSTERIOREM CONTINENS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT LIBRARIA BAUMGAERTNERI

MDCCCXLII.

CAPUT VII.

De particula δέ.

Particula δὲ dubitari non potest quin cum ampliore forma δὴ ita cognata sit, quem ad modum particularum μὲν et μὴν formae correptione et productione diversae communem originem habere videntur. Ac si primam ac veram particulae significationem investigamus, nihil aliud videtur particula δὲ in se continuisse olim, nisi aliquam rei dudum cognitae adseverationem. Facile autem ex adseveratione, sicuti et in ceteris linguis et in aliis Graeci sermonis formulis videmus esse factum, enascitur oppositio, quam volgo ei particulae tribui satis notum est. Hanc particulae vim quom spectarent grammatici, plerumque Graecam particulam δὲ adsimulaverunt nostro vocabulo *aber*, aut Latino *autem*: quamquam si naturam vocis ipsam contemplamur, respondere potius videatur Latinae particulae *vero*, nisi quod ea quidem paullo fortior est, quam Graecum illud δὲ in multis quidem formis orationis. Quod si quis dicat, nihil differre ac distare, utrum δὲ natura sua adseverationem habere dicatur an oppositionem, is vehementer erraverit. Nam ea ipsa re, quod δὲ adfirmativa per se particula fuisse videtur, factum est, ut illa oppositionem non contineat nisi talem, quae, posita aliqua re, iam de nova re adseveret illamque priorem non amplius respiciat. Qua in re illud falsissumum esse videtur, quod docuit Hartungius l. l. vol. I. p. 162 sqq., particulam δὲ hanc vim habere, ut coniungat plura enuntiata inter se. Illa enim particula eam ipsam vim habet, ut abducat nos ab ea re, quae proposita est, transferatque ad id, quod, missa illa priore re, iam pro vero ponendum esse videatur. Sed nihil est, quod isti non consectentur origine verborum, quam ipsi describunt. Neque enim credo quemquam adsensurum esse Hartungio, qui δὲ cognatum esse cum forma δὶς putavit proprieque *rursus* aut *iterum* significare.

Nam neque veri similius est δὲ ex δὶς esse natum quam δὲ ex δή, neque omnino ullo modo potest effici, similem fuisse in particula δὲ significationem, atque in adverbio δίς, nisi artificiis iis utare, quibus usum esse Hartungium videmus. Sed de his rebus praestat tacere quam pluribus disceptare. Illud teneamus, particulam δέ, posita aliqua re, novam rem inferre eamque cum adseveratione opponere priori, qua re si coniungi interdum enuntiata plura videantur, ea vero non est coniunctio proprie dicenda, sed potius disiunctio.

Δὲ non praemisso μέν. Sed iam exemplis etiam agnoscamus hanc particulae δὲ vim ac potestatem. Ac *primum* quidem infert particula δὲ novam rem cum aliqua oppositione, ubi simpliciter aliqua res posita erat, veluti illud Hippocratis est, quod posuit iam Devarius p. 58. Ὁ βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή., ubi si dixisset Hippocrates: Ὁ μὲν βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή., videretur ille iam in priore membro significasse, quid esset secuturum: nunc simplicitur posito priore membro, in altero demum oppositio significatur. Eadem caussa est illius loci Demosthenis, quem ibidem posuit Devarius: Ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων· ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην., quibus in verbis in priore loco oppositio nulla significatur. Quam si Demosthenes voluisset iam in priore membro significare, debebat etiam pronomen σὺ adponere, ut recte de eo loco sensit G. Hermannus ad Vigerum p. 841. ed. tert. Et sic habendum erit de aliis locis multis, in quibus olim fere dixerunt in priore membro μὲν particulam supplendam esse. De qua particula omissa nemo Graecus in eius modi locis cogitavit, sed quom res aut per sese satis facilis esset ad intellegendum, aut is, qui scripsit, in priore membro ne accurate quidem cogitaret de ea, quam vellet facere, oppositione, aut denique oratio, praesertim in carmine, magis impediri videretur, si statim ab initio disiunctio illa sententiarum indicaretur, factum est, ut prius membrum sine ulla particula, quae quid sequeretur indicaret, poneretur, et in altero demum membro oppositionis ratio nasceretur. Id adeo in narratione tam saepe factum est, ut quavis fere pagina δὲ sic positum invenias, cf. ut unum certe exemplum ponam, Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. I. cap. 1. §. 1. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο, πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. Ἐπεὶ δὲ ἠσθένει καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετό οἱ τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι., quo in loco verba: Ἐπεὶ δὲ ἠσθένει κτέ. ita ponuntur, ut hic demum nascatur oppositio, quae in antecedentibus significata nulla erat. Ut in totis enuntiatis, sic etiam in singulis membris orationis eodem modo

δὲ ponitur non praegresso *μέν*, veluti in eiusdem Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 4. §. 7. dicitur: *Τοῦ δὲ τείχους ἦν αὐτῆς τὸ εὖρος πέντε καὶ εἴκοσι πόδες, ὕψος δ' ἑκατόν.*, ubi Schneiderum qui *τὸ μὲν εὖρος κτἑ.* scribi voluit, recte in viam reduxit Krügerus, comparans ex eodem scripto lib. IV. cap. 8. §. 9. *Ἐνταῦθα ἦν ὄρος μέγα, προσβατὸν δέ.* His autem in locis vehementer errant, qui *μὲν* in priore membro tacita cogitatione adsumendum esse existumant. Quia enim prius membrum sine ulla oppositionis significatione ponitur in his locis, nulla particula in illo membro adiecta est.

A poetis autem haud raro etiam tum non ponitur in priore membro *μὲν* particula, ubi pene necessario voce quidem hoc erit efferendum propter eam, quae sequitur, oppositionem, sed tamen in his quoque locis nemo Graecus de omissa *μὲν* particula cogitavisse putandus est. De hoc genere quaedam exempla proposuit Hartungius l. l. vol. I. p. 164., veluti illud est Euripidis e *Phoenissis* v. 1694.

Γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

aut Sophoclis versus de *Trachiniis* 197.

*Οὕτως ἐκεῖνος οὐχ ἑκών, ἑκοῦσι δὲ
ξύνεστιν.*

Eodem modo etiam Plato locutus est in *Philebo* Part. II. vol. III. p. 186. ed. Bekk. p. 36. E. ed. H. Steph. *Ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς οὐκ εἰσὶν ἡδοναί;* quem locum multo rectius interpretatus est G. Hermannus ad Vigerum p. 841. ed. tert., quam Hoogeveenus p. 128. ed. Schütz. et, quod miror, etiam Hartungius l. l. Neque enim is locus ad eorum numerum locorum referendus est, in quibus *αἱ δὲ* sequatur, cum non antecesserit, quod exspectaveris: *αἱ μέν*, sed si eam oppositionem, quam Plato altero demum in membro orationis instituit, declarare vis, sic eius oratio compleri poterit: *Ψευδεὶς μέν εἰσιν, αἱ δ' ἀληθεῖς οὐκ εἰσὶν ἡδοναί;* quod idem expressit Hermannus: *Vanae voluptates voluptates sunt, verae autem voluptates non sunt voluptates?* Quos autem poetarum locos posuit Hartungius, in iis sane ita instituta oratio est, ut etiam in priore membro *ὁ μὲν* exspectandum esse videatur. Sed alio tamen modo maioreque vi in celeri orationis cursu poetae orationem ita instituerunt, ut sine oppositionis aut distributionis significatione ponerent prius membrum. Praeivit in hoc quoque dicendi genere Homerus *Iliados* lib. XXII. v. 157.

Τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.,

quod etsi dici potuit: ὁ μὲν φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων, tamen ista verborum distinctio non tantopere exstat in ea, qua poeta usus est, oratione. Similis Sophoclis locus est e *Trachiniis* v. 134 sqq.

Ἀλλ' ἄφαρ βέ-
βακε, τῷ δ' ἐπέρχεται
χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι.

et Euripidis ex *Iphigenia Taurica* v. 1350 sq.

Κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων
ἄγκυραν ἐξανῆπτον, οἱ δὲ κλίμακας
σπεύδοντες ἦγον κτέ.

et Pindari ex *Nem.* VIII. v. 63.

Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
ἀπέραντον.,

quibus in locis primum universa res ponitur, deinde partitio nascitur, quae ostendit, priora quoque verba non de universa caussa iam accipi posse.

Quem ad modum in his locis prius orationis membrum ita positum est, quasi nulla exspectetur oppositio, et in altero demum membro tamen illa infertur, sic in appositione saepissume, ubi duae res simpliciter coniungi possent per καὶ similemve particulam, altera cum quadam oppositione per δὲ particulam accessit. Ita iam Herodotus locutus est lib. I. cap. 114. ὑπὸ τοῦ σοῦ δούλου, βουκόλου δὲ παιδός., et lib. VII. cap. 8. §. 2. Ἀρισταγόρῃ τῷ Μιλησίῳ, δούλῳ δὲ ἡμετέρῳ. Tum Demosthenes *adv. Macartat.* §. 29. ed. Bekk. p. 1058. extr. ed. Reisk. Οἱ ἔτι νῦν ὄντες ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Ἁγνίου, Φυλομάχη τε ἡ ἐμὴ γυνή, Εὐβουλίδου δὲ θυγάτηρ οὖσα τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Ἁγνίου καὶ οὑτοσὶ ὁ παῖς ὁ εἰσηγμένος κτέ. Sic enim ex libris optumis rescribendum esse docuisse mihi videor in *Quaest. critt.* lib. I. p. 101 sq. Praeterea posuit Hartungius vol. I. p. 169. hos locos, Sophoclis ex *Oedipo Coloneo* v. 1277.

Ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες.

Aeschyli ex *Agamemnone* v. 1376.

Οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς
πόσις, νεκρὸς δέ, τῆσδε δεξιᾶς χερὸς
ἔργον.

cf. quae P. Elmsleius ad Euripidis *Medeam* v. 940. adtulit, denique quae L. Dindorfius posuit in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p 927. A. B. Id adeo receptum in tali appositione fuit, ut etiam ibi interdum poneretur δέ, ubi quae

praecederent verba vix oppositionem recipere viderentur, uti factum est in illo Parthenii loco, quem ex cap. 6. §. 1. §. 7. ed. Passow. posui in *Quaest. critt.* p. 102. *Λέγεταί καὶ Σίθονα τὸν Ὀδομάντων βασιλέα γεννῆσαι θυγατέρα Παλλήνην, καλὴν δὲ καὶ ἐπίχαριν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖστον χωρῆσαι κλέος αὐτῆς κτἑ.*, ubi maiore quadam vi adiicitur haec puellae descriptio, quam si τὲ pro δὲ reponas, quasi Latine dicas: *Dicitur genuisse filiam Pallenen, pulcram vero ac venustam.* Eodem modo etiam participium per particulam δὲ adiicitur non nunquam ad nomen substantivum, quasi iam alia notio, cui aliquid opponi posset, praecessisset, veluti in eo Diodori Siculi loco, quem e libro XII. c. 73. posui in *Quaest. critt.* p. 103. *Καταστρατοπεδεύσας δὲ πλησίον πόλεως Ἠϊόνος, ἀπεχούσης δὲ τῆς Ἀμφιπόλεως σταδίοις ὡς τριάκοντα, προσβολὰς ἐποιεῖτο τῷ πολίσματι.* Huc denique facit alius Diodori Siculi locus ex lib. XIX. cap. 93. *Εὐχαρέστερον γὰρ πολλῷ διαγωνιεῖσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ταῖς δὲ χορηγίαις ὑπερέχοντα καὶ τόπων ὀχυρότητι πιστεύοντα.*, de quo loco vide quae dixi in *Quaest. critt.* p. 102 sq. Id ita dicitur, quasi verbum διαγωνιεῖσθαι rursus ad ea, quae adponuntur, verba cogitatione adsumendum sit. Et hac quidem ratione integra est librorum omnium scriptura in Euripidis *Alcestide* v. 206 sq., ubi serva de domina sua haec praedicat:

Φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ,
παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος.,

quod fuerunt qui nulla auctoritate: *παρειμένη γε*, scriberent. Quod si isti reputassent, multo maiore vi dici, *παρειμένη δέ*, ut verbum finitum ex antecedentibus intellegendum esset, meminissentque eodem prorsus modo Graecos etiam particulam *γὰρ* posuisse interdum, qua de re supra explicatum est p. 255., non temere omnium librorum testimonium in re facili spernerent. Sed haec et quae sunt similia, qui veram vim particulae recte perceperit, intelleget ipse: partim eorum etiam infra explicabuntur, ubi de singulari vi particulae δὲ dicetur.

Si quando haec particula infert novam rem, postquam alia non simpliciter modo posita est, sed adfirmata etiam per alias particulas, veluti per γὲ particulam, uti apud Euripidem in *Andromacha* v. 239. scriptum est:

Σὺ δ' οὐ λέγεις γε, δρᾷς δέ μ' εἰς ὅσον δύνῃ.

et quae multa id genus alia sunt, qualia adtulit Hartungius l. l. p. 171., non mutatur condicio particulae γέ. In his enim locis eos, qui γὲ et δὲ particulas inter se respondere

existument, errare recte adnotat G. Hermannus ad Euripidis *Andromach.* p. 27 sq. Γὲ enim ne hic quidem aliam habet vim nisi hanc, ut efferat verbum λέγεις, ut hi omnes loci in iis numerandi sint, in quibus simpliciter posita aliqua sententia alia res infertur per particulam δέ. Eadem caussa est, si quando particulam δὲ particulis τέ, καί, ἢ et similibus respondere putarunt: ea enim non responsio est, sed ἀνακολουθία est, ut, quae inchoata est structura orationis, ea relinquatur et per oppositionem quandam δὲ inferatur, qua de re dicetur in singulis illis particulis deinceps.

Una particula est μέν, cui hac quidem ratione particula δὲ respondere videtur, non quod illa aliter usurpari non queat, nisi ubi sequatur δὲ aut omissum intellegatur, sed quom cotidiana dicendi consuetudine primum aliqua res per particulam μὲν adseveraretur eidemque rei postea alia per particulam δὲ cum adfirmatione opponeretur, factum est, ut eae particulae legituma quasi constructione inter se respondere viderentur. Sed de hac re tum commodius dicetur, si de particula μὲν explicabitur, praesertim cum ad cognoscendam significationem δὲ particulae, quae in omnibus his locis semper eadem est, nihil per se id faciat. Nam quod dixerunt in his locis δὲ interdum praecedente sententia negativa eandem vim, quam ἀλλὰ particulam habere, id hodie vix reprobandum est. Alio enim modo res inter se opponuntur in his quoque locis per particulas μὲν — δέ, alio autem modo, si ἀλλὰ post negationem infertur. Sic in illis locis Thucydidis, quos posuerunt grammatici, lib. I. cap. 125. Ἐνιαυτὸς μὲν οὐ διετρίβη, ἔλασσον δέ. et lib. II. cap. 98. Ἀπεγίγνετο μὲν αὐτῷ οὐδὲν τοῦ στρατοῦ —, προσεγίγνετο δέ., quibus in locis eo res optume declarari poterit, si in Latina oratione non *sed* aut *verum* ponamus, sed illud, quod iam supra vidimus simillumum esse nostrae particulae, *vero*, ut alter locus Thucydidis sic reddendus esse videatur: *Annus quidem non est consumptus, minus vero.*

Δὲ pro ἀλλά. Eadem caussa est, si non praegressa μὲν particula δὲ infertur post sententiam negativam, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 27 sqq.

> Ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
> τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τινα,
> ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
> θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.

et paullo post in eadem fabula v. 203 sqq.

> Τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκηρῦχθαι τάφῳ
> μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τινα,
> ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
> καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν.

In eius modi locis explicandis recte iam olim H. Stephanus in *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 926. D. ed. Paris. comparavit Ciceronis locum, qui legitur in epistolis *ad fam.* lib. I. ep. 9. §. 15. *Iidemque postea non meum monumentum — non enim illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat — monumentum vero senatus hostili nomine et cruentis inustum litteris esse passi sunt.* Quo in loco si Cicero scripsisset: *verum monumentum senatus*, esset hoc Graece reddendum: ἀλλὰ μνῆμα τῆς βουλῆς, nunc autem illud interpretandum erit: μνῆμα δὲ τῆς βουλῆς κτἑ., ut in particula quidem δὲ non respici videatur praecedens negatio, sed per simplicem adfirmationem illud ponatur, quod est contrarium rei praecedenti. Et haec quidem res difficultatem non habet.

Particulae δὲ significatio non mutatur etiam tum, cum in eiusdem rei aut notionis repetitione ponitur. Neque enim simpliciter connectit similes notiones in his locis particula, sed ei, quae iam significata est, similis notio quodam modo opponitur. Permulta eius rei exempla posuerunt Hartungius vol. I. p. 168 sq. et L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro* vol. II. p. 928. B. C., veluti si Aeschylus in *Eumenid.* v. 34. scripsit: **Δὲ in repetitione eiusdem rei aut notionis.**

Ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν.

aut Sophocles in *Philocteta* v. 334.

Ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ
τολμητά.

vel in *Trachiniis* v. 1138.

Κάλει τὸ πᾶν μοι σπέρμα σῶν ὁμαιμόνων,
κάλει δὲ τὴν τάλαιναν Ἀλκμήνην κτἑ.

vel in *Antigona* v. 200 sq.

Ἐθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος
κοινοῦ πάσασθαι κτἑ.

Huc etiam pertinet Aristophanis illud ex *Acharnens.* v. 2.

Ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιά, τέτταρα.

Ita etiam saepe numero factum est, ut particula δὲ bis aut saepius etiam repeteretur, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1391 sqq. ed. Herm.

Τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τὸ Ταρτάρου
στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος, ὥς σ' ἀποικίσῃ,
καλῶ δὲ τάσδε δαίμονας, καλῶ δ' Ἄρη κτἑ.,

neque hoc apud poetas solum, verum etiam apud scriptores solutae orationis, sicuti Xenophon scripsit in *Disciplina Cyri*

lib. VI. cap. 2. §. 22. ed. Zeun. Ἔνθα πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ σῦκα, πολὺ δ' ἔλαιον, θάλασσα δὲ προσκλύζει. et quae alia eius modi saepe leguntur, quae nulla egent explicatione.

Omnino δὲ particula saepe ita usurpata est, ut alii rei aliam adiiciat, ut tamen ubivis quaedam oppositio declaretur minumeque δὲ pro καὶ positum esse videatur, quod Devarius p. 59. docendi caussa dixit. Adtulit Devarius ipse Demosthenis locum ex oratione, quae est *de falsa legatione*, §. 334. ed. Bekk. p. 448. ed. Reisk. Idque non solum in interrogationibus fit, quod saepe inde ab Homero factum est, cuius conferas *Odyss.* lib. I. v. 225.

Τίς δαίς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο;

verum etiam in simplici narratione, cuius rei exemplum maxume idoneum legitur in Sophoclis *Antigona* v. 255 sqq.

Ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ,
λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὥς ἐπῆν κόνις·
σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο·
λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοί,
φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.,

quibus in verbis etsi omnis oratio coniungi per coniunctivam particulam potuit, nullo tamen modo δὲ ullam coniungendi vim habet, sed quasi novam rem unam quamque enuntiationem infert. Huc vocandi etiam illi loci sunt, quos adposuit Devarius p. 58 sq., in quibus δὲ fere pro καὶ positum esse dixit, ut illud Hippocratis est: Ὁ καιρὸς ὀξύς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή, et quae similia sunt.

Haec autem dicendi ratio Graecis ita usitata erat, ut etiam ibi δὲ particulam hoc modo ponerent, ubi aliam quamvis particulam exspectares, qua non simpliciter nova enuntiatio priori opponeretur, sed interna sententiarum coniunctio designaretur apertius. Ita δὲ etiam pro γὰρ poni olim putarunt. Quod ita tantum modo verum est, si dicimus Graecos ibi interdum levi quadam oppositione id adiecisse ad priora, quod caussam eius rei atque uberiorem explicationem in se continere videretur, ubi res etiam ita declarari posset, ut quadam ratiocinatione eius rei caussa adferretur. Itaque multis in locis iam veteres grammatici, utram particulam ponerent, dubitavisse videntur, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 7. §. 12., ubi quom in multis libris et volgo in editionibus legeretur: Τούτων δὲ παρεγένοντο ἐν τῇ μάχῃ ἐννενήκοντα μυριάδες καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· Ἀβροκόμας γὰρ ὑστέρησε τῆς

μάχης ἡμέρας πέντε, ἐκ Φοινίκης ἐλαύνων., nuper ex libris non paucis iisque satis bonis enotatum est: Ἀβροκόμας δὲ ὑστέρησε κτέ., quod ferri eodem iure potest, modo memineris aliam orationis formam esse, si δέ, aliam, si γὰρ reponas. Si enim accedunt verba per δὲ particulam, oratione ipsa sententiarum coniunctio nulla significata est, sed quasi quaedam oppositio ea adiungitur explicatio, sin per γὰρ illa verba adiiciuntur, per eam ratiocinationem, quae sita est in γὰρ particula, aptius illae sententiae conglutinatae videntur. Eodem modo etiam lib. III. cap. 3. §. 10. difficile indicatu est, utrum Xenophon scripserit: οἱ γὰρ βάρβαροι ἱππεῖς καὶ φεύγοντες ἅμα ἐτίτρωσκον εἰς τοὔπισθεν τοξεύοντες ἀπὸ τῶν ἵππων κτέ., an quod plurumi tuentur libri: οἱ δὲ βάρβαροι κτέ. Utrumque enim dici potuit. Quamquam in eo quidem loco mihi magis placet oppositionis significatio, quam ratiocinationis, non quod me offendat ter eo loco repetita particula γάρ — in minutis enim his particulis varietatem nec potuerunt quaerere Graeci nec videntur quaesisse —, sed quia ea, quae ante dicta erant: Οὔτε γὰρ ἱππεῖς ἦσαν τοῖς Ἕλλησιν κτέ., magis adversativae particulae in hac voce: οἱ δὲ βάρβαροι κτέ., lenocinari videntur. Etiam in eiusdem scripti lib. VI. cap. 1. §. 20. non improbo Krügeri iudicium, qui in verbis his: Ἐπεὶ δ' ὥρα ἦν, κατεστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ λόφον ἐκβάντες, καὶ τά τε τῶν πολεμίων πυρὰ ἑώρων, ἀπεῖχον δὲ ὡς τετταράκοντα σταδίους, καὶ αὐτοὶ ὡς ἐδύναντο πλεῖστα πυρὰ ἔκαιον., e libris bonis ἀπεῖχον δὲ scripsit pro volgato ἀπεῖχον γάρ, et in eodem libro cap. 3. §. 32. Ἐπανελθόντες δὲ ἔνθα δὴ ἡ πρώτη συμβολὴ ἐγένετο, στησάμενοι τρόπαια ἀπῄεσαν ἐπὶ θάλατταν περὶ ἡλίου δυσμάς· στάδιοι δ' ἦσαν ὡς ἑξήκοντα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. pro volgato: στάδιοι γὰρ ἦσαν., coll. lib. VII. cap. 3. §. 2. Καὶ συνῆλθον πάντες, πλὴν οἱ Νέωνος· οὗτοι δὲ ἀπεῖχον ὡς δέκα στάδια. Namque in his locis omnibus satis recte per oppositionem haec adiici potuerunt. Quamquam etiam ibi interdum γὰρ particulam usurpari invenias, ubi potius δὲ exspectaveris, veluti in Aristotelis *Politicor.* lib. VII. cap. 9. §. 2. ed. Stahr., ubi verba: ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας., iam supra p. 238. tutanda putavi.

Etiam in Demosthenis scriptis aliquoties de hoc usu particulae δέ, qua ratio reddi eius, quod positum esset, videretur, dubitatum est, ut tamen etiam in his non adeo difficilis disceptatio sit. Nam et *de corona* §. 87. ed. Bekk. p. 254, 21. ed. Reisk., ubi haec leguntur: Ἐπειδὴ τοίνυν

ἐκ τῆς Εὐβοίας ὁ Φίλιππος ὑφ' ὑμῶν ἐξηλάθη τοῖς μὲν ὅπλοις*), τῇ δὲ πολιτείᾳ καὶ τοῖς ψηφίσμασι, κἂν διαῤῥαγῶσί τινες τούτων, ὑπ' ἐμοῦ, ἕτερον κατὰ τῆς πόλεως ἐπιτειχισμὸν ἐζήτει. ὁρῶν δ' ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ — τὸ μὲν πρῶτον ἠξίου συμπολεμεῖν τὸν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, ὡς δ' οὐκ ἤθελον οὐδ' ἐπὶ τούτοις ἔφασαν τὴν συμμαχίαν πεποιῆσθαι, λέγοντες ἀληθῆ, χαράκωμα βαλόμενος πρὸς τῇ πόλει καὶ μηχανήματ' ἐπιστήσας ἐπολιόρκει., recte scriptum est in libris: ὁρῶν δ' ὅτι κτἑ., quamquam ea verba etiam per γὰρ particulam, quom explicationem eius, quod significatum erat, in se continerent, adferri poterant. Sed nihil tamen opus Reiskii coniectura: quid enim impedit quo minus per oppositionem ea explicatio inferatur, quem ad modum etiam nos dicamus: *Er hatte aber u. s. w.* pro eo, quod dici potuit: *Er hatte nämlich u. s. w.*? Et in eiusdem oratione *de falsa legatione* §. 155. ed. Bekk. p. 389, 25. ed. Reisk. nihil caussae esse video, quam ob rem hodie quoque G. H. Schaeferus scribi velit in verbis his: Ἐνθένδε μὲν τοίνυν αὐτοὺς ἐξήγαγον οὕτως ἄκοντας, ὡς καθαρῶς οἷς μετὰ ταῦτ' ἐποίουν εἴσεσθε· ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμεθ' εἰς Ὠρεὸν καὶ συνεμίξαμεν τῷ Προξένῳ, ἀμελήσαντες οὗτοι τοῦ πλεῖν καὶ τὰ προστεταγμένα πράττειν ἐπορεύοντο κτἑ. potius ἐπειδὴ γὰρ quam ἐπειδὴ δέ. Eodem enim iure res adferri etiam per oppositionem potuit. Cf. oratio *contra Neaeram* §. 36. ed. Bekk. p. 1357, 8. ed. Reisk. ubi pro verbis his: πολυτελὴς δ' ἦν, per sese dici etiam potuit: πολυτελὴς γὰρ ἦν. Magis tota eius particulae caussa exstat in eius modi locis, qualis est Aeschyli in *Agamemnone* v. 617.

> Σὺ δ' εἰπέ, κῆρυξ, Μενέλεων δὲ πεύθομαι,
> εἰ νόστιμόν γε καὶ σεσωσμένος πάλιν
> ἥξει ξὺν ὑμῖν κτἑ.

aut Euripidis versus de *Medea* 612. ed. Elmsl.

> Νύμφευ'· ἴσως γάρ — ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται —
> γαμεῖς τοιοῦτον, ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι, γάμον.

et quae praeterea adtulit Hartungius vol. I. p. 167 sq. Haec enim difficilia non sunt.

Illud videtur multo difficilius explicatu esse, si quando δὲ particula ita posita est in Graecorum oratione, ut ea

*) Non video enim cur non recipiamus hanc verborum collocationem ex optumo libro, praesertim quom sic etiam oppositionis ratio magis appareat.

oppositio, quam facit illa particula, nihil in antecedentibus habere videatur quo referatur. Quamquam in his quoque locis eadem semper est agnoscenda particulae δὲ vis ac potestas. Ille enim, qui sic loquitur, etiam si nihil positum est in oratione, tamen aliquid in mente habet, ad quod respiciens illam oppositionem infert.

Δὲ in exclamatione.

Ac *primum* quidem in exclamatione vehementiore saepe δὲ ita positum est, ut id, cui iam aliquid opponitur, tacita cogitatione supplendum esse videatur, veluti Demosthenes scripsit *adv. Mid.* §. 209. ed. Bekk. p. 582. ed. Reisk.: Ἦ δεηθέντι τῳ τῶν πολλῶν προσχοῖεν, ἀλλ' οὐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν· Τὸν δὲ βάσκανον, τὸν δὲ ὄλεθρον. τοῦτον δὲ ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν δέ, ὃν εἴ τις ἐᾷ ζῆν, ἀγαπᾶν ἔδει, quibus in verbis: τόνδε βάσκανον· τόνδε ὄλεθρον, scribi posse iure negavit Reiskius, qui in *Indice Graecit.* p. 129. eam dicendi rationem explicavit. Sic enim dicitur in his locis δὲ particula, quasi omissis ceteris rebus omnibus, hoc vero unum efferendum sit, quod ponitur in exclamatione, quibus in locis eadem orationis brevitate etiam nos dicimus: *Aber über den Taugenichts!* et Latini: *Pessumum vero hominem!* et quae sunt similia. Conferatur eiusdem Demosthenis orat. *de falsa legatione* §. 181. ed. Bekk. p. 398, 10. ed. Reisk. Εἶτα τὴν ἄλλως ἐνταῦθα ψηφίζεσθε, ἀποδοῦναι δὲ καὶ Κερσοβλέπτῃ Φίλιππον τοὺς ὅρκους, μὴ μετέχειν δὲ τῶν ἐν Ἀμφικτύοσιν, ἐπανορθώσασθαι δὲ τὴν εἰρήνην., quae recte dixit Reiskius a Demosthene repetita esse ex ore plebis ita stomachantis atque frementis: Ἀποδοῦναι δέ —, μὴ μετέχειν δέ κτἑ.

Δὲ post vocativum et pronomina personalia.

Similis *deinde* ratio est particulae δέ, si quando in oratione vehementi et commota, post vocativum fere, ita excipit pronomina personalia et quidem secundae personae, ut sententia, quo referri possit, declarata aperte non sit, quo de usu R. Porsonus dixit ad Euripidis *Orestem* v. 614. et post eum G. H. Schaeferus, deinde G. Hermannus ad Sophocli *Electram* v. 147., nuper etiam L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 929. A. Et in his quidem locis etiam si id, quod is, qui loquitur, mente sua sententiae ei, quae per δὲ particulam infertur, opponit, aut minus explicate significatum est in verbis superioribus aut omnino non est positum, tamen facile intellegitur quem ad modum is, qui sic loquitur, animo conceperit talem sententiam. Sic in eo ipso loco Euripidis *Orest.* v. 614. ed. Pors., ad quem commentati sunt de hac re grammatici, ubi dicitur:

> Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω δράσω τε πρός·
> εἰ τοὐμὸν ἔχθος ἐναριθμεῖ κτἑ.

in antecedentibus quidem nihil positum est eius modi, quod proprie ad hanc enuntiationem spectet, sed commota oratione Tyndareus iam effert Menelai nomen, ad quem iam post habitis ceteris rebus omnibus sese convertit eius oratio. Itaque primum vocativum ponit, ac tum demum infert pronomen cum particula, quae adseverationem non sine oppositione continet, quo modo etiam Latini usi sunt particula *vero* ad pronomina adiuncta. Praeterea conferri poterit Aeschyli *Agamemno* v. 3., ubi quom haec dicantur:

> *Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,*
> *Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.*
> *Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς*
> *ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο κτέ.,*

videri possint illa verba: *σοὶ δὲ χρὴ μέλειν κτέ.*, ita posita esse, ut iis, quae in antecedenti oratione illata sunt per *μὲν* particulam, usitato more respondeant, sed re vera tamen ista collocatione verborum: *Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν κτέ.*, ita immutata est atque conformata oratio, ut superiora illa per se potius stare videantur, id autem, quod appellata alia persona iam dicitur, ideo per *δὲ* particulam inferatur, quoniam qui loquitur aliam quandam quasi ansam oppositionis in mente sua adumbratam habet. Cf. Euripidis *Hecubae* v. 370. ed. Herm.

> *Μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ*
> *Λέγουσα, μηδὲ δρῶσα κτέ.*

et v. 1256.

> *Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς*
> *στείχουσα θάπτε.*

et Sophoclis *Electrae* v. 150. ed. Brunck.

> *Ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν*
> *ἅ τ' ἐν τάφῳ πετραίῳ,*
> *αἰαῖ δακρύεις.*

et eiusdem Sophoclis *Aiacis* v. 1388.

> *Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις,*
> *φιλότητι θιγών, πλευρὰς σὺν ἐμοὶ*
> *τάσδ' ἐπικούφιζε κτέ.,*

quamquam ibi magis etiam omnis oppositionis ratio exstat, quoniam iam alii personae aliquid mandaverat faciundum. Denique credo ego etiam de sententia L. Dindorfii in *Axiocho* Part. III. vol. III. p. 509, 27. ed. Bekk. p. 366. B. ed. H. Steph. recte scribi: *Ἀξίοχε, σὺ δὲ οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς κτέ.*, quamquam Schaeferus ad *Orestem* p. 60.

ed. tert. ibi comprobavit Fischeri correctionem: *σύ γε οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς*. Neque enim a cotidiana loquendi consuetudine hanc collocationem verborum abhorrere ipse Schaeferus intellexit.

Porro eodem modo illi loci explicandi esse videntur, si quando particula *δέ*, maxume post pronomina demonstrativa primae fere personae, in responsione ita in principio orationis ponitur, ut nihil, quo illa respiciat, in oratione eius, qui loquitur, ipsa declaratum sit, sed ex omni loquentis atque audientis condicione, quem ad modum oppositio illa nata sit, intellegendum esse videatur. Conferri possunt hi Xenophontis loci ex *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 5. §. 13., ubi posita Hecatonymi oratione ita pergit scriptor: *Πρὸς ταῦτα ἀναστὰς Ξενοφῶν ὑπὲρ τῶν στρατιωτῶν εἶπεν· Ἡμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες Σινωπεῖς, ἥκομεν ἀγαπῶντες ὅτι τὰ σώματα διεσωσάμεθα καὶ τὰ ὅπλα κτἑ.*, ubi recte existumavit Krügerus tale quid subaudiendum esse: *Ὑμεῖς μὲν οὕτω γιγνώσκετε*. tum e lib. VII. cap. 3. §. 30. *Ὁ δὲ Ξενοφῶν — εἶπεν· Ἐγὼ δέ σοι, ὦ Σεύθη, δίδωμι ἐμαυτὸν καὶ τοὺς ἐμοὺς τούτους ἑταίρους φίλους εἶναι πιστοὺς κτἑ.* cf. lib. IV. cap. 6. §. 10. *Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν εἶπεν· Ἐγὼ δ' οὕτω γιγνώσκω κτἑ.*, quibus in locis quae sit oppositionis ratio facile intellegitur, cf. *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 1. §. 21. *Πρὸς τοῦτον ἔλεξεν· Ἐγὼ δ' ἐπέρχομαι ὑμῖν ἐπικουρήσων κτἑ.* et quae sunt similia. Interdum etiam, quo omnis personarum, quae inter se colloquuntur, condicio magis appareret, praemissus est etiam in his locis vocativus, quem ad modum id modo in simili caussa saepe esse factum diximus, veluti apud Herodotum lib. I. cap. 115. scriptum est: *Ὁ δὲ ἀμείβετο ὧδε· Ὦ δέσποτα, ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον ἐποίησα σὺν δίκῃ κτἑ.* et apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 4. §. 12. ed. Krüg. *Ἀλλ' ἀναστὰς ἔλεξεν· Ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἐμοὶ δ' οὐ φαῦλον δοκεῖ εἶναι τὸ πρᾶγμα, εἰ ἡμῖν οὕτως ἔχων τὴν γνώμην Κλέανδρος ἄπεισιν ὥσπερ λέγεις.* Latinos in eius modi locis dixisse eodem modo: *Mihi vero*, *Ego vero*, non est quod commemorem. Nota enim res est. Nos possumus hoc dicendi genus ita imitari, ut aut simpliciter dicamus: *Ich aber, Wir aber*, aut etiam, ibi praesertim ubi oratio brevior est magisque alacris: *Und ich, Und wir*, quamquam *δέ*, id quod supra vidimus, per se nullam copulandi vim habet, sed eo tantum, quod aliquid opponit antecedentibus, disiunctione aliquam quasi coniunctionem verborum efficere videtur.

Δὲ in responsione.

Nec solum in pronominibus usitata est haec dicendi ratio, sed etiam in ea responsione, in qua illa minus

dominantur, qua de re conferri potest Homeri *Iliados* lib. VI. v. 479.

Καί ποτέ τις εἴπῃσι· πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων.

Ac saepe sic etiam Attici scriptores locuti sunt, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 11. legitur: *Ὁ δὲ τασσόμενος πορεύεσθαι ἔφη· Καὶ πῶς, ὦ δέσποτα, ἐγὼ εὑρήσω ἐκείνους; Ὅπῃ δὲ Κῦρος, ἔφη, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐφ' οὓς ἐπορεύοντο.*, quo in loco titubavit Ernestus Poppo, quod contra librorum scriptorum auctoritatem δὲ particulam eiecit. Dicitur enim hoc: *Eo vero modo, quo etiam illi etc.* Adtulit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro* vol. II. p. 929. B. idoneum eius usus testimonium e Plutarchi *Mario* cap. 3. *Ἐρομένου τὸν Σκιπίωνα τίνα δὴ τοιοῦτον ἕξει μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνα ὁ Ῥωμαίων δῆμος —, Τάχα δὲ τοῦτον, εἶπεν.* Sic igitur saepissume in responsione dictum est, qua de re conferri potest Sophoclis *Oedipus rex* v. 379 sq.

Οἰδ. Κρέοντος ἢ σοῦ ταῦτα τἀξευρήματα;
Τειρ. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.

et quae Erfurdtius ad eum locum adtulit p. 78. ed. sec. et quae ad Euripidis *Medeam* v. 513. Petrus Elmsleius. Eodemque modo saepe etiam ibi, ubi aperta interrogatio non erat, illata particula δὲ est, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 91 sq.

Ἀντ. Οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.
Ισμ. Ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.,

ubi iam facilius, quae sit in istis verbis oppositionis ratio, intellegi potest.

Δὲ in interrogatione. Neque difficiles illi loci esse videntur, ubi in interrogatione δὲ particula ita posita est, ut id, quod ei in interrogatione oppositum esse videatur, verbis declaratum non sit, sit potius res ita comparata, ut nullam omnino oppositionem exspectes. Sic in *Antigona* Sophoclis v. 20. postquam Antigona dixit:

Ἤιδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.

interrogat Ismene:

Τί δ' ἐστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

Sic autem interrogat, quasi id, de quo interrogat, opponatur iis, quae dixerat Antigona, cum re vera tamen istud ipsum, quod dixit Antigona, maxume respiciatur. Ex parte scilicet opponitur haec interrogatio Antigonae verbis, etsi omnino res ita comparata est, ut consequatur haec ipsa interrogatio ex

alterius oratione. Nos similiter dicimus: *Was aber ist es?* vel etiam, si magis coniungimus orationem: *Und was ist es?* Quibus verbis significamus hoc, nos non dubitare de re ipsa, quod sit, sed hoc nos scire velle, quae aut qualis sit. Qua ratione quom tamen in interrogatione nostra aliquid ponatur, quod diversum sit, ab eo, quod dictum erat, particulae δὲ vera vis facile agnoscitur. Sic etiam in *Oedipo Coloneo* v. 53. factum est, ut quom hospes dixisset:

Σήμαινε κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

quaerat Oedipus:

Τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

Recte enim G. Hermannus eo loco tutatus est particulam δέ, quam Brunckius, Reisigius, Elmsleius reiecerant. Eo enim in loco, si δὲ abesset, simpliciter procederet interrogatio, nunc autem illud urgetur, quod potissumum volt scire Oedipus: *Quis locus ille sit, in quem ingressus est.* Cf. Aeschyli *Pers.* v. 333.

Ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν·
Πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων.

et quae G. Hermannus adnotavit ad Vigerum p. 846. Urgeri in his locis eam partem interrogationis, quam excipit δὲ particula, cum res ipsa secum fert tum aperte declarant tales loci, qualis Xenophontis ille est e *Memorabilibus Socratis* lib. II. cap. 9. §. 2. *Καὶ ὁ Σωκράτης· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Κρίτων, κύνας δὲ τρέφεις, ἵνα σοὶ τοὺς λύκους ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσι;* cum quo loco conferri poterit, quod ibidem legitur lib. I. cap. 3. §. 13. *Ὦ μωρέ, ἔφη ὁ Σωκράτης, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι, ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς;* Cf. quae supra explicavimus p. 365 sq.

Vera ac nativa particulae δὲ vis facile agnoscitur etiam in iis locis, ubi ea particula aut in abrupta oratione aut in condicione aliqua vel per particulas relativas declarata vel alia orationis forma significata aut post pronomina relativa ita infertur, ut apodosin introducat. Qua orationis forma nemo saepius usus est, quam Homerus. De hoc autem usu Graecae linguae quom et Werferus in *Actis Monac.* vol. I. p. 88 sqq. et Ph. Buttmannus in Excursu XII. ad Demosthenis *orationem Midianam* inde a p. 147. idemque ex parte etiam ad Sophoclis *Philoctetam* v. 87. copiosius explicaverint, a nobis breviter dici poterit eo magis, quod in omnibus his locis idem usus eademque significatio est particulae δέ, quae

Δὲ in apodosi.

in his quoque locis non sine gravi quadam adseveratione aliquid opponit antecedentibus, ut ita tantum hi loci differant ab iis, quos iam tractavimus, quod quasi orationis anacoluthia aut abruptus quidem sermo, quod genus dissolutae quasi orationis Graeci oppositionis amantissumi non veriti sunt committere, si quid paullo gravius adseverare vellent, in omnibus his locis conspicuus est. Ita enim malo hunc particulae δὲ usum explicare cum G. Hermanno, quem conf. ad Sophoclis *Philoctetam* p. 22 sq., quam Phil. Buttmanni artificiosa illa explicatione uti, qui ex oppositis inter se particulis μὲν — δὲ hoc dicendi genus derivandum esse putavit.

His in locis si olim quidem grammatici docuerunt δὲ esse positum pro δή, quod ipse Devarius dixit p. 59., hoc sibi videntur voluisse, non solum oppositionis vim, verum etiam adseverationis habere in his locis particulam δέ. Quod verum est. Itaque illi recte etiam comparaverunt Latinam particulam *vero*, quae saepius ipsa quoque apodosin cum aliqua adseveratione opponit praemisso orationis membro.

Ac primum quidem, quod est quasi imum huius usus fundamentum, in omni oratione, ubi re quadam aut vere posita aut ita saltem significata, ut intellegi ea possit, infertur nova res, haec, etiam si tota oratio ita conformata est, ut per se non oppositionem, sed aliam quampiam orationis conclusionem exspectes, per δὲ particulam infertur, ut, neglecta reliqua orationis constructione, oppositio magis exstet et id, quod per oppositionem infertur. Non posse autem ita dici nisi ibi, ubi etiam ipsa sententia talem oppositionem ferat aut etiam requirat, vix est quod commemorem.

Ita factum est, ut non solum ibi, ubi ex omni quasi rerum actione apparet, quem ad modum singula inter se opponantur, qua de re supra explicatum est p. 367 sq., verum etiam in iis locis, ubi in unius hominis oratione satis de aliqua re significatum est, per quandam sermonis ἀνακολουθίαν inferatur δὲ particula, et maxume quidem in pronominibus aut similibus vocibus, quae facilem in singulis locis oppositionem recipiant. Sic igitur post particulas εἰ, ἐπεί, ἤν et quae sunt similes particulae, saepe numero in apodosi posita est δὲ particula, ut id, quod inferatur, magis per oppositionem exstet. Cf. Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. V.

Εἰ — δέ. cap. 6. §. 20. Εἰ δὲ βούλεσθε τῆς κύκλῳ χώρας περὶ τὸν Πόντον οἰκουμένης ἐκλεξάμενοι ὅπῃ ἂν βούλησθε κατασχεῖν καὶ τὸν μὲν ἐθέλοντα, ἀπιέναι οἴκαδε, τὸν δὲ ἐθέλοντα, μένειν αὐτοῦ, πλοῖα δὲ ὑμῖν πάρεστιν ὥστε ὅπῃ ἂν βούλησθε, ἐξαίφνης ἂν περιπέσοιτε Hic urgetur, vox πλοῖα itaque ea infertur per δὲ particulam. Saepissume

autem hoc idem factum est in pronominibus, veluti ibidem §. 12. dicitur: *Εἰ μὲν μέλλει πλοῖα ἔσεσθαι ἱκανὰ ἀριθμῷ ὡς ἕνα μὴ καταλείπεσθαι ἐνθάδε, ἡμεῖς δὲ πλέοιμεν ἂν κτἑ.* cf. eiusdem Xenophontis *Historiae Graecae* lib. IV. cap. 1. §. 23. *Εἰ οὖν ἐγὼ μὴ γιγνώσκω μήτε τὰ δίκαια μήτε τὰ ὅσια, ὑμεῖς δὲ διδάξατέ με.*, quo in loco quod Augustus Matthiae *Gramm. Gr. ampl.* p. 1246. ed. sec. ait dici etiam potuisse *ἀλλ' ὑμεῖς διδάξατέ με*, id per se quidem verum est, sed illo tamen loco *ἀλλ' ὑμεῖς* vix potest locum habere, quod tum denique verum esset, si ille in hunc modum locutus esset: *Εἰ οὖν ἐκεῖνοι μὴ οἷοί τ' ἦσαν διδάσκειν τάδε, ἀλλ' ὑμεῖς διδάξατέ με.* Nunc autem, quom tum apte sententiae coniunctae non sint, non illa strictiore, sed hac leniore oppositione utendum erat, quae nascitur ex adseveratione. Cf. eiusdem Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. V. cap. 5. §. 21. *Ἀλλ' εἰ μηδὲ τοῦτ', ἔφη, βούλει ἀποκρίνασθαι, σὺ δὲ τοὐντεῦθεν λέγε.* Interdum etiam in his locis ad particulam *δὲ* alia adiuncta est, quae aut restrictionem aut ratiocinationem aut fortiorem aliquam oppositionem in se continet, veluti in Herodoti lib. VII. cap. 103. *Εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον.*, aut in Aeschyli *Eumenidibus* v. 885 sqq. *Εἰ—δ' οὖν.*

Ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι πειθοῦς σέβας,
γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
σὺ δ' οὖν μένοις ἂν κτἑ. *Εἰ — δ' ὅμως.*

aut in Sophoclis *Antigona* v. 234.

Σοὶ κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.

vel in *Oedipo rege* v. 302 sq.

Πόλιν μὲν εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως,
οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν.

Post *ἐπεὶ* minus saepe ab Atticis quidem scriptoribus particulam *δὲ* in apodosi positam esse docuerunt Ph. Buttmannus l. l. p. 150. eoque auctore Hartungius vol. I. p. 185. illi quidem G. Hermannum reprehendentes, qui de Atticis quoque scriptoribus adfirmaverat. Iniuria, opinor. Nam et per se veri simile non est, quom reliqui Graeci omnes ita loquerentur, solos Atticos abstinuisse ista dicendi formula, quippe qui similibus formulis multis uterentur, et idoneis exemplis facile comprobari poterit Atticos quoque scriptores non semel aut iterum, sed saepius post *ἐπεὶ* in apodosin intulisse *δὲ* particulam. Neque enim Thucydidis locus, ut hunc primo loco ponam, quem corruptum pronuntiavit Hartungius, *Ἐπεὶ—δέ.*

ullam corruptelae suspicionem in se continet, quom quae in libris leguntur ibi aptissuma verba haec sint: Ὅσον τε γὰρ χρόνον προύστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐξηγεῖτο καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτήν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη· ἐπεί τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν., quibus in verbis nihil caussae erat quam ob rem Hartungius ἐπεὶ δὲ scribi vellet, ut δὲ post ὁ non esset nisi repetitio huius superioris. Recte enim ὅσον τε et ἐπεί τε inter se respondent. Deinde post ἐπεὶ videtur aliquoties etiam Xenophon intulisse δὲ particulam, cuius conferatur *Expeditio Cyri* lib. I. cap. 3. §. 5. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν ἰέναι., quo in loco recte Krügerus tutatus est δὲ particulam, et lib. IV. cap. 1. §. 2. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο —, ἐδόκει δὲ τοῖς στρατηγοῖς διὰ τῶν ὀρέων πορευτέον εἶναι. Nec minus huc testis vocandus est Sophocles, qui in dialogo quidem merum Atticorum sermonem eumque emendatissumum repraesentat. Is igitur dicit in *Oedipo rege* v. 1266 sq.

Ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.,

ut taceam Aeschyli *Choephor.* v. 623 sq. Itaque ne Plutarchus quidem, quom in *vita Thesei* cap. 1. haec posuit: Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου καὶ Νουμᾶ λόγον ἐκδόντες ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν εὐλόγως τῷ Ῥωμύλῳ προσαναβῆναι, σκοποῦντι δέ μοι κτέ., malos Graecitatis auctores imitatus esse putandus est.

Ἐπειδή-δέ, ἐὰν — δέ, ἕως — δὲ κτέ.

Ac de ἐπεὶ hoc magis adfirmari poterit, quod saepissume Attici et omnes scriptores Graeci etiam post ἐπειδή, ἐάν, ἕως, ὡς, μέχρι et quae similes voces sunt, intulerunt δὲ particulam, qua de re conf. Thucydidis lib. I. cap. 11. ἐπειδή — δέ. lib. III. cap. 98. μέχρι — δέ. lib. VIII. cap. 70. ὡς — δέ. cl. Aeschyli *Pers.* v. 414. Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 41. ἤν — δέ. Plato *Phaedr.* p. 265. A. ἐάν — δέ. Quae omnia ita dicta sunt, ut quod illatum est per particulam relativam, id magis iam per se constare videatur, cui deinde quasi nova quaedam res, non tamquam praeparata illa, ea opponitur, quae infertur per δὲ particulam. Itaque etiam illud factum esse videtur, ut iam in priore membro accesserit μὲν particula, veluti in Platonis libro X. *de legibus*, Part. III. vol. III. p. 205. ed. Bekk. p. 898. C. ed. H. Steph. Νῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι διαῤῥήδην εἰπεῖν ὡς, ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστιν ἡ περι-

ἄγουσα ἡμῖν πάντα, τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον ἐπιμελουμένην καὶ κοσμοῦσαν ἤτοι τὴν ἀρίστην ψυχὴν ἢ τὴν ἐναντίαν., qua de re recte explicavit Buttmannus l. l. p. 151., nisi quod ille omnem hunc usum ex eo genere deducendum putavit, quod mihi secus esse videtur. Etenim in ceteris locis, ubi posita *μὲν* particula non est, nemo Graecus de tali oppositione videtur cogitavisse. Sed quom ad alterum membrum oratio pervenisset, intulerunt *δὲ* particulam per quandam quasi *ἀνακολουθίαν*.

Id optume intellegi potest ex iis locis, in quibus post particulas comparativas eodem modo in apodosi posita est *δὲ* particula. Posuerunt grammatici nobilissumum illum Sophoclis locum de *Electra* v. 25 sqq. **Δὲ in apodosi post particulas comparativas.**

> Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων,
> ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
> ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν· ὡ σ α ύ τ ω ς δ ὲ σὺ
> ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.

Id etiam a ceteris scriptoribus, praesertim si adiungitur *καὶ* particula, saepe dicitur, veluti a Xenophonte in *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 5. §. 12. Ἐκάθευδον δὲ αὐτῷ ἐν τάξει, ὥσπερ οἱ ὁπλῖται, ο ὕ τ ω δ ὲ κ α ὶ οἱ πελτασταὶ καὶ οἱ τοξόται. cf. Platonis *Protagoram* Part. I. vol. I. p. 184. ed. Bekk. p. 328. A. ed. H. Steph. Xenophontis *Memorab. Socrat.* lib. II. cap. 9. §. 7., quamquam hic ex libro bono Bornemannus nuper: *οὕτω δὴ καὶ* recepit. Denique recte huc vocavit Hartungius quod legitur in Aeschyli *Agamemnone* v. 49.

> τρόπον αἰγυπιῶν.,

cui deinceps v. 60. respondet:

> Οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
> ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
> Ζεὺς κτέ.

Sed haec omnia satis explicata sunt, illa interdum impeditiora, si quando post participia aut consociata cum reliqua oratione aut absoluta apodoseos loco infertur *δὲ* particula. Id si participia quae dicuntur absoluta sunt, minus offensioni videtur fuisse criticis, itaque tulerunt fere tales locos, qualis est Platonis ille e *Convivio* Part. II. vol. II. p. 462. ed. Bekk. p. 220. B. ed. H. Steph. Καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε — καὶ ἐνειλιγμένων —, ο ὗ τ ο ς δ' ἐ ν τ ο ύ τ ο ι ς ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον κτέ., aut in Isocratis oratione περὶ ἀντιδόσεως cap. 26. §. 71. ed. Bekk. ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, οἱ δὲ χεῖρον παιδεύονται τῶν **Δὲ in apodosi post participia absoluta.**

ἰδιωτῶν., quamquam in hoc quidem loco scriptor codicis Urbinatis οἱ δὲ omisit, de industria credo, quod minus apta ad hunc locum putaret, quae sunt aptissuma. Hoc enim loco admodum idonea est leuis illa personarum contentio, quae significatur particula δέ. Cf. simillumum Herodoti locum lib. V. cap. 50. Χρεὼν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐόν, βουλόμενόν γε Σπαρτιήτας ἐξαγαγεῖν ἐς τὴν Ἀσίην, λέγει δ' ὦν τριῶν μηνῶν φὰς εἶναι τὴν ἄνοδον. Quaedam etiam in hoc genere antiquo iam tempore mutata sunt, quae ego partim adtigi in *Quaest. critt.* lib. I. p. 66. et p. 101 sq. Sic in Antiphontis oratione I., quae est *accusatio veneficii*, §. 12. ed. Bekk. p. 112. ed. H. Steph. ex optumis libris rescribendum est: Εἰ γὰρ τούτων ἐθελόντων διδόναι εἰς βάσανον, ἐγὼ δὲ μὴ ἐδεξάμην, τούτοις ἂν ἦν ταῦτα τεκμήρια., quibus in verbis ideo post absoluta illa participia posita est particula δέ, ut oppositionis ratio magis appareret. Cf. eiusdem Antiphontis orat. II., quae continet *tetralog.* I. β., §. 4. ed. Bekk. p. 116. ed. H. Steph. Εἰ γὰρ τούτων ἀναιτίων δοκούντων εἶναι, ἐν ἐμοὶ τἀδίκημα φανεῖται· τούτων ὑπόπτων ὄντων, ἐγὼ δ' ἂν εἰκότως καθαρὸς δοκοίην εἶναι., quo in loco ex libris optumis particulam δέ, quae omissa erat a criticis, reprehendendam putavi.

Δὲ in apodosi post participia cum reliqua oratione consociata.

Sed tamen magis etiam critici haesitavisse videntur, si quando in eius modi locis post participium, quod esset cum reliqua oratione coniunctum, itidem poneretur eadem particula, veluti in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 7. §. 8. Θαυμάζω σου, εἰ ἐκείνους ῥαδίως χειρούμενος, τούτοις δὲ μηδένα τρόπον οἴει δυνήσεσθαι προσενεχθῆναι., ex quo loco olim certatim particulam δὲ exterminandam censuerunt critici, quae est Xenophontis orationi accommodatissuma. Volt enim maiorem quandam oppositionem esse inter illos, qui administrant rem publicam, et inter hos, qui sunt plebeii. Et hoc quidem in genere ego etiam illos locos habendos esse existumo, quos frustra, ut opinio mea fert, critici emendare voluerunt, unum ex *Alcibiade* I., qui Platonis fertur, Part. II. vol. III. p. 337. ed. Bekk. p. 120. B. ed. H. Steph. Οὔκ, ὦ 'γαθέ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν καὶ ἄλλους τοιούτους, οἳ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν —, ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες ἐληλύθασι κολακεύσοντες τὴν πόλιν ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες· πρὸς τούτους σε δεῖ οὕσπερ λέγω βλέποντα, σαυτοῦ δὲ ἀμελεῖν καὶ μήτε μανθάνειν κτὲ. Nam quod ibi aliquot libri δὲ particulam post σαυτοῦ dicuntur omittere, id non minus me movet quam Ph. Buttmanni ratio, qui eo loco δὴ pro δὲ

ut rescriberetur suasit. Nam librarii, qui δὲ quem ad modum in illis verbis explicari posset non viderunt, nulla auctoritate particulam sustulerunt, coniectura autem Buttmanni ne sententiae quidem loci satis accommodata esse videtur. Illud autem, quod satis multi ac boni libri servant δέ, convenit optume isti loco, ubi aliis hominibus comparatis vel maxume urgendum erat pronomen σαυτοῦ, quod multo minus exstare videatur, si δὲ abiicias *). Simillumus locus est is, qui legitur in Platonis libro III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 121. ed. Bekk. p. 393. E. ed. H. Steph., ubi quum in plerisque libris scriptis atque editis haberetur: Ἐλθὼν ὁ ἱερεὺς εὔχετο ἐκείνοις μὲν τοὺς θεοὺς δοῦναι ἑλόντας τὴν Τροίαν, αὐτοὺς δὲ σωθῆναι, τὴν δὲ θυγατέρα οἱ λῦσαι δεξαμένους ἄποινα καὶ τὸν θεὸν αἰδεσθέντας., in paucioribus autem libris aut legeretur: ἑλεῖν τὴν Τροίαν, αὐτοὺς δὲ σωθῆναι, aut omissa δὲ particula post αὐτοὺς simpliciter: ἑλόντας τὴν Τροίαν αὐτοὺς σωθῆναι, critici non recte fecerunt, quod volgata plurumorum librorum scriptura repudiata, participium quidem ἑλόντας retinuerunt, particulam vero δὲ post αὐτοὺς omiserunt. Est enim ea ipsa ad vim pronominis αὐτοὺς efferendam maxume idonea. Saepe enim in eius modi locis liberiore quadam oppositionis ratione post pronomina illata est particula δὲ etiam ibi, ubi minus hoc exspectaveris, veluti in Demosthenis oratione, quae est *contra Neaeram*, §. 125. ed. Bekk. p. 1388. ed. Reisk., ubi haec leguntur in libris: Οὑτοσὶ δ᾽ ὅ, τι ἂν λέγῃ ἅπαντα ψεύδεται καὶ ἐξελέγξει αὐτὸς αὐτὸν ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς λέγει οὐκ ἐθελήσας παραδοῦναι εἰς βασάνους τὰς θεραπαίνας, ἐγὼ δ᾽ ἐξήτουν αὐτόν., quo in loco magis etiam mirum possit videri, quod ad participium, quod est alterius personae: οὐκ ἐθελήσας παραδοῦναι εἰς βασάνους τὰς θεραπαίνας, per particulam δὲ pronomen ἐγὼ accedit, sed res tamen recte se habet, quom summopere urgeatur oppositio ista, quae est inter diversas partes, qua de re dictum est in *Quaest. critt.* lib. I. p. 65 sq. Sed non solum post pronomina, sed etiam si quando alia quaedam oppositio esset, illata est post participia δὲ particula, veluti in Thucydidis lib. VII. cap. 27. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δεκέλεια

*) Fortasse huc etiam Aeschyli locus de *Persis* v. 755. vocari potest:
θνητὸς ὤν, θεῶν δὲ πάντων ᾤετ᾽, οὐκ εὐβουλίᾳ
καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν.,
quamquam plerique grammatici eum locum ita interpretati sunt, quasi simpliciter δὲ particula quarto loco propter pondus superiorum verborum esset posita.

τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς ἐν τῷ θέρει τούτῳ τειχισθεῖσα, ὕστερον δὲ φρουραῖς ἀπὸ τῶν πόλεων κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιούσαις τῇ χώρᾳ ἐπῳκεῖτο, πολλὰ ἔβλαπτε τοὺς Ἀθηναίους κτἑ., quamquam hic quidem, quom Thucydides dixisset: τὸ μὲν πρῶτον, pene necessario deinceps δὲ ponendum erat. Sed tamen etiam aliis locis idem factum videmus, ubi μὲν particula non praecesserat, uti apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 4. §. 24. dicitur: ὃς σκοπῶν εἰ διαβαίνοιεν τὸν ποταμόν, ἐπεὶ δὲ εἶδεν, ᾤχετο ἀπολαύνων., quam lectionem recte Krügerus tutatus est, cl. lib. IV. cap. 7. §. 27. ubi ipse scribendum putavit: Κώμην δὲ δείξας αὐτοῖς, οὗ σκηνήσουσι, καὶ τὴν ὁδόν, ἣν πορεύσονται εἰς Μάκρωνας, ἐπεὶ δὲ ἑσπέρα ἐγένετο, ᾤχετο τῆς νυκτὸς ἀπιών. et lib. VI. cap. 4. §. 16., ubi idem vir edidit: Ὡς δὲ νῦν ἔχει, χαλεπόν, εἰ οἰόμενοι ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐπαίνου καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, ἀντὶ δὲ τούτων μηδ' ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις ἐσόμεθα, ἀλλ' εἰρξόμεθα ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων.

Δὲ in apodosi post pronomina relativa.

Sane frequens est usus particulae δὲ in apodosi post pronomina relativa, qua de re praeter ea, quae ipse Devarius posuit p. 59., illa conferri possunt, quae disputavit Phil. Buttmannus ad Sophoclis *Philoct.* v. 87., qui recte etiam de iis locis existumavit, in quibus quom post pronomen relativum in volgatis quidem editionibus positum esset pronomen demonstrativum ὅδε, ἐνθάδε et quae sunt similia, ille pronuntiavit disiunctis vocibus: ὁ δέ, ἔνθα δέ, rescribendum videri, veluti in laudato Sophoclis versu restituit:

Ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύειν,
Λαερτίου παῖ, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ.,

quom ibi volgo legeretur: τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ. cf. eiusdem Sophoclis *Trachinias* v. 22 sq., ubi recte nunc editur:

Ἀλλ' ὅστις ἦν
θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὁ δ' ἂν λέγοι.,

quom antea legeretur: ὅδ' ἂν λέγοι. Ὅδε enim pronomini in his locis nullus locus concedi potest. Ne quis putaret hanc dicendi rationem solis poetis concessam esse, in qua opinione olim erat Buttmannus, recte L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 928. D. adscripsit Thucydidis lib. II. cap. 46. Ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσιν.

Δὲ post parenthesin.

Denique particula δὲ saepe etiam post parenthesin inferri solet, non solum ibi, ubi significatam iam antea per

δὲ particulam oppositionem rursus excipit, sed ibi etiam, ubi nihil eius modi erat significatum. In his enim locis nascitur interposita alia sententia oppositio quaedam, qua quasi novum quiddam illud, quod iam antea indicatum erat, infertur, quoniam propter parenthesin neglectum videbatur. Apud Xenophontem quidem in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 5. §. 19. ed. Zeun. haec leguntur: *Ταῦτα δ' ἀγασθεὶς ὁ Κῦρος, τοῦ μὲν ταξιάρχου τὴν ἐπίνοιαν, τῶν δὲ τὴν πειθώ, ὅτι ἅμα μὲν ἐγυμνάζοντο — ὁπλίσει· τούτοις δὲ ἡσθεὶς ἐκάλεσέ τε ἐπὶ δεῖπνον αὐτοὺς κτἑ.* et ibidem lib. VII. cap. 2. §. 23. *Νῦν δ' αὖ πάλιν ὑπό τε πλούτου τοῦ παρόντος διαθρυπτόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν δώρων, ἐδίδοσάν μοι, καὶ ὑπ' ἀνθρώπων, οἵ με κολακεύοντες ἔλεγον —, ὑπὸ τοιούτων δὲ λόγων ἀναφυσώμενος — ὑπεδεξάμην τὴν στρατηγίαν κτἑ.* conf. Thucydidis lib. I. cap. 18. et Sophoclis *Electram* v. 783 sqq.

Νῦν δ' ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου
πρὸς τῆσδ' ἐκείνου θ'· ἥδε γὰρ μείζων βλάβη
ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ
ψυχῆς ἄκρατον αἷμα· νῦν δ' ἕκηλά που
τῶν τῆσδ' ἀπειλῶν οὕνεχ' ἡμερεύσομεν.,

quo de loco recte existumavit G. Hermannus ad Vigerum p. 847. ed. tert. Sed haec difficilia non sunt, difficilior illa quaestio, num etiam ibi, ubi δὲ non praecesserit, finita parenthesi poni δὲ possit. Qua de re ego ita adfirmandum esse puto, ut si quando pluribus interiectis verbis aliqua notio ita comparata est, ut aliquo modo antecedentibus opponi possit, eam per particulam δὲ recte inferri existumem, veluti in illo loco Herodoti, quem hic posuerunt grammatici, lib. VIII. cap. 67. *Ἐπεὶ ὧν ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάντες οὗτοι πλὴν τῶν Παρίων· Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ἐπὶ τὰς νῆας κτἑ.*, quo in loco facile apparet, cur *οἱ λοιποὶ* illatum sit per particulam adversativam. Praeterea contulit Hartungius Platonis *Phaed.* Part. II. vol. III. p. 66. ed. Bekk. p. 88. A. B. ed. H. Steph. *Εἰ γάρ τις καὶ πλέον ἔτι τῷ λέγοντι ἢ ἃ σὺ λέγεις ξυγχωρήσειε, δοὺς αὐτῷ μὴ μόνον — ἀντέχειν· δοὺς δὲ ταῦτα ἐκείνῳ μηκέτι συγχωροίη κτἑ.* Adde Demosthenis qui fertur *eroticum* §. 22. ed. Bekk. p. 1408. ed. Reisk. *Τὴν τοίνυν ἀνδρίαν — οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἄξιόν ἐστι παραλιπεῖν, οὐχ ὡς οὐ πολλὴν ἐπίδοσιν ἐχούσης ἔτι τῆς σῆς φύσεως, καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου πλείους ἀφορμὰς παραδώσοντος λόγων τοῖς ἐπαινεῖν σε βουλομένοις, ἀλλ' ὡς καλλίστων*

ὄντων τῶν μετὰ ταύτης τῆς ἡλικίας ἐπαίνων, ἐν ᾗ τὸ μηδὲν ἐξαμαρτάνειν τοῖς ἄλλοις εὐκτόν ἐστιν· σοῦ δ' ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις καὶ ἑτέρων τὴν ἀνδρείαν διέλθοι, μάλιστα δ' ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως, ἧς καὶ πλεῖστοι γεγένηνται μάρτυρες., quo in loco quom neglecta essent, quae supra posita erant verba: *Τὴν τοίνυν ἀνδρίαν*, orator non sine oppositione resumit orationis filum his verbis: *σοῦ δ' ἐπὶ πολλῶν μὲν κτἑ.* Atque his quidem locis Hartungius usum particulae *δὲ* in parenthesi terminari voluit. Sed ego credo lenem istam oppositionem, quam nacta est particula *δὲ* ex adfirmativa vi sua, posse etiam ibi in parenthesi locum habere, ubi oppositio minus exstare videatur, itaque comprobo Imm. Bekkeri iudicium, qui in Platonis, qui fertur, *Alcibiade priore* Part. II. vol. III. p. 302. ed. suae, p. 105. A. ed. H. Steph. hanc plurumorum librorum scripturam, etiam a ceteris editoribus servatam, reliquit: *Ἡγεῖ, ἐὰν θᾶττον εἰς τὸν Ἀθηναίων δῆμον παρέλθῃς, τοῦτο δὲ ἔσεσθαι μάλα ὀλίγων ἡμερῶν, παρελθὼν δὲ ἐνδείξεσθαι Ἀθηναίοις ὅτι ἄξιος εἶ τιμᾶσθαι κτἑ.*, quamquam libri tres non mali exhibent *οὖν* particulam post participium *παρελθών*, quae quom post parenthesin sane usitatissuma sit, hoc loco a correctoribus profecta esse videatur. Nam quod Hartungius ibi *παρελθὼν δὴ* scribendum coniecit, id neutiquam accipio. Dicitur autem *παρελθὼν δὲ* ita, ut ille, qui interpositis verbis: *τοῦτο δὲ ἔσεσθαι μάλα ὀλίγων ἡμερῶν*, iam infert *δὲ* particulam, ceteris rebus omissis iam de eius adventu potissumum velit cogitari ab auditoribus.

Δὲ particulae collocatio. Haec erant quae de *δὲ* particula adnotanda viderentur. Nam quae a me tacta non sunt, ea facile ad simile eorum genus, de quibus explicatum est, referri possunt, ut nihil iam restare aliud videatur, nisi ut dicamus de particulae collocatione. Ea quom primo loco poni non posset, fere post primam sententiae vocem illatam esse satis notum est. Sed tamen haud raro interna sententiarum vis secum tulit, ut eadem particula etiam pluribus vocabulis post poneretur, quod maxume ibi videmus esse factum, ubi quae praeposita particulae verba sunt aut aptius inter se coniuncta sunt aut ita comparata, ut summum pondus in ea sententia obtineant. Exempla non modo apud poetas, verum etiam apud scriptores orationis solutae minume rara sunt. Vide quae praeter Erfurdtum et G. H. Schaeferum ad Sophoclis *Oed. reg.* v. 799. P. Elmsleium ad Euripidis *Bacchas* v. 165. Popponem de *Elocut. Thucyd.* vol. I. p. 302. explicavit Fr. V. Fritzschius in *Quaestt. Lucian.* p. 100., tum L. Dindorfius

posuit in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. 929. C. et Hartungius adtulit vol. I. p. 190 sq., denique de Sophocle quidem Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. p. 397. De poetis conferatur primum Aeschylus in *Prometheo* v. 105.

Τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ
αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷστα κτέ.

et v. 828.

Πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.

in *Septem adv. Theb.* v. 41.

Αὐτὸς κατόπτης δ' εἶμ' ἐγὼ τῶν πραγμάτων.

et v. 199.

Λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον.

idemque in *Agamemnone* v. 653.

Ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά.

tum Sophocles in una *Philoctetae* fabula et v. 613 sq. scripsit:

Οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ' ἄκοντα.

et v. 764.

ξὺν τύχῃ δὲ πρόσφερε.

et versu sequenti:

Τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον.

et v. 947.

Φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας.

et v. 959.

Πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθών.

et quae sunt alia innumerabilia eius modi adlata a grammaticis. De reliquis scriptoribus adtulerunt docti Thucydidis lib. I. cap. 6. Ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι. Platonis *Phaedrum* Part. I. vol. I. p. 4. ed. Bekk. p. 227. D. ed. H. Steph. Γέγραφε γὰρ δὴ ὁ Λυσίας πειρώμενόν τινα τῶν καλῶν, οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δὲ κτέ. Quamquam apud eos quidem scriptores, quae insolentior videretur esse particulae collocatio, saepe ab librariis oblitterata est, de quo ipso explicavi in *Quaestt. critt.* lib. I. p. 67 sq., ubi mihi videor docuisse non solum apud Demosthenem in oratione, quae est *de corona*, §. 112. ed. Bekk. p. 264. ed. Reisk. optumorum librorum indicio legendum esse: εἰς τοὺς συκοφάντας δὲ ἄγειν κτέ. pro volgato: εἰς τοὺς δὲ συκοφάντας ἄγειν, et in eadem oratione §. 315. ed. Bekk. p. 330. ed. Reisk. τοὺς τεθνεῶτας δέ, pro volgato: τοὺς δὲ

τεθνεῶτας, eodemque modo paullo post §. 321. ed. Bekk. p. 331. ed. Reisk. *τοῦ δύνασθαι δὲ καὶ ἰσχύειν* pro eo, quod volgo legeretur: *τοῦ δὲ δύνασθαι καὶ ἰσχύειν*, verum etiam apud Lysiam orat. 7., quae est *de olea excisa*, §. 4. ed. Bekk. p. 108. ed. H. Steph. ex optumorum librorum pene necessario totam orationem ita constituendam videri: *Ἦν μὲν γὰρ τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον, δημευθέντων τῶν ὄντων δὲ ἐκείνου Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν παρὰ τοῦ δήμου λαβὼν τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώργει κτέ.* Eodem modo, quo hic a nobis factum est, constituit Krügerus aliquot locos in Xenophontis *Expeditione Cyri* melius, quam ante legebantur, recepta in remotiorem sedem *δὲ* particula, veluti lib. III. cap. 2. §. 7. *Τοῦ λόγου δὲ ἤρχετο ὧδε.* scripsit Krügerus ex optumis libris, quom antea legeretur: *Τοῦ δὲ λόγου κτέ.*, qua verborum collocatione ipsa vis *λόγου* minus exstaret, lib. V. cap. 4. §. 13., ubi idem vir recte edidit ex libris bonis: *Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ δὲ κράνη σκύτινα κτέ.*, quom volgata scriptura esset: *Ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κτέ.* denique lib. VII. cap. 2. §. 16. *τῆς δείλης δὲ ἥκειν.*

Δὲ pro enclitica particula habita.

Particulam *δὲ* interdum ita addi ad pronomina demonstrativa, ut aptius haec inter se coniuncta esse videantur vocabula, iam supra indicavimus, eaque res per se facilis explicatu est. Nam quom in mutatione personarum, quae fere eo indicatur, quod iam aliud pronomen introducitur, oppositio talis, quam particula *δὲ* contineri vidimus, declaretur, factum est, ut quom saepius *δὲ* ad pronomina adiiceretur, inde quaedam quasi formulae, uti *ἐγὼ δέ*, *σὺ δέ*, et alia id genus, nascerentur, quem ad modum etiam in Latina lingua: *Ego vero*, *mihi vero*, aliaque usitata fere dicendi formula coniungi videmus. Quod quom ita esset, fuerunt qui in eius modi locis *δὲ* quasi encliticam particulam ad ista pronomina adiunctam putarent itaque scriberent *ἐγώ δε*, *σύ δε* et quae sunt similia, qua de re dilucide testatus est Choeroboscus in Aldi *Hortis* fol. 229 verso: *Σύνδεσμοι δὲ ἐγκλίνονται μέν, δέ, τέ, γάρ, οἷον ἐγώ μεν, σύ δε κτέ.* Cf. G. Hermannus in libro *De emendanda ratione Gr. grammatices* p. 77. Eodemque modo scriptores posteriores etiam aliis locis *δὲ* particulam hanc adversativam pro enclitica habuisse videntur, qua de re conferatur Ludovicus Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 929. D.

Τηνδεδί, ταυτηνδὶ κτέ.

Ex aptiore illa particulae *δὲ* et pronominis demonstrativi consociatione deducendum etiam illud videtur, quod Attici quidem scriptores, quom sermonem cotidianum repraesentarent, interdum demonstrativum illud *ῑ* post particulam *δὲ*

adiecerunt, cuius rei ex Aristophanis scriptis haec testimonia proferri possunt, *Avium* v. 18., ubi ex optumorum librorum indicio recte rescripsit G. Dindorfius:

> Τηνδεδὶ τριωβολου.,

idemque Dindorfius admodum probabiliter in eadem fabula v. 1364 sqq. restituisse videtur eandem formam in his verbis:

> Ταυτηνδὶ λαβὼν
> τὴν πτέρυγα, καὶ τουτὶ τὸ πλῆκτρον θἀτέρᾳ,
> νομίσας ἀλεκτρυόνος ἔχειν τονδὶ λόφον κτὲ.

cf. Aristophanis *Plut.* v. 227. τουτοδὶ κρεάδιον, ubi Dindorfius, et *Equit.* v. 1357. νυνδὶ φράσον., ubi Seidlerus eam formam reposuit. Nam quod P. Elmsleius etiam in Metagenis fragmento apud Athenaeum lib. VI. p. 270. A. τηδεδὶ scribi voluit ad Aristophanis *Acharn.* v. 108. pro volgato: τῆνδε δ' αὖ, ut incertum in medio relinquo.

Si quando particula δὲ cum aliis particulis consociata legitur, illa quidem, ut par est, propriam ac suam significationem retinet, sed tamen ipsa particularum collocatio ac singularis in quibusdam formulis usus commemorandus hoc loco est.

Ac primum quidem δ' ἀλλὰ particulae saepe coniunctae leguntur, quae quom ita primam ac naturalem significationem tueantur, ut δὲ ad antecedentia, ἀλλὰ vero ad ea, quae proxume sequantur, respiciat, vix commemorandae hoc loco sunt. Sic quod dicitur in Euripidis *Heraclidis* v. 565. Δ' ἀλλά.

> Σὺ δ' ἀλλὰ τοῦδε χρῇζε, μή μ' ἐν ἀρσένων,
> ἀλλ' ἐν γυναικῶν χερσὶν ἐκπνεῦσαι βίον.,

aut in Aristophanis *Acharnensibus* v. 191.

> Σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεις γεῦσαι λαβών.

Vide quae exempla congessit P. Elmsleius ad Euripidis *Heraclidas* p. 102. ed. Lips. et L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 927. C.

Δὲ ἄρα si coniunguntur particulae, sua cuique constat vis. Per δὲ enim particulam aliqua res opponitur antecedentibus, altera autem particula ἄρα id, quod praedicatur, conclusione deducitur ex antecedentibus quodam modo. Sic in illis Homeri locis factum est, veluti *Iliados* lib. I. v. 46: Δὲ ἄρα.

> Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο.

et v. 148.

> Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.,

de quibus locis supra in particula ἄρα explicatum est p. 161. p. 164. Attici autem scriptores quasi legitumo more dicendi his particulis ibi potissumum usi sunt, ubi ironica interrogatione aliquid proponunt, quod non committendum esse videatur, uti in Platonis lib. X. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 476. ed. Bekk. p. 600. D. ed. H. Steph. *Ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα — καὶ Πρόδικος — ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται — Ὅμηρον δ' ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου — ἢ Ἡσίοδον ῥαψῳδεῖν ἂν περιϊόντας εἴων —;* Cf. eiusd. Platonis *Apologiam Socratis* p. 34. C. ibique G. Stallbaumii adnotationem.

Δὲ—γάρ. Magis huc faciunt coniunctae particulae δὲ — γάρ, quae quom ipsae quoque a principio ita componerentur, ut sua cuique servaretur vis neque altera alteram ullo modo respicere videretur, loquendi tamen consuetudine ita haud raro coniunctae sunt, ut earum structura separari commode non posset. Itaque quem ad modum hoc idem factum est in particulis ἀλλὰ — γάρ, sic etiam particulae δὲ — γάρ, contractis in unum quasi enuntiatum duobus orationis membris, in una sententia locum habent, quae tamen cogitatione quidem certe in duas partes solvenda est, ut sic certe sua cuique particulae vis ac potestas constet. Praeter eos locos, quos supra posui p. 237 sq., cum dicerem de γὰρ particula, conferri poterit Herodoti lib. IV. cap. 200. *Τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους.*, quae verba proprie sic solvenda sunt: *Οἱ δέ, πᾶν γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο λόγους*, de quo loco vide G. Hermannum ad Vigerum p. 941. Fr. X. Werferum in *Actis Monac.* lib. I. p. I. p. 81. Tum Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. I. cap. 5. §. 14. *Ὁ δὲ Πρόξενος ἔτυχε γὰρ ὕστερος προσιὼν καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν, εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων ἔθετο τὰ ὅπλα κτέ.* Sic enim malo cum L. Dindorfio locum interpungere, quam post *Πρόξενος* dirimere orationem. Recte denique Ed. Wunderus et G. Hermannus sic etiam Sophoclis locum *Aiacis* v. 663.

Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι κτέ.

interpretati sunt. Conf. quae supra de particulis ἀλλὰ — γὰρ p. 23 sq. et p. 252. explicavimus ipsi.

De coniunctis δέ γε particulis, quas adtigit Devarius p. 60., vide quae supra explicata sunt p. 333 sqq.

Δὲ δή. *Δὲ δὴ* particulae, quas adtigit Devarius ibidem, ubi coniunctae leguntur, facile suam ac propriam vim tuentur,

et verti recte possunt: *autem iam*, veluti in illo Euripidis loco de *Phoenissis* v. 589. ed. Porson.

Ἐρεῖ δὲ δή τις, ὦ κακὰ μαντεύματα.

quod dicas: *Dicet autem iam aliquis.* Neque esset de his particulis singillatim dicendum, nisi, ut ceterae huius modi particulae, quasi necessaria quadam adtractione se eo ordine excipere solerent, quo supra posuimus. Cf. Aristophanis *Aves* v. 415.

Λέγουσι δὲ δὴ τίνας λόγους;

et eiusdem *Plutum* v. 264.

Ἔστιν δὲ δὴ τί καὶ πόθεν τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὅ φησιν;

Saepe numero ut singulae particulae, sic etiam coniunctae δὲ δὴ ita ponuntur post pronomen aliquod aut particulam, ut hoc potissumum efferre videantur, veluti εἰ δὲ δή, *si vero iam*, νῦν δὲ δή, *nunc vero iam*, ἐὰν δὲ δή, *cum vero iam*, τοῦτο δὲ δή, *hoc vero iam* et quae similia dicuntur. Cf. Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. II. cap. 5. §. 10. Εἰ δὲ δὴ καὶ μανέντες σὲ κατακτείναιμεν κτἑ. et ibid. lib. VII. cap. 6. §. 30. Εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προσετέλει τῆς ἀσφαλείας κτἑ. Thucydidis lib. III. cap. 40. Εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν., et eiusdem lib. VI. cap. 37. Εἰ δὲ δή, ὥσπερ λέγονται, ἔλθοιεν. Tum Xenophontis *Exped. Cyri* lib. VII. cap. 1. §. 28. Νῦν δὲ δὴ τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν κτἑ. et ibid. cap. 6. §. 31. Νῦν δὲ δὴ πῶς ἀπέρχεσθε; De ἐὰν δὲ δὴ ipse iam Devarius p. 60. exemplum adposuit Demosthenis ex orat. *de falsa legatione* §. 189. ed. Bekk. p. 399. ed. Reisk. Et in his quidem particulis memorabile hoc est, saepius ante eam condicionem, quae infertur per eas particulas, quo alacrior auditor esset, praepositam legi imperativi formam φέρε, ut dicatur: Φέρε ἐὰν δὲ δή κτἑ., quod tamen distat ab eo, quod dicitur: φέρε δὲ δή, ἐὰν κτἑ., quoniam tum in imperativo ista oppositionis et adseverationis vis appareret, nunc potius ad particulam condicionalem pertinet, veluti in Demosthenis oratione *adv. Leptinem* §. 38. ed. Bekk. p. 468. dicitur: Φέρε, ἐὰν δὲ δὴ πέμψας ὡς ἡμᾶς ὁ Λεύκων ἐρωτᾷ, τί ἔχοντες κτἑ. et in orat. *contra Aristocr.* §. 124. ed. Bekk. p. 661. ed. Reisk. Φέρ', ἐὰν δὲ δὴ καὶ Μονέστρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτα καὶ αὐτῷ ψηφίσασθαι κτἑ. cf. quae adtulit G. H. Schaeferus in *Apparat. ad Demosth.* vol. III. p. 124. vol. IV. p. 100. vol. V.

Εἰ δὲ δή, ἐὰν δὲ δή.

Φέρε, ἐὰν δὲ δή.

p. 7. De δὲ δὴ ad pronomina adiectis conf. Lysiae orat. *contra Eratosthenem* §. 36. ed. Bekk. p. 123. ed. H. Steph. τούτου δὲ δή, et de relativo Xenophontis *Exped. Cyri* lib. II. cap. 3. §. 1. Ὃ δὲ δὴ ἔγραψα — τῇδε δῆλον ἦν.

De collocatione particularum δὲ δὴ hoc adnotandum videtur, eas non facile post plura enuntiati verba inferri, itaque fere inter articulum ac substantivum et inter praepositionem nomenque poni, veluti in Platonis lib. IV. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 201. ed. Bekk. p. 439. A. ed. H. Steph, Τὸ δὲ δὴ δίψος, ἦν δ' ἐγώ, οὐ τούτων θήσεις τῶν τινὸς εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστίν; et eiusdem *Protag.* Part. I. vol. I. p. 154. ed. Bekk. p. 311. D. ed. H. Steph. Παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόραν ἀφικόμενοι, ἐγώ τε καὶ σύ, ἀργύριον ἐκείνῳ μισθὸν ἕτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν ὑπὲρ σοῦ, ἂν κτἑ.

Οὐδὲ δή. Porro quem ad modum δὲ δὴ diceretur, sic etiam dici οὐδὲ δὴ ac μηδὲ δή, recte iam adnotavit ipse Devarius, conferatur Plato lib. I. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 19. ed. Bekk. p. 335. D. ed. H. Steph., ubi haec habentur: Οὐδὲ ξηρότητος ὑγραίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Πάνυ γε. Οὐδὲ δὴ τοῦ ἀγαθοῦ βλάπτειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Φαίνεται.

Δὲ μήν. De coniunctis particulis δὲ μήν, quas negavit olim Krügerus sic posse coniungi ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. II. cap. 4. §. 6., infra dicendi locus erit in particula μήν.

Δ' οὖν. De δ' οὖν autem ipse Devarius separatim dixit p. 67 sq.

Δέ που. Particulae δέ που, quas saepe coniunctas legi videas, non ita iunctae videntur esse nisi per illam particularum ad unam sententiam pertinentium adtractionem, quam saepe dico. Etenim in omnibus locis, in quibus eae particulae habeantur, suam quaeque vim facile tuetur. Δὲ enim opponit aliquam rem aut personam antecedentibus, πού autem, quod adiunctum est, illud quidem per sese adfirmat id, quod praedicatur quoquo modo pertinere ad eam, quae per oppositionem posita est, rem aut personam. Qua re nascitur aliqua adfirmatio per adiunctam πού particulam. Illud enim iam supra explicavimus, quod, quocumque modo factum, tamen factum esse dicatur, id revera factum significari. Sic dixit Aeschylus in *Persis* v. 740 sqq.

Φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις, ἐς δὲ παῖδ' ἐμὸν
Ζεὺς ἐπέσκηψεν τελευτὴν θεσφάτων· ἐγὼ δέ που
διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτήσειν θεούς.

cf. eiusdem fabulae v. 724.

Ὧδ' ἔχει· γνώμης δέ πού τις δαιμόνων ξυνήψατο.

Sic etiam dici interposita γὲ particula δέ γέ που supra vidimus p. 306 sq. Sed quod posuit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 928. A. δέ πού γε, usus Sophoclis loco de *Antigona* v. 213.

Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί πού γ' ἔνεστί σου.,

id plus una de caussa ferri non potest, et in Sophoclis quidem loco alias mihi videor docuisse scribendum potius esse, quod in libris est: παντί πού τ' ἔνεστί σοι, in huncce modum:

Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντὶ ποῦ τ' ἔνεστί σοι.

De δέ τε particulis hic dicendi locus non est, quae si quando ab Atticis scriptoribus coniuncte ponuntur, revera tamen consociatam significationem non habent, quom δὲ respiciat antecedentia, τὲ autem pertineat ad sequens τὲ vel καὶ aut per anacoluthiam illatum sit. Δέ τε.

Facilis denique explicatio est particularum δέ τοι, quae ita differunt a δέ που particulis, quem ad modum γέ που et γέ τοι differre supra vidimus p. 307 sq. Nam quom πoὺ nihil nisi aliquam adfirmationem rei in se contineat, contra τοὶ ita confirmat, ut etiam si aliud secus se habeat, hoc tamen, de quo adseveratur, nihilo minus dicatur esse. Exemplo res clarior erit, quod petamus ex *Antigona* Sophoclis v. 327 sqq., ubi haec habentur: Δέ τοι.

Ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.,

ubi gravior oppositionis significatio est, quam in iis locis, in quibus δέ που habetur. Conferatur Aristophanis *Vesparum* v. 1192 sq. ed. G. Dind.

Ἤδη γέρων ὢν καὶ πολιός, ἔχων δέ τοι
πλευρὰν βαρυτάτην καὶ χέρας λαγόνας τε καὶ
θώρακ' ἄριστον.

et quae adtulerunt Hartungius vol. II. p. 369 sq. L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 928., denique comparari etiam ea poterunt, quae supra de coniunctis particulis ἀλλά τοι explicavimus p. 68 sqq.

Quod supra dixi particulas δὲ et δὴ unius originis videri, id pertinet etiam ad formam δαί. Quae forma particulae tum ponitur, si in interrogatione cum maiore vi repetita legitur aut in ea omnino, in qua magis acuenda particulae vis esse videatur. Eo autem, quod praeter ipsam interrogationem urgemus etiam adiunctam particulam, pronti singuli Δαί.

loci comparati sunt, varios animi sensus exprimimus, quod idem fit, ut in eadem similitudine verser, in nostris particulis: *Was aber?* Inde facillume variae illae significationes, quae tributae sunt interrogationibus: *τί δαί;* et *πῶς δαί;* et quae similes interrogationes apud scriptores Graecos habentur, explicari possunt. Nam quod G. Hermannus ad Vigerum p. 848. rectissume posuit primum videri *τί δαί;* et *πῶς δαί;* Latino: *Quid ita?* respondere, id ita natum est, quod quom aliquam rem propositam ab altero non satis cognovisse nobis videmur, saepe non ita quaerimus de re, ut interrogationem efferamus tantummodo, sed etiam mirationem nostram eo exprimimus, quod adiunctam particulam maiore vi ac mora pronuntiamus. Ita primum, ubi quaerimus, quem ad modum rebus ita comparatis aliquid se habeat, mirationem nostram gravius pronuntiata particula *δαὶ* significamus, dicimusque: *τί δαί; πῶς δαί; Quid ita? Wie aber?* Exempla Hermannus huius significationis posuit haec Aristophanis ex *Nubibus* v. 1275., ubi postquam Strepsiades dixit:

Οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως σύ γ᾽ αὐτὸς ὑγιαίνεις.

respondet Amynias:

Τί δαί;

et ex *Avibus* v. 225., ubi Euelpides dicit:

οὐ σιωπήσει;

et quaerit Pisthetaerus:

Τί δαί;

Nec alia caussa ac ratio est alterius significationis, quam his particulis tribuit Hermannus secundo loco, ut respondeant nostris particulis: *Was sonst?* aut: *Was denn?* Quibus in locis praeter interrogationem hoc maxume urgetur, quid, quom de alia re denegatum sit, iam statuendum videatur. Dici id potest etiam: *Was aber?* et Latine: *Quid autem?* Sic in Aristophanis *Pluto* v. 155 sq., ubi postquam Chremylus dixit:

Ἐπεὶ
αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί.

respondet Cario:

Τί δαί;

cui reddit Chremylus:

Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθόν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικούς.

Et in eadem fabula v. 905. postquam sycophanta de aliis omnibus denegaverat, dicit Chremylus:

Τί δαί; τέχνην τιν᾽ ἔμαθες;

Tertia denique particularum significatio haec est, ut respondeant fere Latino: *Quid porro? Quid praeterea?* Quae significatio ipsa quoque facillume ex prima formulae origine deduci poterit. Nam si quaero: *Was aber*, vel: *Quid autem?* acutius pronuntiata posteriore voce, etiam hoc possum significare, me, quae iam transacta sint, non curare, sed contra de nova re quaerere. Quod fit in formula: *Τί δαί;* si novae rei significatio accedit, veluti si dicitur: *Τί δαὶ σύ; was aber du?* cf. Aristophanis *Aves* v. 135 sq., ubi quom Epops de alia fabulae persona dixisset:

Νὴ Δία ταλαιπώρων γε πραγμάτων ἐρᾷς.

iam pergit oratione ad novam personam conversa dicere:

Τί δαὶ σύ;.

cui respondet, qui appellatus est Pisthetaerus:

Τοιούτων ἐρῶ κἀγώ;

et eiusdem fabulae v. 826.

Λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως. τίς δαὶ θεὸς πολιοῦχος ἔσται;

et paullo post v. 832.

Τίς δαὶ καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;

Vide quae explicavit G. Hermannus ad Vigerum l. l. et Hartungius vol. I. p. 320 sqq. et quae congessit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 851.

Explicata vi ac potestate particulae *δαὶ* restat, ut exponamus cui dicendi generi ea particula potissumum convenire videatur. Nam quom *δαὶ* particula maxume in comicorum fabulis atque in Platonis dialogis, qui ipsi quoque familiarem Atticorum sermonem repraesentant, legeretur, fuerunt olim qui a graviore oratione eam particulam plane abhorrere dicerent *). Itaque R. Porsonus e tragicorum quidem fabulis plane deleri voluit eam particulam ad Euripidis *Medeam* v. 1008. Quem secuti etiam alii sunt. Id non recte fieri facile doceri potest. Nam ut concedendum est particulae productae *δαὶ* natura sua non posse locum concedi nisi in dialogo aut vero aut ficto, ita neque ex

*) De Homeri quidem loco *Iliados* lib. X. v. 408., quem apposuit Devarius p. 61. recte dubitatur, quom ibi *δαὶ* non sit nisi ex Aristarchi recensione profectum. Vide G. Hermannum ad Vigerum p. 849. ed. tert.

Aristophanis fabulis neque vero e Platonis dialogis, in quibus cum in iocis tum in seriis rebus ea particula habetur in interrogatione, ullo modo potest concludi, huius particulae usum ita volgarem fuisse itaque proprium plebeii sermonis, ut in graviore oratione ei locus concedi omnino non posset. Deinde etiam tam certa sunt veterum librorum testimonia, etiam in tragicorum dialogum receptam fuisse illam particulae formam, ut temerarius sit qui ea conetur infirmare. Euripides quidem et in *Cyclope* v. 455. ed. Herm. scripsit:

Πῶς δαί; σοφόν τοί σ' ὄντ' ἀκούομεν πάλαι.

et in *Ione* v. 287. ed. Herm.

Εἶεν· τί δαὶ τόδ'; ἆρ' ἀληθές, ἢ μάτην λόγος;

et in *Helena* v. 1264. ed. Herm.

Πῶς δαί; λέλειμμαι τῶν ἐν Ἕλλησιν νόμων.

et in *Electra* v. 244.

Φεῦ φεῦ· τί δαὶ σὺ σῷ κασιγνήτῳ δοκεῖς;

in eademque fabula etiam v. 1116.

Τί δαὶ πόσιν σὸν ἄγριον εἰς ἡμᾶς ἔχεις;

tum in *Iphigenia, quae est Aulide,* v. 1444.

Τί δαί, τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται;

et paullo post in eadem fabula v. 1448.

Τί δαὶ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ σέθεν;

Nam etsi ex aliis locis iure sublata illa forma est, tamen de his locis consentiens librorum omnium testimonium est, ut Euripides quidem, quem ad modum multa alia novavit, sic etiam hanc formam, quae esset cotidiani sermonis magis propria, in poesin tragicam recepisse videatur. Aeschylus enim et Sophocles eam orationis formam de industria repudiavisse videntur. Nam quom ex Aeschyli *Choephoris* v. 900. iure iam nunc sublata sit *δαὶ* particula, tum ne Sophoclis quidem libris melioribus concedam istam particulam in uno illo loco, ubi legitur, qui est in *Antigona* v. 318. Nam quod nuper etiam C. Wexius ibi edidit ex libris Laurentiano ac Riccardiano, optumis illis quidem, sed tamen hoc loco aperte correctione librariorum corruptis:

Τί δαί; ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;

id neque sententia loci patitur et reliquorum librorum indicia

falsum esse arguunt, ut taceam de constanti Sophoclis usu. Neque enim isto loco tam ipsa interrogatio effertur quam notio verbi ῥυθμίζεις et quod sequitur ὅπου, ut necessario ex aliquot deterioris familiae libris, qui hoc loco correcti non sunt, scribendum esse videatur:

Τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;

quod fecerunt G. Hermannus, G. Dindorfus, Ed. Wunderus aliique. Illi enim librarii, qui in optumis illis libris δαὶ reposuerunt, id fecerunt, ut metrum constaret, quod quom ignorarent δὲ sequenti littera ῥ produci, vacillare putarunt. Id adeo aperte dicit Triclinius, qui adscripsit: *Διὰ τὸ μέτρον.*

Apud Platonem quidem innumerabilibus locis legitur δαὶ particula tribus illis modis, de quibus supra explicavimus, sed tamen nuper C. E. Chr. Schneiderus eorum numerum locorum, in quibus in recentiores editiones illata est illa formula, valde imminuendum existumavit, quod colorem illum e cotidiano sermone petitum non ubique ad Platonis orationem accommodatum esse diceret. cf. viri doctissumi adnotatio ad lib. II. *de re publica* vol. I. p. 155. et ad lib. V. vol. II. p. 83. Cui viro quamquam in omnibus locis, quos protulit, adsentiri non possum, tamen facile hoc concedam videri, quom librarii semel formulam: *τί δαί;* in Platonis scriptis agnovissent, illos saepe etiam in illos locos eam intulisse, in quibus ab ipso auctore profecta non sit.

Atque in his locis omnibus videtur δαί, etsi communem habuit originem cum ambabus particulis δή et δέ, tamen ad posterioris particulae vim ac significationem proxume accedere, quod mihi etiam eo comprobari videtur, quod in hac formula etiam coniunctae esse videntur hae particulae: *Τί δαὶ δή;* quae non differunt ab illis, de quibus supra dictum est: *Τί δὲ δή;* nisi eo, quod maiore vi pronuntiatur, quae in medio est, particula δαί, ut hoc dicatur: *Quid porro autem?* Sic in *Critone* quidem Platonis optumi ac plurumi libri Part. I. vol. II. p. 156. ed. Bekk. p. 49. C. ed. H. Steph. haec verba exhibent: *ΣΩ. Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν. ΚΡ. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Τί δαὶ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ;* ubi non credo recipiendam esse deteriorum librorum scripturam: *Τί δὲ δή;* Quamquam in *Gorgia* Platonis Part. II. vol. I. p 60. ed. Bekk. p. 474. C. ed. H. Steph., quem secundum testem huius formulae produxit G. Hermannus ad Vigerum p. 849. ed. tert., incerta res est, quom libri tantum non omnes eo loco: Τί δαὶ δή;

26 *

Τί δὲ δή; scriptum exhibeant. De *Sophista* autem Part. II. vol. II. p. 164. ed. Bekk. p. 234. C. ed. H. Steph. non credo dubitari posse, quom hanc scripturam: Τί δαὶ δή; plurumi libri tueantur, quorum tamen testimonium rursus infirmius est ibidem p. 177. ed. Bekk. p. 240. C. ed. H. Steph. Nullo autem modo *Cratyli* locus p. 406. C. huc pertinet, ubi legitur simplex particula δαί, nec ea satis firmata libris, qui δὲ potius exhibeant. In *Theaeteto* denique Part. II. vol. I. p. 308. ed. Bekk. p. 204. B. ed. H. Steph. recte nunc editur ab omnibus praeter Bekkerum editoribus: Τί δὲ δή; quom, quod reposuerat ille: Τί δαὶ δή; paucorum librorum auctoritate non satis confirmari visum sit. Qua re sane magis magisque omnis haec formula dubia fieri videtur, quam praeter Schneiderum l. l. vol. II. p. 83. etiam Hartungius vol. I. p. 322. prorsus removendam esse pronuntiavit. Nam quod L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p 851., qui de ea formula plane non dubitasse videtur, apposuit etiam *Cratyli* Part. II. vol. II. p. 46. ed. Bekk. p. 404. B. ed. H. Steph. Εἶεν. Τί δαὶ δὴ Δήμητράν τε καὶ Ἥραν — καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, πῶς λέγομεν; miror, quom ibi ex unius libri indicio Bekkerus scripserit: Τί δαὶ δή —; ceteri autem libri pene omnes: Τί δὲ —; simpliciter scriptum habeant, nisi quod duo: Τί δὲ δή —; unus A., qui est optumus: Τί δαί —; Neque de *Cratylo*, quem porro adtulit Dindorfius, p. 53. ed. Bekk. p. 407. C. ed. H. Steph., etsi ibi libri optumi exhibere videntur: Τί δαὶ δὴ τὸν Ἥφαιστον; πῇ λέγεις; satis certa res est, quom plurumi sane libri: τί δὲ δή; scriptum habeant.

Postremo quod Devarius p. 61. dixit de particula δε illa vere enclitica, prorsus eam differre videri a δὲ particula, id recte ille quidem praecepit, si linguam, quam nunc habemus, spectamus: quamquam ab initio quidem ea ipsa forma profecta esse videtur a communi illa origine particularum δαί, δέ, δή, quae quom aptius adhaeserunt alicui voci, ad quam adfirmativam quandam vim adferrent, unde deinceps monstrandi vis nasceretur, ita debilitatae etiam pronuntiatione sunt, ut sine ullo accentu ei, ad quam pertinerent, voci adiicerentur. Quod quom semel factum esset, nihil impediebat, quominus etiam ὅδε δέ, vel ὅδε δὴ diceres; quoniam nemo de prima particulae vi cogitabat et, si cogitaret, tamen suam utraque particulam haberet vim ac potestatem. Dicitur autem verbi caussa ὅδε, ἥδε, τόδε proprie ita, ut significetur is, quem iam conspeximus oculis nostris aut iam ipsa oratione nostra quasi praesentem descripsimus. Eodemque modo di-

citur: τοιόσδε, τηλικόσδε et quae sunt similia. Vide etiam quae scripsit Hartungius vol. I. p. 246. Neque credo aliam vim encliticae particulae esse, si adhaeret accusativis: οἶκόνδε, Οὔλυμπόνδε, Ἀθήναζε, Μεγαράδε, ὅνδε δόμονδε κτἑ. Nam haec quoque monstratio ex adfirmatione rei ante oculos positae nata esse videtur. Sed de his rebus temerarium sit quidquam adfirmare.

CAPUT VIII.

De particula Δεῖνα, Δή et compositis δήποτε et aliis similibus.

De formis vocis δεῖνα, quae multae et variae sunt, praeter illa, quae habent Apollonius Dyscolus *de pronomine* p. 75 sq. et Etymologus Magnus p. 614, 51., conferantur ea, quae posuit Lud. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 948 sq. et Max. Schmidtius in libro *de pronomine Graeco et Latino* p. 40 sq. De significatione praecepit etiam G. Hermannus ad Vigerum p. 704 sq. ed. tert. accuratius, cuius verba, quia etiam ad ipsum Devarium corrigendum faciunt, hic ponam: »Fallitur,« inquit Hermannus, »et Devarius et Hoogeveenus. Ὁ δεῖνα simul utrumque, et certam personam et incertam, significat; certam, quod non aliquis de multis, sive ille hic sive alius sit, sed quidam, quem nominatim memorare possis, intellegitur; incertam, quia nomen aut non novimus, aut reticemus, aut non recordamur, aut quodlibet esse posse innuimus. Rem exemplis illustrabo. Primum ὁ δεῖνα vocatur, cuius nomen non novimus. Δέχου τοῦτον σύ, πορθμεῦ, καὶ τὸν δεῖνα, Lucianus in *Cataplo* 13. T. I. p. 635. Intellegitur sane certa persona, Cyniscus, sed Mercurius huius nomen aeque ignorat, atque Megapenthis: id quod patet e cap. 3 et 4. p. 623, 59. 624, 67. 625, 95. Secundo, cuius nomen consulto reticemus. Lucianus in *Bis accusato* cap. 23. T. II. p. 822, 51. Τὸ δεῖνα μέντοι μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι, τὸ δικαστικόν. Vid. ibi scholiastem. Noluit enim nomen rei nimis vile, τριώβολον, adhibere. Tertio, quom nomen non recordamur. Sic Mnesilochus apud Aristophanem in *Thesmophoriazusis* muliebri ornatu latens, quom interrogatur, quis ei maritus sit, quasi nomen nunc non recordetur, respondet v. 620.

Τὸν δεῖνά γιγνώσκεις, τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν;

et mox, *τὸν δεῖνα τὸν τοῦ δεῖνα*, et paullo post *ἡ δεῖν' ἔμοιγε (συσκηνήτριά ἐστιν)*. Quarto denique, quom quodlibet nomen adhiberi posse indicamus. Cuius modi sunt exempla e Demosthene petita. Sic quod Graeci *ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα* dicunt, Latine dici solet: *Caius et Sempronius*.« Iis locis, quos a Demosthene petitos adposuit Devarius, addi hi possunt Demosthenis ex *orat. Olynth.* II. §. 31. ed. Bekk. p. 27, 11. ed. Reisk. *καὶ τὰ βέλτιστα ὧν ἂν ἀκούσητε αἱρεῖσθαι, μὴ ἃ ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἴπῃ*. Neque enim tantum *ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα*, verum etiam: *ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα*, dicebant Graeci. Tum orat. *Mid.* §. 141. ed. Bekk. p. 560. ed. Reisk. *Τί δὴ τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα οὐκ ἐλάμβανε δίκην παρ' ἐμοῦ;*

Δή.

Δή. De prima *δὴ* particulae significatione recte Devarius hoc praecepit, videri eam idem fere, quod *ἤδη*, denotare respondereque Latino iam. Quae significatio obtinenda est. Nam facile hinc omnis particulae usus explicari poterit, si teneamus *δή*, etsi aliquanto lenius, quam *ἤδη*, tamen hoc semper significare, de eo, quod inducatur per eam particulam, iam quasi de re in facto ac veritate posita constare. Id tenens recte praecepit Hartungius l. l. vol. I. p. 247., videri inter *ἤδη* et *δὴ* discrimen hoc esse: si poneretur *ἤδη τότε* vel *ἤδη νῦν* aut etiam *τότ' ἤδη* vel *νῦν ἤδη*, utramque vocem per se constare ac quasi libera appositione haec omnia inter se coniungi: sin diceretur *τότε δὴ* vel *νῦν δή*, *δὴ* particulam non tam per se constare, sed ita subiectam esse praecedenti voci, ut ea particula nisi per hanc vocem nullam ad verbum, quod in quaque enuntiatione haberetur, vim haberet. Hoc igitur modo quom *δὴ* ad praecedentem vocem applicaretur aptiusque cum ea copularetur, factum est, ut in principio quidem orationis ea particula locum non haberet, si discesseris ab antiquis quibusdam dicendi formulis, quales sunt: *δὴ τότε, δὴ γάρ*, quarum formularum altera cum ab Homero aliquoties posita esset, hinc etiam ad Aeschylum in *Septem adv. Thebas* v. 196 et ad Pindarum *Olymp.* od. III. v. 26. videtur pervenisse. Sed enclitica tamen particula facta numquam est, quamquam iam antiquo tempore de enclisi veteres quidam grammatici cogitavisse videntur, qua de re videndus est Eustathius p. 173, 16. p. 174, 5. Nisi forte huc vocare illud voles, videri *ὅδε* ex *ὁ δὴ* ita natum esse, ut ex *ὅ δη*, correpta *δὴ* particula, *ὅ δε*, inde *ὅδε* oriretur. Nam illud *δὲ* encli-

ticum sane videtur ex δὴ natum esse, cum in pronominibus tum si quando motionem, quae fit in aliquem locum, designat, veluti οἴκονδε dicitur, quod ut ortum ex οἰκὸν δη putetur, aliquam veri similitudinem adferunt δεῦρο δὴ et quae sunt similia, vide quae supra p. 380 sq. et p. 391. de ea re significavimus.

Sed missis his ambagibus iam ad usum ipsum et ad exempla veniamus. Ac primum quidem proprie dicitur δή, quod ortum est ex ἤδη, in temporis significatione, sive de re, quae modo fit aut pridem facta est, sive de ea, quae mox futura est sic, ut ea quidem nobis iam quasi transacta esse videatur. Itaque δὴ plane idem denotat, quod plena particulae forma ἤδη, nisi quod illa semper per se constat, haec, ut diximus, etiam hac propria significatione sua prorsus applicetur ad vocem praecedentem. Hoc tamen non ita dictum existumari volo, quasi in ipsa particula δὴ certa quaedam temporis significatio insit, qui error multorum ac pene omnium grammaticorum est. Nam etiam si δή, quia significat de ea re, quam dicamus, iam quasi facto constare, saepissume ad tempus accuratius describendum usurpatur, tamen nulla eius modi significatio ei voci adhaerescit, sed nihil nisi quaedam adfirmatio e rerum eventu petita inest in voce, qua de re copiosius dicetur infra in altera particulae forma ἤδη. Δὴ in tempore.

Hunc usum particulae vix opus est exemplis confirmari aut docendi caussa discriminari in diversa genera, quom eadem semper in omnibus locis particulae significatio sit. Namque, ut exemplum ponam, si in Xenophontis *Desciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 24. ed. Zeun. haec leguntur: Ἡνίκα δὲ προσιόντες ἐλέγοντο οὐκέτι δέχ' ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν, τότε δὴ ὁ Κῦρος λέγει· Ὦ Κυαξάρη, ὥρα δὴ ἐξαπαντᾶν καὶ μήτε τοῖς πολεμίοις δοκεῖν μήτε τοῖς ἡμετέροις φοβουμένους μὴ ἀντιπροσιέναι κτέ., facile apparet quem ad modum utrobique dicatur particula δή, quae priore loco ad adverbium temporis, altero ad nomen substantivum applicata est. Prius enim *iam* respicit ad ea, quae per relativam particulam ἡνίκα ponuntur, *iam* alterum, quom sententia per se constet, ad universum rerum statum, qui erat tum, cum Cyrus loquebatur, referendum est. Sed eadem tamen est utriusque particulae vis, si eam per se spectes. Sic etiam in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 9. ed. Bekk. p. 60. C. ed. H. Steph. Ὥσπερ οὖν καὶ αὐτῷ ἐμοὶ ἔοικεν, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει πρότερον τὸ ἀλγεινόν, ἥκειν δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν

p. 7. De δὲ δὴ ad pronomina adiectis conf. Lysiae orat. *contra Eratosthenem* §. 36. ed. Bekk. p. 123. ed. H. Steph. τούτου δὲ δή, et de relativo Xenophontis *Exped. Cyri* lib. II. cap. 3. §. 1. Ὁ δὲ δὴ ἔγραψα — τῇδε δῆλον ἦν.

De collocatione particularum δὲ δὴ hoc adnotandum videtur, eas non facile post plura enuntiati verba inferri, itaque fere inter articulum ac substantivum et inter praepositionem nomenque poni, veluti in Platonis lib. IV. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 201. ed. Bekk. p. 439. A. ed. H. Steph, Τὸ δὲ δὴ δίψος, ἦν δ' ἐγώ, οὐ τούτων θήσεις τῶν τινὸς εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστίν; et eiusdem *Protag.* Part. I. vol. I. p. 154. ed. Bekk. p. 311. D. ed. H. Steph. Παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόραν ἀφικόμενοι, ἐγώ τε καὶ σύ, ἀργύριον ἐκείνῳ μισθὸν ἕτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν ὑπὲρ σοῦ, ἂν κτἑ.

Οὐδὲ δή. Porro quem ad modum δὲ δὴ diceretur, sic etiam dici οὐδὲ δὴ ac μηδὲ δή, recte iam adnotavit ipse Devarius, conferatur Plato lib. I. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 19. ed. Bekk. p. 335. D. ed. H. Steph., ubi haec habentur: Οὐδὲ ξηρότητος ὑγραίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Πάνυ γε. Οὐδὲ δὴ τοῦ ἀγαθοῦ βλάπτειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Φαίνεται.

Δὲ μήν. De coniunctis particulis δὲ μήν, quas negavit olim Krügerus sic posse coniungi ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. II. cap. 4. §. 6., infra dicendi locus erit in particula μήν.

Δ' οὖν. De δ' οὖν autem ipse Devarius separatim dixit p. 67 sq.

Δέ που. Particulae δέ που, quas saepe coniunctas legi videas, non ita iunctae videntur esse nisi per illam particularum ad unam sententiam pertinentium adtractionem, quam saepe dico. Etenim in omnibus locis, in quibus eae particulae habentur, suam quaeque vim facile tuetur. Δὲ enim opponit aliquam rem aut personam antecedentibus, πού autem, quod adiunctum est, illud quidem per sese adfirmat id, quod praedicatur quoquo modo pertinere ad eam, quae per oppositionem posita est, rem aut personam. Qua re nascitur aliqua adfirmatio per adiunctam πού particulam. Illud enim iam supra explicavimus, quod, quocumque modo factum, tamen factum esse dicatur, id revera factum significari. Sic dixit Aeschylus in *Persis* v. 740 sqq.

Φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις, ἐς δὲ παῖδ' ἐμὸν
Ζεὺς ἐπέσκηψεν τελευτὴν θεσφάτων· ἐγὼ δέ που
διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτήσειν θεούς.

cf. eiusdem fabulae v. 724.

Ὧδ' ἔχει· γνώμης δέ πού τις δαιμόνων ξυνήψατο.

Sic etiam dici interposita γὲ particula δέ γέ που supra vidimus p. 306 sq. Sed quod posuit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 928. A. δέ πού γε, usus Sophoclis loco de *Antigona* v. 213.

Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί ποί γ' ἔνεστί σου.,

id plus una de caussa ferri non potest, et in Sophoclis quidem loco alias mihi videor docuisse scribendum potius esse, quod in libris est: παντί πού τ' ἔνεστί σοι, in huncce modum:

Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντὶ ποῦ τ' ἔνεστί σοι.

De δέ τε particulis hic dicendi locus non est, quae si quando ab Atticis scriptoribus coniuncte ponuntur, revera tamen consociatam significationem non habent, quum δὲ respiciat antecedentia, τὲ autem pertineat ad sequens τὲ vel καὶ aut per anacoluthiam illatum sit. Δέ τε.

Facilis denique explicatio est particularum δέ τοι, quae ita differunt a δέ που particulis, quem ad modum γέ που et γέ τοι differre supra vidimus p. 307 sq. Nam quum πού nihil nisi aliquam adfirmationem rei in se contineat, contra τοὶ ita confirmat, ut etiam si aliud secus se habeat, hoc tamen, de quo adseveratur, nihilo minus dicatur esse. Exemplo res clarior erit, quod petamus ex *Antigona* Sophoclis v. 327 sqq., ubi haec habentur: Δέ τοι.

Ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.,

ubi gravior oppositionis significatio est, quam in iis locis, in quibus δέ που habetur. Conferatur Aristophanis *Vesparum* v. 1192 sq. ed. G. Dind.

Ἤδη γέρων ὢν καὶ πολιός, ἔχων δέ τοι
πλευρὰν βαρυτάτην καὶ χέρας λαγόνας τε καὶ
θώρακ' ἄριστον.

et quae adtulerunt Hartungius vol. II. p. 369 sq. L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 928., denique comparari etiam ea poterunt, quae supra de coniunctis particulis ἀλλά τοι explicavimus p. 68 sqq.

Quod supra dixi particulas δὲ et δὴ unius originis videri, id pertinet etiam ad formam δαί. Quae forma particulae tum ponitur, si in interrogatione cum maiore vi repetita legitur aut in ea omnino, in qua magis acuenda particulae vis esse videatur. Eo autem, quod praeter ipsam interrogationem urgemus etiam adiunctam particulam, prouti singuli Δαί.

παιδικά, νόμον ἔχων ἑκάτερος —, τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων, μοναχοῦ ἐνταῦθα συμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ. cl. Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 10. §. 5. *Ὡς δὲ ᾔσθοντο οἱ μὲν Ἕλληνες ὅτι βασιλεὺς σὺν τῷ στρατεύματι ἐν τοῖς σκευοφόροις εἴη, βασιλεὺς δ᾽ αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῷεν τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς καὶ εἰς τὸ πρόσθεν οἴχοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα δὴ βασιλεὺς μὲν ἀθροίζει τοὺς ἑαυτοῦ καὶ συντάττεται κτἑ.* Hic igitur respicit *δὴ* particula ad illum rerum statum, qui in protasi erat descriptus.

Δὴ post parenthesin. Huc pertinet porro ille usus particulae *δή*, si quando pluribus interpositis verbis ponitur, ut nos ad priorem rem, quasi ad rectam orationis viam, reducat, qua de re dixit Hartungius l. l. p. 261 sq. Sic dicitur in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 7. §. 17. *Ταύτην δὴ τὴν πάροδον Κῦρός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρῆλθε καὶ ἐγένοντο εἴσω τῆς τάφρου.*, quo respicitur ad ea, quae §. 14. narrata erant, id quod Krügerus rectissume observavit, cf. eiusdem scripti lib. V. cap. 9. §. 24., ubi in verbis his: *Οὕτω δὴ θυομένῳ αὐτῷ διαφανῶς ὁ θεὸς σημαίνει μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς μήτ᾽, εἰ αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι.*, quo in loco idem Krügerus intellexit revocari nos ea particula ad orationem §. 23. interruptam.

Idque non solum ibi factum est, ubi unus idemque perseveravit in narrando, verum ibi quoque, ubi alia persona interea erat locuta, veluti in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 431. ed. Bekk. p. 206. B. ed. H. Steph., ubi sic colloquium procedit: *Ἔστιν ἄρα ξυλλήβδην, ἔφη, ὁ ἔρως τοῦ τὸ ἀγαθὸν αὑτῷ εἶναι ἀεί. Ἀληθέστατα, ἔφην ἐγώ, λέγεις. Ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως ἐστίν, ἦ δ᾽ ἥ, τῶν τίνα τρόπον διωκόντων αὐτὸ καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ σύντασις ἔρως ἂν καλοῖτο;*

Sed pene legituma est ea particula, ubi, conclusa aliqua parenthesi, reditus paratur ad priorem orationis seriem, veluti in Demosthenis oratione *Philippica* I. §. 20. sq. ed. Bekk. p. 45. ed. Reisk. legitur: *Ἐγὼ φράσω, καθ᾽ ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωρίς· ξένους γὰρ λέγω — καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε**) *τοῦθ᾽ ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν· πάντ᾽ ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος, καὶ τὰ μέγιστ᾽ ἐν*

---

*) Sic haec legenda esse facile doceri potest. Nam quod Imm. Bekkerus e coniectura sua substituit *ποιήσετε*, id ne dicitur quidem eadem vi.

τοῖς ψηφίσμασιν αἱρούμενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε· ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες τούτοις προστίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται· λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δισχιλίους κτέ. Cf. praeter Hartungium l. l. p. 261sq. potissumum G. H. Schaeferus ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 190 sq.

Omninoque usurpatur δὴ particula, ubi aliquid ad ea, quae praecesserunt, ita adiicitur, ut hoc statim ac vix absoluta priore re fieri videatur, uti in illo Xenophontis loco de *Cyri Disciplina* lib. I. cap. 5. §. 5., quem pro exemplo posuerunt grammatici, ubi postquam scriptor dixit: *Εδοσαν δὲ αὐτῷ καὶ προσελέσθαι διακοσίους τῶν ὁμοτίμων· τῶν δ' αὖ διακοσίων ἑκάστῳ τέτταρας ἔδωκαν προσελέσθαι καὶ τούτους ἐκ τῶν ὁμοτίμων*, iam pergit: *γίγνονται δὴ οὗτοι χίλιοι.*, quibus in verbis δὴ particula propterea locum habet, quod simulac postrema electio facta erat, iam erant tot homines numero. Eodemque modo dicitur in eodem scripto lib. IV. cap. 3. §. 3. *Δακνόμενος δὴ ὁ Κῦρος ἐπὶ τούτοις, ταῦτα μὲν ὅμως κατεχώριζε κτέ.* In iis enim, quae antecesserunt, id fere iam continebatur, quod iam verbis iis, quae infert δὴ particula, significatur. Δὴ adnectendo inservit.

Atque etiam in reliquis locis omnibus, in quibus volgo dicunt particulam δὴ plane vim suam primam ac veram exuisse et ita accedere ad alteram particulam δῆτα, ut nihil prorsus commune habeat cum particula ἤδη, facile doceri potest veram particulae significationem non evanuisse. Nam quom δὴ particulae, ut supra vidimus, per se nulla temporis significatio adhaeresceret, sed tantum modo adfirmatio ea, ut de aliqua re, quasi rem iam revera cognitam haberemus, adseveraretur per illam particulam, non mirum debet videri factum esse, ut in omnibus iis locis, in quibus eius modi adfirmatio locum habere posset, etiam nulla temporis mentione iniecta, adhiberetur illa particula: quamquam ratio adfirmationis ipsa, quom ex facta re profecta esse videatur, quandam quasi temporis praeteriti notionem in se habet, quod item fit in nostratium particula *schon*, sed tamen alio quodam modo hoc intellegi debet. Differt enim adfirmatio illa temporalis, ut ita dicam, a temporis significatione aperta.

Haec igitur si tenemus, non mirum potest videri, si δὴ in omnibus iis locis, ubi temporalis illa adfirmatio ad singularem vocem adhaerescit, ut tamen ad omnem denique enuntiationem faciat, positum est a Graecis.

Horum autem locorum tanta multitudo tantaque varietas est, ut vix generatim, nedum singillatim, possint enumerari. Quam ob rem quom ne opus quidem esse videatur

singula quaeque persequi, quia δὴ particulae significatio, ut opinio mea fert, in omnibus his locis una eademque est, quo melius hanc cognoscamus, genera quaedam pertractare sententia est. Ordiar autem ab iis locis, in quibus vis ac potestas particulae maxume exstat.

Δὴ in numeris designandis.

Ac primum quidem temporalis illa adfirmatio adhaerescit numeris iisque verbis, quae numeri quandam significationem in se continent, cuius rei exempla haec posuit Hartungius l. l. Homeri *Iliados* lib. VIII. v. 297.

Ὀκτὼ δὴ προέηκα τανυγλώχινας ὀϊστούς.

et Euripidis de *Oreste* v. 39.

Ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ.

Neque enim interposita δὲ particula quidquam ad particulae δὴ vim ac potestatem facit, qua de re vide quae supra diximus p. 382 sq. Eodemque modo Pindarus coniunxit *Pyth.* hymn IX. v. 162. (105.) τρὶς δή. Sic etiam post πολὺς et πολλάκις et quae similes voces sunt saepe numero δὴ particula ponitur, veluti in Aristophanis *Pluto* v. 253. dicitur:

Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες.

aut in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 4. §. 16. ed. Zeun. Ἐγὼ πολλάκις δὴ σὺν πᾶσι τοῖς μετ' ἐμοῦ τεθήρακα ἀμφὶ τὰ ὅρια τῆς τε σῆς χώρας καὶ τῆς τῶν Ἀρμενίων κτέ., quo in loco quod Muretus ἤδη pro δὴ scribendum putavit, recte eum in viam reduxit Schneiderus, appellans Heindorf. ad Platonis *Phaedonem* p. 224. Vide G. Stallbaumium ad Platonis Theaetet. p. 151. C. ed. H. Steph. ad Phaedon. 58. p. 108. D. ed. H. Steph. Adde πάλαι δή, de quo vide P. Elmsleium ad Euripidis *Medeam* v. 1085. Et in his quidem locis facile intellegitur temporalis illa, quam dixi, adfirmatio. Talis enim caussa facile ad experientiam revocari poterit.

Δὴ post pronomina interrogativas.

Deinde δὴ etiam tum ponitur, quom ista ratio tam facile intellegi non potest, veluti si interrogativis pronominibus ac particulis accedit, qua de re multus est Hoogeveenus in *doctrina part. Gr. ling. a Schützio in epitomen redacta* p. 146 sqq. Hartungius l. l. vol. I. p. 267 sq. Lud. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 1044. C. D. Peropportunus ad docendum locus est, quem posuerunt grammatici ex Euripidis *Medea* v. 980. ed. Elmsl. Ibi postquam miratus erat paedagogus, quod tristis esset Medea audito nuntio suo, illa respondet:

Ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας· οὔ σε μέμφομαι.

tum paedagogus iam ita quaerit:

Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα καὶ δακρυῤῥοεῖς;

Cur iam, hoc est, si paullo copiosius eius mentem reddere volumus: *Cur, si res iam ita se habet, solo adfigis oculos et fundis lacrumas?* His in locis si iam reddere placet Latina particula *tamen*, nostra formula: *trotzdem*, non equidem impedio, dum modo hoc teneamus, nullam oppositionis significationem inesse in δή particula, quae inest in istis particulis. Quid enim? si in Sophoclis *Trachiniis* v. 402. ed. Herm. postquam nuntius dixit:

Οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;

respondet Lichas:

Σὺ δ' εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσας ἔχεις;

quis vertat hoc δή *tamen* vel *trotzdem*? Inest enim hoc loco nulla alia significatio in particula δή nisi haec usitata: *Tu vero quam ob rem* *i a m* *me hoc interrogas?* Cf. Platonis *Gorg.* Part. II. vol. I. p. 48. ed. Bekk. p. 469. A. ed. H. Steph. ΣΩ. *Εὐφήμει, ὦ Πῶλε.* ΠΩΛ. *Τί δή;* quod Latine dicas: *Quid ita?* Illud δή enim iubet rationem praesentis rei status habere. Adde Platonis *Phaedr.* Part. I. vol. I. p. 78. ed. Bekk. p. 265. D. ed. H. Steph., ubi bis illa particula ad interrogationem adiuncta legitur: ΣΩ. *Τόδε τοίνυν αὐτόθεν λάβωμεν, ὡς ἀπὸ τοῦ ψέγειν πρὸς τὸ ἐπαινεῖν ἔσχεν ὁ λόγος μεταβῆναι.* ΦΑΙ. *Πῶς δὴ οὖν αὐτὸ λέγεις;* ΣΩ. *Ἐμοὶ μὲν φαίνεται τὰ μὲν ἄλλα τῷ ὄντι παιδιᾷ πεπαῖσθαι· τούτων δέ τινων ἐκ τύχης ῥηθέντων δυοῖν εἰδοῖν, εἰ αὐτοῖν τὴν δύναμιν τέχνῃ λαβεῖν δύναιτό τις, οὐκ ἄχαρι.* ΦΑΙ. *Τίνων δή;* Et Sophoclis *Philoct.* v. 1219. ed. Herm.

Πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε;

In Platonis autem libro *de re publ.* IV. Part. III. vol. I. p. 168 sq. ed. Bekk. p. 421. D. ed. H. Steph. eodem modo dicitur: *Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα;* et sic etiam in aliis formis interrogationis, veluti quod in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 38. legitur: *Εἰπέ μοι, ὦ Τιγράνη, ποῦ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνήρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν, καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν.* Quibus in locis eo augeri videtur vis interrogationis, quod non de universa re quaerimus, sed de ea re, de qua iam ipso facto ex parte constet. Id ne aliorsum accipiatur atque ego accipi volo, iam mentem meam in aliquo exemplo accuratius explicabo. Ponam locum

Aeschyli de *Choephoris* v. 900. ed. Dind., ubi postquam dixit Orestes:

Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;

respondet Pylades:

Ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
τὰ πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκήματα;

Is igitur non omnino, ubi sint reliqua Apollinis vaticinia, quaerit, sed tantum modo, *ubi iam sint*, id est, ubi quae adfuerint olim, nunc sint, quippe quae iam non appareant. Eodem modo res se habet etiam ibi, ubi nihil praecessit, veluti quod Plato in initio *Phaedri* scripsit: *Ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν;* quo in loco apposita *δὴ* particula declarat Socratis interrogationem ad id spectare quod iam eveniat. Itaque *δὴ* etiam si singulari voci quodam modo adhaeret, pertinet tamen ad omnem enuntiationis vim ac sententiam. Eo autem, quod voculae *τίς δὴ* aptius inter se coniunctae sunt, factum est, ut etiam *τίς δή γε* poneretur, ubi dici etiam potuit *τίς γε δή*, veluti in Euripidis *Hercule furente* v. 1237. ed. Herm.

Οἴμοι· τί δῆ γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς;

quod mutandum non est, vide quae supra dixi p. 337sq.

Δὴ post pronomina. Idem existumandum est etiam de iis locis, in quibus *δὴ* ad reliqua pronomina cum personalia tum demonstrativa et relativa et indefinita adiunctum legitur. Quibus in locis etsi illa particula ita posita est, ut eius vis ac potestas videatur ad unum, cui comitatur, pronomen pertinere, tamen si veram vim eius particulae spectamus, videbimus pertinere ipsam quoque ad totam enuntiationem, ita tamen, ut ea vis propterea tantum modo ad reliquam enuntiationem facere videatur, quod res spectet ad istud pronomen. Eius rei exemplum posuerunt Herodoti e lib. III. cap. 155. *Οὐκ ἔστι οὗτος ἀνὴρ ὅτι μὴ σύ, τῷ ἔστι δύναμις τοσαύτη ἐμὲ δὴ ὧδε διαθεῖναι κτέ.*, quo in loco quod cod. Sancrofti omittit *δή*, id factum propterea est, quod doctus librarius non intellexit vim particulae post *ἐμέ*, quae aliquam vim adsumit pronomini *ἐμέ*, quasi quidam ascensus esset, si res iam ad eum, qui loquitur, perveniret. Cf. Sophoclis *Aiacem* v. 864 sq. ed. Herm.

Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δὴ τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν
κέλευθον ἀνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.

cum Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1666. ed. Herm.

Ἔστιν, ἔστι νῷν δὴ
οὐ τὸ μὲν, ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον
ἄλαστον αἷμα δύσμορον στενάζειν.

Ea vi, quam addit haec particula pronomini, saepe etiam contemptus significatur, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 437 ed. Herm.

Σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα.

vel in eiusdem *Aiace* v. 1205. ed. Herm.

Σὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ᾽ ἀγγέλλουσί μοι
τλῆναι καθ᾽ ἡμῶν ὧδ᾽ ἀνοιμωκτὶ χανεῖν.

Eadem caussa est, si quando δὴ ad pronomina demonstrativa adiicitur, ut tamen propriam vim retineat, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* quod dicitur lib. II. cap. 5. §. 34. Ἐκ τούτου δὴ οἱ Ἕλληνες ἔθεον ἐπὶ τὰ ὅπλα πάντες ἐκπεπληγμένοι καὶ νομίζοντες αὐτίκα ἥξειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον., quibus in verbis δὴ quidem eandem habet vim quam particula ἤδη, quae ipsa quoque hoc loco poni posset, sed ita tamen δὴ dicitur, ut sese magis applicet ad pronomen τούτου, quam plenior forma ἤδη, quae quom tota constet per sese, magis facit ad omnem enuntiationem.

Est enim proprie ἐκ τούτου δὴ *exinde iam*. Cf. ibidem §. 27. Ἐκ τούτων δὴ τῶν λόγων ὁ Τισσαφέρνης φιλοφρονούμενος τότε μὲν μένειν τε αὐτὸν ἐκέλευσε καὶ σύνδειπνον ἐποιήσατο κτἑ., ubi itidem prima particulae significatio obscura non est. Etenim etiam in his locis δὴ non alienum esse ab altera forma ἤδη comprobant ii loci, ubi quom vi maiore accedat particula, plenior forma ἤδη posita est, veluti in Aristotelis *Politicis* lib. I. cap. 4. §. 1. Εἶτα περὶ γεωργίας (δεῖ ἔμπειρον εἶναι τὴν χρηματιστικὴν) καὶ ταύτης ἤδη ψιλῆς τε καὶ πεφυτευμένης καὶ μελιττουργίας κτἑ., ubi recte Car. Göttlingius ἤδη tutatus est, cl. §. 2. αὕτη δὲ πολλὰ ἤδη περιείληφε μέρη., quo in loco etsi ipso quoque dici potuit πολλὰ δή, maior tamen vis est in ἤδη particula, quae non tam ad singularem vocem quam ad totam enuntiationem facit. Sed his locis tamen id efficitur, ut intellegamus quam vim proprie habeat δὴ particula, quae semper cognationem, quae ei est cum particula ἤδη, prodit. Eadem similitudine orationis utuntur nostrates in vita communi, si verbi caussa dicunt: *Das kann dér schon thun*, de eo, cui divitiae satis amplae ad aliquam rem gerendam esse videntur, quibus in verbis itidem *schon* ita se applicat ad pronomen, quod antecedit, ut etiam

in nostro sermone minumum sonum ac pene nullum habeat. Et de pronominibus quidem demonstrativis conferantur praeterea hi loci, Sophoclis de *Trachiniis* v. 1081. ed. Herm.

> Ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ', οἵ ποτε
> Νεμέας ἔνοικον κτέ.

Aeschyli *Promethei* v. 255.

> Τοιοῖσδε δή σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάμασιν
> αἰκίζεταί τε κοὐδαμῇ χαλᾷ κακῶν.

Thucydidis lib. I. cap. 74. *Καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον.*, ubi *διὰ τοῦτο δὴ* sic dicitur, ut appareat *propter eam iam rem*, quom fortasse propter alias res minus hoc antea factum esset, honoratum esse virum peregrinum. Et hac quidem in parte Hartungius l. l. vol. I. p. 272. illud e Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 28. *Ἐγὼ γὰρ χρήματα μὲν προσγενέσθαι ἔτι ἂν βουλοίμην ἡμῖν, ὅπως ἔχω καὶ μισθὸν ἀφθόνως διδόναι, οἷς ἂν δέῃ, καὶ τιμᾶν καὶ δωρεῖσθαι τῶν στρατευομένων τοὺς ἀξίους· τούτων δὴ ἕνεκα βούλομαι ὡς ἀφθονώτατα χρήματα ἔχειν.*, non male interpretatus ita est: *lediglich aus diesem Grunde.*, dum modo memineris istud *δὴ* quendam quasi gradum atque ascensum in se continere, tamquam si Latine dicas: *His adeo de caussis.*, ut hic quoque cognatio *δὴ* et *ἤδη* particularum agnosci facile queat, quae maxume etiam in iis locis exstat, ubi pronomen demonstrativum respondet antegresso pronomini relativo, veluti in Aeschyli *Prometheo* v. 226 sq.

> Ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἥντινα
> αἰκίζεταί με, τοῦτο δὴ σαφηνιῶ.,

quo in loco si quis dicat *δὴ* facilius posse cum omni enuntiatione conciliari, quam in reliquis locis, id ego non impedio, modo mihi hoc concedatur, coniunctum aptius esse *δὴ* cum pronomine, et sic demum facere ad reliquam enuntiationem, quod forma et collocatio particulae ipsa requirit.

Quem ad modum *δὴ* accedit ad omnes formas pronominis, in quorum numero locorum etiam tales loci reponendi sunt, qualis Sophoclis est in *Trachiniis* v. 1211. ed. Herm.

> Ἔγνως· τοσοῦτον δή σ' ἐπισκήπτω, τέκνον.,

Δὴ post particulas demonstrativas.

et Thucydidis lib. IV. cap. 58. *Καὶ Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος Συρακόσιος, ὅσπερ καὶ ἔπεισε μάλιστα αὐτοὺς ἐς τὸ κοινόν, τοιούτους δὴ λόγους εἶπεν.*, sic etiam apponitur ceteris particulis demonstrativis, veluti in Xenophontis

Disciplina *Cyri* lib. V. cap. 3. §. 4. dicitur: *Οὕτω δὴ λαβόντες ἐκεῖνοι, ὅσα ἔδει, τἆλλα ἔδοσαν τῷ Γωβρύᾳ.*, ubi eo quo in pronominibus vidimus modo vis demonstrativi *οὕτω* augetur, et in Thucydidis lib. II. cap. 6. *Οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέστελλον.* Huc pertinet etiam Platonis *Phaedri* Part. I. vol. I. p. 67. ed. Bekk. p. 260. A. ed. H. Steph. *Ὧδε δὴ σκοπῶμεν αὐτό.* Eodem modo saepenumero *ἔνθα δή, ἐντεῦθεν δή, ἐνταῦθα δή* et quae sunt similia dicuntur, cum de loco tum de tempore, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 7. §. 15. dicitur: *Ἔνθα δὴ εἰσὶν αἱ διώρυχες, ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ ῥέουσαι κτἑ.* et ibidem cap. 8. §. 2. *Ἔνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγένετο κτἑ.* et rursus §. 4. *Ἔνθα δὴ σὺν πολλῇ σπουδῇ καθίσταντο κτἑ.* Id dici etiam potuit *ἔνθα ἤδη*, si maiore vi eadem res pronuntiaretur, ut particula sese non applicaret ad praecedentem vocem, quod fit, si *ἔνθα δὴ* dicitur eo, quem supra explicavimus, modo. Tenet autem *ἔνθα δὴ* medium quendam locum inter *ἔνθα ἤδη* et quod dicitur coniuncte *ἐνθάδε.* In hac enim vocula *δέ*, si enclitice accessit ad *ἔνθα*, quamquam supra vidimus p. 390. eam videri ortam esse ex *δὴ* particula, nihil tamen ex illa particula restitisse videtur nisi demonstrativa quaedam vis, cum *ἔνθα δὴ* plus propriae significationis e particula *ἤδη* retinuerit. Eodem modo dicitur in eodem scripto lib. I. cap. 7. §. 10. *Ἐνταῦθα δὴ ἐν τῇ ἐξοπλισίᾳ ἀριθμὸς ἐγένετο τῶν μὲν Ἑλλήνων ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία κτἑ.* cl. cap. 10. §. 1. *Ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά.* Similiter *ἐνταῦθα δὴ* saepe dicitur in apodosi post *ἐπεί*, veluti in eadem *Expeditione Cyri.* lib. IV. cap. 7. §. 3. *Ἐπειδὴ δὲ Ξενοφῶν ἦλθε σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι καὶ πελτασταῖς καὶ ὁπλίταις, ἐνταῦθα δὴ λέγει Χειρίσοφος κτἑ.* et rursus §. 25. *Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πάντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, ἐνταῦθα δὴ περιέβαλλον ἀλλήλους κτἑ.* Denique de hoc genere conferatur ibidem lib. V. cap. 5. §. 3. *Ἐντεῦθεν δὴ ξένια ἐδέξαντο κτἑ.*

Δὴ post pronomina relativa.

Saepissume etiam pronominibus relativis, ut significavi supra, adiungitur *δὴ* particula eisque particulis, quae unum cum illis originem ac rationem habent. Quibus in locis quamquam vera ac propria particulae significatio magis obscurata esse consuetudine loquendi videtur, tamen, si recte consideramus eam rem, naturalis vis particulae etiam hic perspici facile potest. Utar loco quodam Aeschyli e *Prometheo*, ubi v. 920 sqq. ed. Dind. haec dicuntur:

Τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται
ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, δυσμαχώτατον τέρας·
ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα
βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον κτἑ.,

quo in loco quod dicitur ὃς δὴ — εὑρήσει, proprie hanc habet explicationem: *qui iam — inveniet*, quod dici etiam potuit: ὃς ἤδη — εὑρήσει, quamquam sic, ut vidimus, particulae vis minus spectaret ad pronomen ipsum. Quem ad modum autem ἤδη in hoc loco hanc vim haberet, ut adfirmaret hoc iam futurum esse, quom antea fortasse minus fieret, sic etiam particula δή, quae, ut saepe dico, magis applicata ad vocem praecedentem est, eandem temporalem adfirmationem habet atque ita impertit pronomini, ut hoc dicatur: *qui profecto, qui sane potentiorem fulmine flammam inveniet*. Nec aliter res se habet in tempore praeterito, veluti si Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 2. haec dicit: *καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει καὶ κόμαις προσθέτοις, ἃ δὴ νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις, — ὁρῶν δὴ τὸν κόσμον πάππου, ἐμβλέπων αὐτῷ, ἔλεγεν.*, quod Latine dicas: *quae sane in more erant Medis*, quamquam fortior est Latina particula. Etenim δὴ illud multo leniorem monstrationem certae rei habet, uti in illo versu Sophoclis de *Aiace* 1024. ed. Herm.

Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.,

quod fere idem sonat, sed alio quodam modo, quasi Latine dicas: *Menelaus, is, cui hanc navigationem suscepimus*. Monstrat enim addita particula δὴ quasi rem, de qua plane iam constet, ac leniter admonet de caussa manifesta auditorem. Idemque existumandum est de reliquis formis pronominis relativi. Dicitur enim et ὅσπερ δὴ et ὅστις δὴ et ὅσος δὴ et οἷος δὴ et quae sunt similia, vide Thucydidis lib. V. cap. 10. *Τὸ δεξιὸν κάρα, ὅπερ δὴ καὶ προκεχωρήκει.* et eiusdem lib. VII. cap. 62. *ᾧπερ δὴ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα.* et Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. II. cap. 1. §. 21. *Καὶ Πρόδικος δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται κτἑ.* Sic dicebatur etiam ὅστις δή, unde usus ille indefinitus harum particularum natus est, de quo dixit C. G. Krügerus ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. IV. cap 7. §. 26., ubi haec habentur: *Καὶ ἐξαπίνης ὅτου δὴ παρεγγυήσαντος οἱ στρατιῶται φέρουσι λίθους καὶ ποιοῦσι κολωνὸν μέγαν.* cl. lib. V. cap. 2. §. 24. *Ἐξαπίνης γὰρ ἀνέλαμψεν οἰκίᾳ τῶν ἐν δεξιᾷ ὅτου δὴ ἐνάψαντος.* et Pau-

saniae *descriptio Graeciae* lib. III. cap. 8. §. 1. *Τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δή.*

De *ὅσος δή* conferatur Thucydides lib. VIII. cap. 18. *Τήν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἦρξαν.* Eodemque pertinet, si quando in exclamatione haec vox ponitur, quae hinc orta est, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 1.

Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Nec alienum ab hoc usu est illud *ὅσος δή*, quod pro indefinito dicitur, de quo vide Herodoti lib. I. cap. 160. *ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή.* Etiam *ὁπόσος δὴ* dictum est: inde ductum illud indefinitum *ὁπόσος δή*, de quo conferatur Platonis *Gorgias* Part. II. vol. I. p. 112. ed. Bekk. p. 512. E. ed. H. Steph. *Μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὁπόσον δὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον κτέ.* De *οἷος δὴ* videatur Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 24. *Ἦν δὲ ταῦτα τὰ νικητήρια, οἷα δὴ εἰς πλῆθος πρέπει.* Quae voces quom aptius inter se coniungerentur, factum est etiam, ut *οἷός δή γε* diceretur, veluti in Euripidis *Heraclidis* v. 632.

Πάρεσμεν οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.,

de qua re vide quae supra p. 337. explicavimus. Huc pertinet etiam, quod Hartungius l. l. p. 277. posuit ex Aristophanis *Acharnensibus* v. 753., ubi Dicaeopolis quaerit:

Τί δ' ἄλλο πράττεθ' οἱ Μεγαρῆς νῦν;

respondet Megareus:

Οἷα δή.,

quasi dicas: *Talia, qualia iam agimus.* Quo in loco recte laudavit Hartungius Bothium, quod Terenti *Andriam* contulisset de ipsa sententia, ubi act. IV. scaen. V. v. 10. dicitur:

Ut quimus, aiunt, quando ut volumus non licet.

Facit huc etiam *ὁποῖος δή*, unde illud ductum est, quod dicitur pro indefinito *ὁποῖος δή*, veluti in Xenophontis *Historia Graeca* lib. V. cap. 4. §. §. 58. *Ἀναβαίνοντος αὐτοῦ ἐκ τοῦ Ἀφροδισίου εἰς τὸ ἀρχεῖον ῥήγνυται ὁποία-δὴ φλέψ.*

Δή post particulas relativas.

Nec alia caussa est particulae *δή*, si quando post particulas relativas ponitur, veluti si *ὡς δή*, *ὥσπερ δή*, *οἷα δή*, *οὗ δή*, *ὅθεν δή*, *ἔνθα δή*, *ὅτε δή*, *ὁπότε δή*, *ὅταν δή*, *ἐπεὶ δή* vel *ἐπειδή*, *εἰ δή* et quae sunt similia dicuntur. Legitur

sic in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 4. §. 4. Ὁ δὲ Ἀσσύριος — φεύγειν κελεύει ἅρματα ἐξαναστάντα δύο ἢ τρία καὶ ἵππους ὀλίγους, ὡς δὴ φοβηθέντας καὶ ὀλίγους ὄντας, et in Sophoclis *Trachiniis* v. 885. ed. Herm.

Ἐπεῖδον ὡς δὴ πλησία παραστάτις.

Hoc saepe in irrisione ponitur, uti Latinum *quasi vero*. Cf. Euripidis *Andromacham* v. 235.

Τί σεμνομυθεῖς κεἰς ἀγῶν᾽ ἔρχει λόγων,
ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ᾽ οὐχὶ σώφρονα;

Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 813. ed. Herm.

Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ᾽ ἐν καιρῷ λέγεις.,

de quo loco vide quae adnotavit G. Hermannus. Atque sic etiam in exclamatione ὡς δὴ dictum est, veluti in Aristophanis *Lysistrata* v. 83.

Ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τῶν τιτθίων ἔχεις.

De ὥσπερ δὴ conferatur Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. III. cap. 1. §. 29. Ἐπεὶ δ᾽ αὖ οἱ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοί, ὥσπερ δὴ σὺ κελεύεις, εἰς λόγους αὐτοῖς ἄνευ ὅπλων ἦλθον κτἑ. et lib. VIII. cap. 4. §. 17. Οἱ δὲ Θρᾷκες φεύγουσιν, ὥσπερ δὴ τρόπος αὐτοῖς ὄπισθεν περιβαλόμενοι τὰς πέλτας. Id quom aptius coniungeretur pronuntiatione, dictum est etiam ὥσπερ δή γε, qua de re vide quae diximus supra p. 338. De οἷα δὴ vide Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. I. cap. 3. §. 2. Εὐθὺς οἷα δὴ παῖς φιλόστοργος φύσει ἠσπάζετό τε αὐτὸν κτἑ. et ibidem lib. IV. cap. 2. §. 32. Οἱ μὲν δὴ Μῆδοι καὶ Ὑρκάνιοι, οἷα δὴ εἰκός, κρατοῦντες ταῦτα ἐποίουν διώκοντες. De οὗ δὴ vide Sophoclis *Oedipum regem* v. 1263.

Οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ᾽ ἐπείδομεν.

Hoc etiam ὅθεν δὴ dicitur, veluti in Aeschyli *Supplicibus* v. 16 sq.

Κέλσαι δ᾽ Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
γένος ἡμέτερον κτἑ.

Saepe etiam ὅτε δὴ a Graecis dictum est, veluti Aristophanes dixit in *Acharnensibus* v. 9 sq.

Ἀλλ᾽ ὠδυνήθην ἕτερον αὖ τραγῳδικόν,
ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον.

et rursus v. 15 sq.

Τῆτες δ᾽ ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδών,
ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον.

quibus in locis propterea dicitur *ὅτε δή*, non simpliciter *ὅτε*, quod non tam significare, quam accuratius describere tempus illud volt, quasi nostra lingua dicas: *als ich da gähnte u. s. w.* Cf. Thucydidis lib. II. cap. 102. *Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν κτέ.* et eiusdem Thucydidis lib. III. cap. 54. *Καὶ ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἰδίᾳ, ὅτεπερ δὴ μέγιστος φόβος περιέστη τὴν Σπάρτην μετὰ τὸν σεισμὸν τῶν ἐς Ἰθώμην Εἱλώτων ἀποστάντων, τὸ τρίτον μέρος ἡμῶν αὐτῶν ἐξεπέμψαμεν ἐς ἐπικουρίαν κτέ.* Quibus in locis quom particulae *ὅτε δή* quasi unam vocem efficerent, factum est etiam illud, ut *ὅτε δή γε* aliquando diceretur, vide quae supra dixi p. 338. Nec aliter *ὅταν δὴ* dicitur, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 91.

Οὐκοῦν, ὅταν δὴ πρὸς σθένω, πεπαύσομαι.

et *ἡνίκ᾽ ἂν* in eiusdem Sophoclis *Oedipo rege* v. 1492.

Ἀλλ᾽ ἡνίκ᾽ ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ᾽ ἀκμάς.

et quod in hoc genere frequentissumum est *ἐπειδή*, quod ex *ἐπεὶ δὴ* non aliter ac Latinum *quoniam* ex *quom iam* natum est, de quo vide quae Devarius vol. I. p. 81 sq. explicavit. Etiam *εἰ δὴ* saepe positum est a Graecis, quod Latine verti potest *si iam*, et ita differt ab *εἰ* — *ἤδη*, quem ad modum in Latinis *si iam* et *si* — *iam* fere ipsa vi pronuntiationis distinguuntur. Etenim si in Euripidis *Electra* v. 915 sq. dicitur:

ἄγ᾽ εἰπεῖν ἤθελον κατ᾽ ὄμμα σόν,
εἰ δὴ γενοίμην δειμάτων ἐλευθέρα.

aut in Sophoclis *Trachiniis* v. 27.

τέλος δ᾽ ἔθηκε Ζεὺς καλῶς, εἰ δὴ καλῶς,

vel in Aeschinis oratione *contra Ctesiphontem* §. 11. ed. Bekk. p. 55. med. ed. H. Steph. *Τούτων γάρ τινες τῶν τοὺς ὑπευθύνους στεφανούντων παρὰ τοὺς νόμους οἱ μὲν φύσει μέτριοί εἰσιν, εἰ δή τις ἔστι μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων κτέ.*, id Latine reddi optume poterit per *si iam* particulas, veluti Cicero locutus est in *Disput. Tuscul.* lib. IV. cap. 35. §. 75. *ut si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico et corruptelas et adulteria —, sed ut haec omittas, perturbatio ipsa mentis in amore foeda per se est.* et Caesar *bell. Gall.* lib. I. cap. 17. *Si iam principatum Galliae obtinere non possint, Gallorum quam Romanorum im-*

peria ferre satius esse., quod distat aliquantum ab eo, quod dicitur in Ciceronis *accusat. Verris* lib. II. cap. 32. §. 78. *Etenim si illud est iam flagitiosum — ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem et religionem, quanto illud flagitiosius, improbius, indignius etc.* Etenim priore loco adfirmatio illa, quae continetur in *iam* particula accedit ad condicionem, hoc autem loco ad singularem enuntiationis notionem. Ad particulas relativas referendum est etiam πρίν, quod eodem modo componitur cum δή particula, veluti apud Thucydidem lib. I. cap. 118. dicitur: Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι οὔτε ἐκώλυον, εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἡσύχαζόν τε τὸ πλέον τοῦ χρόνου — πρὶν δὴ ἡ δύναμις τῶν Ἀθηναίων σαφῶς ἤρετο καὶ τῆς συμμαχίας αὐτῶν ἥπτοντο. et lib. VII. cap. 39. Αὖθις ἐπὶ πολὺ διῆγον τῆς ἡμέρας πειρώμενοι ἀλλήλων, πρὶν δὴ Ἀρίστων ὁ Πυῤῥίχου Κορίνθιος — πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας κτέ. cl. lib. III. cap. 29. cap. 104. extr. Eadem ratio est etiam particulae μέχρι, unde dictum est etiam μέχρι δή γε seriore quidem tempore, vide supra p. 338. Et si primam verborum originem spectamus, vix poterit negari etiam καὶ δή particulas huc referendas esse, de quibus quoniam iam Devarius separatim dixit in formula καὶ γάρ, a me quoque ad eum locum dicetur singillatim.

Denique δή etiam additur particulis finalibus eodem fere modo, quo ceteris particulis relativis, cuius rei exempla posuit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 1042. D. ed. Paris. haec e Thucydidis lib. V. cap. 85. Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ — ἡμῶν ἀπατηθῶσιν, ὑμεῖς οἱ καθήμενοι ἔτι ἀσφαλέστερον ποιήσατε. et e libro VII. cap. 18. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς, καὶ τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐναγόντων, ἐπειδὴ ἐπυνθάνοντο τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν ἐς τὴν Σικελίαν, ὅπως δὴ ἐσβολῆς γενομένης διακωλυθῇ. De ἵνα δή conferatur Platonis *de re publica* lib. IV. Part. III. vol. I. p. 167. ed. Bekk. p. 420. E. ed. H. Steph. Ἐπιστάμεθα γὰρ — καὶ τοὺς ἄλλους πάντας τοιούτῳ τρόπῳ μακαρίους ποιεῖν, ἵνα δὴ ὅλη ἡ πόλις εὐδαιμονῇ. et ante lib. II. p. 88. ed. Bekk. p. 374. B. ed. H. Steph. Ἀλλ' ἄρα τὸν μὲν σκυτοτόμον διεκωλύομεν μήτε γεωργὸν ἐπιχειρεῖν εἶναι ἅμα μήτε ὑφάντην μήτε οἰκονόμον, ἵνα δὴ ἡμῖν τὸ τῆς σκυτικῆς ἔργον καλῶς γίγνοιτο κτέ. Ac sic etiam reli-

quae eius modi particulae saepe adiunctam habent δή particulam, veluti ὡς δή dicitur et μή δή, vide Euripidis *Iphigeniam Tauricam* v. 995.

Ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν,

et quae adtulit Hartungius vol. I. p. 288 sq.

His igitur ac similibus modis adiungitur particula δή cum ad haec quae posità sunt et ad verba his similia, tum ad omnes eas voces, quae eam vim in enuntiatione obtinent, ut temporali illa particula commode ecferri possint, de quibus explicare et longum et supervacaneum est, praesertim quom quaedam tum de re ea explicanda esse videantur, ubi de collocatione huius particulae dicetur. Ac ne quis hoc dicat, me potuisse etiam supersedere his ipsis, quae usque adhuc de compositione particulae cum certis quibusdam voculis exposui, si quidem vis particulae ipsa non mutetur, hoc commemorandum videtur, haec verba, etiam si sua cuique vis ac potestas maneat, tamen certam quandam significationem ex ipsa illa consociatione consuetudine loquendi nacta esse, ut, nisi monitus de ea re fueris, eam non continuo agnoscas. Huc accedit, quod ista duarum inter se vocum aptior coniunctio etiam ad omnem verborum collocationem non minumum valet, qua de re partim iam, ubi res ferebat, admonui, alia restant dicenda.

Quom enim ea vis esset particulae δή, ut sese magis submitteret voci praecedenti et reliquam orationem iam non videretur spectare, nisi per eam ipsam vocem, cui subiuncta esset, quamvis licet ipsa enclitica non esset, tamen factum est pene necessario, ut ea quidem condicione poni non posset nisi statim post eam vocem, cuius vim ipsa ecferret. Id adeo pronuntiatione a Graecis videtur significatum esse, ut aliquando etiam pro enclitica particula haberetur illa vox, qua de re vide quae diximus supra p. 392., interdum etiam unam vocem cum praecedente particula efficeret, id quod volgo fit in ἐπειδή et olim a quibusdam in particulis μενδή factum est. Hoc tamen non ita potuit obtineri, ut numquam ab hac norma recederetur: nam quoties enclitica quaedam vox aut omnino ea, quae aptius cum praecedenti voce coalescere quasi et conglutinari videretur, in eadem sententia locum habuit et sese ad illam vocem applicavit magis, factum est ut tertio demum loco accederet δή particula, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 1051 sq. ed. Herm. dicitur:

Δή particulae collocatio.

Γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.,

quibus in verbis etsi μόνη δὴ necessario aptius inter se cohaerent, tamen μέ pronomen, quod adhaeresceret voci, quae gravissuma esset in enuntiatione, interpositum est, ut tamen cursum particulae δή, qui erat ad μόνη, impedire propter imbecillitatem suam non posset. In eius modi enim locis saepe numero hoc factum est: non enim ut quaeque harum vocularum gravissuma erat, ita proxume accessit ad verbum illud, quod efferendum erat, sed potius levissuma quaeque illi verbo statim adiuncta est, sive erat vere enclitica sive non erat. Sic igitur factum est, ut diceretur οὐκ ἂν δή, ὅτ' ἂν δὴ seu potius ὅταν δή, non οὐ δὴ ἄν, non ὅτε δὴ ἄν, ἡνίκ' ἂν δή, non ἡνίκα δὴ ἄν, ὥσπερ δή, καθάπερ δή, non ὅτε δήπερ, καθα δήπερ, nisi sicubi loquendi consuetudine aptius inter se conglutinatae erant priores voces, uti in ἐπειδάν, ἐπειδήπερ et quae sunt similia. Sic porro dictum est γὰρ δή, raro δὴ γάρ, γὲ δή, raro δή γε, δὲ δή, raro δὴ δέ, μὲν δή, non δὴ μέν, τὲ δή, non δή τε, qua de re tum demum recte iudicari poterit, cum viderimus quo modo et quibuscum particulis δὴ particula componi solita sit.

Ἀλλὰ δή, Ἀλλὰ—δή, Ἀλλὰ–γὰρ δή. Ac primum quidem dictum est ἀλλὰ δὴ vel interpositis aliis verbis ἀλλὰ — δή, qua de re quom supra p. 26 sqq. explicaverimus, hic dicendi locus non est, non magis, quam de particulis ἀλλὰ — γὰρ δή, de quibus supra diximus p. 261 sq.

Ἂν δή. Ἂν δὴ autem particulae si quando coniunctae leguntur, id nihil facit ad ipsam sententiam, et commemorandum est tantum propterea, quod, ut dixi, haec particularum collocatio legituma est, quia ἂν aptius cum praecedenti voce coniungendum est quam δή, veluti in illo loco Homeri ex *Iliados* libro III. v. 52.

Οὐκ ἂν δὴ μείνειας ἀρηΐφιλον Μενέλαον.

aut si dicitur apud Sophoclem in *Oedipo rege* v. 1479. ed. Herm.

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς,
τίς οὗτος ἔσται;

Γὰρ δή, Δὴ γάρ. De particulis γὰρ δὴ conferantur ea, quae supra p. 259 sqq. in γὰρ particula explicata sunt, eaque verborum collocatio, ut modo dixi, quia γὰρ aptius cum antecedentibus coniungendum est quam δή, legituma est. Nam quod in epicorum sermone interdum habetur δὴ γάρ, alio quodam modo dicitur, ut sit fere idem, quod ἤδη γάρ, de quo vide Hartungiumvol. I. p. 256. p. 287.

Etiam de particulis γὲ δὴ iam supra p. 338 sqq. explicatum est. Vidimus enim, quod γὲ fere aptius cum antecedenti voce cohaereret, recte atque ordine plerumque dictum esse γὲ δή, quamquam δὴ ipsum quoque non ad γὲ pertinet, sed ad praecedentem vocem una cum altera particula referendum est. Nec tamen poteramus diffiteri, ubi δὴ particula arctius adhaeresceret voci praecedenti, ut ea verba fere unam notionem efficerent, ibi etiam factum esse, ut δή γε diceretur, neque id solum in particulis ἐπειδή γε, ubi ipsa scriptione quorsum hoc pertineat indicatur, veluti in Thucydidis lib. VI. cap. 18. dicitur: Οἷς χρεών, ἐπειδή γε καὶ ξυνωμόσαμεν, ἐπαμύνειν καὶ μὴ ἀντιτιθέναι ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν., quod Latine dicas: *quoniam quidem*, quod differt ab ἐπεί γε δή, quod est Latine reddendum potius: *quom quidem iam*, non igitur in solis particulis ἐπειδή γε, de quibus plura habet Aug. Guil. Winckelmannus adnotata ad Platonis *Euthydemum* p. 106., hoc factum est, verum etiam in omnibus iis locis, ubi δὴ aptius esset coniunctum cum praecedenti voce, ut fere una notio esse videretur, veluti in iis locis, quos supra p. 337. posui ex Euripidis *Heraclidis* v. 632. Γὲ δή, Δή γε.

Πάρεσμεν οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.

et ex eiusdem *Supplicibus* v. 163.

Ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.,

de quibus locis conferantur etiam ea, quae explicavimus p. 405. Nec ab hoc usu aliena esse, ὅτε δή γε, quoniam ὁτεδὴ quasi una voce diceretur, μέχρι δή γε, quasi esset μεχριδή γε, ὥσπερ δή γε, tamquam diceres: ὡσπερδή γε, supra p. 338. docuisse mihi videor, conferantur porro, quae diximus p. 406. p. 407. p. 408. Nec abhorret ab hac ratione, quod legitur in Euripidis *Hercule furente* v. 1237. ed. Herm.

Οἴ μοι· τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς;

de quo versu vide quae dixi supra p. 400. Nam τί δή; quasi τιδή; dicitur, quem ad modum in Latina lingua talia ne scriptione quidem distinguuntur, ut *quidnam?* dicitur. Sic igitur Euripides quoque hoc loco pro eo, quod per se dici poterat: γὲ δή, maluit dicere δή γε. Et de his quidem hactenus.

Coniunctas particulas δὲ δὴ et quae cum eisdem apte cohaerent οὐδὲ δὴ et μηδὲ δὴ adtigit Devarius ipse duobus locis p. 60. et p. 63 sq. et nos supra p. 382 sqq. Δὲ δή, Δὴ δέ.

copiosius de iis exposuimus. Etiam has particulae hoc ordine fere semper inter se excipiuntur, ut levior particula δὲ praecedat, sequatur gravior δή, sed tamen in his quoque particulis idem factum est, quod in particulis γὲ δή, ut si quando aptius illud δὴ coniungendum esse videretur cum praecedenti voce, non δὲ δὴ diceretur, sed δὴ δέ, quamquam hic quidem usus magis etiam circumscriptus esse videtur. Nam quom saepe verbi caussa diceretur ἐπειδὴ δέ, quod particulae ἐπεὶ δὴ unam vocem efficerent, veluti si in Xenophontis *Expeditione Cyri* dicitur lib. I. cap. 1. §. 3. Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος καὶ κατέστη εἰς τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ., aut si in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 7. ed. Bekk. p. 59. ed. H. Steph. Ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη, εἰσῇμεν παρὰ τὸν Σωκράτη καὶ τὰ πολλὰ διημερεύομεν μετ᾽ αὐτοῦ., in his locis quod dici potuit ἐπεὶ δὲ δή, dictum est ἐπειδὴ δέ, quia unus quisque consuerat ἐπειδὴ aptius coniungere. Atque in eadem similitudine illud reponendum est, si Graeci aliquoties, quoniam ὅτε δὴ ita dicere solebant quasi scriptum esset: ὁτεδή, scripserunt ὅτε δὴ δὲ pro eo, quod ex volgari ratione exspectari poterat: ὅτε δὲ δή. Sic igitur in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 313 sqq. dicitur:

Ἐγὼ δὲ κατάκειμαι πάλαι χεζητιῶν,
τὰς ἐμβάδας ζητῶν λαβεῖν ἐν τῷ σκότῳ
καὶ θοἰμάτιον· ὅτε δὴ δ᾽ ἐκεῖνο ψηλαφῶν
οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν, ὁ δ᾽ ἤδη τὴν θύραν
ἐπεῖχε κρούων κτέ.

et rursus in eadem fabula v. 826 sqq.

Κεὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
ὅτε δὴ δ᾽ ἀνασκοπουμένοις ἐφαίνετο
ὁ Διὸς Κόρινθος καὶ τὸ πρᾶγμ᾽ οὐκ ἤρκεσεν,
πάλιν κατεπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.

Tum in *Lysistrata* v. 523.

Ὅτε δὴ δ᾽ ὑμῶν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς φανερῶς ἠκούομεν ἤδη,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ μὰ Δί᾽ οὐ δῆτ᾽ ἔσθ᾽ ἕτερός τις.

Adferri praeterea possunt duo Aristophanis loci, alter, qui legitur in *Ecclesiazusis* v. 193 sqq.

Τὸ συμμαχικὸν αὖ τοὖθ᾽, ὅτ᾽ ἐσκοπούμεθα,
εἰ μὴ γένοιτ᾽, ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν·
ὅτε δὴ δ᾽ ἐγένετ᾽, ἤχθοντο, τῶν δὲ ῥητόρων
ὁ τοῦτ᾽ ἀναπείσας εὐθὺς ἀποδρὰς ᾤχετο.

sed in hoc quidem loco res dubia est propterea, quod in

libro Ravennate optumo eadem scriptura, quae olim volgata erat, habetur:

ὅτε δή γ' ἐγένετ', ἤχθοντο κτέ.,

quam aliquo modo cum ratione tum usu defendi posse supra vidimus p. 338. Alter autem Aristophanis locus, quem iam supra adtigi p. 337., legitur in *Nubibus* v. 677. ed. Herm., ubi postquam Strepsiades dixit:

Ἐκεῖνο δ' ἣν ἂν καρδόπη, Κλεωνύμη.

respondet e G. Hermanni quidem coniectura Socrates:

Ἔτι δὴ δὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,
ἅττ' ἄῤῥεν' ἐστίν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα.

Sed hoc loco res magis etiam dubia esse videatur. Nam librorum quidem nullus habet: Ἔτι δὴ δὲ περὶ τῶν ὀνομάτων, sed illi aut simpliciter, id, quod est in libris Ravennate et Veneto: Ἔτι δὴ περὶ τῶν ὀνομάτων, aut: Ἔτι γε περὶ τῶν ὀνομάτων, aut: ἔτ' ἔτι περὶ τῶν ὀνομάτων, aut: ἔτ' ἔτι γε περὶ τῶν ὀνομάτων, aut: ἔτι δὴ περί γε τῶν ὀνομάτων, aut: ἔτι δή γε περὶ τῶν ὀνομάτων, vel: ἔτι δή γε περί τε τῶν ὀνομάτων, scriptum exhibent, ut ab his quidem ἔτι δὴ δὲ nullam auctoritatem, ἔτι δή γε exiguum testimonium petere possit. Huc accedit quod etiam ipsa sententia ἔτι δὴ δὲ minus commode recipere videtur, idque eo maiorem movet dubitationem, quod particulae ἔτι δὴ non ita consociatae inter se esse videntur, ut ἔτι δὴ δὲ potius quam ἔτι δὲ δὴ in eius modi locis scribendum sit. Quae quom ita sint, credo ego scribendum potius esse:

Ἔτι δὴ περί γε τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ
ἅττ' ἄῤῥεν' ἐστίν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα.

Alia caussa est, si quando δαὶ δὴ particulae coniunctae leguntur. Nam quom particula δαὶ nihil nobis aliud visum sit esse, nisi productum quoddam δέ, qua de re diximus supra p. 385 sqq., pertinet hoc potius ad δὲ δὴ particularum coniunctionem, veluti quod in Platonis *Menone* Part. II. vol. I. p. 363. ed. suae, p. 87. D. ed. H. Steph. Imm. Bekkerus ex optumus libris edidit: *MEN.* Ἔμοιγε δοκεῖ τοῦτο μετὰ τοῦτο σκεπτέον εἶναι. ΣΩ. Τί δαὶ δή; ἄλλο τι ἀγαθὸν αὐτό φαμεν εἶναι κτέ. Vide G. Hermannum ad Vigerum p. 849. ed. tert. Nam Hartungius non satis recte existumat in locis iis, quos Platonis adtulit Hermannus, legi in libris plurumis et optumis: τί δὲ δή;

potius quam: τί δαὶ δή; Optumos enim plerumque libros Imm. Bekkerus in his locis secutus est auctores.

Ἦ δή, Ἦπου δή. De coniunctis particulis ἦ δή et ἦ που δή, quae difficilem explicationem non habent, vide quae infra dicentur in ἦ et ἦπου particulis ad p. 93 sqq.

Καὶ δή, καὶ — δή. De particulis καὶ δή quoniam Devarius ipse separatim dixit, non dicam hoc loco. Particulae autem καὶ — δή si quando interposita aliqua voce dicuntur, facile suam quaeque vim ac potestatem tuentur. Etenim καὶ connectit rem cum antecedentibus et per se non spectat δή particulam, δή autem de singulari voce adfirmat, cui ipsa in orationis serie subiecta est, quod idem simili modo fieri in particulis καὶ — γὲ supra vidimus p. 315 sqq. Sic igitur etiam δή singularem vocem ecfert, sed ita, ut temporalis illa adfirmatio, de qua saepe dico, etiam in his locis agnoscenda sit. Quidquid enim adiungitur, per καὶ — δή particulas, id ita adiungitur, ut id prius fortasse minus, nunc autem, ut cum maxume, ita se, uti dicitur, habere significetur: qua ratiocinatione ordo ac series rerum, modo gradatio quaedam, modo consecutio alicuius rei ex altera significatur, vide quae de hoc loco explicavit Hartungius vol. I. p. 263 sqq. Facilior via per exempla erit, quae multa apud Atticos scriptores habentur. Sic igitur Xenophon in *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 1. §. 13. ubi dixit, duces Graecorum consilium cepisse et iumenta, nisi quae necessaria essent, et captivos nuper factos relinquere, ut huius rei caussam explicet, ita pergit: Σχολαίαν γὰρ ἐποίουν τὴν πορείαν πολλὰ ὄντα τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ αἰχμάλωτα· καὶ πολλοὶ δὴ αὐτῶν, οἱ ἐπὶ τούτοις ὄντες, ἀπόμαχοι ἦσαν., quibus in verbis vox πολλοὶ ita ecfertur, ut significetur multos iam, quom antea fortasse pauciores ad hunc usum requirerentur, ubi captivorum numerus nondum auctus esst, pugnare non posse, qui istis iumentis et captivis praeessent. Nec minus in Platonis loco, quo usus est Hartungius l. l., e *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 12 sq. ed. Bekk. p. 62. B. ed. H. Steph. Ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ᾽ ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διϊδεῖν κτἑ., apparet quem ad modum καὶ — δή dicatur. Respicitur enim his particulis, id quod recte Hartungius docuit, ad id, quod modo dictum erat, ut hoc significetur, cum quidem nos homines simus in aliqua custodia, etiam istud iam consentaneum esse, ut ne discedamus ex ea iniussu eius, qui nos dedit in custodiam.

Eadem dicendi ratio etiam ibi locum habet, ubi tam apte enuntiationis partes coniunctae non sunt, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 14. dicuntur haec: *Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο παντάπασιν ἄῤῥητον ἐφαίνετο, τέλος δή με ἐπήρου, ὅ, τι ποτὲ διδάσκων στρατηγίαν φαίη με διδάσκειν. Κἀγὼ δὴ ἐνταῦθα ἀποκρίνομαι, ὅτι τὰ τακτικά.*, quo in loco verbis *καὶ — δὴ* significatur ab hac iam interrogatione illum hoc respondisse, quod alioquin non fuerit dicturus, aut si Aristoteles in *Politicorum* lib. I. cap. 5. §. 4. haec habet: *Σχεδὸν δὴ ταὐτόν ἐστι τὸ ζητούμενον καὶ περὶ γυναικὸς καὶ παιδός, πότερα καὶ τούτων εἰσὶν ἀρεταὶ καὶ δεῖ τὴν γυναῖκα εἶναι σώφρονα καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαίαν, καὶ παῖς ἐστὶ καὶ ἀκόλαστος καὶ σώφρων, ἢ οὔ; καὶ καθόλου δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἐπισκεπτέον περὶ ἀρχομένου φύσει καὶ ἄρχοντος, πότερον ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἢ ἑτέρα.*, quo in loco particulae *καὶ — δὴ* hoc sibi volunt, quando quidem de singulis haec esset quaestio proposita, iam omnino hoc exquirendum videri. Nec alia caussa est loci illius, quem e Platonis libro *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 14. ed. Bekk. p. 332. E. ed. H. Steph. posuit Hartungius, ubi quom Socrates dixisset: *Εἶεν· μὴ κάμνουσί γε μήν, ὦ φίλε Πολέμαρχε, ἰατρὸς ἄχρηστος.*, adsentitur Polemarchus: *Ἀληθῆ.*, ac pergit Socrates: *Καὶ μὴ πλέουσι δὴ κυβερνήτης.*, quod proprie nihil aliud sibi volt nisi cum prius illud verum atque indubitatum sit, iam hoc quoque addubitari non posse. Continet igitur illud *δὴ* non ratiocinationem quidem, sed tamen significationem quandam ratiocinationis. Id magis etiam apparet in eius modi locis, qualis est ille Aristotelis ex *Ethicis Nicomach.* lib. X. cap. 8. §. 7. *Ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη εὐδαιμονικωτάτη.*, ubi ideo adiecit posteriorem enuntiationem per particulas *καὶ — δὴ* Aristoteles, quod priore sententia concessa hoc iam necessario ita existumandum esse videretur. Et hoc quidem modo Graeci saepe numero in enumeratione plurium rerum his particulis usi sunt, ut eam rem, quae adiungitur eo modo, vel maxume huc pertinere significarent atque etiam aurium satietati varietate orationis occurrerent. Plato igitur in libro *de re publica* II. Part. III. vol. I. p. 76. ed. Bekk. p. 367. D. ed. H. Steph. *Οἷον*, inquit, *ὁρᾶν, ἀκούειν, φρονεῖν, καὶ ὑγιαίνειν δὴ καὶ ὅσα ἄλλα ἀγαθὰ γόνιμα τῇ αὑτῶν φύσει ἀλλ' οὐ δόξῃ ἐστίν.*, quo in loco *ὑγιαίνειν* ita accedit, ut significetur ceteris rebus positis, hoc fere iam declaratum videri, quo alacrior ac iucundior

est oratio. Item in *Menone* Part. II. vol. I. p. 364. ed. Bekk. p. 87. E. ed. H. Steph. *Σκεψώμεθα δὴ καθ' ἕκαστον ἀναλαμβάνοντες, ποῖά ἐστιν ἅ ἡμᾶς ὠφελεῖ. ὑγίεια, φαμέν, καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος καὶ πλοῦτος δή. ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα.*, quo in loco dicit Plato: *καὶ πλοῦτος δή*, propterea, ne nimium in fine orationis delitescere videatur, quod vel utilissumum esse volgo videri solet. Dicit enim istis rebus positis iam divitias quoque sine mora ponendas videri. In his locis omnibus illud, quod adiicitur per particulas *καὶ* — *δή*, non tamen significatur *potius* locum habere, quam ceteras res, sed tantum modo una cum ceteris rebus omittendum non videri. Et si gradatio quaedam iusta faciunda Graecis videbatur, non illi *καὶ* — *δὴ* simpliciter in eius modi locis posuerunt, sed potius: *καὶ* — *γὲ δή*, veluti in illo Thucydidis loco factum est, quem posuit Hartungius e libro IV. cap. 78. *Τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διϊέναι, ἄνευ ἀγωγοῦ, καὶ μετὰ ὅπλων γε δή.*, qua de re vide quae supra p. 338 sqq. de his particulis explicata sunt.

Μὲν δή, Μενδή. De particulis *μὲν δὴ* et *μενδὴ* infra dicetur in particula *μέν*, interea conferantur, quae supra in particulis *ἀλλὰ* — *μὲν δὴ* et *ἀλλὰ μὲν δὴ* p. 58 sqq. et rursus in particulis *γὲ μὲν δὴ* p. 341 sq. exposuimus.

Μὴ δή, Οὐ δή. In aliis locis tam apta particularum coniunctio non est, ut de ea separatim dicendum esse videatur, veluti in particulis *μὴ δή*, *οὐ δή*, quibus in locis ita tuetur *δὴ* significationem suam, ut ipsa quidem cum negatione nihil commune habere videatur, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 5. §. 41. si dicitur: *Μὴ δὴ σὺ κέλευε, ὦ Κυαξάρη.*, aut in *Electra* Euripidis v. 36.

Οὐ δὴ τοῦτό γ' ἐξελέγχομαι.

qua de re vide Hartungium vol. I. p. 256. et p. 285.

Νῦν δή, Δὴ νῦν, Δη νυν. Alii loci magis propter collocationem particularum, si quando coniunctae leguntur, quam propter ipsam significationem tractandi sunt, in quorum numero habendi ii loci sunt, in quibus particulae *νῦν* et *δὴ* coniunctae habentur. Nam quom *νῦν δὴ* et *δὴ νῦν* eodem modo dici posse videretur, quo verbi caussa in Latino sermone *nunc iam* et *iam nunc*, quam rem supra adtigi p. 392 sq., ita ut, si *δὴ νῦν* diceres, *δὴ* ad praecedentem vocem referretur ac temporis significatio, quae est in *νῦν* particula, per se poneretur, sin *νῦν δή*, *δὴ* ad *νῦν* ita adhaeresceret, ut eam quidem vocem potissumum ecferret, tamen etiam tertiam quan-

dam rationem paraverunt nuper Atticorum sermoni, ut quem ad modum ab Homero aliquoties dictum est δή νυ, sic δή νυν ab Atticis et poetis et oratoribus dictum esse existumarent, qua de re ego tamen existumo tam certo statui non posse. Namque ut negandum non est, νὺν interdum post imperativum correpta syllaba et sono enclitico ab Atticis quoque poetis positum esse, quo in loco tamen ipso laudo Hartungii iudicium cautum et circumspectum, qui vol. II. p. 27 sq. ita de hac re dixit, ut paucioribus locis hanc formam agnoscendam putaret, quam volgo fit, tamen nullus locus eorum, in quibus δὴ νῦν particulae habentur, ita quod sciam comparatus est, ut δή νυν potius quam δὴ νῦν recipere videatur, alii autem loci eius modi sunt, ut δὴ νῦν retinendum esse clament. Sic in iis locis, quos posuit Lud. Dindorfius in H. Steph. *Thesauro Graecae linguae* vol. II. p. 1049. D., facile δὴ νῦν servari potest, veluti in Sophoclis *Electra* v. 935. retinuit G. Hermanns volgatam scripturam hanc:

Ἄκουε δὴ νῦν, ᾗ βεβούλευμαι τελεῖν.

quamquam bene sciens quid Blomfieldio in *Museo critico* II. p. 189 scribendum placuisset, eademque caussa est loci Aristophanei de *Equitibus* v. 1014., ubi G. Dindorfius edidit:

Ἄκουε δή νυν καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί.,

quom olim omnes edidissent: Ἄκουε δὴ νῦν κτέ., quod falsum non est. Nec in Euripidis *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 1009. necessario scribendum est:

Ἄκουε δή νυν, ἵνα τὸ πρᾶγμ' ἔχῃ καλῶς.,

quom quod libri offerunt:

Ἄκουε δὴ νῦν, ἵνα τὸ πρᾶγμ' ἔχῃ καλῶς.,

neque ad metrum nec vero ad sententiam sit deterius. Neque in Euripidis *Hercule furente* v. 1246. scribere velim:

Ἄκουε δή νυν, ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις
πρὸς νουθετήσεις σὰς κτέ.

potius quam id, quod volgo editur:

Ἄκουε δὴ νῦν, ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις κτέ.

Quom igitur ne de poetis quidem, in quorum scriptis emendandis tamen metro in eius modi rebus adiuvamur, quidquam adfirmari possit, multo cautius in oratorum locis ver-

sandum videtur, ut L. Dindorfii iudicium comprobare nullo modo queam, qui etiam in Platonis *Sophista* Part. II. vol. II. p. 143. ed. Bekk. p. 224. C. ed. H. Steph. scribendum putavit: *Ἴθι δή νυν συναγάγωμεν αὐτό, λέγοντες κτἑ.*, pro eo, quod et in libris habetur et volgo legitur: *Ἴθι δὴ νῦν συναγάγωμεν κτἑ.* Cf. tamen etiam G. Stallbaumium ad Platonis *Philebum* p. 106.

Οὖν δή, Δὴ οὖν. Sequitur ut dicamus de particulis *οὖν δὴ* et *δὴ οὖν*, quae aliquoties a Graecis coniunctae sunt eodem iure, quo Latini et *igitur iam* et *iam igitur* dixerunt. Quae enim harum particularum aptius cum voce praecedenti coniuncta esse videretur, ea priorem locum obtinuit, posteriorem illa, quae minus apte cum illa voce consociata erat. Itaque non solum Herodotus haud raro dixit *ὦν δὴ* et *δὴ ὦν*, verum ad Atticos quoque scriptores hic usus pertinet. Dicam primum de particulis *οὖν δή*. Et de Herodoto conferri poterunt ii loci, quos adtulit Hoogeveenus p. 511. ed. Schütz. lib. II. cap. 8. *Τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος, οὐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτου κτἑ.*; cap. 11. *Εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον Ἀράβων κόλπον, τί μιν κωλύει ῥέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι ἐντός γε δισμυρίων ἐτέων;* et rursus cap. 30. *Τοὺς ὦν δὴ Αἰγυπτίους τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπέλυε οὐδεὶς τῆς φρουρῆς.* Eodemque modo Attici scriptores et maxume quidem in interrogatione usi sunt his particulis, ut, ubi *οὖν* aptius cum voce interrogativa coniunctum esset, ibi dicerent: *τί οὖν δή;* veluti in iis locis, quos adtulit Hartungius vol. I. p. 268 sq. e Platonis *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 22. ed. Bekk. p. 398. A. ed. H. Steph., ubi legitur hoc ipsum: *Τί οὖν δή;* et e *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 7. ed. Bekk. p. 59. C. ed. H. Steph. *Τί οὖν δή; τίνες, φῄς, ἦσαν οἱ λόγοι.* Adde Sophoclis *Trachinias* v. 152. ed. Herm.

πάθη μὲν οὖν δὴ πόλλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην.

De particulis *δὴ οὖν* quaedam adtulit etiam L. Dindorfius in *Thesauro Gr. ling.* Vol. II. p. 1049. D., veluti Herodoti lib. I. cap. 34. *Τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἄτυν σημαίνει τῷ Κροίσῳ ὁ ὄνειρος κτἑ.* cap. 38. *Ὡς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ τὸ Πελασγικὸν ἔθνος κτἑ.* sed etiam a Platone aliquoties eae particulae positae sunt, veluti in *Critone* Part. I. vol. II. p. 157. ed. Bekk. p. 49. D. ed. H. Steph., ubi Imm. Bekkerus iam ita edidit ex optumis libris suis: *Σκόπει δὴ οὖν καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι κτἑ.*, quom olim volgatum esset: *Σκόπει οὖν δὴ καὶ σὺ κτἑ.* et saepe etiam in interrogatione sic

positae sunt hae particulae, sicuti in Platonis *de re publica* lib. II. Part. III. vol. I. p. 80. ed. Bekk. p. 369. E. ed. H. Steph., ubi: *Τί δὴ οὖν;* dicitur, tum in eiusdem *Convivio* Part. II. vol. II. p. 436. ed. Bekk. p. 206. E. ed. H. Steph. *Τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως;* et in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 78. ed. Bekk. p. 265. C. ed. H. Steph. *Πῶς δὴ οὖν αὐτὸ λέγεις;*

De collocatione adnotandae sunt etiam particulae *τὲ δή*, quae saepe numero a Graecis coniunctae sunt, sive *τὲ* ad antecedentia spectat sive ad sequentia, ut in his quidem locis *τὲ* particula non impediat cursum eum, quem habet *δὴ* ad vocem praecedentem, cuius rei exempla plura posuit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 1049. A. B., veluti Thucydidis locum e libro IV. cap. 40. *Παρὰ γνώμην τε δὴ μάλιστα τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτο τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο κτὲ.* cap. 63. *Τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν κτὲ.*, et libri VII. cap. 13. *Ἐπειδὴ παρὰ γνώμην ναυτικόν τε δὴ καὶ τἆλλα ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνθεστῶτα ὁρῶσιν*, tum Dionysii Halicarn. *de antiq. Rom.* lib IX. cap. 54. *Ταῦτά τε δὴ καὶ πολλὰ ὅμοια τούτοις λέγων.* Τὲ δή.

Si quando dictum est porro *τοὶ δή*, eodem modo, quo in *τὲ δὴ* particulis, refertur *δὴ* ita ad vocem praecedentem, ut cum *τοὶ* particula per se nihil commune habeat, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 245., ubi recte inde a Phil. Buttmanno iam scribitur: Τοὶ δή.

Ἐξ Ἰλίου τοι δὴ τανῦν γε ναυστολῶ.,

pro eo, quod volgo legebatur:

Ἐξ Ἰλίου τοι δῆτα νῦν γε ναυστολῶ.

Eaedem particulae saepe numero etiam adiecta *γὲ* particula coniuncte leguntur, ut *γέ τοι δὴ* dicatur, qua de re vide quae dicta sunt in particula *γὲ* p. 348. De particulis autem *δή τοι* infra separatim dicetur.

Hae fere fuerunt particulae, quibuscum *δὴ* componi soleret, ut ipsa quidem etiam posteriorem locum obtineret. Sed usu et consuetudine loquendi factum est, ut ad hanc particulam aliae quoque particulae ita adiicerentur, ut ipsae posteriorem locum haberent. De aliis iam dictum est, uti de *δὴ γὰρ* p. 407., de *δή γε* p. 337 sq. et rursus p. 407. de *δὴ οὖν* p. 418., aliae cum *δὴ* particula vix quidquam commune habent, veluti si quando *δὴ ἄρα* positae sunt particulae, cuius rei testem adtulit L. Dindorfius l. l. Xeno- Δὴ ἄρα.

phontem, qui in *Oeconomico* cap. 18. §. 9. ita locutus est: *Σὺ μὲν δὴ ἄρα, ἔφη, ὦ Σώκρατες, σῖτόν γε ὡς ἂν τάχιστα καθαρὸς γένοιτο, κἂν ἄλλον δύναιο διδάσκειν.*, aut si *δὴ ἤδη* particulae inter se excipiuntur, quibus in locis quamquam *δὴ* ad vocem praecedentem, *ἤδη* ad omnem sententiam facit, ut fortuita ista coniunctio sit, non quaesita, dicetur tamen infra alia de caussa de eius modi locis.

Δὴ ἤδη.

Nunc iam nihil aliud restare videtur nisi ut dicamus de eo genere locorum, in quibus particulam *δή* excipit particula enclitica, quibus de locis ita statuendum est, ut semper recordemur verae ac propriae significationis particulae *δή*. Haec enim particula quom graviorem quandam rei adfirmationem petitam illam ex usu et eventu rerum contineret, factum est, ut et pronomina indefinita et particulae encliticae, si quando in una eademque enuntiatione cum illa particula comparerent neque caussa esset, quae aliam verborum collocationem requireret, aptissume ad eius particulae sedem se applicarent in eaque tamquam in aliquo fulcro inniterentur, quom ipsae etiam debiliores essent, quam illa particula, quae, ut vidimus, ipsa quoque alii voci adhaerescere soleret, sonum tamen et pronuntiationem servaret suam.

Δή τις.

Ac primum quidem saepe *δή τις*, *δή τι* eo modo dictum est: veluti in illo Euripidis loco de *Phoenissis* v. 580. ed. Herm.

> *Ἐρεῖ δὲ δή τις, ὦ κακὰ μνηστεύματα*
> *Ἄδραστε προσθεὶς, διὰ μιᾶς νύμφης γάμον*
> *ἀπωλόμεσθα.*,

quod proprie est: *Dicet vero iam quis*, aut si alio modo Latine reddere volumus: *Dicet vero quispiam.* Ita enim facit *δὴ* in eius modi locis ad pronomen indefinitum, ut hoc adfirmetur, certum hoc esse, aliquem fore, incertum illud, quis ille futurus sit, quod dicitur Latine: *quispiam.* Eodem modo res se habet in Euripidis *Hecuba* v. 952. ed. Herm.

> *Ἴδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι*
> *καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς.*

Cf. Platonis lib. I. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 86. ed. Bekk. p. 373. A. ed. H. Steph. *Ταῦτα γὰρ δή τισιν, ὡς δοκεῖ, οὐκ ἐξαρκέσει κτἑ.* *Phaed.* Part. II. vol. III. p. 107. ed. Bekk. p. 107. D. ed. H. Steph. *Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον κτἑ.*, quem ad locum vide quae Heindor-

fius ac Stallbaumius adnotarunt, tum quae collegit Hartungius l. l. vol. I. p. 278., qui tamen non recte illud pronuntiavit, si pronomen τὶς ante positum esset, fortasse illud pro interrogativo habendum itaque scribendum videri. Haec enim particulae ac pronominis indefiniti collocatio tam certa non est, ut, si quando alia vox est, ad quam pronomen applicari possit, adsit in enuntiatione aut omnino caussa, quam ob rem alium locum velis pronomini concedere, non queat postponi. Et in Sophoclis quidem *Antigona* v. 158. ille recte τίνα δὴ potius quam τινὰ δὴ scribendum censuit in verbis his:

> Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας —
> ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ τίνα δὴ
> μῆτιν ἐρέσσων, ὅτι σύγκλητον
> τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην
> κοινῷ κηρύγματι πέμψας.,

sed ita scribendum est non propter postpositam δὴ particulam, verum quod si legas τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων, nullo modo explicari possit illud, quod sequitur: ὅτι σύγκλητον τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην κοινῷ κηρύγματι πέμψας. At in altero loco, quem mutandum pronuntiavit Hartungius, ut τοῦ pro τοὺ reponatur, non possum ei adsentiri. Legitur is in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 915. ed. Aug. Matth.

> Ἔστιν γὰρ ὁσία ψῆφος ἣν Ἄρει ποτὲ
> Ζεὺς εἴσατ' ἔκ του δὴ χερῶν μιάσματος,

quo in loco, ut opinio mea fert, ἐκ τοῦ δὴ χερῶν μιάσματος nullo modo potest legi, ut id sit pro ἐκ τίνος δὴ χερῶν μιάσματος, sed quom ea verba: ἔκ του χερῶν μιάσματος, aptius inter se coniuncta essent, δή, quod ad eam notionem pertinet, alio quidem loco, sed ita tamen adiectum est, ut quo ipsum pertineat appareat. Itaque etiam aliis locis pronomen indefinitum non ad particulam δή, sed ad aliam notionem adhaerescit, veluti in eadem fabula v. 480. ed. Matth.

> Ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν,

quod dici etiam poterat alio quodam modo: εἴ δή τί σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

Hinc etiam illae dicendi formulae derivandae sunt, in quibus δή τι ad adiectiva adiicitur, ut incertum quendam rei gradum significet, veluti in eo loco, quem Hartungius l. l. p. 280. e Plutarchi *Cimone* cap. 1. posuit: Πολὺ δή τι καὶ σώματος κάλλει καὶ ψυχῆς φρονήματι τοὺς καθ' Δή τι.

Οὕτω δή τι, ὧδε δή τι. αὐτὸν ὑπεραίρων νέους κτἑ. et usitatae illae locutiones, οὕτω δή τι, ὧδε δή τι, quorum exempla Hartungius haec posuit Herodoti lib. III. cap. 108. τοῦτο μέν, ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι, quod Latine aut nescio quid aut nescio quo modo dicas. Herodoti lib. IV. cap. 52. Ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρή, οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή, ἣ μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν ἐόντα ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. Luciani dial. deor. XX. §. 14. καὶ οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ᾽ αὐτῇ γενέσθαι κτἑ. De ὧδε δή τι conferri poterit Herodoti lib. III. cap. 120. Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ, ὃς βασιλέϊ νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ προσκειμένην, οὐ προσεκτήσαο, ὧδε δή τι ἐοῦσαν εὐπετέα χειρωθῆναι κτἑ. cf. Schweighaeuseri *Lexic. Herodot.* vol. II. p. 325. a. Ac sic etiam ad verbum formula illa δή τι adiuncta legitur, qua de re adtulit Hartungius Herodoti lib. I. cap. 80. Αὐτοῦ δὴ ὧν τούτου εἵνεκεν ἐσεσόφιστο, ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον ᾖ τὸ ἱππικόν, τῷ δή τι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός. Quod

Ὡς δή τι. autem de ὡς δή τι comparavit idem Hartungius Luciani *dialog. mort.* XXIV. §. 4. Ὁ δὲ τάφος καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι Ἁλικαρνασσεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ἐπιδείκνυσθαι καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ἐστιν., hoc in loco istud quidem videtur aptissume dici, ut ὡς δὴ particulae ironiam significent, quae in istis verbis habetur, τὶ autem pertineat ad sequens μέγα, ut sit: *quasi vero magnum quoddam aedificium eis hoc sit*, sed tamen non recte ille videtur hoc fecisse, quod voce ὡς δή τι certam quandam formulam effici dixit, ut istud τὶ *nescio quo modo*, miro quodam modo significare videretur atque adeo putaretur aliud τὶ in eadem enuntiatione adiunctum habere, qua in re tamen etiam alios adsentientes Hartungius habuit. Iniuria, opinor. Nam quos isti adferunt locos, unum ex Platonis *Timaeo* Part. III. vol. II. p. 19. ed. Bekk. p. 26. B. ed. H. Steph. ubi legatur: Ὡς δή τι, τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον., quod reddidit Hartungius: *Wie doch das, was man als Knabe gelernt hat, so gar wunderbar sicher im Gedächtnisse bleibt!* alterum e *Phaedro* eiusdem philosophi Part. I. vol. I. p. 32. ed. Bekk. p. 242. C. ed. H. Steph., quo in loco dicatur: Ὡς δή τι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή., ex iis vero locis testimonium peti nullo modo potest. Et in *Phaedro* quidem plerique libri habent: ὡς δῆτοι, alii ὡς δή ποι, alii ὡς δέποι,

ut id cum interiectione sequenti aut ὥς δεποιῶ aut ὥς δὲ ποιῶ, aut ὥς δε ποίω effecerit, volgata autem scriptura ὥς δή τι videtur non repraesentari nisi in editione H. Stephani, in *Timaeo* autem e libris Bekkeri sexdecim libri duodecim habent ὥς δή τοι, ceteri cum editione H. Stephani ὥς δή τι, ut is quoque locus testis esse non possit. Ac ne quis hoc dicat, tantum modo in eo peccavisse grammaticos, quod adtulerint minus idoneos locos, rem ipsam vere ab iis declaratam videri, commemoro etiam in libro *de republica* secundo Part. III. vol. I. p. 74. ed. Bekk. p. 366. C. ed. H. Steph., ubi olim habebantur particulae ὥς δή τι, recte iam e libris plerisque editum esse: Ὡς δή τοι εἴ τις ἔχει ψευδῆ μὲν ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ' ἔγνωκεν, ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ' οἶδεν ὅτι κτἑ., recteque C. E. Ch. Schneiderum pronuntiasse, τὶ in eo loco prorsus ineptum videri. Sed de his locis infra dicendi locus erit, ubi agetur de particulis δή τοι. Neque enim pronomina tantum indefinita adiuncta a Graecis lubenter ad δὴ particulam sunt, verum etiam encliticae particulae, de quibus iam dicamus.

Ac primum quidem in hoc genere dictum est δή ποθεν, quod difficilem explicatum non habet. Nam quom ποθὲν significaret *alicunde*, praemissa δὴ particula δή ποθεν significabat *iam alicunde*, ut id adseverationem quamdam in se contineret, veluti in illo loco, quem L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 1041. B. posuit ex Aeschyli *Choephoris* v. 632. Δή ποθεν.

Γοᾶται δὲ δή ποθεν κατά-
πτυστον,

quem locum rectissume interpretatus est Hartungius l. l. vol. I. p. 279.

Hinc etiam ductum est ὁπόθεν δή ποθεν, quod fere est: *unde iam cunque*, quae formula legitur quidem in quibusdam libris apud Demosthenem *adversus Lacritum* §. 6. ed. Bekk. p. 925, 5. ed. Reisk. Οὗτοι προσῆλθόν μοι μετὰ Λακρίτου τουτουί, ὁπόθεν δήποθεν ἐγνωρισμένοι τούτῳ — οὐ γὰρ οἶδα —, καὶ ἐδέοντό με κτἑ., qua de re vide G. H. Schaeferi *Apparat.* vol. IV. p. 565., sed tamen repudiata ab Imm. Bekkero est, qui e libris aliis, in quibus est optumus ille Parisinus 2934. (Σ.), edidit: ὁπόθεν δήποτε ἐγνωρισμένοι τούτῳ κτἑ., ut hunc locum testem iam non habeamus et cum L. Dindorfio ad Dionem Chrysostomum interea confugiendum sit, qui vol. I. p. 595. Ὁπόθεν δήποθεν.

haec dicitur habere: *Οὐκ Ἐφεσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένων καὶ τῶν ὁπόθεν δήποθεν ἀνθρώπων.* Quamquam enim nolo diffiteri in illo Demosthenis loco a libris Marcianis 416. 418. (F Φ apud Bekkerum) atque Bavarico scripturam *ὁπόθεν δήποθεν* tamen aliquam auctoritatem habere, praesertim quom inde etiam volgata scriptura: *ὁπόθεν δήπουθεν*, explicari commode possit, tamen eo uti teste non possumus.

Δή ποτε, iam aliquando. Porro *δή ποτε* saepe dictum est, de quo explicavit Devarius vol. I. p. 64. Id proprie significat *iam aliquando*, veluti in Aristophanis *Avibus* v. 1246 sqq. dicitur:

> *Ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα,*
> *μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος*
> *καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετοῖς,*
> *πέμψω δὲ πορφυρίωνας ἐς τὸν οὐρανὸν*
> *ὄρνις ἐπ' αὐτόν, παρδαλᾶς ἐνημμένους,*
> *πλεῖν ἑξακοσίους τὸν ἀριθμόν; καὶ δή ποτε*
> *εἷς Πορφυρίων αὐτῷ παρέσχε πράγματα.*,

quod est: *Etiam iam aliquando unus Porphyrio ei facessivit negotia* Eodemque modo dicitur apud Xenophontem in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 5. §. 7. *Καὶ δή ποτε στενοχωρίας καὶ πηλοῦ φανέντος ταῖς ἁμάξαις δυσπορεύτου, ἐπέστη ὁ Κῦρος κτἑ.* Hinc etiam ista significatio

Δή ποτε, modo. particularum *δήποτε* deducenda est, si quando idem, quod Latinum *modo* denotare dicuntur, veluti in *Hecuba* Euripidis v. 480. ed. Herm. dicitur:

> *Ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου*
> *Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρῳάδες κόραι;*

Id enim ipsum quoque est *iam aliquando*, quasi Latine dicas: *Ubi inveniam quae iam aliquando regina Ilii fuit Hecubam, Troades puellae?* ut id respondeat nostro: *weiland*, Adtulit G. Hermannus ad eum locum v. 871. ex eadem fabula, ubi haec habentur:

> *Καλεῖ σ' ἄνασσα δή ποτ' Ἰλίου*
> *Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,*
> *καὶ παῖδας κτἑ.*

et *Troadum* v. 1277 sq.

> *Ὦ μεγάλα δή ποτ' ἐμπνέουσ' ἐν βαρβάροις*
> *Τροία, τὸ κλεινὸν ὄνομ' ἀφαιρήσει τάχα.*

Supplicum enim versu 1098., quoniam in eo versu scripturae discrepantia est, nolo uti.

Similis caussa est etiam harum particularum, si hoc, quod proprie significant *iam aliquando*, ita dicitur, ut ad omne usque adhuc transactum tempus pertineat, quibus in locis Latine reddi potest *umquam*, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 26. Τί οὖν οὐ καὶ νῦν παρ' ἐμοὶ μισθοφοροῦσιν; Ἐγὼ γὰρ δώσω ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖστον δή ποτε ἔδωκεν., quod proprie est: *Ego enim dabo quantum quis etiam alius plurimum iam aliquando dedit.*, id est, iam dedit, quandocumque fuit, quod Latine dicitur: *umquam*. Atque hinc facile etiam illae formulae explicari poterunt, si quando δήποτε ad relativa pronomina et particulas relativas adiunctum est, ut dicatur ὅς δήποτε, ὅστις δήποτε, ὅπου δήποτε, ὁπόθεν δήποτε et quae sunt similia, qua de re dixit Devarius vol. I. p. 64. Δήποτε enim in eius modi locis, eo, quod significat *iam aliquando*, magis universam relativi caussam reddit, ut Latino *cumque* respondere videatur. Et de hac quidem re satis constat. Sed dictum est etiam adiuncta in eius modi locis οὖν particula ὅστις δήποτ' οὖν et quae sunt similia, quod etsi negavit Phrynichus p. 373. ed. Lobeck: qui dixit: Ὁνδηποτοῦν μὴ λέγε, ἀλλὰ δοκίμως ὁντινοῦν., recte dici posse, usurpatum tamen est a multis scriptoribus, inprimis recentioribus, qua de re vide quae adtulit Lobeckius ad Phrynichi locum laudatum. Adeo Demosthenes splendore orationis suae eam formulam indignam non putavit itaque dixit in oratione XL., quae est *contra Boeotum de dote*, §. 8. ed. Bekk. p. 1010, 15. ed. Reisk. τῇ δὲ τούτων μητρὶ Πλαγγόνι ἐπλασίασεν ὅντινα δή ποτ' οὖν τρόπον· οὐ γὰρ ἐμὸν τοῦτο λέγειν ἐστίν. De ὅπως δήποτε autem, quod adeo frequens esse non videtur, conferatur Demosthenis orat. Olynth. III. §. 7. ed. Bekk. p. 30, 21. ed. Reisk. Καὶ ὃ πάντες ἐθρύλουν τέως, τοῦτο πέπρακται νυνὶ ὅπως δήποτε., quod est proprie: *hoc factum nunc est, quantacumque ratione hoc factum est.*

Δή ποτε, umquam.

Ὅς δήποτε, ὅστις δήποτε κτέ.

Deinde plurimus usus est etiam particularum δή ποτε in interrogatione, ut tamen etiam hic prima ac vera particularum significatio facile agnosci possit. Qui enim quaerit: *Τί δή ποτε;* proprie hoc quaerit: *Quid iam aliquando?* ut haec interrogatio omne iam tempus praeteritum spectet, quod Latine dici solitum est: *Quid tandem?* Nostra lingua dicas: *Was in aller Welt?* Sic dicitur etiam in πῶς δήποτε, atque in ceteris interrogationis formis, qua de re conferri poterit Demosthenis oratio *Leptinea* §. 21. ed. Bekk. p. 463. ed. Reisk. πόσοι δή ποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες, χορηγοὶ

Δή ποτε in interrogatione.

καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες; sed haec neque difficilia sunt ad intellegendum et nota sane*): illud paullo Οὐδήποτε. difficilius quem ad modum ista formula οὐ δή ποτε, quae aliquoties habetur in scriptis veterum Graecorum, explicanda esse videatur. Nam quod aiunt οὐ δή ποτε positum videri pro οὐ δή που, id est, obscurare rem, non illustrare. Quod autem G Hermannus ad Sophoclis *Philoctetam* v. 1272. p. 228. ed. I. hoc adnotavit, οὐ δή et οὐ δή-που esse *doch nicht* et *doch nicht etwa*, quae adfirmative sine interrogatione a nobis per *wohl* exprimerentur, quod esset simpliciter coniicientis esse quid, qua de re conferri iubet eius fabulae v. 888. et *Oedipum reg.* v. 1472., οὐ δή ποτε autem esse *doch wohl nicht*, quod adfirmative diceremus *wohl gar*, qua de re *Electram* Sophoclis v. 1202. et *Trachinias* v. 876. conferri ille iubet, quod esset mirantis si esset, quod suspicaretur esse, οὔ τοί ποτε vero esse, *ia wohl nicht*, quod adfirmative diceretur *ia wohl*, cl. *Electrae* v. 1182., quod esset non tantum coniicientis, sed simul etiam confirmantis coniecturam suam, haec, si sententiam, quae nascitur denique, spectamus, recte mihi disputata esse videntur, sed tamen parum explicant rationem ipsam particularum οὐ δή ποτε. Videtur autem οὐ δή ποτε sic dici in interrogatione, ut hae particulae suam quaeque significationem eodem modo servent, quo si quaeritur: τίς δή ποτε; Δή ποτε enim quom in his quoque locis nihil sit aliud nisi *iam aliquando*, dilatat ipsam vim interrogationis, ut maior eius ambitus esse videatur, quasi Latine dicas: *num tandem?* Germanice: *doch nicht in aller Welt?* Sic igitur in Sophoclis *Electra* v. 1095 sqq. ed. Herm. postquam dixit Orestes:

> Ἴθ', ὦ γύναι, δήλωσον εἰσελθοῦσ' ὅτι
> Φωκεῖς ματεύουσ' ἄνδρες Αἴγισθόν τινες.,

respondet Electra:

> Οἴμοι τάλαιν', οὐ δή ποθ' ἧς ἠκούσαμεν
> φήμης φέροντες ἐμφανῆ τεκμήρια;

---

*) Hoc unum addo mihi in Demosthenis oratione *Midiana* §. 44. ed. suae, p. 528. 11. ed. Reisk. recte Bekkerum videri edidisse: Καὶ πάλιν τί δή ποτ', ἂν μὲν ἑκὼν παρ' ἑκόντος τις λάβῃ τάλαντον ἓν ἢ δύο ἢ δέκα καὶ ταῦτ' ἀποστερήσῃ κτέ. Nam quod volgo legebatur: Τί γὰρ δήποτε; id et a libris et a sententia ipsa repudiatur. Librorum enim partim τί δὴ γάρ ποτε, alii τί δὴ γὰρ δήποτε habent, ut διττογραφίαν manifestis indiciis deprehendere possimus.

Eodemque modo eaedem personae paullo post in eadem fabula inter se colloquuntur, ubi Orestem dicentem:

Μόνος γὰρ ἥκω τοῖσι σοῖς ἀλγῶν κακοῖς.,

interrogat soror:

Οὐ δή ποθ' ἡμῖν συγγενὴς ἥκεις ποθέν;

Nec aliter res se habet in *Trachiniis* Sophoclis v. 871 sq. ed. Herm., quo in loco ubi nutrix dixit:

Βέβηκε Δηάνειρα τὴν πανυστάτην
ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδός.,

e choro persona ex ea quaerit hoc:

Οὐ δή ποθ' ὡς θανοῦσα;

quibus in locis sane miratio eis particulis exprimitur, et qui ita quaerit, hoc significat, se non exspectasse hoc futurum esse, de quo iam habeat suspicionem.

De coniunctis particulis *δή που* separatim iam dixit Devarius vol. I. p. 64 sq. et ita dixit, ut non multum quod adiiciamus reliquum esse videatur. Ac primum quidem recte usum harum particularum disiunxit, ut plane confirmativam significationem discerneret a coniecturali: quamquam id quidquid est discriminis, non positum est in particulis *δή που*, sed in omni enuntiatione continetur. Proprie enim *δή που*, ut iam supra diximus in particulis *γὰρ δή που* p. 262 sq., nihil aliud significat, nisi: *iam aliquo modo, quicunque is modus est*, unde natam esse adfirmationem apparet. Nam si dicimus esse aliquid, quoquo id modo sit, non iam de re ipsa, sed tantum modo de modo, quo quid sit, dubitare videmur, qua re res ipsa videtur confirmari. Itaque etiamsi semper in his particulis *δή που* aliquid incerti haerere videtur, id tamen non ad factum pertinet, sed ad modum. Sic igitur saepe post condicionem infertur *δή που*, quo significetur id, quod, cum incerta alia res sit, utique certum esse videatur, veluti si in Demosthenis oratione XVIII., quae est *de corona*, §. 21. ed. Bekk. p. 232. ed. Reisk. dicitur: *Εἰ γὰρ εἶναί τι δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδίκημα, οὐδέν ἐστι δήπου πρὸς ἐμέ, ἀλλ' ὁ πρῶτος εἰπὼν καὶ μνησθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀριστόδημος ἦν ὁ ὑποκριτὴς κτἑ.* aut in oratione *Leptinea* (XX.) §. 113. ed. Bekk. p. 492, 6. ed. Reisk. *Καὶ μὴν εἴ γε ὁμολογῶν ἐκείνους εἶναι σπουδαίους μὴ τετυχηκότας δείξει μηδενός, τῆς πόλεως ὡς ἀχαρίστου δήπου κατηγορεῖ.*, quem locum rectius intellexit et explicavit Δή που.

G. H. Schaeferus, quam Fr. Aug. Wolfius, vide *Apparat. Demosth*. vol. III. p. 222. et eiusdem Demosthenis orationem XVI., quae est *pro Megalopolitanis*, §. 28. ed. Bekk. p. 209. ed. Reisk., unde tamen priore loco tolli velim δήπου auctoritate optumorum librorum. Adde Platonis librum I. *de re publica* Part. III. vol. I. p. ed. Bekk. p. 345. D. ed. Steph. *Τῇ δὲ ποιμενικῇ οὐ δή που ἄλλου του μέλει, ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τούτῳ τὸ βέλτιστον ἐκποριεῖ, ἐπεὶ τά γε αὑτῆς, ὥστε εἶναι βελτίστη, ἱκανῶς δήπου ἐκπεπόρισται, ἕως γ' ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ ποιμενικὴ εἶναι*. Plura de hoc genere adtulimus supra in particulis *γὰρ δήπου* p. 262 sq. et in particulis *γὲ δήπου* p. 340. Saepe numero enim illae particulae consociatae leguntur.

Οὐ δή που interrogativum.

Illud autem, quod Devarius p. 64. extrema adnotavit, videri in eius modi adfirmationibus interdum etiam statum coniecturalem magis exstare, cuius rei exempla petivit e duobus Plutarchi locis, id satis recte disputatum non est. Nam multo accommodatior istis locis interrogatio est, quam in utroque loco iam a criticis repositam esse videmus, et in *Phocione* quidem cap. 8. hodie legitur: *Οὐ δή πού τι κακὸν λέγων ἐμαυτὸν λέληθα;* Hoc qui rogat, ei suspicio mota est de aliqua re, de qua minume antea videtur cogitavisse, quam tamen iam subito veretur, ne ita esse revera cognoscat. Itaque etiam in *Ciceronis vita* cap. 26. verba: *Οὐ δήπου καὶ Βατίνιος δειπνῆσαι παρ' ἐμοὶ βούλεται;* sic interpretanda sunt, ut Ciceroni, qui hoc dicit, suspicio iam mota esse videatur haec, etiam Vatinium velle apud se coenare, quam rem, quom ipsi infestissumus ille esset, minume poterat exspectare. Eodemque modo in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. II. cap. 3. §. 1. Socrates Chaerecratem, quem cum Chaerephonte fratre altercantem viderat, sic interrogat: *Εἰπέ μοι, ὦ Χαιρέκρατες, οὐ δή που καὶ σὺ εἶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, οἳ χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα ἢ ἀδελφούς;* quo in loco significat ille sibi suspicionem motam esse de re, quam minume exspectasset, quod nostra lingua dicas: *Du gehörst doch nicht auch etwa zu den Leuten* u. s. w. Vide quae exempla posuit Devarius vol. I. p. 65. Nam quod in Aristophanis *Pluto* v. 549. nunc scribitur:

Οὐκοῦν δήπου τῆς πτωχείας πενίαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν,

id ego non accipio atque illi ipsi, qui *οὐκοῦν* eo loco reposuerunt, tamen in eadem fabula v. 261. agnoverunt *οὔκουν — δήπου* in verbis his:

Οὔκουν πάλαι δήπου λέγω;

Sed ponitur illud *δή που* etiam sine negatione interdum in interrogatione, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 416 sq. ed. Herm. *Δή που interrogativum.*

Τὴν αἰχμάλωτον, ἣν ἔπεμψας ἐς δόμους,
κάτοισθα δήπου;

Raro illud *πού* quod plerumque aptissume cum *δή* coniunctum est, ita adiicitur, ut verbum interpositum legatur, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1459. ed. Herm. *Οὐ δή-πού.*

Οὐ δὴ κλύω που πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν
δακρυῤῥοούντοιν;

Non multum nec forma nec significatione a particulis *δή που* differunt particulae *δήπουθεν*, nisi quod eae particulae magis adsensum alterius elicere videntur, ut Latino *nempe*, nostro *doch wohl*, vel voci: *so sollte man doch wohl meinen*, respondere videantur. Dicitur sic posita aliqua condicione in Demosthenis oratione XIV., quae est *de classibus*, §. 34. ed. Bekk. p. 187. extrema ed. Reisk. *Εἰ δ' ἄρα παντάπασί τις οὕτως οἴεται φύσει δυστυχεῖς Θηβαίους εἶναι, ἐκεῖνό γε δήπουθεν ἅπαντες ἐπίστασθε, ὅτι Θηβαίων τἀκείνου φρονούντων ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν.* Adde Aristophanis *Vespas* v. 293 sqq. *Δήπουθεν.*

πάνυ γ', ὦ παιδίον. ἀλλ' εἰ-
πὲ τί βούλει με πρίασθαι
καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀ-
στραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ.

vel *Plutum* v. 139 sqq.

Ὅπως; οὐκ ἔσθ' ὅπως
ὠνήσεται δήπουθεν, ἢν σὺ μὴ παρὼν
αὐτὸς διδῷς τἀργύριον κτέ.

Eo modo etiam Plato locutus est in *Philebo* Part. II. vol. III. p. 243. ed. Bekk. p. 62. E. ed. H. Steph. *Τί δ' οὔ; τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν.* Vide G. Stallbaumium ad h. l. p. 214. et interpretes ad Vigerum p. 501 sq. ed. Herm. tert. Imprimis aptus ad docendum est etiam Xenophontis locus de *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 3. §. 20. ed. Zeun. *Ἐγὼ δὲ ἢν ἱππεύειν μάθω, ὅταν μὲν ἐπὶ τοῦ ἵππου γένωμαι, τὰ τοῦ ἱπποκενταύρου δήπουθεν διαπράξομαι· ὅταν δὲ καταβῶ κτέ.*, quo in loco ea vox prae se fert ironiam. Vide omnino Hartungium l. l. vol. I. p. 349. Hoc *δήπουθεν* igitur quom non simpliciter adfirmaret, ut

δήπου, sed haberet etiam quandam quasi ironiam, non recte fecerunt recentiores sophistae, quod toties in adfirmatione posuerunt hanc vocem, quos propterea a Luciano derisos esse recte adnotavit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 1041. D., vide Luciani *Lexiphan.* §. 21. et *rhetor. praeceptorem* §. 18. Quae quom ita sint, iam hoc licet contendere ita differre δήπουθεν a δήπου, quem ad modum δῆθεν a δὴ distare videatur, nisi quod in ea quidem particula diuturno usu magis illa, quam dixi, ironia exstare videtur, qua de re conferantur ea, quae infra de particula δῆθεν dicentur.

Δή τοι. Sequitur ut dicamus de particulis δή τοι, quas non solum ab epicis poetis, verum etiam ab Atticis scriptoribus haud raro coniunctas esse videmus. Nam quod Hartungius l. l. vol. II. p. 363. ait in Atticorum scriptis ab his particulis eo magis cavendum esse, quod aliquoties cum particulis δή τι essent confusae, id quorsus pertineret iam supra vidimus p. 422 sq. Sed prius quam de istis locis videamus, explicanda ipsa vis est illarum particularum. Ac de δὴ dubitari non potest, τοὶ autem iam aliquoties dixi, derivandum videri a pronomine indefinito τίς, ut id, quom pro dativo τῷ positum esse appareat τοί, nihil aliud significet nisi *aliquo modo*, ex qua voce quem ad modum nasceretur adseveratio aliqua, id ipsum non semel significavi, veluti in particulis ἀλλὰ μέντοι p. 60. in ἀλλά τοι p. 68. Significant igitur particulae δή τοι *iam aliquo modo*, ut haec ultuma vox, *quo modo* aliquid sit, incertum relinquat, adfirmet tamen de eo, quod revera esse videatur, quasi Latine dicas: *iam sane*, *iam profecto*. Eo autem minus dubitari potest de harum particularum consociatione, quod saepe etiam pronomen τίς, unde τοὶ originem habet, adiunctum est δὴ particulae apud scriptores Atticos, qua de re modo explicatum est. Loci autem satis multi adferri possunt, qui hunc earum particularum usum evincant. Dicam primum de iis, quos etiam Hartungius, cui nescio quo modo eae particulae suspectae sunt, certos esse pronuntiavit. Nam non solum in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 154. ed. Bekk. p. 311. E. ed. H. Steph., ubi postquam Socrates dixit: *Τί τοιοῦτον περὶ Πρωταγόρου ἠκούομεν;* respondet Hippocrates: *Σοφιστὴν δή τοι ὀνομάζουσί γε, ὦ Σώκρατες, τὸν ἄνδρα εἶναι.*, sed etiam in Thucydidis lib. II. cap. 41. concessit Hartungius recte δή τοι dici, quo

Δή τοι false suspectum. in loco Thucydidis haec leguntur: *Μετὰ μεγάλων δὴ σημείων καὶ οὐ δή τοι ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα*

κτέ., quibus in locis apparet *δή τοι* ita dici, ut fere Latinis particulis *iam profecto* respondeat. Haec eadem particularum significatio, quam plane naturalem esse his particulis vidimus, quom etiam ceteris locis, in quibus Hartungius repudiavit optumorum librorum scripturam, egregie conveniat, quid caussae est, cur inde tollamus particulas? Et in Platonis quidem *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 32. ed. Bekk. p. 242. C. ed. H. Steph. libri plurumi commendant, quam Imm. Bekkerus reposuit, scripturam hanc: *Σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἁμάρτημα. ὡς δή τοι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή.*, quibus in verbis ex iis, quae antecedunt, plane apparet, illam, quae sequitur, vocem recte inferri per particulas *δή τοι*, id est, *iam profecto*. Eodem modo res se habet in altero loco, qui legitur in Platonis libro secundo *de re publica* Part. III. vol. I. p. 74. ed. Bekk. p. 366. C. ed. H. Steph. in optumis libris scriptus in hunc modum: *Ὥς δή τοι, εἴ τις ἔχει ψευδῆ μὲν ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ᾽ ἔγνωκεν, ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ᾽ οἶδεν, ὅτι κτέ.*, quo in loco prorsus adsentior C. E. Chr. Schneidero, nisi quod exclamationem in eo loco negavit esse, quae sane subiecta huic voci est, etiam si denique nihil aliud ea efficitur nisi modus quidam adseverationis, recteque idem Schneiderus etiam in Platonis *Timaeo* Part. III. vol. II. p. 19. ed. Bekk. p. 26. B. ed. H. Steph. agnovit particulas *δή τοι* cum ceteris editoribus, quo in loco tamen ipso quoque exclamatio, quae continetur in particula *ὡς*, satis apparet. Quom enim ibi hoc dicatur: *Ὥς δή τοι, τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον.*, videtur recte fecisse Bekkerus, quod pro exclamatione habuit haec verba, quae rectissume infertur hoc quoque loco per eas particulas. Nam quom ea, quae praecedunt verba, caussa huius mirationis exhibeant, recte per eas particulas iubemur respicere ad illa verba. Nam etsi res eius modi est, ut communem fere sententiam illa vox continere videatur, tamen caussa, quam ob rem hic posita sit ea sententia, continetur in antecedentibus, itaque quasi nunc demum hoc cognoverit aut certe confirmatus sit in illa opinione, opportune ille dixit: *Iam profecto.* Quis neget igitur, quom librorum auctoritas egregie adiuvetur ab ipsa illa, quae requiritur, sententia, his in locis recte repositas esse a criticis circumspectis *δή τοι* particulas?

Et de consociatione *δή* particulae cum aliis particulis haec dicta sunto. Nam nunc etiam de collocatione particulae *Δή particulae collocatio.*

δή facilius statui potest, quae, ut vidimus, etiam ibi, ubi aliae particulae accedunt, semper spectat ad antecedentia, ut aut ipsi voci praecedenti adhaerescat, aut certe ab ea seiuncta non 'sit nisi per vocem eam, quae vim ac sonum non habet. Et quom δή magnam vim ipsum non haberet, factum est etiam, ut interdum plane obsorberetur ab iis vocibus, ad quas pertineret, ut verbi caussa, ubi dici posset: ἐκ τούτων δή diceretur, ἐκ δὴ τούτων, quoniam verba ἐκ τούτων ita inter sese coniuncta erant, uti pene unam notionem efficerent, ut perinde videretur esse utri earum vocum accederet particula. Hinc explicari videtur posse eorum opinio, quos Eustathius p. 143, 27. ait pro ἐπὶ δὴ τούτοις scribi velle, quasi una vox esset: ἐπιδητούτοις. Sic in Platonis *Philebo* Part. II. vol. III. p. 212. ed. Bekk. p. 48. D. ed. H. Steph. dicitur: Ἐκ δὴ τούτων ἰδὲ τὸ γελοῖον ἥν τινα φύσιν ἔχει. et rursus ibidem p. 217. ed. Bekk. p. 50. D. ed. H. Steph. Διὰ δὴ τί μάλισθα υπολαμβάνεις με δεῖξαί σοι τὴν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ μῖξιν; et p. 218. ed. Bekk. p. 50. E ed. H. Steph. ὑπό δή τινος ἀνάγκης κτἑ. et p. 228. ed. Bekk. p. 55. D. ed. H. Steph. Ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς κτἑ. nec alia caussa est, si dicitur in eodem dialogo p. 226. ed. Bekk. p. 55. A. ed. H. Steph. Τὴν δὴ φθορὰν καὶ γένεσιν αἱροῖτ' ἂν ὁ τοῦθ' αἱρούμενος κτἑ. Sed haec difficilia non sunt eodemque modo dicuntur in reliquis particulis huiusce modi.

Δὴ repetitum. Sed quom δή particula singulari voci adhaeresceret nec ad reliquam enuntiationem pertineret nisi per eam ipsam vocem, factum est, ut quemadmodum vidimus in particula γέ, sic etiam illa particula in una eademque enuntiatione bis poneretur, si quando duae voces eo modo efferendae erant, veluti in Herodoti lib. I. cap. 43. factum est: Ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος αὐτὸς δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός., quibus in verbis priore loco relativae particulae, posteriore pronomini adhaerescit ea particula, ut non possit offendere quemquam repetita, praesertim quom, si rem accurate spectamus, e duobus membris constet oratio. Simillumus huic est locus Xenophontis ex *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 4. §. 25., ubi haec leguntur: Ἐπεὶ δ' ἄνω ἦσαν πρὸς ταῖς τῆς μητροπόλεως οἰκίαις, ἐνταῦθα δὴ οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι ἐμάχοντο καὶ ἐξηκόντιζον τοῖς παλτοῖς κτἑ. Nam quod ibi dicuntur priore loco δή omittere libri boni, id non magnopere me movet, quod cur omiserint librarii alterum δή apparet, cur addiderint non item intel-

legitur. Alio autem modo repetita est particula δή in eius modi locis, qualis est Euripidis ille in *Alcestide* v. 281. Matth.

> *Τέκνα, τέκν', οὐκέτι δή,*
> *οὐκέτι δὴ μάτηρ*
> *σφῶν ἔστιν.*,

et rursus in eadem fabula v. 456 sqq.

> *Πολὺ δή, πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν*
> *λίμναν Ἀχεροντίαν πορεύσας*
> *ἐλάτᾳ δικώπῳ.*,

quem locum ab Aristophane in *Avibus* v. 539. derisum videri recte adnotavit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 1050. B. ed. Paris. Dicit enim Aristophanes:

> *πολὺ δή, πολὺ δὴ χαλεπωτάτους λόγους*
> *ἤνεγκας κτἑ.*

Magis huc facit, si quando in una eademque enuntiatione coniunctae sunt particulae δὴ — καὶ δή, veluti in Euripidis *Supplicibus* v. 1119. ed. Matth. *Δὴ - καὶ δή.*

> *Τάδε δὴ παίδων καὶ δὴ φθιμένων*
> *ὀστᾶ φέρεται κτἑ.*,

Tum si particulae δὴ et ἤδη leguntur in una enuntiatione, quandoquidem δὴ proprie nullam aliam vim habet, quam ἤδη particula, veluti in Xenophontis *Oeconomico* cap. 9. §. 6. dicitur: *Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διήλθομεν, ἔφη, οὕτω δὴ ἤδη κατὰ φυλὰς διεκρίνομεν τὰ ἔπιπλα.*, aut in Euripidis *Supplicibus* v. 982 sq. ed. Matth. *Δὴ ἤδη.*

> *Καὶ μὴν θαλάμας τάσδ' ἐσορῶ δὴ*
> *Καπανέως ἤδη τύμβον θ' ἱερὸν κτἑ.*

vel in *Troadibus* v. 23 sqq.

> *Δοῦλαι γὰρ δὴ*
> *Δωρίδος ἐσμὲν χθονὸς ἤδη.*

aut in Aristophanis *Acharnensium* v. 311 sq.

> *Ταῦτα δὴ τολμᾷς λέγειν*
> *ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς;*

Quibus in locis omnibus tamen ita ponuntur eae particulae, ut suam quaeque vim ac potestatem habeat, vide quae G. Hermannus adnotavit ad Vigerum p. 829. ed. tert. et L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 1049. C. ed. Paris.

Δῆθεν.

Δῆθεν. Δῆθεν particulam recte dixit Hartungius vol. I. p. 316. compositam videri ex particulis δὴ et θέν, ut θὲν non esset suffixum illud locale, sed potius debilitata forma particulae θήν, quae fere Latino *scilicet* respondere videtur, veluti in Aeschyli *Prometheo vincto* v. 928. dicitur:

Σύ θην ἃ χρήζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός.,

quod est fero: *Tu videlicet.* Namque ut μὲν et μήν, δὲ et δή, sic etiam θὴν et θὲν particulae cognatae esse videntur eademque eius particulae forma habetur etiam in δήπουθεν, qua de particula vide quae supra p. 429 sq. explicavimus. Ac si primam et veram vim ac potestatem particulae δῆθεν spectamus, videtur ea nihil aliud significare nisi *iam scilicet, iam videlicet.* Ita autem δῆθεν usurpatur, ut coniecturam facere iubeat de mente alterius, sive vera caussa esse videatur, ut explicationem habeat, sive ficta, ut simulationem contineat, sive falsa omnino, ut tamen speciem aliquam veri habere debeat.

Ac primum quidem in Euripidis *Ione* v. 831 sq. dicitur:

Καινὸν δὲ τοὔνομ' ἀνὰ χρόνον πεπλασμένον
Ἴων ἰόντι δῆθεν ὅτι συνήντετο.,

ubi δῆθεν (*videlicet*) significat dici illud ex mente eius, qui hoc nomen excogitavit, atque ab hac usu non abhorret illud, quod Herodotus posuit lib. VI. cap. 138. Καί σφισι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε, εἰ δὴ διαγινώσκοιεν σφίσι τε βοηθέειν οἱ παῖδες πρὸς τῶν κουριδιέων γυναικῶν τοὺς παῖδας καὶ τούτων αὐτίκα ἄρχειν πειρῴατο, τί δὴ ἀνδρωθέντες δῆθεν ποιήσουσι., ubi ultuma haec verba sic, uti posui, scripta sunt in libris omnibus, ut de mutatione nullo modo possit cogitari. Dictum est autem ἀνδρωθέντες δῆ θεν, ut mens eorum, qui sic ratiocinarentur, appareret, quasi Latine diceres: *quidnam, adulti videlicet, facturi sint.* Non enim δῆθεν nostro *vollends* ullo modo respondere potest, ut dubitans quidem voluit Hartungius, neque plane idem est, quod δῆτα particula, sed in singulari hac notione, quae continetur in participio ἀνδρωθέντες, iam rursus nos admonet de eorum cogitatione, qui in consilio sunt. Quod autem Hartungius adtulit Aeschyli *Septem adv. Thebas* v. 247., ibi nunc constanter editur:

Στένει πόλισμα γῆθεν ὡς κυκλουμένων.,

ut eo loco uti iam non possimus. Per ironiam autem ponitur ista explicatio actionis alienae in Sophoclis *Trachiniis* v. 380 sq. ed. Herm.

Τῆς ἐκεῖνος οὐδαμὰ
βλάστας ἐφώνει δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν.

Obiectum errorem significat particula δῆθεν in his locis, ut tamen speciem quandam veri prae se ferat, Xenophontis de *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 6. §. 3. Ἐγὼ μὲν ἐπεμψάμην μέγα φρονῶν, ὅτι δῆθεν τῆς βασιλέως θυγατρὸς ὀψοίμην τὸν ἐμὸν υἱὸν γαμέτην κτέ., quod Latine ipsum quoque *videlicet*, *scilicet* dici potest, Aeschyli in *Prometheo* v. 201 sq.

Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον,
ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν
σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν.

et rursus in eadem fabula v. 986.

Ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με.

De simulatione, quae facile nascitur ex mentis significatione ea, quae obiicitur aliis, cum tamen re vera aliam cogitationem alter habeat, Hartungius tales locos composuit plures, qualis est Thucydidis lib. I. cap. 127. Τοῦτο δὴ τὸ ἄγος οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐλαύνειν ἐκέλευον δῆθεν τοῖς θεοῖς πρῶτον τιμωροῦντες, Περικλέα δὲ εἰδότες τὸν Ξανθίππου προσεχόμενον αὐτῷ κατὰ τὴν μητέρα., ubi δῆθεν illud introducit, quod externam speciem habet, εἰδότες autem pertinet ad id, quod re vera erat. Similis caussa est eius loci, qui legitur ibidem cap. 92. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ κωλύμῃ, ἀλλὰ γνώμης παραινέσει δῆθεν τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο., quo in loco Latine dici hoc idem potest *videlicet*. Neque aliter se habet Herodoti lib. I. cap. 59. Ἤλασε ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν., ubi quod ille simulavit, re vera non erat. Ita recte quidem δῆθεν explicari poterit per vocem πρόφασιν, quod Devarius fecit vol. I. p. 65., modo memineris alio quodam modo hoc idem dici, si πρόφασιν dicas, ac si δῆθεν. Hoc enim tecte illud dicit, πρόφασιν aperte.

Praeterea hoc adnotandum videtur formam huius particulae δῆθε, quae habetur in Euripidis *Electra* v. 268.

Ὡς δῆθε παῖδας μὴ τέκοις ποινάτορας;

eo minus mutandam videri, quod εἶθε ab eadem origine ductum dicitur, quod iam comparavit Hartungius, et δήπουθε eodem modo pro δήπουθεν invenitur apud Annam Comn. p. 408. C. et ipsum δῆθε, ut videtur, a Tzetza *hist.* I, 892. usurpatum est. Posteriores enim scriptores doctrinam in eius modi rebus ostentare solebant, vide Hartungium vol. I. p. 318. L. Dindorf. in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 1041. D. p. 1053. A.

Δῆτα.

Δῆτα. Non potest dubium esse, quin δῆτα particula ipsa quoque a particula δή ducat originem, ut tantum modo hoc quaerendum esse videatur, unde venerit quae adiuncta est τα syllaba. Eam ego supra p. 29. dixi esse generis demonstrativi adferreque quandam demonstrationis significationem. Id ego nunc non comprobo. Nam etiam si de ipsa significatione, quam habet facta particula δῆτα, etiam nunc in eadem sententia sum, tamen credo ego alio quodam modo eam significationem adsumptam esse a particula, atque istic statui. Animadvertisse enim mihi videor non ad pronomen demonstrativum pertinere illam syllabam τα, sed potius ad pronomen indefinitum. Quod et usus et ratio ipsa confirmare videtur. Ac de ratione quidem sic habeto. Vidimus ad particulam δή cum pronomen indefinitum lubenter, tum particulas ab eadem aut simili origine ductas adhaerescere, ut δή τις, δή τι, δή τοι, δή που et quae sunt similia dicantur, quo etiam quadrabit illud δῆτα, si posteriorem syllabam revocamus ad pronomen indefinitum, quod recte fieri posse videtur. Non enim dubitari potest, quin praeter τίς, τινός, τινί, τινά etiam alia forma eius pronominis antiquo tempore in usu fuerit, quae fuit τός, unde τοῦ, τῷ, ex quo τοὶ particula, si ea est enclitica, ducta est, manserit. Ab hac forma etiam illud τα videtur profectum esse, ut id adverbii vicem habeat augeatque vim δή particulae. Et de ratione quidem hactenus. Non minus enim usus nostram rationem comprobare videtur. Namque in eo omnes consentiunt, δῆτα particulam ita cognatam videri cum δή particula, ut veram ac propriam illius particulae significationem sic adauctam exhibeat, ut confirmationis aliquid accessisse videatur. Ista autem confirmatio, quem ad modum ex pronomine demonstrativo nasci potuit, sic potuit etiam e pronomine indefinito. Illud enim iam aliquoties cognovimus, si quid quoquo modo esse, sed esse tamen dicatur, id certius iam esse videri. Ita etiam δῆτα videtur

istam vim, quae est in particula δή, eo confirmare, quod τα adiunctum est, quod *aliqua tenus* interpretari possumus, ut sit δῆτα *iam aliqua tenus, iam aliqua ratione* vel, si omittimus originis significationem, ac ponimus illud, quod idem valet in oratione ipsa, *iam sane, iam quidem, iam profecto, iam certe*, quod nos dicamus: *nur immerhin*, quod aptissume accedit etiam ad originem particulae δῆτα. Atque hanc vim particulae δῆτα recte iam Devarius vol. I. p. 66 sq. multis locis agnovit.

Ita in omnibus iis locis dicitur δῆτα, ubi confirmativum illud δὴ augetur quodam modo. Aptissumus ad docendum locus est Aristophanis ex *Equitibus* v. 725 sq., quo usus est iam Devarius, ubi postquam Cleon dixit: Δῆτα in hortatione.

Ὦ Δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε.

adiicit fartor:

Νὴ Δί', ὦ πάτερ,
ἔξελθε δῆτα.,

quibus in verbis simplex illa hortatio: δεῦρ' ἔξελθε, ab altero augetur, quasi Latine dicas: *Exi iam quidem*, aut nostra lingua: *Tritt immerhin hervor.* Eodem modo in hortatione saepe locum habet δῆτα, similiter, ut simplex δὴ particula, veluti in Euripidis *Electra* v. 676 sqq. ed. Matth., ubi Orestes dicit:

Ὦ Ζεῦ πατρῷε καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν,
οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς· οἰκτρὰ γὰρ πεπόνθαμεν.

adiungit Electra preces eius adiuvans:

Οἴκτειρε δῆτα σοῦγε φύντας ἐκγόνους.,

quod nos dicamus: *Erbarm dich immerhin.* Iam pergit Orestes:

Ἥρα τε, βωμῶν ἣ Μυκηναίων κρατεῖς,
νίκην δὸς ἡμῖν, εἰ δίκαι' αἰτούμεθα.

cui supplicans ipsa quoque sese adiungit Electra:

Δὸς δῆτα πατρὸς τοῖσδε τιμωρὸν δίκην.

Is igitur modus hortandi eius est, qui ei, quod alter precatur, accedit, ut ipse quoque enixe roget. Id dicitur interdum etiam cum indignatione, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 445 sqq. ed. Herm., ubi postquam Tiresias pronuntiavit:

Ἄπειμι τοίνυν· καὶ σὺ παῖ κόμιζέ με.

indignabundus reddit Oedipus:

Κομιζέτω δῆθ᾽· ὡς παρὼν σύ γ᾽ ἐμποδὼν
ὀχλεῖς συθείς τ᾽ ἂν οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον.,

quem locum rectissume interpretatus est Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 419. *Faciat, nemo prohibet* (*immerhin*). Usurpata autem haec formula etiam ibi est, ubi aperta quidem hortatio non praecesserat, sed ita tamen hortandum erat, ut alterius voluntatem confirmares, veluti in Euripidis *Oreste* v. 218. postquam Electra dixit:

Βούλει θίγω σου κἀνακουφίσω δέμας;

respondet Orestes:

Λαβοῦ, λαβοῦ δῆτ᾽, ἐκ δ᾽ ὄμορξον ἀθλίου
στόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ᾽ ἐμῶν.,

et rursus in eadem fabula v. 1231., ubi Electra simili Orestis precationi subservit hac voce:

Ὦ πάτερ, ἱκοῦ δῆτ᾽, εἰ κλύεις ἔσω χθονὸς
τέκνων καλούντων, οἳ σέθεν θνήσκουσ᾽ ὕπερ.,

quibus in locis vis illa a pronomine indefinito petita maxumopere exstat. Respondet enim plane nostro *immerhin*, quod eodem modo dilatat significationem, quo Graecorum δῆτα. Eadem caussa est, si una eademque persona in oratione sua repetita priore voce, ponit δῆτα, veluti hoc factum est in Aeschyli *Prometheo vincto* v. 1072 sqq.

Μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι
μέμψησθε τύχην, μηδέ ποτ᾽ εἴπηθ᾽
ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
πῆμ᾽ εἰσέβαλεν·
μὴ δῆτ᾽, αὐταὶ δ᾽ ὑμᾶς αὐτάς.

Δῆτα in responsione. Neque aliam vim habet particula δῆτα in responsione, cuius rei exemplum petivit Devarius vol. I. p. 66. ex Aristophanis *Avibus* v. 268 sq., cui addi potest locus ex eadem fabula v. 274 sq. ubi Euelpides dicit:

Ἕτερος ὄρνις οὑτοσί.,

cui respondet Pisthetaerus:

Δὴ Δί᾽ ἕτερος δῆτα χοὖτος ἔξεδρον χώραν ἔχων.

et e *Thesmophoriazusis* v. 606 sq., ubi Clisthenes dicit:

Γιγνώσκεθ᾽ ὑμεῖς ἥτις ἔσθ᾽ ἥδ᾽ ἡ γυνή;

reddit chorus:

Γιγνώσκομεν δῆτ᾽, ἀλλὰ τὰς ἄλλας ἄθρει.

Huc pertinent etiam eius modi loci, qualis est ille Sophoclis in *Antigona* v. 546. ed. Herm., ubi postquam Ismene interroganti:

Τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' οὐδὲν ὠφελουμένη;

respondet Antigona:

Ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ.

quod dicas Latine: *Dolens quidem certe, si risum in te rideo.* Adfirmatur enim per δῆτα particulam sensus Antigonae, qui iam quoquo modo dolorem percipiat. Plures locos adtulit Hartungius vol. I. p. 305., veluti Platonis lib. *de re publica* I. Part. III. vol. I. p. 14. ed. Bekk. p. 333. A. ed. H. Steph. *Ξυμβόλαια δὲ λέγεις κοινωνήματα ἤ τι ἄλλο; Κοινωνήματα δῆτα.* Interdum hoc genus adseverationis acerbam quandam irrisionem habet, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 322 sq., ubi postquam Dicaeopolis dixit:

Οὐκ ἀκούσεσθ', οὐκ ἀκούσεσθ' ἐτεόν, ὠχαρνηΐδαι;

respondet chorus:

Οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα.,

aut oratio manet quidem in eadem similitudine, sed tamen aliorsum detorquetur cum magna quadam acerbitate orationis, quem ad modum in Euripidis *Medea* v. 1363 sq. Medeae dicenti:

Ἴσασιν ὅστις ἦρξε πημονῆς θεοί.

reddit Iason cum irrisione:

Ἴσασιν δῆτα σήν γ' ἀπόπτυστον φρένα.

Atque sic etiam factum est, ut ubi una eademque persona aliquid repeteret idque vellet adseverare magis, usurparet altero loco particulam δῆτα, quo facit Sophoclis locus de *Electra* v. 1152 sqq. ed. Herm. *Δῆτα in eiusdem notionis repetitione.*

Ὦ δεινοτάτας;
οἴμοι,
πεμφθεὶς κελεύθους, φίλταθ', ὥς μ' ἀπώλεσας·
ἀπώλεσας δῆτ', ὦ κασίγνητον κάρα.

et eiusdem *Philoctetes* v. 749 sq. ed. Herm.

Ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ·
δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς.,

quibus in locis continet vehementiorem quandam adseverationem δῆτα particula, quam habet illa etiam in iis locis, ubi praecedit quidem nihil, sed res tamen ita comparata est, ut adauctam illam ac vehementem vim orationis recipiat, veluti in iis locis, quos posuit Hartungius l. l. p. 308. alterum ex Aristophanis *Nubibus* v. 5 sq., ubi haec habentur:

> Οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ
> ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
> ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.,

quod nostra lingua imitari ita licet, ut dicas: *Verwünscht seiest du immerhin, o Krieg!* alterum e Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 14. ed. Bekk. p. 452. C. ed. H. Steph. Σκόπει δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν ἢ παρὰ Γοργίᾳ ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν., quo in loco Plato de industria τὸν χρηματιστὴν tanta vi loquentem introducit. Sic enim dicit: Μετὰ δὲ τὸν παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστής, ὡς ἐγῷμαι, πάνυ καταφρονῶν ἁπάντων. Iste igitur confidenter loquitur, quasi nostro sermone dicas: *Schau dich in Gottes Namen um u. s. w.* Tertium autem locum, quem apposuit idem Hartungius ex Aristophanis *Equitibus* v. 1027., non accipio. Nam quom olim ibi legeretur:

> Λέγε δή· ἐγὼ δὲ πρῶτα λήψομαι λίθον.,

poterat videri Bentleii ratio, quam Brunckius secutus est tacite, aliquam veri similitudinem habere, qua volgo editum erat:

> Λέγε δῆτ'. ἐγὼ δὲ πρῶτα λήψομαι λίθον.

Quamquam particula δῆτα hoc loco commode stare non posse videatur. Sed quom haec ex codice Ravennate, libro optumo, enotata sit scriptura: Λέγε νῦν., dubitari non potest quin haec ab Aristophanis manu sit profecta.

Ἀλλὰ δῆτα et Ἀλλὰ — δῆτα. Eandem vim obtinet particula δῆτα etiam in iis locis, si quando in confirmatione consociata cum aliis particulis legitur. Ac de ἀλλὰ δῆτα iam diximus p. 29 sq., quod dicitur si singularis vox magis ecferenda est, etiam interposita illa voce: ἀλλὰ — δῆτα, ut ἀλλὰ oppositionem indicet, δῆτα autem eo, quo vidimus modo, rem adseveret.

Γὰρ δῆτα. Sic manet particulae δῆτα sua vis, etiam si quando quem ad modum γὰρ δή, sic etiam γὰρ δῆτα coniuncte dictum est, veluti in Euripidis *Electra* v. 930. ed. Matth., ubi Electra sic loquitur:

Ἄλγιστα δ' ᾤκεις, οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς·
ᾔδησθα γὰρ δῆτ' ἀνόσιον γήμας γάμον,
μήτηρ δέ σ' ἄνδρα δυσσεβῆ κεκτημένη.,

quod iam in antecedentibus, veluti v. 920. eandem rem adseveraverat, ubi dicit:

Κἄγημας αἰσχρῶς μητέρ' ἄνδρά τ' ἔκτανες
στρατηλατοῦνθ' Ἕλλησιν, οὐκ ἐλθὼν Φρύγας.,

ut hoc loco iure adsurgere possit seseque iactare adseveratio illa.

Eodem modo differunt etiam inter se γὲ δὴ et γὲ δῆτα particulae. Ac de γὲ δὴ dictum est supra p. 338 sqq. Quae particulae quom ipsae proprie *iam certe* significare viderentur, γὲ δῆτα particulae continent quidem in se etiam illud *iam certe*, sed ut tamen adhaerescat gravior illa adseverandi vis, quae in adiuncta syllaba τα nobis contineri visa est, veluti in illo Euripidis loco de *Phoenissis* v. 1727., quem locum nuper ita constituit G. Hermannus. Loquitur Oedipus: Γὲ δῆτα.

Ἰδοὺ πορεύομαι, τέκνον.
σύ δή, σύ μοι
ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.,

quem excipit Antigona:

Γενόμεθα, γενόμεθ' ἄθλιοί
γε δῆτα Θη-
βαιᾶν μάλιστα παρθένων,

quo in loco apparet γὲ δῆτα dixisse Antigonam, quod Oedipus ipse iam dixerat:

ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.,

Facit igitur δῆτα particula, ut pene necessariam existumem lectionem ἀθλία, pro qua in libris quibusdam ἀθλίῳ et ἀθλίου haberi dicitur. Id dicitur etiam alio quodam modo δῆτά γε, veluti in Euripidis *Iphigenia*, *quae est Aulide*, v. 856. ed. Matth. Δῆτά γε.

Οἶσθα δῆτά γ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν,

quo in loco non recte fecit R. Porsonus in *Advers.* p. 253, quod scribendum coniecit: Οἶσθα δῆτά μ' ὅστις κτἑ., cui frustra adsensus est Elmsleius ad Euripidis *Medeam* p. 287. adnot. Nam ut οἶσθά γε δῆτα dici potuit, sic potuit etiam οἶσθα δῆτά γε, vide quae supra de particulis γὲ δὴ et δή γε aliquoties explicavimus.

Ἢ δῆτα, μὴ δῆτα, οὐ δῆτα. Etiam in iis locis, ubi *δῆτα* particula confirmativam vim suam confert cum particulis *ἤ*, *μή*, *οὔ*, prima ac vera eius significatio facile agnoscitur, et *ἢ δῆτα* aliquanto est vehementius quam *ἢ δή*, quod dicitur eodem modo, ut *ἢ δῆτα* sit: *sane profecto*, veluti in Aeschyli *Septem adv. Thebas* v. 670 sq. dicitur:

Ἢ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας.

De *μὴ δῆτα* vide Devarium vol. I. p. 133 sq. et de *οὐ δῆτα* p. 172 sq. Adfert autem etiam in illis locis *δῆτα* nihil aliud nisi vehementiorem adseverationem ad *μὴ* et *οὐ* particulas, qua re ipsa negatio maxumopere augetur, quasi dicas *nequaquam*, vel tale quid.

Ἢ δῆτα. Dicitur porro *ἢ δῆτα*, ut *δῆτα* in his quoque locis vehementiorem quandam adseverationem habeat, veluti in Aristophanis *Vespis* v. 330 sq.

Κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας
εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε θερμήν·
ἢ δῆτα λίθον με ποίησον ἐφ' οὗ
τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσιν.

quod Latine dicas: *vel, si dis placet, fac me lapidem etc.* Habet enim talem adseverationem *δῆτα*, ut iam omne, quodcumque illud sit, se profiteatur velle pati.

Καὶ δῆτα. Nec aliter res se habet in coniunctis particulis *καὶ δῆτα*, quae frequentissumae habentur in scriptis Atticorum, quibus in locis quod accedit per *καὶ δῆτα* particulas, non sine graviore adseveratione adiungitur, qua omni dubitationi, quae moveri posse videatur, iam ante occurratur, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 141 sq. dicitur:

Τοῦτον μετὰ Σιτάλκους ἔπινον τὸν χρόνον,
καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς.

quod Latine dicas: *atque adeo*, et in *Vespis* v. 11 sqq.

Κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως ἐπεστρατεύσατο
Μῆδός τις ἐπὶ τὰ βλέφαρα νυσταχτὴς ὕπνος,
καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαστὸν εἶδον ἀρτίως.

Sic etiam illud se habet, quod legitur in Platonis *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 373. ed. Bekk. p. 11. C. ed. H. Steph. *Κινδυνεύω ἄρα, ὦ ἑταῖρε, ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὑτοῦ μόνα ἐποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ, ὡς ἔοικε, καὶ τὰ ἀλλότρια· καὶ δῆτα τοῦτό μοι τῆς τέχνης ἐστὶ κομψότατον, ὅτι ἄκων εἰμὶ σοφὸς κτέ.*, quod verti

recte potest: *Atque id adeo mihi est pulcherrumum artis, me invitum esse sapientem.* Adde Thucydidis lib. VI. cap. 38. *Καὶ δῆτα, ὃ πολλάκις ἐσκεψάμην, τί καὶ βούλεσθε, ὦ νεώτεροι;*

Quem ad modum δή particula, sic etiam δῆτα apposita haud raro est ad pronomina relativa ab iisque ductas particulas, ut tamen etiam hic adaucta particulae vis facile appareat, veluti in Aeschyli *Eumenidibus* v. 396 sqq. dicitur:

Πρόσωθεν ἐξήκουσα κληδόνος βοήν,
ἀπὸ Σκαμάνδρου γῆν καταφθατουμένη,
ἣν δῆτ' Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι
τῶν αἰχμαλώτων χρημάτων λάχος μέγα,
ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοί.

et in *Septem adv. Thebas* v. 827 sqq.

Ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας
ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους;
οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
καὶ πολυνεικεῖς
ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ.

et in Sophoclis *Philocteta* v. 127 sqq.

Αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόποις
μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προσῇ·
οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου
δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.

Eodem modo, ut ὅς δή, sic etiam ὅτε δή dici vidimus supra p. 428., ut facile appareat quem ad modum ὅτε δῆτα, si quando legitur, interpretandum esse videatur, quod habetur, ut unum certe locum ponam, in Aristophanis *Vespis* v. 121.

Ὅτε δῆτα ταύταις ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει,
διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν.

Quam ego supra dixi vehementiorem adseverationem in particula δῆτα inesse, petitam illam ex enclitico vocabulo τα, quod particulae adhaerescit, id egregie etiam facit ad eos locos, ubi in interrogatione positum est δῆτα, recte intellegendos. Solet enim adseveratio in ea positione esse, de qua certiores fieri volumus, verane an falsa sit. Atque in eius modi locis prima ac vera vis particulae, ut fere *iam aliquo modo, iam aliqua ratione* significet, quo efficiatur aliqua adseveratio, facile agnosci potest, veluti si in Sophoclis *Trachiniis* v. 1219. ed. Brunck. dicitur: **Δῆτα in interrogatione.**

Τὴν Εὐρυτείαν οἶσθα δῆτα παρθένον;

hoc est proprie: *Euryteam nosti iam aliquo modo virginem?* ubi δῆτα per verbum οἶσθα pertinet ad omnem sententiam, aut si in eadem fabula v. 76. dicit Deianira:

> Ἆρ' οἶσθα δῆτ', ὦ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι
> μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;

cui simillumus est locus ille Euripidis ex *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 856. ed. Matth., quem posuimus supra p. 441.

> Οἶσθα δῆτά γ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν;

et ille, qui habetur in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1007. ed. Herm.

> Ἆρ' οἶσθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων;

nec abhorret ille locus ex *Philocteta* v. 108.

> Οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν;

et qui habetur in *Aiace* v. 1339. ed. Herm.

> Τοιούσδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους;

et Euripidis de *Phoenissis* v. 901.

> Θέλεις ἀκοῦσαι δῆτα καὶ σπουδὴν ἔχεις;

Aristophanis denique versus de *Equitibus* v. 871.

> Ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν οἷός ἐστιν;

quibus in locis omnibus ista vis, quae est in particula δῆτα, ita accedit ad sentiendi verba, ut ea notio, quae continetur in quoque verbo, iam quoquo modo adesse putetur ab iis, qui ita interrogant, nec videtur casu factum, ut potissumum ad ista verba adhaeresceret particula in his aliisque similibus locis. Sed tamen saepe etiam factum est, ut ad aliam vocem, quae quidem maiorem quendam sonum haberet, pertineret δῆτα particula, veluti si in Sophoclis *Electra* v. 1626. dicitur:

> Τῷ σῷ δικαίῳ δῆτ' ἐπισπέσθαι με δεῖ;

aut in eiusdem *Oedipo rege* v. 429.

> Ἦ ταῦτα δῆτ' ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν;

aut in *Philoctela* v. 987 sq.

> Ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά,
> εἴ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται βίᾳ;

aut in *Choephoris* Aeschyli v. 206.

Καὶ τὰς προπομποὺς δῆτα τάσδε λοιδορεῖς;

aut in Aristophanis *Nubium* v. 86.

ΣΤ. Ὦ παῖ, πιθοῦ. ΦΕΙ. Τί οὖν πίθωμαι δῆτά σοι;

quibus in locis facile apparet quorsum pertineat vis ac significatio particulae.

Sed saepe numero particula δῆτα etiam cum ipsis pronominibus vel particulis interrogativis coniuncta ita est, ut primum post interrogationem locum obtineat, veluti in Aristophanis *Nubium* v. 58. ubi Strepsiades dixit:

Δεῦρ' ἔλθ', ἵνα κλάῃς.

respondet servus:

Διὰ τί δῆτα κλαύσομαι;

quod proprie est: *Quam ob rem iam, quoquo modo hoc ita sit, vapulabo?* quod maiorem habet sive mirationem sive indignationem, quam si interroges: Διὰ τί δὴ κλαύσομαι. Eodemque modo paullo post in eadem fabula v. 78 sq. sic loquitur idem Strepsiades:

Ἀλλ' ἐξεγεῖραι πρῶτον αὐτὸν βούλομαι.
πῶς δῆτ' ἂν ἥδιστ' αὐτὸν ἐπεγείραιμι; πῶς;

qua ratione istud πῶς ita dilatatur, quasi nostra lingua dicas: *Wie in aller Welt könnte ich ihn am sanftesten wecken?* Et rursus in eadem fabula v. 148.

Πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε;

et v. 154 sq.

Τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους
φρόντισμα;

et v. 159.

Τί δῆτ' ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;

et v. 180.

Τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;

et v. 193.

Τί δῆθ' ὁ πρωκτὸς ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;

Ita δῆτα ponitur etiam post alias particulas interrogativas, veluti in eadem Aristophanis fabula v. 1094 sq. dicitur:

Ἆρα δῆτ'
ἔγνωκας ὡς οὐδὲν λέγεις;

et in *Equitibus* v. 322.

Ἆρα δῆτ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναίδειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ ῥητόρων;

et rursus ibidem v. 878 sq.

Οὔκουν σε δῆτα ταῦτα δεινόν ἐστι πρωκτοτηρεῖν,
παῦσαί τε τοὺς βινουμένους;

Οὔκουν δῆτα, οὖν δῆτα. Nam quod interiectum est pronomen encliticum σέ, id cursum δῆτα particulae nullo modo potest impedire, et lubenter δῆτα ad οὖν particulam adhaerescit, qua de re conferatur praeter locum supra p. 444. ex Aristophanis *Equitibus* v. 871. adlatum eiusdem fabulae v. 875.

Οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐμβάδας τοσουτονὶ δύνασθαι,
ἐμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὅσων πέπονθας;

Respondet autem οὖν δῆτα particulae ad amussim particulis οὖν δή, de quibus supra p. 418 sq. dictum est, nisi quod adaucta est vis unius particulae δή adiecta τα syllaba.

Denique etiam in indirecta interrogatione δῆτα eodem modo locum habet, veluti in Aristophanis loco de *Acharnensibus* v. 796.

Ὁρᾷς ὅσον περ δῆτα τοῦτο κερδανεῖς;

Ἤδη δῆτα, δή — δῆτα et similia. Iam nihil aliud restat nisi ut significem, etsi δῆτα non minus quam δή a particula ἤδη ductum esse videatur, tamen non raro has omnes particulas ab eadem radice ductas coniunctas haberi in Atticorum scriptis, quod eiusdem particulae forma alia aliorsum faciat. Sic dicitur in Sophoclis *Oedipo rege* v. 557. ed. Herm.

Πόσον τιν' ἤδη δῆθ' ὁ Λάϊος χρόνον —
ἄφαντος ἔῤῥει θανασίμῳ χειρώματι;

et alio quodam modo in Aristophanis *Pace* v. 929.

Τῷ δὴ δοκεῖ σοι δῆτα τῶν λοιπῶν;

Δῆτα particulae collocatio. De collocatione autem particulae δῆτα vix quidquam adnotandum videtur. Namque ea particula, quem ad modum δή particula, unde ducta est, primum locum sententiae occupare non potest, sic ipsa quoque non ponitur in principio sententiae, igitur ne versus quidem. Quamquam non eo debemus procedere in hac caussa, quo progressus est P. Elmsleius, qui in Sophoclis *Aiace* v. 964 sq. ed. Herm. negavit recte scriptum esse:

Οὐχ ὅσον τάχος
δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο κτέ.

Cui recte oblocutus est G. Hermannus p. 143. Ibi enim ita consociati sunt duo versus, ut unam sententiam efficerent, in qua suo loco collocata est δῆτα particula.

Δ᾽ οὖν.

Quem ad modum particulae ἀλλ᾽ οὖν, de quibus vide et ipsum Devarium vol. I. p. 6 sq. et nos vol. II. p. 16 sq. saepe coniunctae leguntur in scriptis Atticorum, ut ἀλλὰ quidem oppositionem manifestet, οὖν autem e praesenti rerum statu rem, de qua sermo est, colligat atque deducat, sic etiam δ᾽ οὖν particulae haud raro coniunctae sunt, neque aliter differunt ab illis particulis, nisi quod lenior oppositio, profecta illa quidem ex adseveratione, continetur in δὲ particula quam in ἀλλά. Et de his quidem particulis recte iam existumavit Devarius vol. I. p. 67 sq., nisi quod per ὅμως particulam vim ac significationem eius formulae descripsit. Id enim solam oppositionem indicat, non item ratiocinationem, quam contineri in particula οὖν nullo pacto potest negari. Sed quamquam facile utriusque particulae vis in singulis locis agnosci et intellegi potest, placet tamen, quoniam in quibusdam locis illae particulae tam apte coniunctae sunt, ut unam quandam notionem efficere videantur, aliquot locos de hoc quoque genere pertractare. Illud autem semper tenendum est, uno eodemque modo in omnibus locis usurpatas esse illas particulas, ac si quid discriminis quando intercedere videatur, id non in particulis, sed in intumae sententiae ratione positum esse, ut id ad illas nihil valeat per sese. Δ᾽ οὖν.

Utriusque autem particulae vis maxume exstat in iis locis, in quibus ista oppositio, quam habet δὲ particula, ad certam vocem pertinet, veluti in Aeschyli *Eumenidibus* v. 885 sqq. si dicitur:

> Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι πειθοῦς σέβας,
> γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
> σὺ δ᾽ οὖν μένοις ἄν.,

quo in loco δὲ aptissume coniunctum est cum pronomine σύ, οὖν autem pertinet ad omnem illum rei statum, qui per Minervam significatus est, nec aliter res se habet in Euripidis *Alcestide* v. 73 sq.

> πόλλ᾽ ἂν σὺ λέξας οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις·
> ἡ δ᾽ οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους.,

quibus in verbis δὲ distinguit τὴν γυναῖκα (Alcestin), οὖν autem ad praesentem rerum condicionem facit. Hoc modo explicandi etiam illi loci sunt, in quibus aut ellipsin statuerunt aut δ᾽ οὖν in γοῦν mutatum voluerunt, veluti in

Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 2. §. 12., ubi haec habentur: Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως παρὰ Κῦρον· καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι χρήματα πολλά· τῇ δ' οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. Hic primum non sine quadam vi per oppositionem dativus τῇ στρατιᾷ infertur. Nam quom de pecuniis quas secum adtulisse dicatur Epyaxa dubitantius dixisset, iam adseverat de eo, quod exercitui evenerit idque facit per lenem istam oppositionem, quam ex adseveratione nacta est particula δέ, revocat autem deinde rem ad eum rerum statum, qui quom illa ita essent, iam fuerit, idque fit per particulam οὖν. Quod si illo loco Xenophon dixisset, quod Schneiderus aliique voluerunt: Τῇ γοῦν στρατιᾷ κτέ. magna quidem mutatio sententiae non esset, sed tamen certior illa adseveratio, exercitui quidem, quom res sese ita haberent, stipendia soluta esse, exstaret, eoque illud, quod in antecedentibus erat declaratum, debilitaretur quodam modo: nunc quom dixit: Τῇ δ' οὖν στρατιᾷ κτέ., non tantopere respicitur superior sententia, sed quasi nova res adseveratur, et οὖν tantum modo praesentem rei condicionem declarat. Nec aliter se res habet in eodem libro cap. 3. §. 5. Εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω οὐκ οἶδα· αἱρήσομαι δ' οὖν ὑμᾶς καὶ σὺν ὑμῖν ὅ, τι ἂν δέῃ πείσομαι., quo in loco δὲ particula cum leni ista adfirmatione opponit αἱρήσομαι antecedentibus, οὖν autem rem praesentem monstrat. Composuit iam Krügerus cum eo loco ex eadem *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 4. §. 6. Ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, οὐκ οἶδα· τὸν δ' οὖν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι κωλυόντων πολεμίων., quo in loco dici quidem ipso quoque potuit: Τὸν γοῦν Εὐφράτην ἴσμεν κτέ., sed alio quodam modo. Nunc leni oppositione adseverat de Euphrate, quasi Latine dicas: *Flumenne etiam aliud a nobis transeundum sit nescio, Euphratem vero scimus transiri non posse impedientibus hostibus.*

Quom natura sua lenis tantum modo in voce δὲ contineretur oppositio, in voce autem οὖν nihil aliud nisi relatio ad rerum statum praesentem inesset, tamen coniunctae illae particulae interdum ea vi positae sunt, ut consociatae quidem satis gravem efficerent transitum, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 764 sq. ed. Herm.

Δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών·
τὼ δ' οὖν κόρα τώδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

In aliis autem locis tanta vis earum particularum non est,

sed lenior quaedam adfirmatio de eo, quod ex rebus pluribus magis ponatur, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 13. dicitur: Ἐπαναχωρῶν δὲ ὁ Ἀριστεὺς ἀπὸ τῆς διώξεως ὡς ὁρᾷ τὸ ἄλλο στράτευμα ἡσσημένον, ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσῃ χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν, ἔδοξε δ' οὖν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον, δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτίδαιαν. Atque ea ipsa formula ἔδοξε δ' οὖν in eius modi locis saepius habetur, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 3. §. 16. Φεραύλας μὲν δὴ οὕτως εἶπεν, ἀνίσταντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ συναγορεύοντες· ἔδοξε δ' οὖν κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἕκαστον κτέ. Nec dissimilis est alter locus, quem Hartungius adtulit e Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 161. ed. Bekk. p. 315. E. ed. H. Steph. Παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Παυσανίαν νέον τι ἔτι μειράκιον, ὡς μὲν ἐγῷμαι, καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. In aliis locis conclusio ipsa magis videtur exstare, veluti in illo Euripidis loco de *Oreste* v. 11 sqq.

> Οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ,
> ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ
> ἔριν, Θυέστῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ
> θέσθαι· τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;
> ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς.,

quem locum rectissume explicavit Hoogeveenus p. 142. ed. Schütz, quod dixit non facile dicturum fuisse ἔδαισε δ' οὖν poetam, nisi interposuisset haec verba: τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ; Multis in locis omnino istae particulae lenem transitum in oratione efficiunt, quod significamus nos iam velle de re posita aliqua uberius explicare, veluti in Plutarchi *vita Cimonis* cap. 16. Ὅθεν φθόνον ἑαυτῷ συνῆγε καὶ δυσμένειάν τινα παρὰ τῶν πολιτῶν· ἡ δ' οὖν ἰσχύσασα μάλιστα κατ' αὐτοῦ τῶν διαβολῶν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην. His in locis δ' οὖν nostris particulis *nun aber* plane respondet et res nullam omnino habet difficultatem, nisi quod etiam in eis locis interdum conclusio magis, interdum oppositio apparet. Et oppositio quidem magis exstare videtur in illis formulis, quas adtigit Hartungius vol. II. p. 14., si quando dicitur: εἰ δ' οὖν, ἐὰν δ' οὖν et quae sunt similia, uti in Plutarchi *vita Lycurgi* cap. 15. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου, τί πάσχουσιν οἱ μοιχοὶ παρ' αὐτοῖς, εἶπεν· ὦ ξένε, οὐδεὶς γίνεται μοιχὸς παρ' ἡμῖν· ἐκείνου δὲ ὑπολαβόντος· ἐὰν δ' οὖν γένηται κτέ. aut in Platonis libro III. *de re publica*

Part. III. vol. I. p. 111. ed. Bekk. p. 388. B. ed. H. Steph. dicitur: *Πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μή τοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους καὶ λέγοντας·*

Ὦ μοι ἐγὼ δειλή, ὤμοι δυσαριστοτόκεια.

εἰ δ' οὖν θεούς, μή τοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι κτἑ. Plures locos eius modi posuit Hartungius vol. II. p. 14., in his Sophoclis *Antigonae* v. 718. ed. Herm.

Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ,
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

Sed haec, si ratione singulos locos spectamus, difficilia non erunt, et facile illi quoque loci explicari poterunt, qualem posuit ipse Devarius vol. I. p. 68. e Plutarchi *Galba* cap. 16. *Χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ' οὖν τοὺς στρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν εἰπεῖν;* quo in loco ipsum verbum *ἔπεισε* adiutum per particulas *δ' οὖν* oppositionem efficit, quae respondeat antecedenti orationi ellipticae. Denique quod Devarius eadem pagina docendi caussa dixit *δ' οὖν* pro *γοῦν* accipi, non vereor ne quis aliorsum accipiat. Namque hoc per se apparet alio modo in eius modi locis *δ' οὖν*, alio *γοῦν* dici, uti in illo Aristophanis versu de *Avibus* 1027.

Νὴ τοὺς θεούς·
ἐκκλησιάσαι δ' οὖν ἐδεόμην οἴκοι μένων.

Id enim est proprie: *Contionari igitur vero debebam domi remanens.* Conf. quae supra dixi p. 448.

CAPUT IX.

De particulis ἐάν, εἰ et εἰς cum compositis.

Ἐάν. Ἐὰν particula dubitari non potest quin orta sit ex particulis *εἰ* et *ἄν*, id quod docuerunt iam veteres grammatici, veluti Etymologus magnus p. 307, 24. Eustathius ad *Iliadem* p. 825, 26., et eo quidem modo orta, quo supra in *ἂν* particula p. 143 sq. vidimus pronomina et parti-

culas relativas aptius cum ἂν particula coniungi, ut cum illae voces constructae cum coniunctivo condicionem aliquando futuram indicent, ea revocetur, adiuncta ἂν particula, ad eventum rerum, quem exspectare iubemur, vide praeter ea, quae supra l. l. diximus, quae docuit G. Hermannus *De particula* ἂν lib. II. cap. 7. p. 95 sqq.

Formae particulae ἐάν, ἤν, ἄν.

Illae autem particulae εἰ ἂν aptius inter se compositae triplicem formam pepererunt, ut et ἐὰν et ἢν et ἂν diceretur, quae formae quom redeant cunctae ad unam originem, ipsa sententia nihil differunt, usu et consuetudine dicendi non multum inter se distant, nisi quod Attici poetae contractam formam potius ἢν quam ἂν dixisse videntur, id quod olim observavit censor Hecubae Porsonianae in *Monthly Review* 1799. Aug. p. 430. comprobavitque iudicio suo G. Hermannus ad Vigerum p. 823. ed. tert., quamquam κἂν potius apud eos legitur quam κἤν *), contra in decretis, legibus, titulis lapidum saepissume ἐάν, rarius ἄν, rarissume ἢν invenitur, qua de re observavit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. linguae* vol. II. p. 3. D., oratores autem Attici et reliqui scriptores formas ἐάν, ἤν, ἂν ita usurpasst, ut earum formarum discrimen nullis aliis nisi euphoniae legibus contineatur, veluti quod adtulerunt Suidas et cod. Coisl. ap. Montef. Bibl. C. p. 232 sq. Thucydidem ἢ ἐὰν potius quam ἢ ἢν dixisse, qua de re vide L. Dindorfium l. l. p. 4. A. De collocatione vero particulae infra dicetur.

Sed ut ad ipsam sententiam, quae huic particulae subest, atque constructionem eius vocis revertamur, docuit olim Devarius, qui conferatur p. 68., et nuper reliqui grammatici, quorum vide G. Hermannum ad Vigerum p. 835., cum ea condicio, quae poneretur per ἐὰν particulam, revocaretur ad experientiam, eam non pertinere nisi ad rem futuram. Quod decretum verum est, quamquam illi grammatici non occurrerunt ipsi iis locis, qui huic normae repugnare videntur. Etenim ut taceam Andocidis vocem ex oratione IV., quae est *contra Alcibiadem*, §. 18. ed. Bekk. p. 31. ed. H. Steph. *Καὶ πρὸς μὲν τὰς ἄλλας πόλεις ἐν τοῖς συμβόλοις συντιθέμεθα μὴ ἐξεῖναι μήθ' εἶρξαι μήτε δῆσαι*

Ἐὰν in re praeterita.

*) Nam quem primum locum adfert L. Dindorfius e Sophoclis *Antigonae* v. 710. Br. *κἤν τις ᾖ σοφός*, ibi dubitari non potest, quin *κεἴ τις ᾖ σοφός* scribendum sit, quod et libri et veteres grammatici satis tuentur, de duobus autem reliquis locis Aristophanis *Acharn.* v. 717 *Equit.* v. 261., ubi libri sane *κἢν* habent, auctore P. Elmsleio dubitavit G. Dindorfius.

τὸν ἐλεύθερον· ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν· τούτου δὲ τοιαῦτα πράξαντος οὐδεμίαν οὐδεὶς οὔτ' ἰδίαν οὔτε δημοσίαν τιμωρίαν ποιεῖται., quo in loco etsi verba: μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν., ad tempus praeteritum pertinent, tamen illa vox: ἐὰν δέ τις παραβῇ, ita comparata est, ut ad experientiam revocetur ac potius ad futurum tempus respicere videatur, ut proprie hoc dicatur: *Sed si quis fecerit, magnam in eos poenam constituimus.*, quae verba extrema nihil aliud sonant, nisi: *magna proposita poena est*, ut ea per sese non turbent condicionem: ἐὰν δέ τις παραβῇ. Plus difficultatis videntur habere eius modi loci, qualis ille est e Demosthenis oratione XIX., quae est *de falsa legatione*, §. 225. ed. Bekk. p. 411. ed. Reisk., ubi haec verba habentur: Ἴστε δή που Πυθοκλέα τουτονὶ τὸν Πυθοδώρου. τούτῳ πάνυ φιλανθρώπως ἐκεχρήμην ἐγώ, καὶ ἀηδὲς ἐμοὶ καὶ τούτῳ γέγονεν εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην οὐδέν· οὗτος ἐκτρέπεταί με νῦν ἁπάντων, ἀφ' οὗ πρὸς Φίλιππον ἀφῖκται, κἂν ἀναγκασθῇ που συντυχεῖν, ἀπεπήδησεν εὐθέως, μή τις αὐτὸν ἴδῃ λαλοῦντα ἐμοί. μετὰ δ' Αἰσχίνου περιέρχεται τὴν ἀγορὰν κύκλῳ καὶ βουλεύεται καὶ σκοπεῖ. His in verbis quod dicitur: κἂν ἀναγκασθῇ που συντυχεῖν, ἀπεπήδησεν εὐθέως., id vero illi regulae repugnare videtur. Putes enim sententiam illis verbis subiectam hanc esse: *Et cum coactus esset mecum congredi, statim absiluit (aufugit)*. At tamen hoc non dicit orator, sed ille, quamquam in ipso verbo ἀπεπήδησεν εὐθέως praeteritum tempus ponit, tamen in condicione: κἂν ἀναγκασθῇ που συντυχεῖν, praesens potius tempus ante oculos habet, ut his quoque ad experientiam vocetur quid futurum sit, itaque hoc dicit: *Et sicubi coactus fuerit mecum congredi, statim se recipere solet.* Dixit autem ita ἀπεπήδησεν in re, quae in temporis momento posita est, ut aoristus, cum cetera omnia praesenti tempore ponantur, ipse quoque praesentis temporis vicem gerere videatur, quasi nostro sermone dicas: *Und wenn er einmal gezwungen ist mit mir zusammenzutreffen*, so *ist er gleich wieder fort*, aut etiam: *da hat er sich gleich wieder aus dem Staube gemacht.* Demosthenis loco simillumus est ille Sophoclis locus, qui legitur in *Electra* v. 25 sqq.

> Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων,
> ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
> ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν· ὡσαύτως δὲ σὺ
> ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις κἀυτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.,

quibus in verbis condicio illa: κἂν ᾖ γέρων, recte se habet, quamquam sequitur: ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώ-

λεσεν, quia illa verba, id quod ex appositis verbis: ἀλλ' ὀρθὸν οὓς ἵστησιν, satis intellegi potest, magis universam sententiam habent. Quod quom ita sit, uti in superiore loco Andocidis, sic etiam in his Demosthenis ac Sophoclis locis condicio ipsa usitato more dicendi elata est, et quae adiuncta est enuntiatio, ea tantum modo alio quodam modo atque exspectaveris oratione concepta est. Id adeo quem ad modum a me dicatur, facile intellegi potest ex illo Xenophontis loco, qui est in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 8. §. 12., ubi haec est oratio: *Καὶ ἐν τούτῳ Κῦρος παρελαύνων αὐτὸς σὺν Πίγρητι τῷ ἑρμηνεῖ καὶ ἄλλοις τρισὶν ἢ τέτταρσι, τῷ Κλεάρχῳ ἐβόα ἄγειν τὸ στράτευμα κατὰ μέσον τὸ τῶν πολεμίων ὅτι ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη· κἂν τοῦτο, ἔφη, νικῶμεν, πάνθ' ἡμῖν πεποίηται.*, quo in loco ne ulla quidem dubitatio poterit esse, quem ad modum condicio ponatur, ut appareat quod adiunctum sit perfectum: *πάνθ' ἡμῖν πεποίηται*, id celeritate cogitationis poni pro aliquo futuro, id quod saepe etiam in aliis linguis factum est. Aliquanto difficilior est einsdem Xenophontis locus de *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 4. §. 3. ed. Zeun., ubi haec verba habentur: *Ὡς δ' ἦλθον οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐχ ὅποι ἔτυχεν ἕκαστον ἐκάθιζεν (ὁ Κῦρος), ἀλλ' ὃν μὲν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης, ἢ τῆς δεξιᾶς· τὸν δὲ δεύτερον παρὰ τὴν δεξιάν, τὸν δὲ τρίτον πάλιν παρὰ τὴν ἀριστεράν, τὸν δὲ τέταρτον παρὰ τὴν δεξιάν· καὶ ἢν πλέονες ὦσιν, ὡσαύτως.*, quo in loco animadvertit Ern. Poppo rei difficultatem, non tamen aperuit quem ad modum res explicanda videretur. Ita enim illa vox: *καὶ ἢν πλέονες ὦσιν, ὡσαύτως.*, circumdata praeteritis est, ut non possit intellegi nisi de re praeterita. Sed tamen celeritate cogitationis id fecit scriptor, quod etiam ab aliis scriptoribus et Graecis et Latinis alias factum est, ut praeteritam rem quasi praesentem iam illa voce enuntiaret. Hoc recte atque ordine Latine reddi poterit: *Ubi venerunt qui vocati erant ad coenam, Cyrus non eo loco quo fors tulit unum quemque collocabat, sed quem maxume colebat, ad sinistram manum —: alterum vero ad dextram, tertium rursus ad sinistram, quartum autem ad dextram, et cum plures erunt, eodem prorsus modo.* Nam Latini quoque scriptores saepe revocant auditorem in rem praesentem.

His igitur locis etsi regula migrari videtur, re vera tamen illi non discrepant a communi lege qua hic usus particulae ἐὰν circumscriptus est. Itaque illa particula primum in *vera condicione*, quae suspensa est ab experientia, 'Εάν si condicione vera.

ita ponitur, ut cum ipsa coniunctivum adiunctum habeat aut praesentis aut aoristi aut perfecti, sequatur in apodosi vel futurum vel imperativus, qui semper ad futuram rem pertinet, vel praesens, quod tempus infinitum significat, aut indicativo aut optativo cum ἂν particula elato. Quae constructio particulae tam usitata tamque frequens est, ut facile eius rei exempla ab uno scriptore et ex uno eodemque libro peti queant. Sic ponitur in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. II. §. 20. in utroque enuntiationis membro praesens tempus: *Οἳ εἴσονται ὅτι ἤν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσιν περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἁμαρτάνουσιν.*, quibus in verbis apparet alterum *ἁμαρτάνουσι* non prius locum habere, quam condicio illa: *ἤν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσιν*, ipso rerum eventu perfecta fuerit, ut tamen ad rem futuram *ἁμαρτάνουσι* pertineat. Id si rem paullo apertius declarari vis, etiam futuro tempore efferri poterit, ut magnum rei discrimen non sit, veluti in eodem libro cap. 1. §. 36. dicitur: *Οἱ γὰρ στρατιῶται οὗτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι· κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται.* Aut ponitur etiam optativus cum particula ἄν, ut res, quam fieri posse significamus, ponatur, veluti in eiusdem scripti lib. IV. cap. 8. §. 11. *Ἐὰν δ' ἐπὶ ὀλίγων τεταγμένοι ἴωμεν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν εἰ διακοπείη ἡμῶν ἡ φάλαγξ ὑπὸ ἀθρόων πη καὶ βελῶν καὶ ἀνθρώπων συμπεσόντων κτἕ.* Haec enuntiatio si tantum modo in cogitatione ponitur, ut experientiae ratio nulla habeatur, etiam solus optativus potest poni, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* si v. 324. dicitur:

Ἐξολοίμην, ἢν ἀκούσω.

Nec alia constructionis ratio est, si coniunctivus aoristi cum particula ἐὰν consociatus est, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VIII. cap. 6. §. 36. dicitur: *Ἢν δὲ ποιήσητε ἃ λέγετε, ἴστε ὅτι ἄνδρα κατακεκανότες ἔσεσθε, πολλὰ μὲν δὴ πρὸ ὑμῶν ἀγρυπνήσαντα κτἕ.*, et ibidem lib. I. cap. 7. §. 7. *Ἢν δ' ἡμεῖς νικήσωμεν, ἡμᾶς δεῖ τοὺς ἡμετέρους φίλους τούτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι κτἕ.* et lib. II. cap. 1. §. 4. *Ἐπαγγελλόμεθα δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ, εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον αὐτὸν καθιεῖν κτἕ.* et lib. III. cap. 1. §. 14. *Οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι πρεσβύτεροι ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις.* et lib. V. cap. 9. §. 29. ed. Krüg. *Ἂν δ' ἐμὲ ἕλησθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν*

καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον. Omninoque in altera enuntiatione omnes formae orationis rectae ponuntur, quae ita efferuntur, ut ad futurum tempus referri recte possint, quod idem fit in imperativis, uti in Sophoclis *Aiace* v. 672 sqq.

> Ὑμεῖς θ', ἑταῖροι, ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε
> τιμᾶτε, Τεύκρῳ τ', ἢν μόλῃ, σημήνατε
> μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.

Idemque etiam ibi fit, ubi illud tempus, quod sequitur, minume per sese futuri vim habet, veluti in Herodoti lib. IV. cap. 28. dicitur: Ἢν δὲ χειμῶνος βροντὴ γένηται, ὡς τέρας νενόμισται θαυμάζεσθαι., quia illud νενόμισται de universa caussa pronuntiatur ac praeteriti vim, cum discesseris ab externa verbi forma, nullam habet, adde Thucydidis lib. IV. cap. 46. Ὥστε ἄν τις ἁλῷ ἀποδιδράσκων, ἅπασι λελύσθαι τὰς σπονδάς., et confer quae supra p. 451 sq. explicavimus.

Haec igitur usitata est ἐὰν particulae constructio, quam a veteribus grammaticis pene unice commendatam esse videmus, quamquam luculente doceri potest, admissas fuisse a Graecis scriptoribus iam antiquo tempore etiam alias quasdam constructiones eius particulae, minus illas quidem usitatas fortasse, sed tamen suo loco non repudiandas: de quibus prius quam dicam, mihi dicendum esse videtur de alia significatione, quam quibusdam in locis grammatici huic particulae tribuere solent, etsi discrimen non in re, sed tantum modo in interpretatione positum esse videtur.

Quem ad modum enim saepe εἰ particula, quae per se nihil significat praeter condicionem, ita usurpatur, ut ea interrogationem indirectam introducat, sic etiam ἐὰν particula haud paucis locis ita posita est, ut interrogationem indirectam adiuvet, si quaeritur, utrum aliquid aliquo tempore fuerit necne. Atque etiam in his locis idem discrimen est inter εἰ et ἐὰν particulas, quod in ceteris locis, ut εἰ universam condicionem indicet, ἐὰν non pertineat nisi ad eam rem, de qua experientia certiores fieri debemus. Sic igitur dicitur in Demosthenis orat. XIII., quae est περὶ συντάξεως, §. 14. ed. Bekk. p. 170, 10 ed. Reisk. καὶ σκοπεῖτε ἂν ἀληθῆ λέγω. et rursus similiter in eiusdem oratione XX., quae est *contra Leptinem*, §. 74. ed. Bekk. p. 479, 8. ed. Reisk. Καὶ πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ' ἂν ἀληθὲς ᾖ σκοπείτω., quibus in locis facile intellegitur ita ἂν dici, ut propriam ac veram vim suam non deponat. Iubetur enim ille, si hoc verum fuerit, videre, quod dicitur elliptice, ut

Ἐὰν *num* vel *si forte*.

proprie ad verbum accusativus rei repetendus sit, uti spectetur aliqua res qua condicione vera sit. Adde eiusdem Demosthenicae orationis §. 146. ed. Bekk. p. 501, 29. ed. Reisk. Ἃ δὴ πρὸς τούτους ὑπολαμβάνοιτ᾽ ἂν εἰκότως ἀκούσατε καὶ σκοπεῖτε ἂν ὑμῖν δίκαια φαίνηται. Ac naturalis eius particulae vis maxume exstat in eius modi locis, qualis est Lysiae orat. X., quae est *contra Theomnestum prima*, §. 15. ed. Bekk. p. 117. ed. H. Steph. Βούλομαι οὖν αὐτὸν καὶ ἐξ ἑτέρων νόμων περὶ τούτων διδάξαι, ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ καὶ τὸ λοιπὸν ἡμῖν μὴ παρέχῃ πράγματα., quo in loco illud ἄν πως adeo sermone nostro utroque modo reddi potest: *ob etwa*, vel: *wenn etwa*, ut etiam antiquo sermone nostro *ob* fere idem quod *wenn* fuit, veluti in *obschon*, et *wenn schon* etiam nunc dicitur. Neque enim ante verba: ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ κτἑ., ellipsis statuenda est, ut cogites: ἵν᾽ ὁρῶ, sed ea ipsa res, quae posita est, quasi per hanc condicionem ponitur, ut hoc ita ille facere videatur, si forte alter nunc edoceri se patiatur. Et de sententia quidem ipsa non discrepat Euripidis locus de *Andromacha* v. 42 sqq.

Δειματουμένη δ᾽ ἐγὼ
δόμων πάροικον Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον
θάσσω τόδ᾽ ἐλθοῦσ᾽ ἤν με κωλύσῃ θανεῖν.,

quo in loco quod libri inter ἂν et ἢν formam fluctuant, ad rem ipsam nihil adfert discriminis.

Ἄν πως, ἄν που. Saepe autem in eius modi locis, quo magis de vi ac ratione particulae condicionalis constaret, adiuncta est enclitica vox, quae fortuitum illud atque incertum, quod in eo genere locorum necessario inest, ut in omni dubitatione ac periculo, significaret, itaque ἄν πως, ἄν που ac similia haud raro dicuntur, veluti in illo loco Lysiae, quem modo usurpavi, ex oratione *contra Theomnestum prima* §. 15. ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ κτἑ., aut in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1770 sq.

Θήβας δ᾽ ἡμᾶς
τὰς ὠγυγίας πέμψον, ἐάν πως
διακωλύσωμεν ἰόντα φόνον
τοῖσιν ὁμαίμοις.

aut in Euripidis *Helena* v. 447 sq. ed. Herm.

Μόνος δὲ νοστῶ, τοῖς ἐκεῖ ζητῶν φίλοις
Τὰ πρόσφορ᾽ ἤν πως ἐξερευνήσας λάβω.

vel in Aristophanis *Nubibus* v. 530 sq. ed. Herm.

Νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην, ἥδ' ἡ κωμῳδία
ζητοῦσ' ἦλθ' ἤν που 'πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς.,

quo tamen in loco non intellego quam ob rem G. Hermannus ediderit: ἢν ποῦ 'πιτύχῃ κτἑ., quom particula enclitica non solum usitata sit in his locis, sed etiam pene necessaria sit.

Sed etiam in his locis, ut diximus, prima ac naturalis vis ἐὰν particulae facile agnoscitur, quae ne in reliquis quidem formulis, quas effecit eadem particula, difficilis intellectu est, quibus de formulis prius quam dicam, quom universam particulae significationem satis demonstrasse mihi videar, dicendum mihi videtur esse de ipsa constructione, quam particula ἐὰν admittat. Et illud quidem iam supra vidimus, cum eventus aliquis ponatur per eam particulam, qui utrum futurus an non futurus sit experientia edoceri volumus, sollennem fuisse coniunctivum post ἐὰν particulam, quoniam coniunctivus, qui proxumo ad futuri vim accedit, rei experientia comprobandae significationem habet, qua de re accurate explicavit G. Hermannus in libro *De particula* ἂν II. cap. 4. p. 87 sqq. Itaque et olim fuerunt grammatici qui omnem particulae ἐὰν usum eo verbi modo terminarent, et exstiterunt nuper docti homines, qui antiquis quidem scriptoribus alium modum praeter coniunctivum post ἐὰν particulam non concederent, labantis Graecitatis esse dicerent reliquas constructiones. Id neque ratione nec usu verum esse facile doceri potest. Nam quom in ceteris eius modi particulis veluti in ὅταν, ὁπόταν, et in pronomine relativo cum ἂν composito ὃς ἄν, ὁπόσος ἂν et quae sunt similes orationis formae, in oratione quidem obliqua, ut illi ipsi grammatici profitentur, qui negant factum in ἐὰν particula, admissus suo loco ille optativus sit, qui propterea, quod res quasi in cogitatione posita pronuntiatur, coniunctivi vicem gerit, nulla ratio inveniri potest, quam ob rem cum in ceteris particulis omnibus hoc fecerint Graeci, in una particula ἐὰν dubitarint id facere. Et de ratione quidem hactenus. De usu autem ne illi quidem grammatici veteres, qui maxume coniunctivum in eius modi locis commendarunt, ausi sunt plane denegare. Etenim nihil aliud contenderunt nisi hoc, recte atque ordine in his locis poni coniunctivum, et si quid apud bonos auctores inveniretur, quod discreparet ab hac norma, id non videri imitandum. Id adeo aperte pronuntiavit Grammaticus in Imm. Bekkeri *Anecdotis Gr.* p. 144, 31. qui haec habet: *Ἐάν. Καὶ τοῦτο, ὥσπερ τὸ εἰ, ὁριστικοῖς, εὐκτικοῖς, ὑπο-*

τακτικοῖς συντάσσεται. Σὺ δέ, ὦ φιλολόγε, ἀνάλογον φυλάττων ὑποτακτικοῖς ἀεὶ σύνταττε. Thomas autem Magister etiam locos adtulit, quibus usum, quem non probaret, agnosceret. Scribit enim p. 267. ed. Bernard. *Τὸ δὲ ἐάν, τὸ ἄν, τὸ κἄν, τὸ ἢν καὶ τὸ ὅταν ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις. Εἰ γὰρ καὶ εὕρηται ἅπαξ παρὰ Θουκυδίδῃ ἐν τῇ τρίτῃ· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, καὶ παρὰ Λουκιανῷ ἐν τοῖς ἀληθινοῖς· ἐὰν καταχθείημεν εἰς τὰς νήσους, καὶ αὖθις ἐν τῷ βίων πράσεις· καὶ ταῦτα, ἢν ἐθελήσειεν ἀποδοῦναι οὑτοσί, ἀλλ' οὐ δεῖ ζηλοῦν τὸ ἅπαξ ῥηθέν.* Idem non multo post p. 268. de eadem particula haec habet: *Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐδέποτε ὑποτακτικὸς σύνδεσμος μέλλοντι συντάσσεται, οἷον· Ἐὰν ἔσται, ἢν γενήσεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, κἂν Ἀριστείδης ἅπαξ ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ πρὸς μέλλοντα τὸ κἂν συνέταξε, λέγων· κἂν μηδενὸς ἀνθρώπων μεμνήσονται, καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ τὸ ὅταν μετὰ μέλλοντος, λέγων· ὅταν βουλήσεσθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε.* Reliqua non pertinent ad hanc particulam. Thomas igitur Magister neque de optativo neque de futuro cum ἐὰν particula coniuncto plane denegavit, quamquam ipse coniunctivum unice probavit. Ac

Ἐὰν cum optativo. dicam primum de optativo, quem locum habere posse post ἐὰν particulam ratio non docet, sed clamat potius. Nam quom omnes grammatici concedant recte se habere verbi caussa illud Aeschyli de *Persis* v. 450 sqq.

> Ἐνταῦθα πέμπει τούσδ' ὅπως ὅταν νεῶν
> φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
> κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν,

quis possit contendere aliam esse rationem ἐὰν particulae, quae ab ὅταν particula non discrepat, nisi eo, quod εἰ discrepat ab ὅτε, alioquin plane eadem vi ac potestate ponitur? Itaque cum non paucis locis etiam re vera in libris veterum scriptorum inveniretur ἐὰν particula cum optativo composita, fere omnes hodie grammatici hoc agnoverunt, eam particulam cum optativo in oratione obliqua construi posse, praeter Lud. Dindorfium, qui minus perite nuper in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 4. exstitit dicens, non eripiendam esse postremae quidem aetatis scriptoribus particulae ἐὰν cum indicativo vel optativo coniunctionem, quae in scriptis antiquiorum ut non raro appareret, ita rediret fere ad permutationem terminationum ει — οι — η, είη — ῃ, οιτο — ηται, vel particularum ἐὰν et εἰ. Quasi vero

non omnia fere, quae de his modis disputantur, ad eius modi terminationes pertineant aut non possint commutatione earum particularum tolli. Sed hanc rem iam spectemus in ipsis testibus antiquis producendis, quorum testimonia quamvis licet in quibusdam locis et ab antiquis et a novis criticis obscurata sint, tamen hoc efficient, ut ne quid temere, quod ratio ipsa concesserit, veteribus scriptoribus denegemus.

Ac primum prodeat Thucydides, cuius testimonium ipse Thomas Magister appellavit. Is duobus, ut videtur, locis *ἐὰν* particulam cum optativo consociavit, unde vix tolli potest plurumorum librorum scriptura, ex parte etiam a grammaticis veteribus comprobata. Illorum vero locorum prior, etiam ob aliam caussam paullo difficilior, legitur in lib. III. cap. 44., ubi Diodotus haec dicit: *Ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν περὶ Μυτιληναίων οὔτε κατηγορήσων. οὐ γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγών, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντες τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.*, quo de loco cum summa inter doctos sit dissensio, ego hic nihil aliud facere possum nisi ut simpliciter ponam sententiam meam, quae facile sese commendabit ipsa. Et de verbis quidem, quem ad modum supra a me posita sunt, vix videtur posse dubitari. Neque enim quod deteriores quidam libri pro *ἤν τε* altero loco exhibent: *εἴτε*, id poterit aliud efficere nisi ut credamus iam librarios veteres offendisse in optativo *εἶεν* ab *ἢν* particula suspenso, itaque correxisse, quod optativus commode removeri non posse videretur, particulam: quam correctionem libri tamen cum plurumi et optumi tum Thomae Magistri testimonium satis repudiant. Quod quom ita sit, verba: *ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο*, necessario retinenda sunt. Nec vero, si retinemus ea verba, mihi ullo modo dubitari posse videtur, quorsum faciat hic optativus: *ἤν τε — εἶεν*. Caute enim Thucydides Diodotum loquentem facit, qui hoc ait, non posse nunc disceptari quo iure quave iniuria Mytilenaei accusentur, sed potius de eo deliberandum esse, quid rei publicae conducat. Itaque quom Cleon antea hanc sententiam populo venditasset, quavis poena dignos videri Mytilenaeos, ipse istam quaestionem sic omittendam esse ait, ut tamen illos non tam purgare, quam Athenienses de communi salute admonere videatur. Dicit igitur: *Ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδι-*

κοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον., ut hactenus quidem ita procedat oratio, uti hoc, nempe se ostendere posse iniuriam illos fecisse, si non verum, at tamen non improbabile esse appareat, quae sententia eo tempore magis erat popularis: postea autem, ubi contrariam condicionem ponit, caute et circumspecte aliam condicionis rationem facit: pergit enim: ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο. Hic neque se ostendere hoc velle ait, neque ita ponit, ut haec res utrum vera an falsa sit, simpliciter eventu rerum experiendum esse videatur, sed istum eventum primum a se procul removet, itaque rem ponit, non id, quod ipse efficere velle videatur, nec omissa persona sua dicit simpliciter: ἤν τε ἔχοντές τι ξυγγνώμης ὦσιν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φανεῖται., sed hanc ipsam condicionem ab eventu rerum remotiorem ita ponit, ut tantum modo hunc eventum, qui exspectandus esse videatur, ex aliorum, quos ita agere ipse iubet, cogitatione suspensum faciat. Adiecta igitur etiam καὶ particula, quae minus probabilem alteram condicionem videri significaret, haec dixit: ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο. Hoc ipsum praeclare intellexit G. Hermannus in dissertatione *De praeceptis quibusdam Atticistarum* edita a. MDCCCX. p. 16. (postea inserta eius *Opuscul.* vol. I. p. 284.), cum ad Vigerum p. 822. ed. tert. minus recte de hoc loco existumasset *), nisi quod e libris deterioribus: εἴτε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, falso, ut opinio mea fert, adscivit. Quom enim sibi persuasisset ἤν cum optativo non posse consociari, nisi oratio obliqua esset, hoc autem loco quem ad modum oratio obliqua esse posset non intellegeret, sententiam autem de industria ab oratore mutatam agnovisset, necessario fecit, ut εἴτε praeferret. Atqui facile poterit doceri hoc quoque loco orationem obliquam aut dicam cogitationem ac iudicium alterius agnoscendum esse. Qui enim aliquid fieri iubet aliqua condicione, poterit hanc condicionem aut simpliciter ponere, ut ab ea suum ipsius iudicium non removeat, aut ita, ut ista condicio alterius iudicio summittatur. Utrumque hoc loco coniunxit Diodotus in oratione sua. Ac primum quidem dixit: Ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο

*) Mirum mihi videtur esse, quod ipse vir egregius suam sententiam retractavit in Opusc. vol. I. p. 284. adn. *) Quod non fecisset credo, nisi de optativo post ἤν hoc loco dubitasset, quae res iam credo obscura non erit.

καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον., itaque rem simpliciter in rerum eventu posuit, deinde perrexit ita: ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, [οὔ φημὶ δεῖν ἀφέσθαι, talis enim sententia ex iis, quae antecedunt verbis facile eruitur], εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο., quo in membro orationis iam rem ab eorum iudicio suspensam facit, quibus volt probare sententiam suam idque callidissume ita instituit facere, ne videatur ipse eo inclinare, ut purgare velit Mytilenaeos. His de caussis ego cum Goellero et Hartungio l. l. vol. II. p. 266. in ea opinioue sum, ut, quod Thucydides saepe fecit, ut per zeugma loqueretur, id etiam hoc loco eum fecisse existumem. Nam quod duplex condicio ponitur in altero membro non adiecto verbo, quod utrique condicioni suum cursum daret, id eo minus poterit offendere, quod cum duplex condicio sit etiam in priore membro, inde iam intellegi potest quo singula haec membra pertineant, et quia omnino Graeci saepius, quam nos, duplicem condicionem diverso modo accipiendam in uno eodemque membro etiam per eandem condicionalem particulam introduxerunt, qua de re vide C. G. Krügerum ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 2. §. 31. et lib. VII. cap. 7. §. 31. Ac de illo Thucydidis loco eo minus dubitare debebant interpretes, quod idem scriptor etiam alio loco ἤν particulam cum optativo construxisse videtur, quo de loco, cum simillumus huic nostro sit, iam dicamus. Legitur ille lib. VIII. cap. 27., in hunc modum: Ὡς τάχιστα δὲ ἐκέλευε τούς τε τραυματίας ἀναλαβόντας καὶ τὸν πεζὸν καὶ τῶν σκευῶν ὅσα ἦλθον ἔχοντες, ἃ δ' ἐκ τῆς πολεμίας εἰλήφασι καταλιπόντας, ὅπως κοῦφαι ὦσιν αἱ νῆες, ἀποπλεῖν ἐς Σάμον, κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τοὺς ἐπίπλους, ἤν πού καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι., quo in loco cum libri praeter Vaticanum omnes uno consensu scriptum exhibeant: ἤν που καιρὸς εἴη, non debebat credo G. Hermannus vir egregius in libro *De particula* ἄν III. cap. 4. p. 150. comprobare Imm. Bekkeri iudicium, qui e libro Vaticano edidit: ἤν που καιρὸς ᾖ. Nam quod dicunt propterea non videri orationem obliquam hic locum habere posse, quod Phrynichi oratio plerumque recta esset, et superius dictum esset: ἢν ἡσσηθῶσι, et hoc ipso loco: ὅπως κοῦφαι ὦσιν αἱ νῆες, id tantum abest, ut officiat scripturae: ἤν που καιρὸς εἴη, ut etiam egregie eam adiuvare videatur. Etenim quom in antecedentibus semper Phrynichi oratio ita instituta esset, ut absolute singula ponerentur, sicubi nihil caussae erat cur ex aliorum potius opinione quidpiam quam ex

ipsius declararetur, nulla videtur caussa fuisse, quam ob rem quisquam εἴη potius quam ᾖ hoc loco scriberet, nisi iam inde ab antiquo tempore ea scriptura esset propagata. Sed ratio etiam reddi poterit facile, cur Thucydides quom in antecedentibus secundarias partes orationis recta oratione elocutus esset, hanc unam condicionem per optativum, qui aliorum iudicio rem summitteret, posuerit. Volt enim orator hoc ipsum, utrum opportunum tempus ad adnavigandum sit necne, ex eorum, quos navigare iubet, arbitrio suspensum facere, itaque pene necessario scribendum est: ἤν που καιρὸς εἴη, quod non est: *sicubi opportunum tempus esset*, sed potius: *sicubi opportunum tempus esse putarent ipsi*. Id quod ad hunc locum accommodatissumum esse nemo poterit infitiari. Plane igitur respondet hic locus ei loco, quem nuper Fr. Aug. Wolfius in Homeri *Odysseae* lib. XIII. v. 414 sq. ita scriptum edidit:

> Ὅς τοι ἐς εὐρύχορον Λακεδαίμονα πὰρ Μενέλαον
> ᾤχετο πευσόμενος μετὰ σὸν κλέος, ἤν που ἔτ' εἴης.,

Neque enim ibi istud: ἤν που ἔτ' εἴης, aliter explicari potest nisi ut suspensam rem facias per orationem obliquam ex eius mente, qui sciscitatum profectus esse dicitur. Quae quom ita sint, credo etiam in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 6. non sollicitandam hanc optumorum librorum, Guelpherbytani ac Parisiensis, scripturam: Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο ὅτι καὶ ἢν αὔριον ἕωθεν εὔζωνοι πορεύοιντο, καταλήψοιντο· ὑπὸ γὰρ τοῦ ὄχλου καὶ τῶν ἁμαξῶν σχολῇ πορεύεσθαι αὐτούς κτέ., ut etiam ibi condicio eventu quidem comprobanda per orationem obliquam efferatur. Nam quod Schneiderus aliique cum in editionibus veteribus legeretur: ὅτι καὶ αὔριον ἕωθεν, εἰ εὔζωνοι πορεύοιντο, Zeunius autem scripsisset: ὅτι κἂν αὔριον ἕωθεν εὔζωνοι πορεύοιντο, scribendum putaverunt: ὅτι κἂν αὔριον, εἰ ἕωθεν εὔζωνοι πορεύοιντο, id praeterquam quod a codicum scriptura aliquantum recedit, habet etiam offensionem eo, quod ἂν cum optativo futuri coniunctum est, qua de re supra p. 147 sqq. explicatum est. Et in hoc quidem Xenophontis loco ἢν cum optativo coniunctum facilem excusationem habet ab oratione obliqua, in altero autem Xenophontis loco, quem adtulit G. Bernhardy in *Syntaxi Gr. ling.* p. 412. e libro *De officio magistri equitum* cap. VII. §. 4., ubi haec habentur: Ἢν δὲ ἡ μὲν πόλις τρέπηται ἐπὶ τὰ ναυτικὰ καὶ ἀρκῇ αὐτῇ τὰ τείχη διασώζειν, ὥσπερ καὶ ὁπότε Λακεδαιμόνιοι σὺν ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἐνέβαλον, τοὺς δὲ ἱππέας ἀξιώ-

σειε τά τε ἐκτὸς τοῦ τείχους διασώζειν καὶ αὐτοὺς μόνους διακινδυνεύειν πρὸς πάντας τοὺς ἐναντίους, ἐνταῦθα δὴ θεῶν μὲν οἶμαι πρῶτον συμμάχων δεῖ, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν ἵππαρχον προσήκει ἀποτετελεσμένον ἄνδρα εἶναι. apparet scriptorem quodam modo ab inchoata structura orationis recessisse et, quasi simplex εἰ particula in membro antecedenti posita esset, ita alteram condicionis partem adiunxisse, ut is quidem locus de facilitate mutationis testimonio esse possit, non autem pertineat ad coniunctionem ἤν particulae cum optativo. Neque ego nunc eos Xenophontis locos adferam, in quibus e librorum vestigiis fortasse ea, de qua dicimus, constructio restitui possit, qualis est ille ex *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 3. §. 6. ubi quom volgo legatur: Καὶ ἐπέστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδοῦναι, εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι ὅ, τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ θεῷ., libri autem Etonensis ac Parisinus 1641 exhibeant: ἢν δέ τι πάθῃ, facile suspicari possis, olim scriptum fuisse: ἢν δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι ὅ, τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ θεῷ., ut extrema orationis pars per orationem obliquam efferatur. Haec enim de constructione ipsa nihil probant. Alia caussa est illius loci, qui omnium librorum consensu habetur in Platonis *de legibus* lib. II. p. 661. C. ed. H. Steph. Part. III. vol. II. p. 248 sq. ed. Bekk. in hunc modum: ‛Υμεῖς δὲ καὶ ἐγώ που τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας· καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ παράπαν ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης, ἔλαττον δέ, ἂν ὡς ὀλίγιστον, ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῴη., quo in loco inde optativus ille ἐπιζῴη post ἂν particulam positus explicandus est, quod condicionem non absolute ponere voluit philosophus, sed ex eorum consensu, qui illam quam adfert sententiam sanxissent: ut non recte fecisse videantur, qui post verba: ἀπὸ τῆς ὑγιείας. plenam interpunctionem posuerunt. Isocratis quidem loco, qui legitur in oratione *de pace* §. 45. ed. Bekk. p. 168. ed. H. Steph. Ἀλλ' ὅμως οὕτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, ἢν περί τινας ἐξαμάρτοιεν, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμεν δίκας ὑποσχεῖν, ὑπὲρ δὲ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ παρανομίας μελλόντων τῶν ἐγκλημάτων ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν οὐχ ὅπως ἀγανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ

χαίρομεν [ὅταν ἀκούσωμεν αὐτοὺς τοιοῦτόν τι διαπεπραγμένους., non tantum tribuo equidem, quod liber Urbinas εἰ pro ἢν scriptum exhibet, quamquam verba: ἢν περί τινας ἐξαμάρτοιεν., per sese recte dicuntur, ut id non sit: *si cui eorum vim adtulerint*, sed: *si cui eorum vim adtulisse nobis videantur*, quod est ad eum locum aptissumum: ut hoc quoque loco liber Urbinas manum emendatricem expertus esse videatur, in qua sententia fuit etiam Aug. Matthiae, cuius conferas *Grammaticam Gr. ling. ampliorem* vol. II. p. 1021. ed. alt. Omnino enim hi loci, in quibus eius modi constructiones habentur, quae minus placuerunt veteribus grammaticis, fere semper etiam in libris varie leguntur, quod alii antiquam lectionem fideliter propagatam habent, alii correcti et emendati a grammaticis sunt. Sed ne quis existumet cunctos locos eius modi esse, iam ad alium oratorem me convertam. Isaeus enim et in oratione 10., quae est *de Aristarchi hereditate*, §. 13. ed. Bekk. p. 81. ed. H. Steph. haec habet: Καὶ τῷ μὲν πατρὶ αὐτῆς, εἰ παῖδες ἄῤῥενες μὴ ἐγένοντο, οὐκ ἂν ἐξῆν ἄνευ ταύτης διαθέσθαι, ἐάν τῳ βούλοιτο, τὰ ἑαυτοῦ· τῷ δὲ μήτε λαβεῖν αὐτὴν ἀξιώσαντι μήτε πατρὶ ὄντι, ἀλλ᾽ ἀνεψιῷ, παρὰ πάντας τοὺς νόμους εἰσαγαγόντι ἔσται κυρίως ταῦτα πεπραγμένα; quo in loco et libri omnes consentiunt et sententia est eius modi, ut aliter orator vix potuerit loqui. Volt enim orator hoc ipsum efferre, in ipsa lege istud scriptum esse. De sententia enim legis disceptatio est. Quod minus exstaret, si quis: ἐάν τῳ βούληται, vellet corrigere. Nec dubitari poterit de eiusdem Isaei orationis 7., quae est *de Apollodori hereditate*, §. 27. ed. Bekk. p. 66. ed. H. Steph., ubi haec leguntur in libris omnibus: Πρὶν γὰρ ἐμὲ ἥκειν ἐκ τῆς Πυθιάδος ἔλεγε πρὸς τοὺς δημότας Ἀπολλόδωρος ὅτι πεποιημένος εἴη με υἱὸν καὶ ἐγγεγραφὼς εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ φράτορας καὶ παραδεδώκει τὴν οὐσίαν, καὶ διεκελεύεθ᾽ ὅπως, ἄν τι πάθοι πρότερον, ἐγγράφωσί με εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον Θράσυλλον Ἀπολλοδώρου καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι., quo in loco quod H. G. Schaeferus ad L. Bosii *Ellipses Gr. ling.* p. 890. coniecit scribendum esse: ἄν τι πάθῃ πρότερον, id deterius est librorum scriptura. Dicuntur enim haec omnia ex mente eius, qui διεκελεύετο. Is igitur iis mandavit, *si quid ipsi accidisset prius, ut etc.* Nec in eiusdem orationis §. 25. ed. Bekk. §. 66. ineunte ed. H. Steph. necesse est scribamus: Μητρὸς δ᾽ οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος, ἀλλ᾽ ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ

μένῃ τις οἴκῳ κἂν ἐκποιηθῇ, cum libri quidem omnes tueantur altero loco optativum ἐκποιηθείη. Poterit vero eodem iure scribi, quod olim M. Devarius, quem vide p. 117., in suo libro habuisse videtur: κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένοι τις οἴκῳ κἂν ἐκποιηθείη., aut etiam id, quod libri repraesentant, retineri commode. Saepe enim Graeci in eius modi locis ab una constructione ad alteram transgressi sunt, itaque hoc loco quom simpliciter primum dixisset orator: κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ, ut nihil aliud nisi condicionem eventu rerum aliquando comprobandam poneret, dein reliquam sententiam: κἂν ἐκποιηθείη., ita pronuntiasse videtur, ut condicionem quidem eodem modo poneret, sed rem tamen quasi ex eius ratiocinatione declararet, qui ita statuendum esse putasset. Quod si probamus hanc rationem, hoc dicit Isaeus: *Sed nihilo minus statuendum est* (sic enim Latine ὑπάρχει reddere debemus, quod est proprie: *est ut sit*) *eundem esse patrem, sive in patria manserit quis domo sive eum emancipatum esse cogitaveris.* Id eo minus debet offensioni esse, quod etiam in simplici particula εἰ in una eademque enuntiatione primum indicativus, tum optativus ponitur, qua de re infra dicendi locus erit. Sed ut iam consistam in oratoribus Atticis, ponam denique locum quendam Dinarchi, qui habetur in eius oratione *contra Demosthenem* §. 44. ed. Bekk. p. 95. extrema ed. H. Steph. Ἢ τὸ γράψαι Ταυροσθένην Ἀθηναῖον εἶναι τοὺς μὲν αὐτοῦ πολίτας καταδουλωσάμενον, τῆς δ' Εὐβοίας ὅλης μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Καλλίου προδότην Φιλίππῳ γεγενημένον; ὃν οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι τῆς Ἀθηναίων χώρας ἐπιβαίνειν, εἰ δὲ μή, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύουσιν οἷσπερ ἄν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίοι. Recte enim C. E. A. Schmidtius optativum, quem omnes libri offerunt, tutatus est. Dicuntur enim haec omnia de sententia legum, qui vetent eius modi hominem Atticam terram adtingere.

Sed adferendis his exemplis hoc effecisse me puto, ut iam appareat veteres quidem scriptores, etiam si raro, tamen suo loco non veritos esse, ἐὰν particulam consociare cum optativo, ubi ea sententia quasi e mente alterius diceretur. Id adeo posteriore tempore etiam ibi factum est, ubi cur non ex tua, sed ex alterius potius cogitatione aliquam condicionem ponas, et per sese minus facile intellegi potest et reliqua oratione apertius significatum non est, veluti in illis *magnis moralibus*, quae Aristoteli volgo adscribuntur, lib. I. cap. 27. dicitur: Οὐδέ γε φθονερὸς ἐναντίος τούτῳ· ἁπλῶς γάρ, ἄν τε ἄξιός τις εἴη ἄν τε μὴ τοῦ εὖ πράτ-

τειν, λυπηθήσεται., ubi tamen is, qui sic scripsit, quae illata sunt per ἄν τε — ἄν τε particulas, quasi ex cogitatione eius, quem in aegritudine fore dicit, ponit, quae cogitandi ratio cum posterioribus Graecis tum vero Latinis usitata ac recepta fuit. Id magis iam apparet in Aeliani loco, qui legitur lib. XIII. cap. 25. vol I. p. 305, 18. ed. Iacobs. in hunc modum: Ἵππους καὶ ἐλέφαντας ἅτε ζῷα καὶ ἐν ὅπλοις καὶ πολέμοις λυσιτελῆ τιμῶσιν Ἰνδοὶ καὶ μάλα γε ἰσχυρῶς. Τῷ γοῦν βασιλεῖ κομίζουσι καὶ κώμυθας, ἃς ἐμβάλλουσι ταῖς φάτναις, καὶ χιλόν, καὶ ἐπιδεικνύουσι νεαρόν τε καὶ ἀσινῆ· καὶ ἐὰν μὲν εἴη τοιοῦτος, ἐπαινεῖ ὁ βαλισεύς· εἰ δὲ μή, κολάζει τούς τε τῶν ἐλεφάντων μελεδωνοὺς καὶ τοὺς ἱπποκόμους πικρότατα., quo in loco equidem agnosco vim optativi, quem nuper Fr. Iacobsius mutari voluit in coniunctivum, quo recepto absolute illa res poneretur, nunc hoc dicitur de regis ipsius sententia: *quod si fuerit eius modi, laudat rex*, quod eodem modo dicitur, quem ad modum in Latino sermone verbi caussa Cicero dixit *de officiis* lib. II. cap. 22. §. 76. *Laudat Africanum Panaetius quod fuerit abstinens.* Altero enim Aeliani loco, qui legitur ibidem lib. XII. cap. 44. p. 285, 9. ed. Iacobs. Ἐν Ἰνδοῖς ἂν ἁλῷ τέλειος ἐλέφας, ἡμερωθῆναι χαλεπός ἐστι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ποθῶν φονᾷ· ἐὰν δὲ αὐτὸν καὶ δεσμοῖς διαλάβοις, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐς τὸν θυμὸν ἐξάπτεται καὶ δεσπότην οὐχ ὑπομένει. non utar, quoniam ibi plures libri coniunctivum διαλάβῃς exhibent, qui est receptus iam a Schneidero: quamquam etiam ibi optativus defendi queat et facilius optativus in coniunctivum, quam contra coniunctivus in optativum mutari potuerit. Sed in his locis, ut dixi, non tam facile cernitur, cur posuerint Graeci optativum potius quam coniunctivum. Id multo facilius intellegitur in eius modi locis, qui sunt etiam a posterioribus scriptoribus ad severiorem legem antiquae linguae conformati, ut non obscura sint obliquae orationis vestigia, veluti in illo Polybii loco de lib. III. cap. 58. §. 8., quem iniuria L. Dindorfius l. l. p. 4. C. mutare voluit, haec dicuntur: Δυσχερὲς μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον τινῶν αὐτόπτην γενέσθαι διὰ τὸ τοὺς μὲν ἐκβεβαρβαρῶσθαι, τοὺς δ' ἐρήμους εἶναι τόπους· ἔτι δὲ χαλεπώτερον τὸ περὶ τῶν ὁραθέντων διὰ λόγου τι γνῶναι καὶ μαθεῖν διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἐξηλλαγμένον· ἐὰν δὲ καὶ γνοίη τις, ἔτι τῶν πρὸ τοῦ δυσχερέστερον τὸ τῶν ἑωρακότων τινὰ μετρίῳ χρῆσθαι τρόπῳ καὶ καταφρονήσαντα τῆς παραδοξολογίας καὶ τερατείας ἑαυτοῦ χάριν προτιμῆσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ μηδὲν τῶν πάρεξ

ὄντων ἡμῖν ἀναγγεῖλαι., quo in loco facilius intellegitur, cur eventum rerum non absolute posuerit scriptor, sed ad cogitationem rem revocaverit.

Sed ne singularia quaedam de his scriptoribus conquirere videar, iam ex unius Luciani scriptis, quem emendato genere dicendi ceteris eius aetatis scriptoribus antecellere nemo negabit, apponam quosdam locos, quibus sententiam meam confirmem. Etsi enim facile doceri potest, etiam ab hoc scriptore criticos veteres non abstinuisse manum emendatricem, tamen haud difficile aperta eius constructionis vestigia deprehendimus. Ac primum quidem in illo Luciani loco, quem adtulit Thomas Magister ex eius *Veris historiis* lib. II. §. 29. Vol. II. p. 100. ed. Iacobitz. *Συνέπεμψε δέ μοι ὁ Ῥαδάμανθυς τὸν πορθμέα Ναύπλιον, ἵν' ἐὰν καταχθείημεν ἐς τὰς νήσους, μηδεὶς ἡμᾶς συλλάβῃ, ἅτε καὶ ἄλλην ἐμπορίαν πλέοντας.*, cum antea volgo scriberetur e gramaticorum correctione: *ἵν' εἰ καταχθείημεν*, postea in libris optumis inventa est ea scriptura, quam exhibuerat ille grammaticus, ut eius fides in hoc quidem loco luculentis testimoniis comprobata sit: quamquam in altero loco, quem idem e *vitarum auctione* §. 11. vol. I. p. 323. ed. Iacobitz. adtulit, hodie eius scriptura in libris nostris inventa non est. Sed vide eiusdem Luciani *Hermotimum* §. 53. vol. I. p. 496. ed. Iacob. *Καὶ τί σοι ἀποκριναίμην ἂν ἔτι; ὅς οὔτε αὐτόν τινα κρίνειν οἷόν τε εἶναι φῄς, ἢν μὴ Φοίνικος ἔτη βιώῃ, πάντας ἐν κύκλῳ περιϊὼν καὶ πειρώμενος οὔτε τοῖς προπεπειραμένοις πιστεύειν ἀξιοῖς οὔτε τοῖς πολλοῖς ἐπαινοῦσι καὶ μαρτυροῦσι;* quo in loco quod C. Iacobitzius edidit ex uno libro bono quidem: *ἢν — βιώσῃ.*, non improbo equidem, sed poterit tamen e correctione eorum grammaticorum esse, qui eam constructionem etiam e *Verarum historiarum* loco laudato conati sunt tollere, quamquam idem Iacobitzius in *Rhetorum praeceptore* §. 23. Vol. III. p. 188. ed. suae recte optumis libris concessit, qui nunc uno consensu obtulerunt: *Καὶ τὸ δεῖνα δὲ μὴ αἰδεσθῇς, εἰ καὶ πρὸς ἀνδρῶν ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ ἐρᾶσθαι δοκοίης, καὶ ταῦτα γενειήτης ἢ καὶ νὴ Δία φαλακρὸς ἤδη ὤν.* pro eo, quod volgo legitur, et defendi quodam modo possit: *κἂν — δοκοίης.* In *Anacharsi* autem §. 38. vol. III. p. 158. ed. Iacobitz. credo ego recte volgo editum esse: *Μάλιστα δὲ ἢν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας παραστώσας οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, ἢν μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγάς, καὶ ἱκετευούσας ἐπι-*

μήκιστον διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς., etsi ibi quoque unus liber Marcianus εἰ pro ἢν scriptum exhibet, quod ego non accipio, quoniam orationis obliquae ratio satis apparet. Denique etiam in libello, quem volgo tribuunt Luciano, qui est *de astrologia*, §. 10. extrema, vol. I. p. 593. ed. Schmied. carere vitio videtur, quod est in libris: Ἢν δὲ τὰ λέγω αἴτια γνοίης, σὺ δὲ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ δέρκεο ἕκαστον τουτέων. Postremo conferatur eiusdem Luciani *disputatio cum Hesiodo* §. 7. Vol. II. p. 422. ed. Schmied., in quo loco, ut libri testantur, nisi me fallit, omnes, utraque coniuncta est constructio in verbis his: Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο μαντείας δεῖται, ὡς ἢν μὴ καλύψῃς τὰ σπέρματα καὶ θεράπων μακέλλην ἔχων ἐπιφοροίη τῆς γῆς αὐτοῖς, καταπτήσεται τὰ ὄρνεα καὶ προκατεδεῖται τὴν ἅπασαν τοῦ θέρους ἐλπίδα. Et haec quidem hactenus de ἐὰν particula cum optativo coniuncta, cuius rei si quis alia exempla de posterioris quidem aetatis scriptoribus desideret, adeat Godofredi Bernhardi annotationem ad Dionysium Perieg. p. 836 sq. et L. Dindorfium in H. Stephani *Thesaur. Gr. ling.* Vol. III. p. 4. C. et conferat Geopon. X, 20, 4. Κάλλιον δὲ ποιήσεις, ἐὰν ἕκαστον μῆλον εἰς φύλλα καρύας ἐνειλήσας ἀπόθοιο. et ibid. 5. Φυλάξεις τὰ μῆλα, ἐὰν — ἀπόθοιο τὰ μῆλα. Praeterea illa exempla, quae infra in particulis ἐπειδάν, ὁπόταν, ὅταν de eodem genere adferentur, egregie confirmabunt ea, quae hic de optativo post ἐὰν particulam illato disputavimus.

Ἐὰν cum indicativo. Aliquanto difficilior est quaestio illa, sintne ἐάν, ὅταν similesque particulae ab antiquis et bonis scriptoribus etiam cum indicativo compositae. Qua de re nuper G. Hermannus in libro *de particula* ἄν I. cap. 9. p. 45. ita disputavit, ut cum recentioribus quidem scriptoribus in iisque ipsis grammaticis frequentem hunc usum concessisset, qua de re ille conferri iussit Bastium et Schaeferum in *Epimetro II. ad Aristophanis Plutum* p. XXXVIII sq., tamen aliquam eius consuetudinis originem in antiquo sermone quaereret. »Non est enim credibile,« inquit, »si illud soloecum est, subito soloecismum placuisse Graece loquentibus. Immo istae a genuina lingua aberrationes fere ex eo natae sunt, quod imitari, quae apud antiquos et bonos scriptores exquisitiora viderentur, in laude numerabatur: quae imitationes, quom caussae cur illi aliquando a regula declinassent non essent satis perspectae, saepissume in vitium degenerarunt.« Haec vir summus rectissume disputavit, quamquam postea hunc usum angustioribus ipse finibus circumscripsit, ut fere

antiquis scriptoribus non concesserit ἐὰν cum indicativo compositum nisi Herodoto uno aut altero loco. Qua in re ita dissentio cum viro egregio, ut si omnino concedenda sit veteribus iam scriptoribus haec dicendi ratio, eam ego agnoscendam etiam in aliis quibusdam locis existumem, sin minus hoc factum esse probabile fuerit, ut etiam ex Herodoti locis tollendam pronuntiem.

Ac primum quidem de illis locis plane non posse dubitari videtur, in quibus posita ἐὰν particula cum coniunctivo, dein ita sequitur indicativus, ut condicionalis quidem vis ad indicativum adsumatur ex illa particula, non tamen eadem condicionis ratio posteriore loco statuenda sit quae priore. Posuit eius rei exemplum G. Hermannus l. l. ex Herodoti lib. III. cap. 69, *Ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ Φαιδύμη φαμένη κινδυνεύσειν μεγάλως, ἢν ποιῇ ταῦτα· ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἐφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀϊστώσει μιν· ὅμως μέντοι ποιήσειν ταῦτα.*, quo in loco etsi tres boni libri habent scriptum: *Εἰ γὰρ δὴ μὴ τυγχάνει κτἑ.*, haec tamen correctio eius esse videtur, qui priora vellet accommodare posterioribus verbis, ut cauti critici sit alteram scripturam anteferre, praesertim cum eadem dicendi ratio etiam ab aliis scriptoribus admissa saepius sit, uti in Aristotelis illis *Magnis moralibus* lib. II. cap. 7. dicitur: *Ἐὰν ἔχῃ γὰρ Λάμπρος τὴν γραμματικήν, ὁμοίως δὲ διακείσεται. ὑπὸ τῆς γραμματικῆς ταύτης ὁ γραμματικὸς ἄλλῳ ὁτῳοῦν ἔχοντι γραμματικήν, οὐ δύο εἰσὶ διάφοροι αἱ γραμματικαί, ἥ τ᾽ ἐν Λάμπρῳ καὶ ἐν ’[illegible]εῖ· ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς οὐχ οὕτως.* Quibuscum locis comparari poterit ille Xenophontis locus, quem supra ex eius libello *de officio magistri equitum* cap. 7. §. 4. adtulimus, in quo a coniunctivo sic transivit scriptor ad optativum, ut condicionem quidem ex ἐὰν particula retinuisse, fortuiti autem notionem omisisse videatur. Sed haec tamen non est vera constructio, sed transitus potius ab una constructione ad alteram in eius modi locis statuendus est, ut nihil aliud inde lucremur, nisi intellegamus Graecos interdum vim positae particulae non tam accurate, quam exspectari poterat, ad verbum, quod tamen proprie ab ea suspensum esset, transtulisse.

Verum tamen hinc quaedam similitudo peti posse videtur ad illam constructionem explicandam, si quando ἐὰν particula cum indicativo aut praesentis aut futuri temporis constructa fuerit. Nam quem ad modum supra in ἂν particula vidimus, eam particulam interdum adhaerescere singulari notioni enuntiationis atque a verbo ipso separatam

esse quodam modo, ut fere eius particulae potestas terminata in illa singulari notione esset neque iam vim suam ad ipsum verbum adferret, vide quae supra p. 137 — 143. a nobis explicata sunt, idem videtur factum esse etiam in iis locis, ubi post *ἐάν*, *ὅταν* similesque particulas illatus est modus verbi indicativus, qui per sese non poterat consociari cum illis particulis. Id autem in iis locis factum esse videtur, in quibus ipsa prima ac vera notio particulae, quae est *εἰ* vel *ὅτε*, maiore vi dici debebat, ut vis *ἂν* particulae, quae accessit ad illam radicem, minus faceret ad reliquam enuntiationem, verbum autem sine ulla veritatis circumscriptione poneretur. Ne quid ego mihi velim obscurum sit, ponam primum exemplum eius constructionis, quam ego similitudinis caussa commemoravi. Etenim si spectamus illud, quod dixit Lucianus in *dialogo meretricio* X. §. 4. *Περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἴ γε ζῇ ἔτι.*, aut illud ex Aeschinis oratione *de falsa legatione* §. 11. ed. Bekk. p. 29. ed. H. Steph. *Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ μεμνήσομαι καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν κτέ.*, facile intellegemus, non dici in his locis *ἂν* nisi ita, ut separandum sit a verbi, quod sequitur, modo, et sic revocandum sit ad singularem istam, quam effert, notionem, ut cogitatione quodam modo idem illud verbum ad particulam explicandam adsumas. Qua re fit ut illud fortuiti, quod adfert *ἂν* particula, penitus adhaerescat singulari illi notioni, nullam ad verbi modum vim habeat: itaque incerta singularis notio est, certus ac definitus verbi modus. Id adeo intellegi etiam potest ex Latino sermone, in quo quom certae quaedam particulae eam habeant naturam, ut modum coniunctivum necessario requirere videantur, veluti *forsitan*, tamen factum est, ut verbi caussa in M. Tullii oratione *Ligariana* cap. 12. §. 38. diceretur: *Longiorem orationem caussa forsitan postulat, tua certe natura breviorem.*, quo in loco nisi incertum illud, quod habet *forsitan* particula, terminaretur in singulari notione *caussa*, necessario pro indicativo verbi modo requireretur coniunctivus, nunc incertum illud pertinet ad nomen *caussae*, certus autem verbi modus est. Haec igitur structurae ratio pertinere etiam ad eos locos videtur, si quando post *ἐὰν* vel *ὅταν* illatus est modus verbi indicativus, in quibus locis illud, quod *ἂν* particula habet incerti, plane pertinet ad *εἰ* vel *ὅτε* particulam, verbum autem ipsum definitam orationem habet.

Hoc ut ita statuam adducor et ipsa rei ratione, quam explicavi, et natura eorum locorum, in quibus ego hanc constructionem satis firmatam optumorum librorum testimonio

inveni. Etenim specie quidem facilis in his locis mutatio scripturae esse videtur, re tamen vera difficillima est. Qua de re prius quam accuratius dico, explicabo externa illius constructionis vestigia, quia his indagatis demum operae pretium erit intumam eorum locorum rationem aperire.

Ac primum quidem illud, quod, ut supra diximus, recentiores scriptores haud raro eam constructionem habent, me movet, ut etiam ab antiquioribus scriptoribus suo quidem loco admissam eandem rationem dicendi existumem: deinde veteres grammatici, qui secundum analogiae leges vel maxume commendant post eius modi particulas coniunctivum, nunquam tamen negant illam constructionem aliquando usurpatam esse, vide illos, quos supra de optativo posui locos. Dicit enim Grammaticus in Bekkeri *Anecdotis* p. 144, 31. *Ἐάν. Καὶ τοῦτο, ὥσπερ τὸ εἰ, ὁριστικοῖς, εὐκτικοῖς, ὑποτακτικοῖς συντάσσεται. Σὺ δέ, ὦ φιλολόγε, ἀνάλογον φυλάττων ὑποτακτικοῖς ἀεὶ σύντασσε.* Hic igitur ipse quoque de indicativo non negat. Thomas autem Magister p. 269. ed. Bern. haec scribit: *Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐδέποτε ὑποτακτικὸς σύνδεσμος μέλλοντι συντάσσεται, οἷον· ἐὰν ἔσται, ἢν γενήσεται καὶ ὅσα τοιαῦτα, κἂν Ἀριστείδης ἅπαξ ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ πρὸς μέλλοντα τὸ κἂν συνέταξε λέγων· κἂν μηδενὸς ἀνθρώπων μεμνήσονται, καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ τὸ ὅταν μετὰ μέλλοντος λέγων· ὅταν βουλήσεσθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε, καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· ἵνα, ἢν μὴ ὑπακούωσι, τεθνήξονται. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ τιθέμενος ὁ ἂν σύνδεσμος οὐ συντάσσεται μέλλοντι, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ μέσῳ, οἷον· ὅπερ ἂν ἔσται.* Itaque etiam hic regulam, quam praescribit ipse, a bonis scriptoribus aliquando neglectam esse ait. Denique, ut dixi, quibusdam in locis tam certum est librorum optumorum testimonium, ut mirum sit, casu potius quam ipsa scriptoris voluntate eum verbi modum olim irrepsisse in libros. Et primum ponam eum locum, in quo G. Hermannus l. l. p. 46. hanc ipsam structuram agnoscendam esse putavit, cum denegasset de aliis quibusdam locis. Legitur is apud Herodotum lib. III. cap. 69. in plerisque libris in hunc modum: *Ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγώ, οὔτοι μιν σοί τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν.*, quo in loco cum in plerisque libris volgo ederetur, ut ego scripsi, *ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι,* nuper ex unius Sancroftiani libri auctoritate — fallitur enim hac in parte G. Hermannus, qui ait e coniectura hoc

fluxisse — editum est: *Εἰ γὰρ δὴ μή ἐστι κτέ.*, quamquam hoc veri similius est e correctione natum esse, quam volgatam scripturam. Itaque teneo cum G. Hermanno ἤν particulam, sed tamen aliter explicandam illam structuram arbitror, ac visum est viro doctissumo. Is enim propterea ait hoc loco: *ἤν — μή ἐστι*, dixisse Herodotum, quod Otanes sic loqui videatur, ut non neget quidem, posse illum Cyri filium esse, quo fine particula rem fortuitam significante utatur, sed ut indicet tamen, se certo credere, non esse eum Cyri filium, quod eum dicit exprimere indicativo adiuncto. Quod ego probare non possum. Nam etsi Otanes dixisset, quod dici potuit per sese: *Ἢν γὰρ δὴ μὴ ἔῃ ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγώ.*, eius iudicium de persona Smerdis illius non aliud esset. Dicit enim paullo post: *Καὶ ἢν μὲν φαίνηται ἔχων ὦτα, νόμιζε σεαυτὴν Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικέειν, ἢν δὲ μὴ ἔχων, σὺ δὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι.*, de eadem caussa, quo in loco incertius eius iudicium de persona Smerdis non est, quod ne tum quidem esset, si diceret: *Εἰ γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις κτέ.* Id potius, quod fortasse idem sensit vir egregius — facile enim in his spinosis rebus enucleandis a veritate et intumo sensu declinamus — dicere debebat, si dicatur: *ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις κτέ.*, illud fortuiti, quod adfert ἄν particula, terminari in ipsa condicione neque ad verbum facere: qua re fit, ut tollatur ἤν particula, non adficiatur verbi modus ab apposita ἄν particula. Id autem Graeci tum videntur fecisse, ubi temporis potius quam condicionis notionem volebant efferre neque interiorem relationem protasin inter atque apodosin declarare. Quam ob rem si dicitur: *Ἢν γὰρ δὴ μὴ ἔῃ ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγώ, οὔτοι μιν σοί τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ δοῦναι δίκην.*, hoc est Latine reddendum: *Etenim si non fuerit Cyri Smerdis, sed is, quem ego exspecto, non sane eum oportet tecum cubantem et Persarum regnum tenentem impunitum discedere, sed dare poenam.*, qua in oratione antecedens sententia cohaereret interiore quodam sententiarum vinculo cum sententia sequenti, ut in eo, si non sit Cyri Smerdis, sed magus Smerdis, caussa ac ratio, cur non impunite discedat, contineri indicetur. Contra si legimus id, quod Herodotus scripsisse videtur: *Ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγώ, οὔτοι μιν σοί τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ δοῦναι δίκην.*, ex illa re, si

non sit Cyri Smerdis, sed magus ille, nascitur quidem etiam illa condicio, ut denique propter aliam caussam poeniendus esse videatur, verum interior tamen sententiarum coniunctio non est, sed illa condicio, quam habet ἢν particula, quae rem quidem experientia probandam indicat, per se stat, ut ex eo utrum haec res vera an falsa inveniatur, non continuo sequatur ipsa ratio, cur aliquid fiat, sed tamen condicio hinc proficiscatur, qua condicione illa ratio esse possit. Itaque verba: ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις κτἑ. non habent nisi externam quamdam relationem ad sequentia, quae in relativa vi particulae posita est, interna autem, quae ex modi ratione sequitur, in eius modi locis nulla est. Id magis etiam elucescet ex Latina interpretatione eorum verborum. Latini enim, quia *cum* particula cum coniunctivo posita caussam ac rationem alicuius rei designat, in eius modi locis, ubi externa potius rei condicio indicanda erat quam interna, coniungere solebant *cum* particulam cum modo verbi indicativo, quod hoc loco dicas: *Cum enim non est Cyri Smerdis, sed is, quem ego exspecto, non oportet eum tecum cubantem et Persarum regnum tenentem impunitum discedere, sed dare poenam.*, quibus in verbis externa condicio rei in voce: *cum — non est etc.*, continetur, interna autem in illis, quae accedunt, participiis. Si quis autem quaerat, quam ob rem Graeci eam particulam, quae rei fortuitae significationem habet et plerumque ad internam istam condicionem describendam adhibetur, posuerint in eius modi locis, etiam huius rei ratio non obscura reddi potest. Quom enim sentirent fortuitam quidem rationem eius condicionis esse idque vellent etiam auditori significare, primum posuerunt eam particulam, quae istam fortuiti significationem haberet: postea autem, cum ad verbum ventum erat, quia nollent in hac quidem condicione interiorem, quam dixi, rei caussam ponere: pene necessario fecerunt, ut experientiae significationem, quam habet ἂν particula, finiri in condicionali particula iuberent, ad modum verbi indicativum, quasi res integra esset atque certa per sese, se conferrent. Et hoc modo etiam defendi ille locus potest, qui volgo in Herodoti lib. II. cap. 13. ex libris omnibus edebatur: *Δοκέουσί τέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης τῆς Μοίριος οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεόμενον Δέλτα, ἢν οὕτω ἡ χώρη αὕτη κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὁμοῖον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν, μὴ κατακλύζοντος αὐτὴν τοῦ Νείλου πείσεσθαι τὸν πάντα χρόνον τὸν ἐπίλοιπον Αἰγύπτιοι, τό κοτε αὐτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεσθαι.* Nam quod e facili illa quidem coniectura nuper

repositum est utroque loco: ἐπιδιδῷ, id ad sententiam necessarium non est. Neque abhorret ab hac ratione alius Herodoti locus, qui habetur in lib. I. cap. 206. *Σὺ δὲ ἢν μεγάλως προθυμέαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε μόχθον μέν, τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμόν, ἄφες· σὺ δέ, ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερέων ὁδόν, διάβαινε ἐς τὴν ἡμετέρην.*, quo in loco quod volgo editur *σὺ δὲ εἰ μεγάλως κτἑ.*, non est profectum nisi e duobus libris Parisinis non optumis. Sed non solum apud Herodotum, verum etiam apud optumos quosque scriptores Atticos mihi videtur haec dicendi ratio quamvis raro, tamen sine dubio agnoscenda esse. Neque enim casu credo factum esse, quod in Lysiae oratione 14., quae est *contra Alcibiadem* prima, §. 13. ed. Bekk. p. 140. ed. H. Steph. postquam usitata dicendi ratione dixit orator: *Ἐὰν μὲν τοίνυν τοὺς ἀγνῶτας κολάζητε, οὐδεὶς ἔσται τῶν ἄλλων βελτίων· οὐδεὶς γὰρ εἴσεται τὰ ὑφ' ὑμῶν καταψηφισθέντα* *)· *ἐὰν δὲ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐξαμαρτανόντων τιμωρῆσθε, πάντες πεύσονται. ὥστε τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι βελτίους ἔσονται οἱ πολῖται.*, haec igitur ubi dicta sunt ab oratore, sic pergit ille: *Ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφιεῖσθε, οὐ μόνον οἱ ἐν τῇ πόλει εἴσονται, ἀλλὰ καὶ οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται καὶ οἱ πολέμιοι πεύσονται, καὶ ἡγήσονται πολὺ πλείονος ἀξίαν εἶναι τὴν πόλιν, ἐὰν ὁρῶσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν ἁμαρτημάτων μάλισθ' ὑμᾶς ὀργιζομένους καὶ μηδεμιᾶς συγγνώμης τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐν τῷ πολέμῳ τυγχάνοντας.*, quod est ad sententiam aptissumum. Etenim cum in antecedentibus semper interna sententiae coniunctio esset, ut eo ipso, si quid factum esset, efficeretur consequens, postea orator, dum dicit: *Ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφιεῖσθε*, internam istam rationem separavit ab hac condicione, itaque incertum illud, quod continet ἂν particula, quae latet in ἐάν, terminavit in ipsa particula condicionali, verbum autem sine illa veritatis circumscriptione pronuntiavit. Qua re effertur ἐὰν particula non minus quam verbum *καταψηφιεῖσθε*, id est: *Wenn ihr also diesen verurtheilt, so werden u. s. w.* aut si vis ἂν particulam ipso verbo significare: *Wenn ihr, wie dies vielleicht der Fall sein wird, diesen verurtheilt u. s. w.*, quod Latine dicas: *Cum igitur hunc*

*) Hanc enim scripturam credo Wakefieldum in *Sylva critica* Part IV. p. 28 sq. summo iure tutatum esse, etsi ab editoribus omnibus spreta est hodie. Neque enim tanti interesset personam nosse, quanti per personam rem, quae condemnata esset.

condemnabitis, non solum, qui in urbe sunt, scient, verum etiam socii sentient et hostes accipient etc. Quod contra si diceretur, quod voluit Coraes: Ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφίσησθε, reddendum hoc esset: *Si igitur hunc condemnaveritis, non solum, qui in urbe sunt, scient etc.*, ut condicionis et effectus coniunctio exstaret. Id tametsi dici potuit hoc loco, minus tamen idoneam sententiam habet, cum interiorem istam sententiarum coniunctionem ponat orator potius infra in verbis his: ἐὰν ὁρῶσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν ἁμαρτημάτων μάλισθ' ὑμᾶς ὀργιζομένους κτέ. Ac si paullo pinguius, volumus discrimen, quod intercedit inter utramque constructionem declarare, possumus dicere alterum ἐὰν temporis esse, alterum caussae ac rationis. Ne quis autem alteram coniecturam Corais, quam is proposuit ad *Isocratem* vol. II. p. 313., ut ἐὰν in εἰ mutandum diceret, comprobet, commemoro, quamquam ferri etiam illud posset hoc loco, multo tamen aptius esse: ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφιεῖσθε, quod pene iam factam rem ponit eamque orationem habet, quae ad hunc locum accommodatissuma videtur esse. Id tamen non cadit in eum Lysiae locum ex orat. 25., quae est defensio *de adfectata tyrannide*, §. 4. ed. Bekk. p. 171. Ἀξιῶ δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐὰν ἀποφανῶ συμφορᾶς μὲν μηδεμιᾶς αἴτιος γεγενημένος, πολλὰ δὲ κἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς χρήμασι, ταῦτα γοῦν μοι παρ' ὑμῶν ὑπάρχειν, ὧν οὐ μόνον τοὺς εὖ πεποιηκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδὲν αδικοῦντας τυγχάνειν δίκαιόν ἐστι., quo in loco olim vir egregius V. C. F. Rostius in editione Bremiana p. 172. ἀποφανῶ pro indicativo futuri activi habuit. Namque eo loco cum interna rei caussa sit, ἀποφανῶ pro coniunctivo habendum esse apparet, ut virum doctissumum iam mutasse sententiam existumem. Verum tamen egregie hunc facit ille locus, quem in Lycurgi oratione *contra Leocratem* §. 107. ed. Bekk. p. 162. ed. H. Steph. certatim grammatici nostro demum tempore corrigere voluerunt. Leguntur ibi in libris omnibus haec verba: Καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες περὶ τούτου οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν, ὥστε νόμον ἔθεντο, ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι εἰσί, καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ἀκουσομένους τῶν Τυρταίου ποιημάτων ἅπαντας νομίζοντες οὕτως ἂν αὐτοὺς μάλιστα πρὸ τῆς πατρίδος ἐθέλειν ἀποθνήσκειν., quo in loco egregie ipsa totius orationis natura defenditur indicativus. Etenim illa vox: ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι εἰσί, minume continet internam quandam rei caussam, quae

ut eventu comprobetur exspectanda esse videatur, sed potius externam temporis significationem, quando lege institutum sit, ut hoc fiat. Itaque nullo modo possum probare neque Heinrichii coniecturam, qui ἴωσι pro εἰσὶ scribendum duxit, neque Imm. Bekkeri rationem, qui ipse quoque coniunctivum requisivit hoc loco et ἐκστρατευόμενοι ὦσι scribendum proposuit. Coniunctivus enim ita demum verus esset, si in eius rei experientia legis vis contineretur: nunc autem nihil praeter externam quandam temporis condicionem significare voluit orator, ideoque necessario posuit indicativum, quo fit ut ἂν particulae vis terminetur in ipsa voce condicionali, verbi potestas non circumscribatur. Hoc Latine dicas: *Legem sanxerunt, ut, cum foris in armis sunt, vocentur cuncti ad regis tabernaculum etc.* Contra si dixisset orator: ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι ὦσι, reddendum id esset: *Legem sanxerunt, ut, si foris in armis essent, vocarentur cuncti etc.* Qua in oratione interna eius rei, cuius eventus exspectandus esset, ut alterum fieret, coniunctio cum effectu significaretur, quod patet hoc loco minus aptum futurum fuisse. Hoc si tenemus, facile etiam intellegetur, quem ad modum illud interpretandum sit, quod tribuitur Menandro in *Comparatione Menandri et Philemonis* p. 361. (p. 204. ed. Meinek.)

Ἐὰν πονηροῦ γείτονος γείτων ἔσῃ,
πάντως παθεῖν πονηρὸν ἢ μαθεῖν σε δεῖ.
Ἐὰν ἀγαθοῦ [δὲ] γείτονος γείτων ἔσῃ,
ὡς προσδιδάσκεις ἀγαθὰ καὶ προσμανθάνεις.

Sic enim locutus est poeta, quod non internam rei rationem enucleare voluit, sed tantum modo externam condicionem ponere, qua posita condicione deinde quasi novum quiddam illud esse dicit, quod sequitur. Itaque etiam hoc loco non exspectandum est usque dum fiat illud, sed res iam praesens ponitur, ut cum condicione effectus apte coniunctus non sit: id enim ipsum requirebatur hoc loco. Ponenda enim erat temporis significatio nuda ac simplex, quo aliquid non experientia aliquando cognosceretur esse, sed quo iam re vera ita esset. Quam ob rem etiam hoc loco Latine hoc dicendum erit: *Cum mali vicini vicinus eris*, non: *Si mali vicini vicinus fueris.* Huc pertinet etiam Dinarchi locus ex oratione *contra Philoclem* §. 2. ed. Bekk. p. 108. ed. H. Steph. et ex parte Aeliani locus e *Var. hist.* IV, 24.

Eodemque modo etiam explicandus ille versus est, quem ad Menandri locum modo laudatum adsimulavit Aug. Meineke p. 205., qui legitur apud Plutarchum *de fluviis* vol. V. p. 671. ed. Wyttenb. mai. his verbis:

Καὶ τότε φρονήσεις, ὅταν ἴσῃ μάτην φρονῶν.,
quo in loco iam praeposita *τότε* particula satis demonstrat quorsum pertineat *ὅταν*, quae particula etiam hoc loco nihil nisi externam quandam temporis significationem habet. Aperta notio temporis est etiam in illo loco Dionysii Halicarn. *antiq. Rom.* lib. IV. cap. 6. p. 650, 3. *Ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἀνδρῶν ἡλικίαν εἶχον οἱ παῖδες, ὅταν ὁ πατὴρ αὐτῶν ἀπέθνησκεν, οὔτ' ἂν ἡ μήτηρ αὐτῶν οὕτως ἦν ἀθλία καὶ θεοβλαβής, ὥστ' ἀφαιρεῖσθαι μὲν τῶν ἑαυτῆς τέκνων, ἣν κατέλιπεν ὁ πατὴρ αὐτοῖς ἀρχήν, τῷ δὲ ἀλλοτρίῳ καὶ ἐκ δούλης γεγονότι χαρίζεσθαι, οὔτ' ἂν αὐτοὶ κτἑ.*, quo in loco G. H. Schaeferus ad Greg. Corinth. p. 553. iniuria *ὅτε* scribendum dixit. Est enim *ὅταν*, si recte teneas eius vim, multo aptius ad illum locum, quam simplex *ὅτε* particula, quae si fuit in libris, non video cur in *ὅταν* mutata sit. Huc pertinet etiam illa inscriptio, quam adtulit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 6. D., Constantinopoli reperta, quae habetur in Aug. Boeckhii *Corp. inscript. Graec.* vol. II. p. 72. num. 2043. his verbis: *Ζωτικὸς Παφιομναίου Σουλπικείου τὸ λατόμιον κατεσκεύασα ζῶν καὶ φρονῶν ἐμαυτῷ καὶ τῇ γλυκυτάτῃ μου γυναικὶ Φιρμείνῃ καὶ ἂν τέκνον μου' ἔστε.*, quam postremam vocem recte Boeckhius *ἔσται* interpretatus est.

His autem disputatis credo ego iam etiam intellegi Thomam Magistrum, qui sine dubio veterem auctorem secutus est, recte huc rettulisse Aristidis locum, in quo scriptum esse ait: *κἂν μηδενὸς ἀνθρώπων μεμνήσονται.* Legitur ille locus vol. II. p. 406. ed. Dind. volgo in hunc modum: *Εἰκότως δέ μοι δοκοῦσι κακῶς ἅπαντας λέγειν· πολὺ γὰρ τοῦ πράγματος αὐτοῖς περίεστιν, οἵ γε κἂν μηδενὸς ἀνθρώπων μεμνήσωνται, λέγουσιν ἃ λέγουσι κακῶς.*, quo in loco facilius *μεμνήσωνται*, quae verbi forma ferri nullo modo potest, mutari in *μεμνήσονται* potest quam in *μέμνωνται*, quod scribi voluit Lud. Dindorfius l. l., ut, recepta scriptura illa Thomae auctoritate satis munita, etiam hic externa rei condicio agnoscenda sit, quae est etiam ad omnem locum maxume accommodata. Dicit enim hoc Aristides: *Qui homines etiam tum, cum nullius hominis mentionem faciunt, quidquid dicunt, male dicunt.* Sed de Platonis loco, quem idem grammaticus adtulit, ex eius *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 3. ed. Bekk. p. 447. ed. H. Steph. quaestio aliquanto est difficilior Ibi Callicles et Chaerephon eius modi colloquium habent: *ΚΑΛ. Τί δέ, ὦ Χαιρεφῶν, ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; ΧΑΙ. Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. ΚΑΛ. Οὐκοῦν, ὅταν*

βουλήσεσθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει κτἑ. Sic enim Grammaticus haec verba in codice suo scripta invenisse videtur et sic duo Bekkeri libri scriptum hunc locum exhibent, nisi quod unus eorum librorum ὅτε pro ὅταν habet, qua re tamen illa scriptura non minus defendi videatur quam eo, quod tertius liber habet: βούλη pro βουλήσεσθε, quoniam illi ipsi librarii re vera ὅταν βουλήσεσθε scriptum repperisse videntur, quod deinde veriti soloecismum mutarunt. Quae quom ita sint, non nego equidem non parvam eam ipsam scripturam auctoritatem habere, quae quodam modo etiam explicari commode sic poterit, quasi Latine dicas: *Nimirum, cum voletis ad me venire domum: ad me enim Gorgias divertit etc.*, ut illa condicio ipsa quoque externa nec ratiocinatione cum effectu coniuncta esse videatur: sed tamen quom plerique libri et optumi pro volgata olim scriptura: ὅταν βούλεσθε, exhibeant: βούλησθε, poterit errore scribendi ex βουλεσθε (ησ) natum esse βουλήσεσθε, ut non pugnem equidem, si quis dicat Thomam Magistrum in hac parte corrupto libro usum esse: quamquam volgata olim scriptura βούλεσθε librorum lectioni βουλήσεσθε quodam modo opitulatur.

Sed dubio hoc uno loco, non tamen credo de universa caussa, quam explicavi, dubitari posse, cum et ratio reddi possit facilis, cur ita dixerint veteres quoque scriptores, et loci librorum auctoritate satis muniti eam constructionem satis tueantur et posteriorum scriptorum consuetudo tamquam delapsa de caelo esse non queat.

Nam posteriores scriptores, ut dixi, sane frequenter illa constructione usi sunt, cuius rei plura exempla posuit L. Dindorfius l. l. p. 4. C., veluti Nili *Epist.* 2, 223. p. 234. Ἐάν τι γέγραπται. 3, 56. p. 334. Ἐὰν εἶδες. Io. Malalae p. 71, 8. Ἐὰν κἀκείνη ἠβούλετο. p. 136, 16. Ἐὰν σωθησόμεθα.

Sed his de constructione huius particulae explicatis iam reliquum usum cognoscamus. Ac primum quidem saepe numero ἐὰν particula bis aut saepius in una enuntiatione ponitur, ut diversa membra introducat, qua de re non memorarem hoc loco, nisi inde quoque certae quaedam formulae natae essent.

Ἐὰν μέν — ἐὰν δέ. Sic dicitur primum ἐὰν μέν — ἐὰν δέ, quod nulla eget explicatione, veluti in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 184. ed Bekk. p. 328. ed. H. Steph. Ἐπειδὰν γάρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀποδέδωκεν ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μή, ἐλθὼν εἰς ἱερὸν — τοσοῦτον κατέθηκεν. Id dicitur etiam mutata condicionali particula ἐὰν μέν — εἰ δέ, veluti in Thucydidis

lib. III. cap. 3. Ἐσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς — καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω, καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα, εἰ δὲ μή, Μυτιληναίοις εἰπεῖν ναῦς τε παραδοῦναι καὶ τείχη καθελεῖν, μὴ πειθομένων δὲ πολεμεῖν. conf. eiusdem lib. IV. cap. 13. ac Xenophontis *Militiam Cyri* lib. III. cap. 1. §. 36. ed. Krüg. Κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται. εἰ δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, εὖ ἴστε ὅτι ἕψονται ὑμῖν καὶ πειράσονται μιμεῖσθαι.

Tum saepissume cumulatae in una eademque enuntiatione sunt particulae ἐάν τε — ἐάν τε, sive ἤν τε — ἤν τε, sive etiam ἄν τε — ἄν τε, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 17. ed. Zeun. dicitur: Νῦν τε ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἤν τε ἐνθάδε ὑπομένωμεν, ἤν τε εἰς τὴν ἐκείνων ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἤν τε ἐνθάδε ἐπιόντας αὐτοὺς δεχώμεθα, ἤν τε ἐπ᾽ ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν. et in Platonis lib. V. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 223. ed. Bekk. p. 453. ed. H. Steph. Οὐ γάρ, εἶπον. ἀλλὰ δὴ ὧδ᾽ ἔχει· ἄν τέ τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ ἄν τε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον. et in *legum* lib. VI. Part. III. vol. II. p. 431. ed Bekk. p. 761. B. ed. H. Steph. Τά τε πηγαῖα ὕδατα, ἐάν τέ τις ποταμός, ἐάν τε καὶ κρήνη ᾖ, κοσμοῦντες φυτεύμασί τε καὶ οἰκοδομήμασι κτἑ. Et sic illae particulae saepe etiam sine verbo ponuntur, si quem ad modum id supplendum ex reliqua oratione aut cogitatione adsumendum sit non obscurum est, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 5. §. 16. dicitur: Ὅποι δ᾽ ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν μὴ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὕβρει, ἀλλ᾽ ἀνάγκῃ λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια. Eodemque modo etiam saepius ponuntur illae particulae, uti in eadem *Cyri militia* lib. VII. cap. 3. §. 37. Μεθ᾽ ἡμέραν μὲν γὰρ ἐν ταῖς πορείαις ἡγεῖται τοῦ στρατεύματος ὁποῖον ἂν ἀεὶ πρὸς τὴν χώραν συμφέρῃ, ἐάν τε ὁπλιτικόν, ἐάν τε πελταστικόν, ἐάν τε ἱππικόν. et in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 1. §. 5. Ὅποι ἄν τις ἄρξηται πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλείων, ἤν τὲ πρὸς ἠῶ, ἤν τε πρὸς ἑσπέραν, ἤν τε πρὸς ἄρκτον, ἤν τε πρὸς μεσημβρίαν. Quamquam in eius modi locis quaedam ipsarum formarum aequabilitas requiritur, ut fere praecedenti ἤν τε rursus ponatur ἤν τε et sic porro, tamen in quibusdam locis ἐάν τε — ἄν τε dictum est, veluti in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 391. ed. Bekk. p. 184.

Ἐάν τε — ἐάν τε, ἤν τε — ἤν τε, ἄν τε — ἄν τε.

Ἐάν τε — ἐάν τε — ἐάν τε. Ἤν τε — ἤν τε — ἤν τε — ἤν τε.

B. ed. H. Steph.: Ἔπειτα τὸ ὑπὸ χρημάτων καὶ ὑπὸ πολιτικῶν δυνάμεων ἁλῶναι αἰσχρόν, ἐάν τε κακῶς πάσχων πτήξῃ καὶ μὴ καρτερήσῃ, ἄν τ' εὐεργετούμενος εἰς χρήματα ἢ εἰς διαπράξεις πολιτικὰς μὴ καταφρονήσῃ. Neque enim unius libri auctoritas, qui ἐάν τε etiam posteriore loco scriptum exhibet, nos movere poterit, ut orationis aequabilitatem revocemus. Hac tamen non retulerim Platonis *Politicum* Part. II. vol. II. p. 324. ed. Bekk. p. 293. ed. H. Steph. Ibi enim singulari arte philosophus ita instituit sermonem, ut cum bina membra, ter consociaret, tamen ubique orationem variaret: Τούτους δέ γε, inquit, ἐάν θ' ἑκόντων ἐάν τε ἀκόντων ἄρχωσιν, ἄν τε κατὰ τὰ γράμματα ἄν τε ἄνευ γραμμάτων, καὶ ἐὰν πλουτοῦντες ἢ πενόμενοι, νομιστέον, ὥσπερ νῦν ἡγούμεθα, κατὰ τέχνην ἡντινοῦν ἀρχὴν ἄρχοντος. Interdum ἄν τε dicitur, ut sequatur καὶ ἐάν, veluti in Platonis *Politico* p. 324. ed. Bekk. p. 292. E. ed. H. Steph. Δεῖ γὰρ δὴ τόν γε τὴν βασιλικὴν ἔχοντα ἐπιστήμην, ἄν τ' ἄρχῃ καὶ ἐὰν μή, κατὰ τὸν ἔμπροσθε λόγον ὅμως βασιλικὸν προσαγορεύεσθαι. A qua dicendi ratione tamen aliquid differt illud, quod legitur in Sophoclis *Antigona* v. 327 sq.

Ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.,

quod in eo loco non repetita ἐὰν particula aptius etiam coniuncta sententia est.

Ἐάν τ' οὖν — ἐάν τε. Ἐάν τ' οὖν — ἐάν τ' οὖν.

Praeterea esse adnotandum videtur, saepe etiam ad particulas ἐάν τε in huius modi locis accessisse οὖν particulam, sive, id quod fere usitatum est, ut tantum modo in priore loco ponatur, sive ut in utroque. Quod si fit, ista disiunctio, quae illis in membris continetur, deducitur quodam modo ex antecedentibus cum eisque connectitur. Cuius rei exempla haec adlata sunt, Platonis *Politicus* p. 321 sq. ed. Bekk. p. 291. E. Δημοκρατίας γε μήν, ἐάν τ' οὖν βιαίως ἐάν τε ἑκουσίως τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων τὸ πλῆθος ἄρχῃ, καὶ ἐάν τε τοὺς νόμους ἀκριβῶς φυλάττον ἐάν τε μή, πάντως τοὔνομα οὐδεὶς αὐτῆς εἴωθε μεταλλάττειν. Eiusdem *Epist.* VII. Part. III. vol. III. p. 474. ed. Bekk. p. 348. D. ed. H. Steph. Μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτόν, μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν, ἄν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι. In utroque membro posita est οὖν particula apud Platonem *legum* lib. XI. Part. III. vol.

III. p. 271. ed. Bekk. p. 934. D. ed. H. Steph. *Οἱ προσήκοντες δ' ἑκάστων κατὰ τὰς οἰκίας φυλαττόντων αὐτούς, ὅτῳ ἂν ἐπιστῶνται τρόπῳ, ἢ ζημίαν ἐκτινόντων, ὁ μὲν τοῦ μεγίστου τιμήματος ἑκατὸν δραχμάς, ἐάν τ' οὖν δοῦλον ἐάν τ' οὖν ἐλεύθερον περιορᾷ κτἑ.* Id tum videtur a Graecis dictum esse, ubi utrumque membrum eadem vi ac ratione ad antecedentem sententiam referri voluerunt essetque oratio omnino vividior, quem ad modum in *εἴτε — εἴτε* particulis idem Plato dixit in *Apologia Socratis* Part. I. vol. II. p. 126. ed. Bekk. p. 34. E. ed. H. Steph. *Πρὸς δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν ὅλῃ τῇ πόλει οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων οὐδὲν ποιεῖν καὶ τηλικόνδε ὄντα καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα, εἴτ' οὖν ἀληθές, εἴτ' οὖν ψεῦδος.* Interdum etiam in altero membro *ἐάν τε καὶ* dicitur, quod nihil facit ad ipsam constructionem particularum *ἐάν τε — ἐάν τε*, sed indicat, id, quod ponatur in altero membro, minus exspectari forsitan posse. Exemplum supra p. 479. e Platonis *legum* lib. VI. p. 761. B. ed. H. Steph. posuimus. Sicuti *ἐάν τε — ἐάν τε* dicitur, sic etiam *κἄν — κἄν*, veluti in Demosthenis oratione *Olynthiaca* II. §. 21. ed. Bekk. p. 24. ed. Reisk. *Ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ.* Quod si quando etiam *κἄν τε — κἄν τε* invenitur dictum, id quidem non pertinet ad antiquiores scriptores, sed legitur tamen apud *Etymologum magnum* p. 202, 19. et apud Triclinium ad Sophoclis *Aiacem* v. 75. *Κἄν—κἄν.*

Porro ut fere in omnibus particulis condicionalibus elliptica dicendi ratio haud raro admissa est, idem cadere in *ἐὰν* particulam declaravit Devarius p. 68. loco quodam Demosthenis, cui iam alium placet adiicere, qui propter difficiliorem constructionis rationem iniuria videtur in suspicionem vocatus esse iam antiquo tempore. Legitur is apud eundem Demosthenem in lege, quam ille adfert in oratione *Midiana* §. 47. ed. Bekk. p. 529. extrema ed. Reisk., quem locum ita e libris optumis et plurumis restituendum esse existumo: *Ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν δὲ ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρι ἂν ἐκτίσῃ.* cum volgo legatur: *ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ.* Receptā librorum scriptura apparet post *ὑβρίσῃ* repetendum esse cogitatione *δεδέσθω.* Ac similem Thucydidis locum, ubi idem factum est in repetitis particulis *ἤν τε*, e lib. III. cap. 44. supra tractavi, ubi in posteriore membro ellipsis habetur, quae in *ἐὰν μέν — ἐὰν δὲ* particulis invenitur interdum etiam in priore, veluti in Platonis lib. *de re publica* *Ἐάν, ἐάν τε — ἐάν τε cum ellipsi.*

IX. Part. III. vol. I. p. 433. ed. Bekk. p. 575. C. ed. H. Steph. *Οὐκοῦν ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἡ πόλις —, κολάσεται κτἑ.* Sed tamen hoc non tam ad ipsas particulas condicionales pertinet, sed ad omnem Graeci sermonis consuetudinem.

Quam ob rem nihil aliud restare videtur nisi ut explicemus, quibuscum particulis *ἐὰν* ita compositum sit, ut certam quandam constructionem efficerent coniunctae particulae.

Ἐάν γε, ἄν γε, ἤν γε. Et de *ἐάν γε, ἄν γε, ἤν γε* iam supra vidimus in *γὲ* particula p. 308 sq.

Ἐὰν καί. *Ἐὰν καὶ* autem si quando dictum est non aptissume quidem inter sese coniunctae particulae sunt, quod *καὶ* fere ad singularem notionem eius, quae sequitur, sententiae spectet, sed tamen propterea hoc loco commemorandae illae particulae sunt, quod ipsa vi sententiae cohaerent neque pluribus verbis disiungi solent, veluti in Isocratis *Nicocle* §. 18. ed. Bekk. p. 30. ed. H. Steph. *Οἱ δ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιστατοῦντες, ἢν καὶ τὴν φύσιν καταδεεστέραν ἔχωσιν, ἀλλ' οὖν ταῖς γ' ἐμπειρίαις πολὺ τῶν ἄλλων προέχουσιν.* et §. 34. ed. Bekk. p. 33. ed. H. Steph. *Τοσούτου γὰρ δέω τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ὥσθ' ἕτεροι μέν, ἢν καὶ μικρῷ μείζω τῶν ὁμόρων δύναμιν ἔχωσιν, ἀποτέμνονται τῆς γῆς καὶ πλεονεκτεῖν ζητοῦσιν, ἐγὼ δ' οὐδὲν κτἑ.* Interdum etiam inter *ἐὰν* et eam vocem, ad quam proprie facit particula *καί*, interposita etiam alia vox est, quae quom aut prorsus se applicet ad condicionalem particulam aut omnino sonum maiorem habere non possit, nullo modo vim ac significationem illarum particularum interturbat, uti in Thucydidis lib. VIII. cap. 2. dicitur: *Ὡς, ἤν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, οὐκ ἀποστατέον ἔτι τοῦ πολέμου εἴη, ἀλλ' ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους.*, aut in Platonis *legum* lib. VIII. Part. III. vol. III. p. 77. ed. Bekk., p. 829. ed. H. Steph. *Τὰ τῶν τοιούτων ᾀδέσθω ποιήματα, ἐὰν μὴ καὶ μουσικὰ πεφύκῃ.*

Ἐὰν μή. Vix commemorarem hoc loco *ἐὰν μὴ* particulas, nisi in his quidem particulis admodum frequens esset elliptica dicendi ratio, qua de re conferri potest Aeschinis oratio *contra Timarchum* §. 12. ed. Bekk. p. 3. sub finem ed. H. Steph. in lege: *Καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν μὴ υἱὸς διδασκάλου ἢ ἀδελφὸς ἢ θυγατρὸς ἀνήρ.* Andocides *de mysteriis* §. 87. ed. Bekk. p. 12. ineunte ed. H. Steph. *Μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.* Demosthenis oratio

contra *Timocratem* §. 33. ed. Bekk. p. 710, 17. ed. Reisk. *Τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις.* Neque tamen quidquam obstat quo minus etiam ponas verbum, si vis orationis requirere videatur, ut in hac quidem parte non comprobem L. Dindorfii iudicium, qui in Diodori Siculi *historiarum* lib. XII. cap. 21. potius: *Μηδὲ περιτίθεσθαι χρυσία μηδὲ ἐσθῆτα παρυφασμένην, ἐὰν μὴ ἑταῖραν.*, quam aliorum librorum auctoritate: *ἐὰν μὴ ᾖ ἑταίρα.*, scribendum censet. Nam etsi praecedit similis constructio: *Μηδὲ ἐξιέναι νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως, εἰ μὴ μοιχευομένην.*, tamen in reliquis membris dicitur etiam ibi: *ἐὰν μὴ μεθύῃ*, et postea: *ἐὰν μὴ ἑταιρεύηται ἢ μοιχεύηται.* et Latina quoque oratione potius dicas in eius modi loco: *nisi si sit meretrix*, quam: *nisi meretricem.*

Saepe numero particulae *ἐάνπερ*, *ἤνπερ*, *ἄνπερ* in scriptis Graecorum inveniuntur, si eius caussae, quam infert *ἐὰν* particula, amplificatio fieri debet, qua de re infra in *πὲρ* particula accuratius dicetur. Interea conferatur Euripidis *Medeae* v. 721. ed. Matth. *Ἐάνπερ, ἤνπερ, ἄνπερ.*

Ἐκ τῆσδε μὲν γῆς οὔ σ' ἄγειν βουλήσομαι,
αὐτὴ δ' ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,
μενεῖς ἄσυλος.

Aeschyli *Persarum* v. 529.

Ἐάνπερ δεῦρ' ἐμοῦ πρόσθεν μόλῃ.

Aristophanis *Thesmophoriazusarum* v. 926.

Οὐ γάρ προδώσω οὐδέποτέ σ', ἤνπερ ἐμπνέω,
ἢν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαι με μηχαναί.

Xenophontis *Disciplina Cyri* lib IV. cap. 6. §. 4. *Ἀλλ' ἤνπερ, ὦ Γωβρύα, καὶ φρονῶν φαίνῃ ὅσαπερ λέγεις.* Demosthenis orationis *Leptineae* §. 22. ed. Bekk. p. 463, 20. ed. Reisk. *Ἀλλ' ἴσμεν ἐκεῖνο δήπου, ὅτι λειτουργήσουσι μέν, ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ, πολλοὶ κτἑ.* cl. eiusdem Demosthenis orat. *de corona* §. 166. ed. Bekk. p. 283, 23. ed. Reisk. *ἄνπερ τοὺς οὐκ ὀρθῶς συμβουλεύοντας ὑμῖν παραπέμψαντες τῆς προσηκούσης ἀτιμίας ἀξιώσητε.* et ibidem §. 167. ed. Bekk. p. 284, 12. ed. Reisk. *ὅπερ οὐ μικρὰν ὑμῖν οἴσειν ἐλπίζω ῥοπήν, ἐάνπερ ἐπὶ ταύτης μένητε τῆς προθέσεως.* Denique interposita *μὴ* particula Herodotus lib. VI. cap. 57. posuit etiam *ἢν μή περ* in verbis his: *ἢν μή περ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ.*

'Εάνπερ γε, ἤνπερ γε. Tum dictum est etiam ἐάνπερ γε, ἤνπερ γε, quem ad modum supra in γὲ particula ea verborum collocatio a nobis explicata est p. 310 sq., veluti in Xenophontis libello *de re equestri* cap. 10. §. 11. dicitur: Ὁποῖος δ' ἂν τις ᾖ, τούτῳ τάδε γε πάντα ταὐτὰ ποιητέον, ἤνπερ γε βούληται ἀποδείξασθαι τὸν ἵππον, οἵόνπερ εἴρηται., cui loco adiecit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 5. D. duos locos Achillis Tactici c. 16. p. 46. cap. 28. p. 85., quibus in locis plena forma ἐάνπερ γε habetur.

'Εάν που, ἄν πως κτέ. De formulis ἐάν που, ἐάν πως, ἤν που, ἤν πως et quae sunt huiusce modi, vide quae supra in ipsa particulae vi declaranda diximus.

'Εὰν particulae collocatio. Postremo de collocatione ἐὰν particulae hoc adnotandum videtur, ἐὰν natura sua quom dominetur, rationem quidem grammaticam si spectamus, in tota sententia, primum fere locum occupare, sed tamen, cum efferatur singularis enuntiationis vox, unum interdum aut plura verba anteposita esse, quem ad modum Demosthenes locutus est in oratione *Midiana* §. 60. ed. Bekk. p. 533. ed. Reisk. Ἴστε δήπου τοῦθ' ὅτι τὸν ἡγεμόνα ἂν ἀφέλῃ τις, οἴχεται ὁ λοιπὸς χορός., quo in loco apparet tolli voce nomen τὸν ἡγεμόνα. Conferatur eiusdem Demosthenis oratio *Leptineae* §. 22. ed. Bekk. p. 463, 22. ed. Reisk. Εὖ δὲ ποιεῖν ἡμᾶς οὐδεὶς ἐθελήσει, τοὺς πρότερον ποιήσαντας ἐὰν ἠδικημένους ἴδῃ. et eiusdem orationis §. 34. ed. Bekk. p. 467, 23. ed. Reisk. κύριος ἂν γένηται, et quae adtulit G. H. Schaeferus in *Apparatu ad Demosthenem* vol. III. p. 422.

Εἰ.

De εἰ particula cum Devarius ipse explicatius dixerit, ego tantum modo ea adtingam hoc loco, quae ab illo aut omnino tacta non sunt aut non satis recte explicata esse videntur.

Εἰ particulae origo. Ac primum quidem de origine vocis difficile videtur esse adfirmare quidquam, sed illud tamen nullo modo possum adduci ut credam verum esse, quod Hartungius vol. II. p. 198 sq. obtinere voluit, esse εἰ cognatum cum Latina particula *se* vel *sed*, quod ait inde colligi posse, quod non solum *sine*, sed etiam *nesi* diceretur, qua de re etiam ea possunt conferri, quae ille l. l. p. 31. et p. 76. disputavit. Viderint alii quid veri in eius disputatione insit: equidem

sic existumo, quem ad modum ἂν particula ad verbum substantivum pertinuisse olim mihi visa est, qua de caussa vide quae supra p. 99. a nobis disputata sunt, sic etiam εἰ particulam ad idem verbum revocandam videri: neque ab hac ipsa origine abhorrere Latinam particulam *sei* vel *si*, quae Graecae voci ex omni parte respondet. Quem ad modum igitur ἂν particula, quae vim suam traxisse videtur e praeterito tempore verbi εἶναι, aliquid aliquando factum esse ponit, ita εἰ particula, quae dubitari non potest quin ad modum optativum temporis praesentis eiusdem verbi pertineat, ut vera forma εἴη, primum in εἶε, unde mansit etiam vocula εἶεν, quae diversa est a forma numeri pluralis εἶεν pro εἴησαν, mutata, dein in εἶ correpta, denique abiecto accentu εἰ pepererit, εἰ igitur non ad experientiam rem revocat, sed tantum modo indicat nos aliquid sola cogitatione nostra ponere, quasi vox εἰ antiquo tempore per se constaret significaretque: *sit hoc*. Saepe numero enim in omnibus fere linguis ex verbo natae sunt eius modi particulae et quandam naturae atque originis huius particulae similitudinem praebet etiam sermo recentiorum populorum. Nam quem ad modum olim Graeci dixerunt: εἴτε — εἴτε, quod antiquitus nihil fuit aliud nisi: εἴη τε — εἴη τε, sic hodie Francogalli dicunt: *soit — soit*, et nos quoque id imitari possumus, cum dicimus: *sei es — sei es*, uti si dicas: *sei es als Lehrender, sei es als Lernender*, et quae sunt similia. Sed nolo de his rebus pugnare: fit enim nescio quo modo, ut in hoc genere suum cuique magis placeat, quam fortasse in aliis rebus. Illud autem pro certo adfirmare possumus, εἰ particulam hanc habere vim ac significationem, ut aliquam rem cogitatione fingi indicet, sed utrum ea res vera an falsa sit, utrum facta aliquando an non facta reperiatur, eius rei nihil significare per sese eam particulam.

Hinc etiam illud videtur factum esse, ut εἰ particula cum omnibus verbi formis, quibus aliquid esse aliquo modo significaretur, componi potuerit, quoniam quidquid declarari per verbum poterit, idem etiam condicionaliter poterit efferri. Quod quom ita sit, quae de consociatione εἰ particulae cum singulis verbi temporibus dicenda esse videantur, ea potius ad doctrinam temporum quam particulae ipsius pertinent, quia vis ac natura particulae in omnibus his locis una eademque est ac temporum mutatio sola mutationem sententiae efficit. Dixit de ea re Devarius vol. I p. 69.

Interea hoc adnoto, Devarium non satis recte, si quando subsequatur εἰ particula cum sententia sua neque locum P. 68.

priorem occupet, eum ordinem praeposterum dicere: quamquam Hoogeveenus fere eadem repetivit p. 169. ed. Schütz. Nam etsi fere saepius Graeci condicionem priore loco pronuntiare solebant, quo facilius de totius enuntiationis ratione constaret, tamen neque ratio adferri potest, quam ob rem semper hoc debuerit fieri, neque ipsa dicendi consuetudine ea lex sancita est. Sic Plutarchus in *vita Alexandri* cap. 29. p. 681. ed. Francof. hanc Parmenionis vocem refert: Ἐγὼ μὲν εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα., et idem in *Apophthegmatis* p. 180. B. alio ordine eandem sententiam adfert, ut dicat: Ἔλαβον ἄν, εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην. et Demosthenes in oratione *Olynthiaca* II. §. 6. ed. Bekk. p. 19, 22. ed. Reisk. dicit: Ἐγὼ μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σφόδρ' ἂν ἡγούμην καὶ αὐτὸς φοβερὸν τὸν Φίλιππον καὶ θαυμαστόν, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον., quod dici etiam potuit: Ἐγὼ μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων τὸν Φίλιππον ηὐξημένον, σφόδρ' ἂν ἡγούμην καὶ αὐτὸς φοβερὸν αὐτὸν καὶ θαυμαστόν., ut nihil praeposteri sententia haberet. Conferantur qui ab ipso Hoogeveeno adlati sunt loci Euripidis de *Oreste* v. 1102.

Μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.

et Aristophanis de *Ranis* v. 536.

Ἴσως γάρ τοι ποτὲ
ἐμοῦ δεηθείης ἄν, εἰ θεὸς θέλοι.

Quod exemplum posuit Devarius de praeterito perfecto p. 69, 16. e Demosthenis oratione *de corona* §. 79. ed. Bekk. p. 251. extrema ed. Reisk. Ἐνταῦθ' οὐδαμοῦ Δημοσθένην γέγραφεν οὐδ' αἰτίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ. Τί ποτ' οὖν τοῖς ἄλλοις ἐγκαλῶν τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται; ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν αὐτοῦ, εἴ τι περὶ ἐμοῦ γέγραφε· τούτων γὰρ εἰχόμην ἐγὼ καὶ τούτοις ἠναντιούμην., id quoniam contraversum esse videtur, quia Devarius ipse potius: εἴ τι περὶ ἐμοῦ ἐγεγράφει, scribendum existumat, quod probaverunt etiam Wunderlichius ac Schaeferus, quem vide omnino in *Apparatu* vol. IV. p. 122., Imm. autem Bekkerus ἔγραφεν scribi maluit, quod potuit fortasse etiam scribi: εἴ τι περὶ ἐμοῦ γ' ἔγραφεν., ponam alium locum Demosthenis, in quo eadem dicendi ratio certa ac firma est, ex oratione *contra Aphobum* I. §. 63. ed. Bekk. p. 833. ed. Reisk. Εἰ γὰρ ἐκεῖνα ἀνήλωται ὀρθῶς, οὐδὲν ἂν τῶν νῦν πα-

ραδοθέντων ἐξήρκεσεν εἰς ἕκτον ἔτος, ἀλλ' ἢ παῤ αὐτῶν ἄν με ἔτρεφον ἢ τῷ λιμῷ περιεῖδον ἀπολόμενον.

Recte deinde eadem pagina scripsit Devarius εἰ particulam non solum indicativo et optativo, sed etiam subiunctivo iungi, qua de re iam dicam accuratius, praesertim cum de subiunctivo quidem etiam nunc dubitetur quodam modo.

Et cum indicativo iungitur εἰ particula, si res, quae ponitur in condicione, pronuntiatur simpliciter, ut neque ad cogitationem neque ad eventum aliquando experiundum rem revoces, sed fingas tantum modo aliquid aut esse factum aliquo tempore aut fieri aut futurum esse, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 93 sq. dicitur: *Εἰ cum indicativo.*

> Εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθρανεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
> ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.

et paullo ante in eadem fabula v. 58 sqq.

> Νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα σκόπει
> ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ ν'μου βίᾳ
> ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.

et rursus ibidem v. 469 sq.

> Σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
> σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.,

quibus in locis omnibus et condicio ipsa et id, quod e condicione sequi dicitur, simpliciter ponitur sine ulla significatione aut cogitatae caussae aut eventus ipsius.

Eademque particulae εἰ cum indicativo iunctae ratio est etiam in iis locis, ubi apodosis aliam orationis formam habet. Etenim si ratione rem consideramus, in eius modi locis condicionis et apodosis propria coniunctio nulla est, verum postquam simpliciter posita est hypothetica enuntiatio, alio quodam modo concipitur cogitatione apodosis, ut non exaequata sit totius enuntiationis ratio, sed condicio illa nihil adferat ad apodosin nisi externam rationem sententiarum. Sed quom certae quaedam formulae in apodosi cum priore enuntiatione condicionali non exaequata ipsa natura sermonis Graeci, quam aliae usitatiores essent, hinc factum est, ut earum coniunctio etiam propria ac vera esse videretur, quae, si rem spectamus, exaequata non est, sed genus e duabus orationis formis mixtum. Sic illi loci intellegendi sunt, si quando post condicionem in qua εἰ et indicativus habetur, accedit optativus cum ἂν particula, uti in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 25. ed. Bekk. p. 68. ed. H. Steph.

si dicitur: *Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ φοβοῖτο τὸν θάνατον ὁ τοιοῦτος;* quo in loco prima condicio, si externam constructionem spectas, improprie posita est, vera autem altera, quae quasi de integro adiuncta est: *εἰ φοβοῖτο τὸν θάνατον ὁ τοιοῦτος.* Sed tamen quom saepius Graeci ita orationem instituerent, ut, simpliciter posita condicione, in apodosi id ponerent, quod nova quadam condicione iam fieri posset, haec constructio pene legitima habita est a grammaticis, qui multa exempla omnium scriptorum posuerunt, uti Platonis *Defensionem Socratis* Part. I. vol. II. p. 116. ed. Bekk p. 30. B. ed. H. Steph. *Εἰ μὲν οὖν ταῦτα λέγων διαφθείρω τοὺς νέους, ταῦτ' ἂν εἴη βλαβερά.* et inverso sententiarum ordine, uti in eodem scripto Platonis p. 106 ed. Bekk. p. 25. B. ed. H. Steph. dicitur: *Πολλὴ γὰρ ἄν τις εὐδαιμονία εἴη περὶ τοὺς νέους, εἰ εἷς μὲν μόνος αὐτοὺς διαφθείρει, οἱ δ' ἄλλοι ὠφελοῦσιν.* et rursus ibidem p. 131 ed. Bekk. p. 37. D. ed. H. Steph. *Πολλὴ μέν τ' ἄν με φιλοψυχία ἔχοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι, ὥστε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι κτέ.*

Quod si quando hic in apodosi optativus positus est, ut ei non comitaretur ἂν particula, id nihil facit ad ipsam condicionem, sed tantum modo hoc in eius modi locis quaeri potest, quem ad modum explices optativum illum, veluti in Euripidis *Phoenissis* v. 1200 sq. ed. Matth. recte scribitur:

> *Καλὸν τὸ νικᾶν· εἰ δ' ἀμείνον' οἱ θεοὶ*
> *γνώμην ἔχουσιν, εὐτυχὴς εἴην ἐγώ,*

quo in loco neque *ἔχοιεν* scribendum est, quae correctio habetur in paucis quibusdam libris recte repudiata iam a R. Porsono, nec exspectanda ἂν particula in apodosi. Nam etsi, ut supra vidimus, ἂν particula in eius modi locis fere adiungi solet ad optativum, tamen poterat poeta etiam ita concipere sententiam, ut solum optativum poneret, quod differt aliquantum ab eo, quod dicitur: *εὐτυχὴς ἂν εἴην ἐγώ.* Id enim esset: *da würde ich glücklich sein.* Nunc autem dicitur: *da denke ich mich glücklich.*, qua eadem orationis forma, quamquam non praecedente condicione, usus est Pindarus in *Olympico* carmine III. v. 44 sq.

> *Τὸ πόρσω δ' ἐστι σοφοῖς ἄβατον*
> *κἀσόφοις. οὔ μιν διώξω· κεινὸς εἴην.*

Si rara est illa condicionis ratio, id nihil officit sententiae nostrae. Nam omnino eius modi optativus non adeo frequens est atque, etiam si condicio cum optativo infertur,

raro tamen in apodosi optativus sine ἂν particula ponitur, quod si quando factum est, eodem modo ad solam cogitationem pertinet nudus ille optativus, veluti in Aristophanis *Equitibus* v. 1057. si dicitur:

Ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.

Sed haec, uti dixi, nihil faciunt ad εἰ particulae vim ac potestatem per sese, et facile in ceteris quoque locis, ubi εἰ secum habet indicativum, quem ad modum ipsa condicio animo concepta sit a scriptore, intellegitur.

Etenim si εἰ cum indicativo positum est ita, ut exspectes in apodosi simplicem modum indicativum, tamen interdum mutata condicionis ratione non sequitur indicativus simplex, sed indicativus temporis praeteriti cum ἂν particula, quasi iam ipsa condicio aliter concepta esset, quibus tamen in locis manet eadem prioris membri significatio, veluti in illo loco, quem supra p. 486 sq. posui e Demosthenis oratione *contra Aphobum* I. §. 63. ed. Bekk. p. 833. ed. Reisk. aut in Euripidis *Oreste* v. 555. sqq. ed. Matth.

Εἰ γὰρ γυναῖκες ἐς τόδ' ἥξουσιν θράσους,
ἄνδρας φονεύειν, καταφυγὰς ποιούμεναι
ἐς τέκνα, μαστοῖς τὸν ἔλεον θηρώμεναι,
παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις,
ἐπίκλημ' ἐχούσαις ὅ, τι τύχοι.

His enim in locis a simplici sententia proficiscitur scriptor, deinde relicta quodam modo priore ratione aliam ingreditur viam, quod idem fit etiam ibi, ubi in certis quibusdam formulis non apposita ἂν particula sequitur tempus praeteritum, veluti in Euripidis *Hippolyto* v. 506. dicitur:

Εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν.

Alia autem ratio est condicionalis enuntiationis, si εἰ cum indicativo componitur in re non facta, ubi etiam consecutio ipsa tollatur necesse est, quibus in locis aut imperfectum aut plusquamperfectum aut etiam aoristus positus est post εἰ particulam, veluti si Thucydides dixit lib. I. cap. 9. Οὐκ ἂν οὖν νήσων ἔξω τῶν περιοικίδων, αὗται δὲ οὐκ ἂν πολλαὶ εἴησαν, ἠπειρώτης ὢν ἐκράτει, εἰ μή τι καὶ ναυτικὸν εἶχεν. aut in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. I. §. 5. Ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα εἶτα ψευδόμενος ἐφαίνετο. δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν., aut in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 104. ed. Bekk. p. 106. ed. H. Steph. Τὸ

γὰρ ἀνάρτιον οὐκ ἀνώλεθρόν ἐστιν, ἐπεὶ εἰ τοῦτο ὡμολόγητο ἡμῖν, ῥᾳδίως ἂν διεμαχόμεθα ὅτι ἐπελθόντος τοῦ ἀρτίου τὸ περιττὸν καὶ τὰ τρία οἴχεται ἀπιόντα. aut in *Antigona* Sophoclis v. 755.

> Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν.

vel in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 4. ed. Bekk. p. 447. E. ed. H. Steph. Ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημάτων δημιουργός, ἀπεκρίνατο ἂν δήπου σοι ὅτι σκυτοτόμος. et in eiusdem *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 119 sq. ed. Bekk. p. 31. D. ed. H. Steph. Εὖ γὰρ ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα, πάλαι ἂν ἀπολώλη καὶ οὐδ' ἂν ὑμᾶς ὠφελήκη οὐδὲν οὔτ' ἂν ἐμαυτόν., aut in Sophoclis *Aiace* v. 45.

> Κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ.,

quibus in locis omnibus una eademque vis est particulae εἰ, quae simpliciter ponit non factam rem, quasi facta sit: et quidquid discriminis esse videtur, id positum est in diversitate temporis.

Nec alia caussa eius constructionis est, si quando in apodosi ἂν particula non posita est, veluti in Euripidis *Hecuba* v. 1079 sqq. ed. Herm. dicitur:

> Εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
> πύργους πεσόντας ᾖσμεν Ἑλλήνων δορί,
> φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

vel in eiusdem poetae *Troadum* v. 399.

> Εἰ δ' ἦσαν οἴκοι, χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν.,

quoniam id nihil facit ad ipsam condicionem, qua de re vide quae explicavit G. Hermannus in libro de *particula* ἂν I. cap. 13. p. 72 sqq.

Denique etiam illi loci, si quando in eius modi locis in apodosi habetur pro praeterito optativus praesentis cum particula ἄν, eodem modo intellegendi sunt, ut condicionis ratio una eademque maneat, veluti in Euripidis *Bacchis* v. 1294 sqq. ed. Matth. dicitur:

> Εἰ δὲ σωφρονεῖν
> ἔγνωθ' ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
> εὐδαιμονοῖτ' ἂν σύμμαχον κεκτημένοι.,

quem locum recte interpretatus est Aug. Matthiae, quem vide vol. VIII. p. 211. Condicio enim ad rem praeteritam

pertinet, consecutio ad rem praesentem. Adde Thucydidis lib. II. cap. 60. sub fin. Ὥστ' εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ πολεμεῖν ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν τοῦ γε ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην.

Neque diversa εἰ particulae significatio est, si cum imperfecto coniunctum est in vera re, veluti in Thucydidis lib. VI. cap. 92. εἰ πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, κἂν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελοίην. aut in Sophoclis *Electra* v. 797 sq.

> Πολλῶν ἂν ἥκοις, ὦ ξέν', ἄξιος τυχεῖν,
> εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς.

de quibus locis vide quae explicavit R. Kühnerus in *Gr. gr.* vol. II. p. 556.

In omnibus igitur his locis, in quibus εἰ particula composita est cum indicativo, simpliciter aliqua res ut facta ponitur, neque εἰ particula quidquam aliud significat nisi simplicem illam condicionem. Utrum enim vera caussa an falsa sit, id nullo modo particula indicat, sed temporum ac sententiarum ratio prodit.

Ei cum optativo.

Alia autem enuntiationis condicionalis ratio et caussa est, si pro indicativo sequitur optativus post εἰ particulam. Quod si fit, illa, quae ponitur condicio, non revocatur ad veritatem, sed fingitur tantum modo cogitatione, ut: εἰ λέγοις, proprie hoc significare videatur: *Si cogitas te dicere.* Is autem optativus ad tres fere modos revocari poterit, ut aut ad orationem obliquam, quae proprie dicitur, pertineat, in qua, quoniam ex alterius mente hoc dicitur, optativus indicativi vicem habet, aut repetitam actionem indicet, quam quoties quis animo finxerit fuisse, toties eum aliquid fecisse intellegas, aut ut omnino tamquam ex alterius mente aliquam fictionem ponas, quo magis omnis condicio non in re et veritate, sed in cogitatione et simulatione posita esse videatur.

Ei cum optativo in oratione obliqua.

Sponte intellegitur eam condicionem unam eandemque esse, si primam naturam optativi consideras, sed tamen singula eius usus exempla ponam. Ac de optativo orationis obliquae propriae conferas Xenophontis *Militiam Cyri* lib. III. cap. 2. §. 7. Ἐκ τούτου Ξενοφῶν ἀνίσταται, ἐσταλμένος εἰς πόλεμον ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, νομίζων, εἴτε νίκην διδοῖεν οἱ θεοί, τὸν κάλλιστον κόσμον τῷ νικᾶν πρέπειν· εἴτε τελευτᾶν δέοι, ὀρθῶς ἔχειν τῶν καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα ἐν τούτοις τῆς τελευτῆς τυγχάνειν. aut eiusdem scripti lib. V. cap. 9. §. 16. ed. Krüg. Ὁ δὲ ἦγε μὲν οὐδέν, ἀπήγγελλε δὲ ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς

καὶ Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφίκοιντο ἔξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι. Et hi quidem loci nullam difficultatem habent, nisi quod hoc commemorandum hoc loco esse videatur, eius modi optativos etiam ibi tamquam ex alterius mente poni, ubi reliquam orationem alienae cogitationis esse non per optativum, orationis obliquae proprium modum, sed alia quadam ratione declaratur, ut si in eodem Xenophontis scripto lib. V. cap. 9. §. 25. ed. Krüg. dicitur: Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι ὅτι αἱρήσονται αὐτόν, εἴ τις ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη κτἑ., aut si in sententia finali iam alius optativus alterius cogitationem indicans habetur, veluti dicitur ibidem lib. IV. cap. 6. §. 1. Τοῦτον δ' Ἐπισθένει Ἀμφιπολίτῃ παραδίδωσι φυλάττειν, ὅπως, εἰ καλῶς ἡγήσαιτο, ἔχων καὶ τοῦτον ἀπίοι.

Εἰ cum optativo in repetita actione. Alterum autem genus optativorum, quod pertinet ad repetitam actionem, ipsum quoque ab oratione obliqua profectum est, quia ex eorum mente, qui aliquid egisse dicuntur, condicio illa, qua egerint quid, suspenditur. Etenim si Thucydides lib. VII. cap. 79. haec habet: Τῇ δ' ὑστεραίᾳ προὐχώρουν καὶ οἱ Συρακόσιοι προσέβαλλόν τε πανταχῇ αὐτοῖς κύκλῳ καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον, καὶ εἰ μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπεχώρουν, εἰ δ' ἀναχωροῖεν, ἐπέκειντο κτἑ., illud, quod per εἰ cum optativo ponitur, non dicitur simpliciter, sed dicitur ex eorum mente, qui id agebant, nempe Syracusanorum, qui si cogitabant accedere Athenienses, sese recipiebant, si recedere, insequebantur. cf. ibidem cap. 44. Ὥστ' εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων, διέφευγον αὐτοὺς ἅτε ἐκείνων ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα, εἰ δ' αὐτοὶ μὴ ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο. Eodem modo etiam in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 9. §. 28. dicitur: Εἰ δὲ δή ποτε πορεύοιτο καὶ πλεῖστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, προσκαλῶν τοὺς φίλους ἐσπουδαιολογεῖτο, ὡς δηλοίη οὓς τιμᾷ. Condicio enim etiam hoc loco ponitur ex eius mente, qui agens est in illa enuntiatione. Neque alia ratio est illius loci, qui habetur in Sophoclis *Trachiniis* v. 904 sqq. ed. Herm.

Ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰσορωμένη.

Non enim optativus per se eam vim habet, ut repetitionem indicet, sed repetitio actionis potius eo indicatur, quod quis egisse quid dicitur, si reputaret aliud fieri. Quum igitur

in eius modi locis non magis in optativo repetitionis significatio esset, quam in ipso verbo, quod est in apodosi, saepe factum est, ut ad hoc verbum accederet ἂν particula, per quam certa quadam condicione repetitam actionem denotari supra vidimus p. 143. cl. vol. I. p. 31. Conferri poterit de hoc genere Thucydidis lib. VII. cap. 71., ubi haec leguntur: *Δι᾽ ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας ἐτρέποντο.* et Xenophontis *Commentarii Socratis* lib. I. cap. 3. §. 4. *Εἰ δέ τι δόξειεν αὐτῷ σημαίνεσθαι παρὰ τῶν θεῶν, ἧττον ἂν ἐπείσθη παρὰ τὰ σημαινόμενα ποιῆσαι κτέ.* et Aristophanis de *Pace* v. 212 sqq.

Κεἰ μὲν οἱ Λακωνικοὶ
ὑπερβάλοιντο μικρόν, ἔλεγον ἂν ταδί·
ναὶ τὼ σιὼ νῦν ὡττικίων δώσει δίκην.
εἰ δ᾽ αὖ τι πράξαιντ᾽ ἀγαθὸν ἀττικωνικοὶ
κἄλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι,
ἐλέγετ᾽ ἂν ὑμεῖς εὐθύς κτέ.

Εἰ cum optativo in universa condicione.

Denique si omnino ponitur aliqua condicio per εἰ particulam optativo iunctam, pertinet quidem haec quoque dicendi ratio ad orationem obliquam, quae nisi esset, non posset omnino optativus locum habere, sed illa tamen ratiocinatio, quae ponitur tamquam ex alterius opinione, his in locis plerumque minus exstat, ut hoc tantum modo hac constructione quaeri videatur, uti fictio ac simulatio condicionis intellegatur, persona ipsa, cui ratiocinatio illa tribuenda sit, non significetur. Id est enim fere illud, quod G. Hermannus dixit *de particula ἂν* lib. III. cap. 5. p. 154. optativum rectae orationis speciem habere, quod eo nostra ipsorum cogitata sic enuntiaremus, ut non distingueremus cogitantem ab loquente.

Et oratio obliqua manifesto deprehendi potest etiamnunc in quibusdam locis, veluti si Aristophanes in *Equitum* v. 1057. dixit:

Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.,

quo in loco primum quidem res ad experientiam revocata est apposita ἂν particula in verbis his: *Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν μαχέσαιτο*, deinde nihil positum est nisi mera ratiocinatio, quid si alterum fieret futurum esset, itaque in hac parte orationis omissa est iure ἂν particula. Sed quom Graeci fere ipsius veritatis periculo olim experiundae rationem ha-

καὶ Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφίκοιντο ἔξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι. Et hi quidem loci nullam difficultatem habent, nisi quod hoc commemorandum hoc loco esse videatur, eius modi optativos etiam ibi tamquam ex alterius mente poni, ubi reliquam orationem alienae cogitationis esse non per optativum, orationis obliquae proprium modum, sed alia quadam ratione declaratur, ut si in eodem Xenophontis scripto lib. V. cap. 9. §. 25. ed. Krüg. dicitur: Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι ὅτι αἱρήσονται αὐτόν, εἴ τις ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη κτἑ., aut si in sententia finali iam alius optativus alterius cogitationem indicans habetur, veluti dicitur ibidem lib. IV. cap. 6. §. 1. Τοῦτον δ' Ἐπισθένει Ἀμφιπολίτῃ παραδίδωσι φυλάττειν, ὅπως, εἰ καλῶς ἡγήσαιτο, ἔχων καὶ τοῦτον ἀπίοι.

Εἰ cum optativo in repetita actione. Alterum autem genus optativorum, quod pertinet ad repetitam actionem, ipsum quoque ab oratione obliqua profectum est, quia ex eorum mente, qui aliquid egisse dicuntur, condicio illa, qua egerint quid, suspenditur. Etenim si Thucydides lib. VII. cap. 79. haec habet: Τῇ δ' ὑστεραίᾳ προὐχώρουν καὶ οἱ Συρακόσιοι προσέβαλλόν τε πανταχῇ αὐτοῖς κύκλῳ καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον, καὶ εἰ μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπεχώρουν, εἰ δ' ἀναχωροῖεν, ἐπέκειντο κτἑ., illud, quod per εἰ cum optativo ponitur, non dicitur simpliciter, sed dicitur ex eorum mente, qui id agebant, nempe Syracusanorum, qui si cogitabant accedere Athenienses, sese recipiebant, si recedere, insequebantur. cf. ibidem cap. 44. Ὥστ' εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων, διέφευγον αὐτοὺς ἅτε ἐκείνων ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα, εἰ δ' αὐτοὶ μὴ ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο. Eodem modo etiam in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 9. §. 28. dicitur: Εἰ δὲ δή ποτε πορεύοιτο καὶ πλεῖστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, προσκαλῶν τοὺς φίλους ἐσπουδαιολογεῖτο, ὡς δηλοίη οὓς τιμᾷ. Condicio enim etiam hoc loco ponitur ex eius mente, qui agens est in illa enuntiatione. Neque alia ratio est illius loci, qui habetur in Sophoclis *Trachiniis* v. 904 sqq. ed. Herm.

Ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰσορωμένη.

Non enim optativus per se eam vim habet, ut repetitionem indicet, sed repetitio actionis potius eo indicatur, quod quis egisse quid dicitur, si reputaret aliud fieri. Quom igitur

in eius modi locis non magis in optativo repetitionis significatio esset, quam in ipso verbo, quod est in apodosi, saepe factum est, ut ad hoc verbum accederet ἂν particula, per quam certa quadam condicione repetitam actionem denotari supra vidimus p. 143. cl. vol. I. p. 31. Conferri poterit de hoc genere Thucydidis lib. VII. cap. 71., ubi haec leguntur: *Δι᾽ ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας ἐτρέποντο.* et Xenophontis *Commentarii Socratis* lib. I. cap. 3. §. 4. *Εἰ δέ τι δόξειεν αὐτῷ σημαίνεσθαι παρὰ τῶν θεῶν, ἧττον ἂν ἐπείσθη παρὰ τὰ σημαινόμενα ποιῆσαι κτέ.* et Aristophanis de *Pace* v. 212 sqq.

Κεἰ μὲν οἱ Λακωνικοὶ
ὑπερβάλοιντο μικρόν, ἔλεγον ἂν ταδί·
ναὶ τὼ σιὼ νῦν ὠττικίων δώσει δίκην.
εἰ δ᾽ αὖ τι πράξαιντ᾽ ἀγαθὸν ἀττικωνικοὶ
κἄλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι,
ἐλέγετ᾽ ἂν ὑμεῖς εὐθύς κτέ.

Εἰ cum optativo in universa condicione.

Denique si omnino ponitur aliqua condicio per εἰ particulam optativo iunctam, pertinet quidem haec quoque dicendi ratio ad orationem obliquam, quae nisi esset, non posset omnino optativus locum habere, sed illa tamen ratiocinatio, quae ponitur tamquam ex alterius opinione, his in locis plerumque minus exstat, ut hoc tantum modo hac constructione quaeri videatur, uti fictio ac simulatio condicionis intellegatur, persona ipsa, cui ratiocinatio illa tribuenda sit, non significetur. Id est enim fere illud, quod G. Hermannus dixit *de particula ἂν* lib. III. cap. 5. p. 154. optativum rectae orationis speciem habere, quod eo nostra ipsorum cogitata sic enuntiaremus, ut non distingueremus cogitantem ab loquente.

Et oratio obliqua manifesto deprehendi potest etiamnunc in quibusdam locis, veluti si Aristophanes in *Equitum* v. 1057. dixit:

Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.,

quo in loco primum quidem res ad experientiam revocata est apposita ἂν particula in verbis his: *Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν μαχέσαιτο*, deinde nihil positum est nisi mera ratiocinatio, quid si alterum fieret futurum esset, itaque in hac parte orationis omissa est iure ἂν particula. Sed quom Graeci fere ipsius veritatis periculo olim experiundae rationem ha-

herent in eius modi locis, soliti sunt in apodosi plerumque ἂν ad optativum adiungere, et illa dicendi ratio prima ac vera, ut condicio et apodosis accurate inter se opponerentur solo optativo, non mansit nisi in iis locis, ubi vera explicatio alius condicionis in hac ipsa enuntiatione contineretur, uti in loco supra posito.

Usitata igitur constructio est Graecis primum, ut post εἰ cum optativo positum sequatur optativus cum ἂν particula, ut res, quae, posita aliqua condicione, fieri cogitetur, revocetur ad experientiam veritatis. Sic Isocrates *ad Nicoclem* §. 8. ed. Bekk. p. 16. ed. H. Steph. scripsit: *Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνον ὠφελοῦσιν. εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ᾽ ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὀνήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν.*, quo in loco primum res ipsa ponitur, dum dicit orator: *Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνον ὠφελοῦσιν.*, deinde iam a veritate recedit et pro facto ratiocinationem quasi ex alterius mente ponit, verbis his: *εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ᾽ ἀρετὴν προτρέψειεν.*, sed quom ita ratiocinatio tamen quod ad effectum adtinet revocetur ad experientiam veritatis, adiungitur ἂν particula: ideo sic iam concludit condicionem: *ἀμφοτέρους ἂν ὀνήσειε κτέ.* Eodem modo in eadem Isocratis oratione §. 14. ed. Bekk. p. 17. fere extrema ed. H. Steph. res se habet: *Μάλιστα δ᾽ ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν.*, quibus in verbis quoniam res in cogitatione sola posita adfertur, optativis usus est orator, sed quia illi optativi nihil aliud efficiunt nisi certam quandam condicionis formam, omissa oratione obliqua rationem rei reddit his verbis: *ὅσῳ γὰρ ἂν ἐῤῥωμενεστέρως τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις.*, quibus in verbis iam ad veritatem rediit scriptor. In aliis autem locis rursus obtinuit ratiocinationem, veluti ibidem §. 44. ed. Bekk. p. 23. ed. H. Steph. *Ἔτι δ᾽ εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμαις, ἐφ᾽ αἷς ἐκεῖνοι μάλιστ᾽ ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖεν· ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσαιεν.*

Sed ab hac pene legituma constructione sententiarum tamen haud raro recesserunt Graeci, ut quom posuissent

quasi ex alterius mente in oratione obliqua aliquam condicionem, ad veritatem redirent in apodosi, veluti in Thucydidis lib. II. cap. 39. factum est, in verbis his: *Εἰ ῥαθυμίας μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν.* et ibidem cap. 5. *Οἱ δὲ ἄλλοι Θηβαῖοι, οὓς ἔδει ἔτι τῆς νυκτὸς παραγενέσθαι πανστρατιᾷ, εἴ τι ἄρα μὴ προχωροίη τοῖς ἐσεληλυθόσι, τῆς ἀγγελίας ἅμα καθ᾽ ὁδὸν αὐτοῖς ῥηθείσης περὶ τῶν γεγενημένων ἐπεβοήθουν.* aut in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 352 sq. si dicitur:

Δεύτερ᾽ ἡγεῖται τὰ τῆς
οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι.,

ubi postquam veram rem posuit poeta, dein ad orationem obliquam venit, quod ea pars enuntiationis quasi ex alterius mente dicitur. Vide quae supra p. 492 sq. de optativo post εἰ particulam in repetita actione significanda posito explicavimus.

Itaque etiam mirum non est, si interdum, εἰ particula in condicione cum optativo posita, adiungitur in apodosi ἂν cum indicativo illo, qui factum tollit, veluti in Platonis *Alcibiade* I. Part. II. vol. III. p. 317 ed. Bekk. p. 111. E. ed. H. Steph. dicitur: *Τί δ᾽ εἰ βουληθείημεν εἰδέναι μὴ μόνον ποῖοι ἄνθρωποί εἰσιν, ἀλλ᾽ ὁποῖοι ὑγιεινοὶ ἢ νοσώδεις, ἆρ᾽ ἱκανοὶ ἂν ἡμῖν ἦσαν διδάσκαλοι οἱ πολλοί;* aut in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 9. *Ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰ ἔχοιμι, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιούμην πᾶσι Πέρσαις τοῖς προσιοῦσιν, οἷάπερ ἔρχονται ἔχοντες οἱ παρ᾽ ἡμῶν, οἱ τῶν ὁμοτίμων καλούμενοι.*, de quo loco dubitanter quidem dixit Ern. Poppo p. 102 sq. Nam eo minus de hac ratione mihi dubitari posse videtur, quod eandem condicionis rationem in optativo actionis repetitae supra p. 493. agnovimus. Nam quod alia ei condicioni sententia subiecta hic esse videatur, id neque in modorum ratione neque temporum positum est per sese, sed in intuma enuntiationis sententia, ut si grammaticam rationem spectes, ad unum genus haec duo genera pertineant.

Εἰ particula cum optativo et indicativo in una enuntiatione.

Sed haec et quae sunt similia facile intelleguntur, si quis omnino significationem εἰ particulae cum optativo iunctae cognitam habet, quae, ut saepe dico, caussam ad cogitationem revocat, cum spectet indicativus potius ipsam rem. Et diversa haec significatio optativi et indicativi etiam tum obtineri debet, si quando in una eademque condicione a particula εἰ suspensa leguntur illi modi, veluti si Thucydides

lib. I. cap. 27. haec habet: *Κορίνθιοι δὲ — παρεσκευάζοντο στρατιάν, καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι· εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας μένειν.*, quo in loco enuntiatio: *εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι*, quasi e Corinthiorum mente dicitur et res ad cogitationem revocatur, postea autem, ubi pergitur: *μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας*, res ipsa ponitur nuda ac simplex. Sic etiam Euripides locutus est in *Oreste* v. 497 sqq. ed. Matth.

Εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή,
χὠ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ,
κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον
λύσει, πέρας δὴ ποῖ κακῶν προβήσεται;

Plura huius consuetudinis Graecorum exempla adtulit Fr. Iacobsius ad Athenaeum p. 145. Augustus Matthiae in *Gr. gr. ampl.* §. 524. p. 1015. ed. alt. Sed quem hic adposuit Platonis locum e *Phaedone* Part. II vol. III. pag. 24. ed. Bekk. p. 67. E ed. H. Steph. *Εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὲ γιγνομένου φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν κτέ.*, ibi quidem sententiarum ratio ita comparata est, quem ad modum dixit grammaticus, sed tamen paullo impeditior structura orationis esset, si haec omnia ab una particula *εἰ* essent suspensa. Quam ob rem Plato mihi id scripsisse videtur quod e pluramis iisque optumis libris reposuit Imm. Bekkerus, qui totum locum ita scriptum edidit: *Εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὲ γιγνομένου εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν κτέ.*, qua recepta scriptura duplex condicionis ratio magis apparet.

Saepissume autem ab una particula *εἰ* et indicativus et optativus suspensi leguntur, si quando una condicionis pars ad praeteritum tempus pertinet, altera ad praesentem rem et caussam, de qua disceptari etiamnunc possit, veluti Isocrates locutus est in *Plataico* §. 6. ed. Bekk. p. 297 extrema ed. H. Steph. *Δεόμεθ' οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων, ἐνθυμηθέντας ὅτι πάντων ἂν ἡμῖν ἀλογώτατον εἴη συμβεβηκός, εἰ τοῖς μὲν ἅπαντα τὸν χρόνον δυσμενῶς πρὸς τὴν πόλιν ὑμῶν διακειμένοις αἴτιοι γεγένησθε τῆς ἐλευθερίας, ἡμεῖς δὲ μηδ' ἱκετεύοντες ὑμᾶς τῶν αὐτῶν τοῖς ἐχθίστοις τύχοιμεν.* et Lysias in *oratione contra Ergoclem* §. 3.

ed. Bekk. p. 179. ed. H. Steph., ubi inverso modorum ordine haec dicuntur: *Καὶ γὰρ δὴ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ νῦν μὲν οὕτως αὐτοὶ πιεζόμενοι ταῖς εἰσφοραῖς συγγνώμην τοῖς κλέπτουσι καὶ τοῖς δωροδοκοῦσιν ἔχοιτε, ἐν δὲ τῷ τέως χρόνῳ καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑμετέρων μεγάλων ὄντων καὶ τῶν δημοσίων προσόδων μεγάλων οὐσῶν, θανάτῳ ἐκολάζετε τοὺς τῶν ὑμετέρων ἐπιθυμοῦντας.* Isocratis orationi similior est Platonis locus e *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 113. sq. ed Bekk. p. 28. E. ed. H. Steph. *Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον — τότε μὲν οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον ἔμενον ὥσπερ καὶ ἄλλος τις καὶ ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν, τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος —, ἐνταῦθα δὲ φοβηθεὶς ἢ θάνατον ἢ ἄλλο τι ὁτιοῦν πρᾶγμα λίποιμι τὴν τάξιν.* Quamquam Xenophon etiam in hoc genere maluit bis ponere particulam *εἰ*, quam ab una particula duos eosque diversos modos suspendere, ubi vidit impeditiorem fore orationem in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 46. *Δεινὸν γὰρ τἂν εἴη, ὦ Κῦρε, εἰ ἐν θήρᾳ μὲν πολλάκις ἄσιτοι καρτεροῦμεν, ὅπως θηρίον τι ὑποχείριον ποιησώμεθα, καὶ μάλα μικροῦ ἴσως ἄξιον· ὄλβον δὲ ὅλον πειρώμενοι θηρᾶν, εἰ ἐμποδών τι ποιησαίμεθα γενέσθαι ἡμῖν, ἃ τῶν μὲν κακῶν ἀνθρώπων ἄρχει, τοῖς δ' ἀγαθοῖς πείθεται κτἑ.* Sed eadem modorum vicissitudo deprehenditur etiam in indicativo et coniunctivo, qui modi ipsi quoque interdum in una eademque enuntiatione inveniuntur, qua de re dicetur mox, quom de coniunctivo cum *εἰ* particula constructo explicaverimus.

Interea hoc commemorandum hoc loco est, si quando in utraque illa constructione *εἰ* particulae cum indicativo aut optativo ἂν particula accesserit, eam nihil valere ad *εἰ* particulae vim ac significationem mutandam, sed cum verbi modo aptius coniungendam esse: quo fit ut eadem constructionis ratio sit, quae esset, si ille verbi modus sine *εἰ* particula per sese cum ἂν particula positus esset. Rem accurate enucleavit G. Hermannus in libris *De particula ἄν*, et de indicativo quidem dixit lib. I. cap. 10. p. 55 sqq. de optativo autem lib. III. cap. 11. p. 173 sqq. *Εἰ — ἄν.*

Pro exemplis hi loci sunto, de indicativo, in quo non simpliciter dicitur: *si quid esset*, sed *si quid aliqua condicione esset*, ut ἂν novam quandam condicionem praeter eam, quae continetur in *εἰ* particula, adferat, quod apparet non fieri nisi paucis quibusdam locis, ubi res ac ratio talem orationem requirat, Demosthenis oratio in *Timotheum* §. 58. ed. Bekk. p. 1201, 18. ed. Reisk. *Εἰ τοίνυν τοῦτο ἰσχυρὸν* *Εἰ — ἂν cum indicativo.*

ἦν ἂν τούτῳ πρὸς ὑμᾶς τεκμήριον ὅτι ἐξεδίδου τὸν Αἰσχρίωνα, ὃν πεμφθῆναί φημι ὑπὸ τούτου καὶ λαβεῖν τὰς φιάλας παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ καὶ τὴν μνᾶν τοῦ ἀργυρίου δανείσασθαι, κἀμοὶ γενέσθω τεκμήριον πρὸς ὑμᾶς ὅτι συνειδώς με ἀληθῆ ἐγκαλοῦντα οὐ τολμᾷ τὸν Αἰσχρίωνα παραδοῦναι., quo in loco non quaeritur de eo, quod fieret omnino, sed quod posita aliqua condicione fieret, itaque ἂν addatur necesse est. Tum Dinarchi oratio *contra Demosthenem* §. 53. ed. Bekk. p. 39 sq. ed. H. Steph. Εἶτ' οὐ δεινόν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ ὅτι μὲν εἷς ἀνὴρ ἔφησε Πιστίας Ἀρεοπαγίτης ὧν ἀδικεῖν με καταψευδόμενος κἀμοῦ καὶ τῆς βουλῆς, ἴσχυσεν ἂν τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας μᾶλλον, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν τότε καὶ τὴν ἐρημίαν τὴν ἐμὴν ἐπιστεύθησαν αἱ κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς γιγνόμεναι κατασκευαί· ἐπειδὴ δὲ τἀληθὲς παρὰ πάσης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ὁμολογεῖται — καὶ ὁ δημαγωγὸς ὑμῖν — ἐπ' αὐτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων εἴληπται, νῦν τὰ νόμιμα τἀκεῖθεν καὶ τὰ δίκαια καὶ τἀληθῆ ἀσθενέστερα γενήσεται τῶν Δημοσθένους λόγων κτἑ., quo in loco et ipso primum id positum est in condicionali enuntiatione, non quod fieret omnino, sed quod aliqua nova condicione futurum esset: deinde redit orator ad eam caussam, quae sine nova condicione ponitur. Porro adfertur Antiphontis locus ex oratione VI., quae est περὶ τοῦ χορεύτου. §. 29. ed. Bekk. p. 194. ed. H. Steph. Καίτοι δεινόν, εἰ οἱ αὐτοὶ μὲν μάρτυρες τούτοις ἂν μαρτυροῦντες πιστοὶ ἦσαν, ἐμοὶ δὲ μαρτυροῦντες ἄπιστοι ἔσονται· καὶ εἰ μὲν πάνυ μὴ παρεγένοντο μάρτυρες, ἐγὼ δὲ παρειχόμην ἢ τοὺς παραγενομένους μὴ παρειχόμην, ἑτέρων δέ τινας, εἰκότως ἂν οἱ τούτων λόγοι πιστότεροι ἦσαν τῶν ἐμῶν μαρτύρων; quo in loco facile intellegitur, cur bis posita sit ἂν particula in condicione: neque enim quod in condicione positum est per se stat, sed aliunde etiam pendet. Quod autem G. Hermannus etiam: ἐγὼ δὲ παρειχόμην ἄν, scribendum putat, quo e loco I. Bekkerus e duobus libris optumis particulam sustulit, eo loco ego non credo necessariam esse particulam, quod e reliqua oratione satis apparet quem ad modum illa condicionis pars intellegenda sit. Denique adfert Hermannus Aeschinis orationem *contra Timarchum* §. 85. ed. Bekk. p. 15. ed. H. Steph. Οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος αὐτοὶ βοᾶτε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων ὧν σύνιστε τούτῳ, ἐμοῦ δὲ ἐπιλέλησθε, καὶ μὴ γενομένης μὲν κρίσεως περὶ τοῦ πράγματος, ἥλω ἄν, γεγονότος δὲ ἐλέγχου ἀποφεύξεται; Nam quem ille primum

omnium adtulit locum e Demosthenis oratione *de corona trierarch.* §. 6. ed. Bekk. p. 1229, 22. ed. Reisk., eo uti non possum, quod ibi et libri plurumi iique optumi habent potius: *οὗτοι δ' εἰ μὲν εἶχον χείρονα ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν δεινόν.*, et sententia ipsa non requirit ἂν particulam in condicione, quod idem sensit G. H. Schaeferus in *Apparatu* vol. V. p. 324.

De optativo cum εἰ — ἂν particulis composito, qui ponitur tum, cum cogitatione concipitur ea res, non quae fiat, sed quae aliqua accedente condicione fiat, conferatur Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 55. *Τοὺς δ' ἀπαιδεύτους παντάπασιν ἀρετῆς θαυμάζοιμ' ἄν, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθεὶς εἰς ἀνδραγαθίαν ἢ τοὺς ἀπαιδεύτους μουσικῆς ᾆσμα μάλα καλῶς ᾀσθὲν εἰς μουσικήν.* et lib. IV. cap. 5. §. 47. *Εἰ μέντοι ἡμᾶς βούλοισθ' ἂν παραστάτας ἂν μάλιστα ἔχειν, ἡμῖν αὐτοὺς δότε.*, Demosthenis oratio *Philippica* I. §. 18. ed. Bekk. p. 44. extrema ed. Reisk. *Οὗτοι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν τοῦτο, ὥς ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἵν' ᾖ διὰ τὸν φόβον εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς — ἡσυχίαν ἔχῃ κτέ.* contra *Midiam* §. 212. ed. Bekk. p. 582 fere extrema ed. Reisk. *Εἰ δ' οὗτοι χρήματ' ἔχοντες μὴ πρόοιντ' ἄν, πῶς ὑμῖν καλὸν τὸν ὅρκον προέσθαι;* contra *Timocratem* §. 154. ed. Bekk. p. 748, 14. ed. Reisk. *Ἀλλ' οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν ἐν τῇ πόλει οὐδένα, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοιούτων πραγμάτων, οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγχειροῦντα λέγειν ἢ ποιεῖν τι τοιοῦτον δίκην διδόναι.* Aristophanis *Nubium* v. 1184.

> πῶς γάρ; εἰ μήπερ γ' ἅμα
> αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή;

Ita etiam dicitur, ubi in duplici condicione ab εἰ particula pendente primum indicativus ponitur, dein optativus infertur, ita ut novae cuiusdam condicionis ratio habenda sit, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 37. *Ἄγετε νῦν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, εἴ τινες ὑμῶν τὰ μὲν κακὰ μισεῖτε, ἀγαθοῦ δέ τινος παρ' ἡμῶν βούλοισθ' ἂν τυγχάνειν, ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως κτέ.*

Sequitur ut dicam de εἰ particula cum coniunctivo posita. Recte enim iam ipse Devarius vol. I. p. 69. praecepit illam particulam etiam cum eo verbi modo construi: quae res quom a multis in dubium vocata sit, ab aliis autem non satis recte explicata esse videatur, de ea re iam hic dicendum est accuratius. Et primum quidem hoc tempore nemo

Εἰ — ἂν cum optativo.

Εἰ cum coniunctivo.

iam est qui dubitet, quin haec constructionis ratio non solum ab epicis poetis ac lyricis, quorum propria olim illa habita est, verum etiam a tragicis poetis et scriptoribus Atticis admissa sit, id quod et grammaticorum veterum testimonio et multorum librorum incorrupta memoria comprobatur.

Et de veteribus quidem grammaticis comparari poterit Thomas Magister p. 267. ed. Bern., qui quamquam rem arctioribus finibus circumscribere volt, tamen vel invitus de re ipsa adfirmat. Dicit enim haec: *Τὸ εἰ μετὰ ὁριστικοῦ καὶ εὐκτικοῦ ἀεὶ καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων· οὐ μετὰ ὑποτακτικοῦ δέ, πλὴν ἐπὶ τῶν αὐθυποτάκτων, οἷον εἰ λάβωμαι, εἰ τράπωμαι. Εἰ δὲ Σοφοκλῆς λέγει ἐν Ἀντιγόνῃ· κεἴ τις ᾖ σοφός, ἠνάγκασται διὰ τὸ μέτρον.* His verbis grammaticus satis aperte prodit εἰ cum coniunctivo ab Atticis quoque scriptoribus compositum esse. Etenim quod ille de verbis αὐθυποτάκτοις concessit, id necessario pertinet etiam ad reliqua verba, vide quae explicavit G. Hermannus in dissertatione *De praeceptis quibusdam Atticistarum* Opusc. vol. I. p. 275 sqq.; et quod Sophocles ut faceret metro cogi poterat, si omnino talis poeta non metro potius ipse imperitavit, id nullo modo poterit non bene dictum esse. Itaque melius aliquanto grammaticus Bekkeri in eius *Anecdotis* p. 144, 20. non solum concessit sine ista circumscriptione Atticis quoque scriptoribus illam constructionem, sed plura etiam eius rei exempla posuit.

De recentioribus autem grammaticis imprimis laudandus est G Hermannus, qui in dissertatione *De particula ἂν* lib. II. cap. 7. p. 95 — 119. ita hunc usum particulae εἰ cum coniunctivo compositae persecutus est, ut ratione singula excuteret et examinaret. Nam C. Wexius, qui in Sylloge ad Sophoclis Antigonam p. 187 — 193. eandem rem tractavit, de poetis potissumum exquisivit, ceteri autem grammatici fere singula notarunt aut minus considerate de universo usu pronuntiarunt. Nam si fuerunt, qui hoc contenderent discrimen nullum statuendum videri, utrum εἰ an ἐὰν cum coniunctivo poneres etiam in vero atque antiquo sermone, ii mihi aliquid posuisse videntur, quod nullo modo obtineri possit. Nam etsi concedo facile, in plerisque locis, ubi εἰ cum coniunctivo dictum est, potuisse etiam dici ἐὰν cum eodem verbi modo, tamen illud concedere nullo modo possum, nullo id sententiae discrimine dici. Qui enim hoc ait, is etiam illud contendere debet, ἂν particulam interdum nihil posse significare, quod fieri non potest, aut si posita non sit, tamen positam videri, quod item fieri nequit. Nam

quod epicorum poetarum sermonem commemoraut isti, quis credat etiam illos sine discrimine talia fundere solitos esse?

Quod quom ita sit, unice mihi probanda G. Hermanni sententia videtur, qui in dissertatione *De particula ἄν* l. l. p. 95. praecipit, coniunctivum sine particula ἄν poni in sententiis condicionalibus, ubi nihil nisi condicio ipsa indicetur, addi autem ἄν, ubi condicio pendeat ex rebus fortuitis. Si quis autem hoc dicat, mirum videri, quod cum epici poetae sane frequenter ita εἰ cum coniunctivo composuissent, Attici contra scriptores paucis admodum locis hoc idem fecerint, eius rei facilis ratio reddi potest. Nam quom epici poetae, prouti loci natura erat, hanc vel illam ponerent constructionem, scriptores Attici potius certum constructionis genus sequi soliti sunt, ut nisi necessario efferenda esset condicio, non ponerent εἰ particulam cum coniunctivo: scriptores autem posteriores, qui proprietatem sermonis, uti in omnibus ceteris linguis, sic etiam in Graeca lingua minus diligenter observabant, saepius etiam ibi illam constructionem admiserunt, ubi diligentior sermo eam repudiabat. Id autem non ideo factum est, quod rariorem Atticorum constructionem imitabantur, sed quia omnino quid cuique loco maxume conveniret minus considerabant, ob eamque rem, quod neglegentior sermo nullo fortasse tempore agnoverat discrimen, ipsi plane ignorabant. Et de epicis lyricisque poetis non dicam hoc loco, videantur tamen quae G. Hermannus l. l. p. 98 sqq. posuit explicavitque exempla.

De Atticis autem poetis atque oratoribus hi loci possunt conferri: Aeschyli *Persarum* v. 792., quo in loco ubi chorus dixit:

> Τί οὖν, ἄναξ Δαρεῖε, ποῖ καταστρέφεις
> λόγων τελευτήν; πῶς ἂν ἐκ τούτων ἔτι
> πράσσοιμεν ὡς ἄριστα Περσικὸς λεώς;

Dareus respondit:

> Εἰ μὴ στρατεύοισθ' ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον,
> μηδ' εἰ στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν,

quibus in verbis eo condicio ipsa quasi non facile exspectari possit significatur, quod nihil nisi simplex ponitur eventus, non autem ad experientiam res revocata est. Caret enim librorum auctoritate quod in exemplo Glasquensi scriptum est: μηδ' ἢν στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν.

Pertinet huc etiam *Supplicum* Aeschyli v. 90 sq.

> Πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ,
> κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον.

Tum Sophocles pluribus locis illam constructionem admisit, veluti in Antigonae v. 706 sq. ed. Herm.

Ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾗ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ' αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

Hanc enim scripturam praeter optumos libros etiam Thomas Magister l. l. Favorinus s. v. εἰ. Grammaticus in cod. Monacensi num. 505. fol. 70. b. agnoscunt et nemo interpretum hodie iam in dubium vocat. Item in *Oedipo rege* v. 198 sq. omnes nunc receperunt e libris optumis hanc scripturam:

Τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται.

Nam pauci iique deteriores libri correctionem veterem: ἤν τι νὺξ ἀφῇ. praebent, ibidemque legitur v. 872 sq.

Ὕβρις φυτεύει τύραννον·
ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν.,

ubi unius libri Brunckiani auctoritas ἢν offerentis nihil potest valere.* Adde eiusdem Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 1442 sq.

Δυστάλαινα τἄρ' ἐγώ,
εἴ σου στερηθῶ.,

quo in loco nulla, quantum sciam, scripturae discrepantia est, tueturque Bekkeri grammaticus p. 144, 26. eam scripturam. Denique scite G. Hermannus in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1055 sq. de coniectura sua posuit:

Θάρσει. σὺ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ
μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή., *

quo loco tamen hic non utar, ne litem lite resolvere videar. Ne Euripides quidem suo loco eam constructionem repudiavit, si quidem in eius *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 1225 sqq. ed. Matth. dubitari non potest quin retinenda sit haec omnium librorum scriptura:

Βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,
ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.

De Cyclopis enim v. 577. hodie ipse Hermannus sententiam suam mutavit, quem vide in editione (anni 1838.) p. 55. Frequentior haec constructio apud Aristophanem est, in cuius *Equitibus* v. 698 sqq. haec leguntur, ut primum Cleon dicat:

Οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

respondeat fartor:

Εἰ μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ', εἰ μή σ' ἐκπίω,
κᾆτ' ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαῤῥαγῶ.,

quem ad modum ex optumo libro Ravennate nunc scriptus hic locus est: deinde in eadem fabula v. 805 sqq. haec habentur:

Εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαῤῥήσῃ καὶ στεμφύλῳ ἐς λόγον ἔλθῃ,
γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου κτέ.

Sic enim etiam hic optumi libri locum scriptum exhibent, conferantur eiusdem poetae *Nubes* v. 1481 sq.

Καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν
διωκάθω γραψάμενος εἴθ' ὅ, τι σοι δοκεῖ.

Huc denique pertinet, quam grammaticus in Bekkeri *Anecdotis* p. 1**, 28. adtulit, vox Cratini:

Εἰ σοφὸς ᾖ.

Sed haec de poetis hactenus. Ne quis de oratoribus dubitet, hoc item exemplis caveri facile potest, quamquam in plerisque locis etiam hic manus grammaticorum emendatrix versata esse videtur. Etenim apud Thucydidem lib. I. cap. 139. libri quidem plerique exhibent: *Τέλος δὲ ἀφικομένων τῶν τελευταίων πρέσβεων ἐκ Λακεδαίμονος — καὶ λεγόντων ἄλλο μὲν οὐδὲν ὧν πρότερον εἰώθεσαν, αὐτὰ δὲ τάδε ὅτι Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι, εἴη δ' ἄν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφῆτε, ποιήσαντες ἐκκλησίαν οἱ Ἀθηναῖοι γνώμας σφίσιν αὐτοῖς προὐτίθεσαν κτέ.*, sed tamen in aliis libris paucioribus legitur: *εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε*, quod volgo receptum nunc est. Contra lib. VI. cap. 21., ubi haec leguntur: *Πρὸς οὖν τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺν ξυμπλεῖν, εἴπερ βουλόμεθα ἄξιόν τι τῆς διανοίας δρᾶν καὶ μὴ ὑπὸ ἱππέων πολλῶν εἴργεσθαι τῆς γῆς, ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι, καὶ μὴ ἀντιπαράσχωσιν ἡμῖν φίλοι τινὲς γενόμενοι ἄλλοι ἢ Ἐγεσταῖοι ᾧ ἀμυνούμεθα ἱππικόν.* plerique editores veriti sunt plurumorum librorum auctoritatem neglegere, quam iure etiam Krügerus ad Dionys. historiogr. p. 270. tutatus est. Istos enim libros, qui *ἣν* offerunt, interpolatos esse etiam aliunde

constat. Aliquoties videtur etiam Xenophon hac constructione usus esse, si quidem recte Krügerus in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1. §. 36. ex optumis libris edidit: *Κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται· εἰ δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, εὖ ἴστε ὅτι ἕψονται ὑμῖν καὶ πειράσονται μιμεῖσθαι.* pro volgato: *ἢν δὲ ὑμεῖς κτἑ.* et paullo post cap. 2. §. 22. ubi plerique libri rursus *εἰ* particulam pro *ἢν* exhibent in verbis his: *Πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοί, εἰ καὶ πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προϊοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διάβατοι γίγνονται οὐδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες.* et lib. VII. cap. 6. §. 24. *Οὐκ εἰς μὲν Πέρινθον, εἰ προσίητε τῇ πόλει, Ἀρίσταρχος ὑμᾶς ὁ Λακεδαιμόνιος οὐκ εἴα εἰσιέναι, ἀποκλείσας τὰς θύρας;* Neque ego dubito, quin in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. § 50. scribendum sit: *Οὐκ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ μὴ ἔμπροσθεν τοῦτο μεμελετηκότες εἶεν, οὐδὲ μὴν ἀκοντιστὰς οὐδὲ μὴν ἱππέας, ἀλλ' οὐδὲ μὴν τά γε σώματα ἱκανοὺς ποιεῖν, εἰ μὴ πρόσθεν ἠσκηκότες ὦσιν.*, etsi libri, quos nunc habemus, *ἢν μὴ* eo loco scriptum exhibent, quom grammaticus Bekkeri p. 144. ob eam ipsam caussam hunc adferat locum, ut *εἰ* cum coniunctivo iungi doceat. Praeterea eiusdem scripti lib. IV. cap. 1. §. 16. lib. VI. cap. 1. §. 15. cap. 2. §. 28. cap. 4. §. 18. conferri potest, quibus in locis quom fere discrepet librorum scriptura, equidem his confidenter nolo uti, sed quia difficiliorem explicatum habet fere scriptura inusitatior etiam hi loci prorsus repudiari non poterunt. Neque ea constructio a Platone prorsus abiudicari poterit. Is enim et in *legum* lib. XII. Part. III. vol. III. p. 312 ed. Bekk. p. 958. D. ed. H. Steph. haec habet: *Περὶ τελευτήσαντας δή, εἴτε τις ἄῤῥην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας κτἑ.*, quem locum una cum uno omnium librorum consensu tuetur auctoritas grammatici in Bekkeri *Anecdotis* p. 144., et in *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 90. ed. Bekk. p. 425. D. ed. H. Steph. exhibet sine ulla librorum discrepantia: *Οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον, εἰς ὅ, τι ἐπανέγκωμεν περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων, εἰ μὴ ἄρα δή, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοί, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, καὶ ὑμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει.*, quo in loco non probo G. Stallbaumium, quamvis licet *Πλατωνικώτατον* vi-

rum, in editione Gothana vol. V. sect. II. p. 180. corrigentem: ἐὰν μὴ ἄρα δή. Nam quod ipse ait praeter locum legg. XII. p. 958. D. apud Platonem quidem nullum aliud huius constructionis exemplum reperiri, id etsi verum esse statuimus, tamen nihil probat. Quom enim ipsa illa constructio ita comparata esset, ut paucioribus tantum modo locis conveniret, non numerari isti loci, ubi legitur in libris, debent, sed potius considerandum est quid ferat totius loci sententia, quae hic quidem coniunctivum nullo modo repudiat. Et tamen etiam in aliis Platonis locis vestigia eius constructionis deprehendi possunt, veluti in illo loco, quem iam Hartungius indicavit vol. II. p. 301. e Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 16. ed. Bekk. p. 234. C. ed. H. Steph., quom plerique libri in iisque optumi scriptum habeant: εἰ δὲ σὺ ὑποθῇς. eodem iure legi poterit: Ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθῇς, ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα., quo nunc: εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς, editum est.

Sed praeter hos scriptores etiam alii oratores usi sunt ea constructione, ubi sententiarum ratio hoc secum tulit, veluti Isaeus in oratione XI., quae est *de Hagniae hereditate*, §. 12. ed. Bekk. p. 84. ed. H. Steph., ubi haec leguntur: Οἷς δὲ μηδ' εἰ καὶ τετελευτηκότες ὦσιν, ὡς ἐγώ, δίδωσιν ὁ νόμος τὴν Ἁγνίου κληρονομίαν, πῶς ἐμοῦ τε ζῶντος καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔχοντος οἴονται αὐτοῖς εἶναι τὴν ἀγχιστείαν; quo in loco nulla prorsus scripturae discrepantia est. Conferatur etiam Demosthenicae orationis *contra Stephanum* secundae §. 11. ed. Bekk. p. 1132, 13. ed. Reisk. Καίτοι τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας μαρτυρεῖν, τοὺς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας τοὺς ἀπὸ ταυτομάτου προστάντας καὶ ἐν μάλθῃ γεγραμμένην τὴν μαρτυρίαν, ἵνα, εἴ τι προσγράψαι ἢ ἀπολεῖψαι βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖν. Nam veri Demosthenis oratione *Olynthiaca* III. §. 6. ed Bekk p. 30, 12. ed. Reisk. nolo uti, etsi ibi plures libri in iisque optumus Parisinus Σ. scriptum exhibent, quod sententiae satis convenienter diceretur: Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, θεάσασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἀστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου., quoniam facilis est ε et η litterae commutatio: ob eamque rem etiam non commemoro hic orationem *Philippicam* I. §. 43. ed. Bekk. p. 52, 22. ed. Reisk. ubi in optumis quidem libris haec leguntur: Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεται, δῆλον, εἰ μή τις κωλύσῃ, pro quo in alio libro κωλύσοι, in plerisque κωλύσει legitur.

constat. Aliquoties videtur etiam Xenophon hac constructione usus esse, si quidem recte Krügerus in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1. §. 36. ex optumis libris edidit: *Κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται· εἰ δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, εὖ ἴστε ὅτι ἕψονται ὑμῖν καὶ πειράσονται μιμεῖσθαι.* pro volgato: *ἢν δὲ ὑμεῖς κτέ.* et paullo post cap. 2. §. 22. ubi plerique libri rursus *εἰ* particulam pro *ἢν* exhibent in verbis his: *Πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοί, εἰ καὶ πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προϊοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διάβατοι γίγνονται οὐδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες.* et lib. VII. cap. 6. §. 24. *Οὐκ εἰς μὲν Πέρινθον, εἰ προσίητε τῇ πόλει, Ἀρίσταρχος ὑμᾶς ὁ Λακεδαιμόνιος οὐκ εἴα εἰσιέναι, ἀποκλείσας τὰς θύρας;* Neque ego dubito, quin in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. § 50. scribendum sit: *Οὐκ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ μὴ ἔμπροσθεν τοῦτο μεμελετηκότες εἶεν, οὐδὲ μὴν ἀκοντιστὰς οὐδὲ μὴν ἱππέας, ἀλλ᾽ οὐδὲ μὴν τά γε σώματα ἱκανοὺς ποιεῖν, εἰ μὴ πρόσθεν ἠσκηκότες ὦσιν.*, etsi libri, quos nunc habemus, *ἢν μὴ* eo loco scriptum exhibent, quom grammaticus Bekkeri p. 144. ob eam ipsam caussam hunc adferat locum, ut *εἰ* cum coniunctivo iungi doceat. Praeterea eiusdem scripti lib. IV. cap. 1. §. 16. lib. VI. cap. 1. §. 15. cap. 2. §. 28. cap. 4. §. 18. conferri potest, quibus in locis quom fere discrepet librorum scriptura, equidem his confidenter nolo uti, sed quia difficiliorem explicatum habet fere scriptura inusitatior etiam hi loci prorsus repudiari non poterunt. Neque ea constructio a Platone prorsus abiudicari poterit. Is enim et in *legum* lib. XII. Part. III. vol. III. p. 312 ed. Bekk. p. 958. D. ed. H. Steph. haec habet: *Περὶ τελευτήσαντας δή, εἴτε τις ἄῤῥην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας κτέ.*, quem locum una cum uno omnium librorum consensu tuetur auctoritas grammatici in Bekkeri *Anecdotis* p. 144., et in *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 90. ed. Bekk. p. 425. D. ed. H. Steph. exhibet sine ulla librorum discrepantia: *Οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον, εἰς ὅ, τι ἐπανέγκωμεν περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων, εἰ μὴ ἄρα δή, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοί, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, καὶ ὑμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει.*, quo in loco non probo G. Stallbaumium, quamvis licet *Πλατωνικώτατον* vi-

rum, in editione Gothana vol. V. sect. II. p. 180. corrigentem: ἐὰν μὴ ἄρα δή. Nam quod ipse ait praeter locum *legg.* XII. p. 958. D. apud Platonem quidem nullum aliud huius constructionis exemplum reperiri, id etsi verum esse statuimus, tamen nihil probat. Quom enim ipsa illa constructio ita comparata esset, ut paucioribus tantum modo locis conveniret, non numerari isti loci, ubi legitur in libris, debent, sed potius considerandum est quid ferat totius loci sententia, quae hic quidem coniunctivum nullo modo repudiat. Et tamen etiam in aliis Platonis locis vestigia eius constructionis deprehendi possunt, veluti in illo loco, quem iam Hartungius indicavit vol. II. p. 301. e Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 16. ed. Bekk. p. 234. C. ed. H. Steph., quom plerique libri in iisque optumi scriptum habeant: εἰ δὲ σὺ ὑποθῇς. eodem iure legi poterit: Ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθῇς, ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα., quo nunc: εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς, editum est.

Sed praeter hos scriptores etiam alii oratores usi sunt ea constructione, ubi sententiarum ratio hoc secum tulit, veluti Isaeus in oratione XI., quae est *de Hagniae hereditate*, §. 12. ed. Bekk. p. 84. ed. H. Steph., ubi haec leguntur: Οἷς δὲ μηδ' εἰ καὶ τετελευτηκότες ὦσιν, ὡς ἐγώ, δίδωσιν ὁ νόμος τὴν Ἁγνίου κληρονομίαν, πῶς ἐμοῦ τε ζῶντος καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔχοντος οἴονται αὐτοῖς εἶναι τὴν ἀγχιστείαν; quo in loco nulla prorsus scripturae discrepantia est. Conferatur etiam Demosthenicae orationis *contra Stephanum* secundae §. 11. ed. Bekk. p. 1132, 13. ed. Reisk. Καίτοι τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας μαρτυρεῖν, τοὺς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας τοὺς ἀπὸ ταυτομάτου προστάντας καὶ ἐν μάλθῃ γεγραμμένην τὴν μαρτυρίαν, ἵνα, εἴ τι προσγράψαι ἢ ἀπολεῖψαι βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖν. Nam veri Demosthenis oratione *Olynthiaca* III. §. 6. ed Bekk p. 30, 12. ed. Reisk. nolo uti, etsi ibi plures libri in iisque optumus Parisinus Σ. scriptum exhibent, quod sententiae satis convenienter diceretur: Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, θεάσασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἀστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου., quoniam facilis est ε et η litterae commutatio: ob eamque rem etiam non commemoro hic orationem *Philippicam* I. §. 43. ed. Bekk. p. 52, 22. ed. Reisk. ubi in optumis quidem libris haec leguntur: Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεται, δῆλον, εἰ μή τις κωλύσῃ, pro quo in alio libro κωλύσοι, in plerisque κωλύσει legitur.

Sed Aristoteles iam saepius *εἰ* particulam composuit cum coniunctivo, veluti in *moral. Eudem.* lib. II. cap. 8. *Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τις προσθῇ τὸ ἐν αὐτῷ διορισμῷ προκείμενον κἀκεῖ, λύεται τὸ λεχθέν.* Id adeo ille fecit potissimum ibi, ubi praecessit *ἂν* particula, ut eiusdem particulae repetitionem vitare voluisse videatur eo, quod constructionem simplicem illam *ἐὰν ᾖ* mutavit in minus usitatam et ipsa sententia distantem *εἰ ᾖ*, veluti in iis locis, quos posuit G. Hermannus *De particula ἂν* l. l. p. 102. *Politicorum* lib. II. cap. 1. §. 1. ed. Stahr. *κἂν εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνωσιν ὑπὸ τινῶν εἰρημέναι καὶ δοκοῦσαι καλῶς ἔχειν.* ibid. §. 4. ed. Stahr. *ὥσπερ ἂν εἰ σταθμὸς πλεῖον ἑλκύσῃ.* *de somn. et vigil.* p. 685. A. *κἂν εἰ τοῦτο γένηται.*, quibus adde e *politicis* lib. III. cap. 5. §. 5. *ὁμοίως δὲ πάλιν κἂν εἴ που συμβαίνῃ τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων κτἑ.* ex *Eudemiorum* lib. IV. cap. 2. *Λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα ᾖ, τὸ κέρδος κτἑ.* lib. VI. cap. 7. *Μεταξὺ δὲ τῶν πλείστων ἕξεις κἂν εἰ ῥέπωσι μᾶλλον πρὸς τὰς χείρους.*

Frequentior omnino hic usus est apud posteriores scriptores, ut ex unius Luciani scriptis exempla pene innumerabilia peti possint. Conferatur eius *Toxaris* §. 40. *Καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἀπῄτει τὸν φίλον, ὁ δὲ λύτρα ᾔτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα ὑπὲρ αὐτοῦ λάβῃ.* *Piscator* §. 22. *Κἀκεῖνό που παράβυσον, ὡς ὁ μέγας Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ οὗτος ὑπόσχῃ τὴν δίκην.* *Timon* §. 19. *Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξηται τὸ κεχηνὸς τοῦτο καὶ ἐς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου.*, ubi ex uno libro non bono correctio *ἦν* pro *εἰ* enotata est. *Dialogus mortuorum* III. §. 2. *Τί φής; εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω καὶ ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις γελοίως, μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων ἐσερπύσω διὰ τοῦ στομίου ταπεινοῦ ὄντος ἐς τὸ σπήλαιον, οὐκ ἂν δυναίμην εἰδέναι, ὅτι νεκρὸς εἶ ὥσπερ ἡμεῖς μόνῃ τῇ γοητείᾳ διαφέρων;* *Nigrinus* §. 12. *Ἀλλ' εἰ καί τις ἀφίκηται παρ' αὐτοὺς οὕτω διακείμενος, ἠρέμα τε μεθαρμόττουσι καὶ παραπαιδαγωγοῦσι καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστᾶσιν.* *dialogus meretric.* VII. §. 1. *Ἀλλὰ προφάσεις ἀεὶ καὶ ὑποσχέσεις καὶ μακραὶ ἐλπίδες καὶ πολὺ τὸ ἐὰν ὁ πατήρ, καὶ εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, καὶ πάντα σά.* De reliquis scriptoribus serioribus permulti loci adferri possunt, ubi *εἰ* particula cum

coniunctivo habeatur, veluti Plutarchi *de defectu orac.* p. 435. B. *Εἰ μὴ-γένηται καὶ κραδανθῇ.* Xenoph. *Ep.* 18. ed. Orell. p. 26. *Εἰ δὲ μὴ ἴητε, ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον γράφειν ὑμῖν.* Saepissume etiam Hippocrates hac forma orationis utitur ceterique medici, ut mihi nullo modo de eo Galeni loco, quem ipse Devarius posuit vol. I. p. 69., dubitari posse videatur. Cf. L. Dindorfium l. l. vol. III. p. 186. B.

Denique in hoc genere etiam illi loci adferendi sunt, in quibus constructionis mutatio facta est, veluti in Demosthenis oratione *contra Timocratem* in lege §. 71. ed. Bekk. p. 723, 12. ed. Reisk. legitur: *Καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ, εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι.*, quod plenius dicitur ibidem §. 207. ed. Bekk. p. 764, 18. ed. Reisk. *Εἴ τινι προστετίμηται δεσμοῦ κἂν τὸ λοιπόν τινι προστιμηθῇ, τοῦτον ἀφεῖσθαι.* et in Epistolarum, quae volgo Aeschini oratori tribuuntur, V. §. 7. ed. Bekk. p. 675. ed. Reisk. *Εἰ δ᾽ αὖ συνέλθῃς ἐκ τύχης καὶ καθ᾽ ἡμῶν λέγοι τι, πειρῶ σιωπᾶν, ἂν ἰσχύῃς, καὶ γελᾶν.*, quo in loco quae in libris omnibus est mutatio modorum *συνέλθῃς* et *λέγοι*, ea etiam ipsi sententiae egregie convenit, ut mirer Imm. Bekkerum scripsisse de coniectura: *συνέλθοις.* Sed haec similiaque qui ratione singula considerat, facile iudicabit ipse.

Et haec de modis hactenus: restat ut significem interdum in oratione quidem obliqua iungi *εἰ* particulam, ut similes eius modi voces, etiam cum infinitivo, quod ubi fit, quoniam ipsum dicendi verbum etiam in condicione cogitatione repetendum est, res magis etiam ex alterius mente declarari videtur, quam si id fit optativo, quamquam hic quoque modus idem fere, ut vidimus, volt efficere. Ac sic non solum Herodotus locutus est, verum etiam Attici scriptores. De Herodoto conferatur lib. III. cap. 105. *Εἶναι δὲ [λέγεται] ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοῖον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι.* et ibidem cap. 108. *Λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ᾽ αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι.* Thucydides autem lib. IV. cap. 98. *Καὶ αὐτοὶ [ἔφασαν] εἰ μὲν ἐπὶ πλέον δυνηθῆναι τῆς ἐκείνων κρατῆσαι, τοῦτ᾽ ἂν ἔχειν.* et Lucianus in *Cataplo* §. 11. vol. I. p. 285. ed. Schmied. *Καὶ μὴν σπένδοντες ἐν τοῖς*

Εἰ cum infinitivo.

συμποσίοις μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπηύχοντό μοι πολλὰ καὶ ἀγαθά, προαποθανεῖν ἕκαστος αὐτῶν ἕτοιμος, εἰ οἷόν τε εἶναι., ad quem locum vide quae adnotavit C. Iacobitzius in editione singulari.

Εἰ cum participio. Postremo si quando εἰ particula cum participio composita est, ea non est vera constructio, sed aut elliptica dicendi ratio aut anacoluthia, qua de re vide quae explicavit G. Hermannus ad Vigerum p. 832. ed. tert. et Aug. Matthiae in *Gr. gr. ling. ampl.* §. 556. adnot. 2. p. 1094 sq. ed. alt.

Εἰ interrogativum. Recte Devarius p. 69. extrema et sequenti explicavit de vi interrogativa εἰ particulae, de qua nunc etiam conferri poterunt quae accurate de hac re explicavit Hartungius l. l. vol. II. p. 201 sqq. Hanc vim accipit condicionalis particula, si quaeritur de aliqua re, utrum sit an non sit, et illud, de quo quaeritur, quasi per condicionem effertur: neque enim ad singula verba res revocari poterit, quia multa verba, quae per se eam vim minus recipere videntur, ipsa verborum serie atque enuntiatorum inter se ratione istam particulae significationem efficiunt. Faciunt autem huc potissimum verba interrogandi, dicendi, sciendi aut potius nesciendi, cognoscendi, quaerendi, dubitandi, timendi, experiendi, consulendi et quae similem significationem habent. Cum de singulis verbis dici non possit, dicam potius breviter de constructionis in hoc genere ratione.

Εἰ interrogativum cum indicativo. Ac primum quidem, si res, de qua quaeritur, ponitur simpliciter, cum indicativo εἰ particula in his quoque locis dicitur, veluti apud Thucydidem legitur lib. I. cap. 5. Δηλοῦσι δὲ — καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πίστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν. et ibidem cap. 69. Χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅ, τι ἀμυνούμεθα. et paullo ante cap. 52. Ἐπέπλευσαν ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Συβότοις λιμένα, ἐν ᾧ οἱ Κορίνθιοι ὥρμουν, βουλόμενοι εἰδέναι εἰ ναυμαχήσουσιν. et cap. 118. Πέμψαντες δὲ ἐς Δελφοὺς ἐπηρώτων τὸν θεόν, εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. Sic Aeschines locutus est in oratione *contra Ctesiphontem* §. 182. ed. Bekk. p. 79. ed. H. Steph. Ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ, εἴ που γέγραπταί τινα τούτων τῶν ἀνδρῶν στεφανῶσαι. atque in *Ecclesiazusis* Aristophanes v. 583 sqq.

Καὶ μὴν ὅτι μὲν χρηστὰ διδάξω πιστεύω· τοὺς δὲ θεατὰς
εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν
τοῖς ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ' ὃ μάλιστα δέδοικα.

Εἰ interrogativum cum optativo.

Contra si illud, quod in condicione est, in cogitatione ponitur, adiungitur in his quoque locis eodem modo, quo in simplici ac vera condicione, optativus, uti id factum est apud Thucydidem lib. II. cap. 77. *Πρότερον δὲ πυρὶ ἔδοξεν αὐτοῖς πειρᾶσαι εἰ δύναιντο πνεύματος γενομένου ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν οὖσαν οὐ μεγάλην· πᾶσαν γὰρ ἰδέαν ἐπενόουν, εἴ πως σφίσιν ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας προσαχθείη.* aut in Xenophontis *Militia Cyri* lib. I. cap. 8. §. 15. *Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι ἤρετο εἴ τι παραγγέλλοι· ὁ δ' ἐπιστήσας εἶπε καὶ λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν ὅτι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη.* et ibidem lib. II. cap. 1. §. 15. *Ἐν τούτῳ καὶ Κλέαρχος ἧκε καὶ ἠρώτησεν εἰ ἤδη ἀποκεκριμένοι εἶεν.* Ac sic optativus saepissume etiam in deliberatione ponitur, si id, quod utrum faciundum sit necne quaeritur, cogitatione tantum modo concipitur, veluti in eadem *Cyri militia* lib. I. cap. 10. §. 5. *Ὁ δὲ Κλέαρχος ἐβουλεύετο, Πρόξενον καλέσας, πλησιαίτατος γὰρ ἦν, εἰ πέμποιέν τινας ἢ πάντες ἴοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀρήξοντες.*, quod dici etiam potuit alio quodam modo: *εἰ πέμπωσί τινας ἢ πάντες ἴωσιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀρήξοντες*, si eventum potius spectaret scriptor. cf. ibidem §. 17. *Καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύοντο εἰ αὐτοῦ μείναντες τὰ σκευοφόρα ἐνταῦθα ἄγοιντο ἢ ἀπίοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.*

Εἰ interrogativum cum optativo et ἂν particula.

Atque in eius modi locis, si illud, de quo quaeritur, ponitur condicionaliter etiam *ἂν* particula eodem modo adiicitur ad optativum, quo in simplici condicione, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 8. §. 7. dicitur: *Ἠρώτων ἐκεῖνοι εἰ δοῖεν ἂν τούτων τὰ πιστά.* et in eiusdem Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. IV. cap. 2. §. 20. *Ὁπόθεν δὲ χρὴ ἄρξασθαι ἐπισκοπεῖν, τοῦτο πρός σε ἀποβλέπω, εἴ μοι ἐθελήσαις ἂν ἐξηγήσασθαι.* et in *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 10. *Ἐρωτᾷς, ἔφη, ὦ παῖ, εἴ τις ἂν ἀπὸ σοῦ πόρος γένοιτο.* et rursus ibidem §. 41. *Ὥσπερ οὖν προεῖπον, εἰ τοσαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε εἴ τινας λίποις ἂν τῶν πολεμίων.*, aut in Aristophanis *Avibus* v. 1017 sq.

Νὴ Δί', ὡς οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ
φθαίης ἄν· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταί.

Οὐκ οἶδ' ἂν εἰ vel οὐκ ἂν οἶδ' εἰ.

His in locis si quando dicitur: *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ κτἑ.* aut etiam *οὐκ ἂν οἶδα εἰ κτἑ.*, necessario *ἂν* cum optativo aptius coniungendum est, ut verba *οὐκ οἶδ' εἰ* unam quasi

efficiant notionem, quae non sit nisi particulae loco, veluti si in Euripidis *Medea* v. 911. ed. Elmsl. dicitur:

Οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμι· πειρᾶσθαι δὲ χρή.

et in *Alcesti* v. 49.

Λαβὼν ἴθ᾽. οὐ γὰρ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμί σε.,

ut nullam omnino in his locis oratio patiatur interpunctionem. De collocatione ἂν particulae post negationem in eius modi locis conferatur Platonis *Timaeus* Part. III. vol. II. p. 19. ed. Bekk. p. 26. B. ed. H. Steph. Ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδ᾽ εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἃ πάμπολυν χρόνον διακήκοα, παντάπασι θαυμάσαιμ᾽ ἂν εἴ τί με αὐτῶν διαπέφευγεν. Hic etiam magis apparet, veram constructionem esse οὐκ ἂν δυναίμην, ut οἶδ᾽ εἰ nihil aliud velit hoc loco, nisi incertum mentis significare. Huc pertinent etiam tales constructiones quae G. Hermannus *De particula ἂν* lib. IV. cap. 7. p. 195. commemoravit, qualis est Demosthenis ex oratione *de falsa legatione* §. 312. ed. Bekk. p. 441, 21. ed Reisk. Οὐδ᾽ ἂν εἷς εὖ οἶδ᾽ ὅτι φήσειεν, ἀλλὰ πάντα ταῦθ᾽ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι. et e *prooemio* VII. p. 608, 27. ed. Bekk. p. 1423, 15. ed. Reisk. Εἰ μὲν ἡμεῖς ἅπαντες οἱ λέγοντες δεινοὶ φανείημεν, οὐδὲν ἂν τὰ ὑμέτερ᾽ εὖ οἶδ᾽ ὅτι βέλτιον σχοίη κτέ., quibus in locis verba εὖ οἶδ᾽ ὅτι aptius inter se coniuncta sunt, ut constructionem praecedentis ἂν particulae cum optativo sequenti non interturbent.

Postremo ad optativum hunc etiam pertinent illi loci, si quando in interrogatione indirecta εἰ particula cum optativo ita ponitur, ut verbum quidem, quod fulciat interrogationem, nullum praecedat, sed cogitatione fere supplendum esse videatur, veluti in Euripidis *Phoenissis* v. 744. ed. Herm. dicitur:

Εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμεν ἐκ λόχου;

aut in Aeschyli *Septem adversus Thebas* v. 246.

Αἰτουμένῳ μοι κοῦφον εἰ δοίης τέλος;

Inde nata est etiam illa ratio, si εἰ particula optationem efficit, de quo dixit Devarius p. 71.

Εἰ interrogativum cum coniunctivo.

Restat ut dicam qua ratione in interrogatione εἰ particula coniungatur cum coniunctivo. Quae dicendi ratio non multum differt a praecedenti, nisi quod, si coniunctivum adiungimus, rem, de qua quaeritur, in ipso eventu ponimus,

si optativum, ut vidimus, in cogitatione. Exemplo res clarior erit. Nam si Herodotus lib. I. cap. 53. dicit: *Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτῶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον.*, primum quidem illa interrogatio hoc volt, quid faciat Croesus, ut ipse eventus rei spectetur, utrum expeditionem suscipiat necne: quae autem sequuntur, posito priore eventu magis oblique efferuntur, ut res ponatur in cogitatione. Itaque, ut par est in simplici narratione, eius nuntii eodem modo referunt eius vocem paullo post: *Καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο σύμμαχον.* De coniunctivo vide etiam cap. 75. *Τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ, ἔς τε τὰ χρηστήρια ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας κτὲ.* Vide quae disputavit G. Hermannus l. l. p. 90 sq. Ne quis autem existumet hunc usum coniunctivi deliberativum post *εἰ* particulam minus usitatum esse scriptoribus Atticis, conferat Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VIII. cap. 4. §. 16. *Τὰ δὲ ἐκπώματα, ἔφη, ἐπειδὴ οὐκ ἀνέχεσθαί μοι φαίνῃ, οὐκ οἶδ' εἰ Χρυσάντᾳ τούτῳ δῶ, ἐπειδὴ καὶ τὴν ἕδραν σου ὑφήρπασε.* et Aeschinis orationem *de falsa legatione* §. 64. ed. Bekk. p. 36. ed. H. Steph. *Τετάρτην δὲ [μαρτυρίαν μαρτυρήσει] ἀνὴρ ἀξιόλογος, εἷς τῶν πολιτευομένων, Ἀμύντωρ, ᾧ τὸ ψήφισμα ἐπιδείξατο Δημοσθένης καὶ ἀνεκοινοῦτο εἰ δῷ τῷ γραμματεῖ, οὐχ ὑπεναντίον ἀλλὰ ταὐτὸν γεγραφὼς Φιλοκράτει.* et rursus §. 68. *Μαρτυρεῖ Ἀμύντωρ Αἰσχίνῃ — ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Δημοσθένην ἐπιδεῖξασθαι παρακαθήμενον ψήφισμα γεγραμμένον ἑαυτῷ, ἐφ' ᾧ ἐπεγέγραπτο Δημοσθένους ὄνομα, καὶ ἀνακοινοῦσθαι αὐτὸν αὐτῷ εἰ δῷ τῷ γραμματεῖ ἐπιψηφίσασθαι τοῖς προέδροις κτὲ.*, ut etiam in eiusdem oratoris oratione *adversus Ctesiphontem* Imm. Bekkero adsentiar scribenti §. 202. editionis suae, p. 82. fere extrema ed. H. Steph. *Ὃς ἂν ἐπανερομένου Κτησιφῶντος εἰ καλέσῃ Δημοσθένη πρῶτος ἀναβοήσῃ »κάλει, κάλει.«* Pertinet denique huc etiam quod apud Thucydidem lib. II. cap. 4. extremo legitur: *Ὁρῶντες δ' αὐτοὺς οἱ Πλαταιῆς ἀπειλημμένους ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν ὥσπερ ἔχουσιν ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα, εἴτε τι ἄλλο χρήσωνται.*, quo in loco ipso quoque antepono coniunctivum indicative futuri, qui in aliis libris habetur.

Quod autem Devarius p. 69 sq. dixit, *εἰ* interdum etiam in directa interrogatione haberi, id non pertinere nisi

ad Septuaginta interpretes et Nov. Testamenti scriptores similesque Graecae linguae auctores notum est hodie.

P. 70. De repetita εἰ particula. Non satis recte Devarius p. 70. disputavit de repetita εἰ particula. Nam quem posuit Xenophontis locum de *Oeconomico* cap. 2. §. 15., is tantum abest ut corruptus sit, ut iure sit a C. G. Krügero adhibitus ad alium Xenophontis locum explicandum, qui legitur in eius *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 2. §. 35. *Οὐκ ἂν οὖν θαυμάζοιμι, εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες τοὺς μὲν παριόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, τοὺς δὲ διώκοντας φεύγουσιν, εἰ καὶ οὗτοι ἡμῖν ἀπιοῦσιν ἐπακολουθοῖεν.* De Latinis conferatur M. Tullii oratio *pro A. Caecina* cap. 3. §. 7. *Si quis quod spopondit, qua in re verbo se obligavit uno, si id non facit, maturo iudicio sine ulla religione iudicis condemnatur.*, quem locum e libro palimpsesto emendavimus in praef. orationum Ciceronianarum vol. I. p. VIII. Vide eiusdem orationis cap. 21. §. 58. *Etiam si — ut longius a verbo recedamus, ab aequitate ne tantulum quidem — si tuus servus nullus fuerit et omnes alieni ac mercenarii, tamen et ipsi tuae familiae genere et nomine continebuntur.* et T. Livii *histor.* lib. III. cap. 19. §. 9. *Si quis vobis humillumus homo de vestra plebe, quam partem velut abruptam a cetero populo vestram patriam peculiaremque fecistis, si quis ex his domum suam obsessam a familia armata nuntiaret etc.* In his locis, ubi dilatata erat enuntiatio, ne obscura esset sententia, repetita est condicionalis particula: contra in iis locis, ubi aptius inter sese sententiae coniungi debent, interdum non repetita est particula, ubi repeti posse videbatur, qualem locum Aristotelis in *Novis Ann. philol. et paed.* Vol. XVII. p. 24. tractavimus e *Politicorum* lib. I. cap. 2. §. 5. ed. Stahr., ubi haec verba habentur in libris: *Εἰ γὰρ ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελευσθὲν ἢ προαισθόμενον ἀποτελεῖν τὸ αὑτοῦ ἔργον ὥσπερ τὰ Δαιδάλου φασὶν ἢ τοὺς τοῦ Ἡφαίστου τρίποδας, οὕς φησιν ὁ ποιητὴς αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα, οὕτως αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων.*, plerique autem editores εἰ particulam desiderabant post *οὕτως*, quam Stahrius etiam interposuit, quod non recte factum est. Nam cogitatione repetenda est condicionalis vox ex antecedentibus. Quod si fit, aptius in se cohaeret oratio.

De Aristophanis autem loco e *Vespis* v. 352. sui temporis more iudicavit Devarius eadem p. 70. Neque enim dubitari potest quin Aristophanis oratio elliptica sit, ut hoc

dicatur: *ne si minumae quidem bestiolae, veluti culici, res subeunda sit.* Reliquas autem ellipses, quae, ut in omnibus particulis condicionalibus, admissae a Graecis etiam in εἰ particula sunt, quod eae nihil fere ad vim ac potestatem ipsius particulae faciunt, consulto omittimus.

Postremo de particula εἰ, si in optatione ponitur, non ita existumandum est, ut fecit Devarius p. 70 sq. Nam εἴθε potius ex εἰ, adiecta θὲ syllaba, factum est, quam εἰ ex εἴθε, qua de re vide quae supra in δῆθεν particula explicavimus p. 434 sqq. et quae infra separatim dicentur in voce εἴθε p. 515. Neque enim solum εἰ γὰρ sic dicitur, verum interdum etiam simplex εἰ particula in optatione est, veluti in illo Hipponactis versu, quem habet Hephaestio p. 16. et Scholiasta Aristophanis ad *Plutum* v. 252.

Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα.

Hoc enim modo illum versum interpretatus est iam Etymologus Magnus p. 26, 50. aut in Sophoclis *Oedipo rege* v. 863 sqq. Br.

Εἴ μοι ξυνείη φέροντι
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
ἔργων τε πάντων κτέ.

Conf. reliquos locos, quos adtulit Valckenarius ad Euripidis *Phoenissarum* v. 761. p. 284.

Sequitur ut dicamus de reliquis formulis, quae efficiuntur εἰ particula.

Et de coniunctis particulis εἰ ἄρα dictum est supra p. 178 sq. Εἰ ἄρα

Εἰ βούλει δέ.

De formula: εἰ βούλει δέ, recte explicavit Devarius p. 71. Locis ibi adlatis adde Luciani *dialogum meretricium* VIII. §. 2. vol. II. p. 461. ed. Schmied. *Εἰ βούλει δέ, καὶ διηγήσομαι ἃ ἔπαθόν ποτε, οὐ πάνυ πρὸ πολλῶν ἐτῶν.* et *Toxarin* §. 40. vol. II. p. 50. ed. Schmied. *Εἰ βούλει δέ, ἐμὲ ἀντὶ τούτου λαβὼν κατάχρησαι πρὸς ὅ, τι σοι φίλον.*, ubi iure notavit C. Iacobitzius Iacobum: εἰ δὲ βούλει, coniicientem in editione singulari p. 78. Εἰ βούλει δέ. P. 71.

Recte etiam Devarius eadem pagina de formula εἰ δ' ἄγε indicavit, quae etsi nata est ex ellipsi, ut εἰ δέ vox primum per se constitisse, tum hortatio ἄγε secuta esse videatur, tamen non recte fecit Fr. Aug. Wolfius, quod in Εἰ δ' ἄγε.

Homeri quidem carminibus potius scripsit: Εἰ δ', ἄγε, quem ad modum Graecos quidem istam vocem pronuntiasse nullo modo adducor ut credam. Vide quae disputavit G. Hermannus ad Vigerum p. 870. ed. tert. Dicitur autem ista formula dupliciter, aut ita, ut oppositionis ratio magis exstet, uti fere in iis locis, quos posuit Devarius, quibus in locis illa ellipsis: *si vero — minus hoc satis facit*, explicari poterit, aut ut fere sit: *si vero — tibi hoc placet*, ut nihil fere nisi hortatio in ea voce contineatur, veluti in *Iliades* lib. VI. v. 376.

Εἰ δ' ἄγε μοι, δμωαί, νημερτέα μυθήσασθε.

et lib. XVI. v. 667.

Εἰ δ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον,

quibus locis minus etiam ista interpunctio accommodata esse videatur. Ceterum vide Nitzchium ad *Odysseae* lib. I. v. 270.

P. 71. versu extremo ea fere repetuntur a Devario, quae modo eadem pagina ineunte explicaverat de εἰ particula, quod non ipsius Devarii culpa factum est, sed nepotis eius, qui debebat hoc recidere, cum primam editionem curaret.

Εἰ γάρ. De εἰ γαρ particulis vide quae supra p. 243. disputavimus, et quae posuit Devarius p. 71. ineunte.

Εἴ γε. *Εἰ — γέ.* De εἴ γε particulis vide quae supra disputavimus p. 308. Quod si quando alia interposita voce dicitur εἰ — γέ, veluti in Aeschyli *Agamemnone* v. 601.

Σὺ δ' εἰπέ, κῆρυξ, Μενέλεων δὲ πεύθομαι,
Εἰ νόστιμός γε καὶ σεσωσμένος πάλιν
ἥξει σὺν ὑμῖν.,

facit γὲ ad singularem enuntiationis notionem, ut nihil cum illa particula commune habeat.

Εἴ γε δή. De compositis particulis εἴ γε δὴ videantur, quae in particulis γὲ δὴ p. 339 explicavimus.

Εἴ γε μήν. Item de εἴ γε μὴν particulis conferas in γὲ μὴν particulis quae disputata sunt p. 343 sqq.

Εἰ δ' ἄρα. De compositis particulis εἰ δ' ἄρα, vide quae in particulis δὲ ἄρα exposuimus p. 381 sq. cl. p. 178 sq. et quae Devarius p. 72 sq. posuit.

Εἰ δὲ μή.

Ad p. 72. Recte Devarius de particulis εἰ δὲ μὴ disputavit, quae etsi per sese difficiles non sunt ad explicandum, tamen interdum propter intumam sententiarum rationem aliquam difficultatem habent. Vide praeterea quae infra in εἰ μὲν particulis dicentur p. 502. Εἰ δὲ μή.

Εἰ δὲ autem particulae si quando propter sententiarum rationem idem fere significare videntur quod εἰ δὲ μή, re tamen vera aliam sententiam habent, veluti si in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 446. ed. Bekk. p. 212. C. ed. H. Steph. dicitur: *Τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, ὡς ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι· εἰ δέ, ὅ, τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε.*, quo loco etsi dici potuit: εἰ δὲ μή, sc. βούλει, tamen multo lenior est oratio, quod Plato per aposiopesin nihil posuit, nisi εἰ δέ, quem ad modum etiam nos usurpare solemus particulas: *wenn aber*, ut oppositionem cogitemus quidem, sed non ponamus aperte, cf. *Alcibiades primus* Part. II. vol. III. p. 323. ed. Bekk. p. 114. A. ed. H. Steph. *Πότερον δὲ ταῦτά ἐστι δίκαιά τε καὶ συμφέροντα ἢ ἕτερα. τί οὐκ ἀπέδειξας, εἰ μὲν βούλει, ἐρωτῶν με ὥσπερ ἐγὼ σέ· εἰ δέ, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σεαυτοῦ λόγῳ διέξελθε.*, de quo loco vide quae explicavit Fr. Aug. Wolfius ad Platonis *Convivium* p. 106. ed. sec. Εἰ δέ.

Huc faciunt etiam coniunctae particulae εἰ δ' οὖν, quae, ut εἰ δέ, εἰ δ' ἄρα, elliptice aliquoties positae sunt, vide quae explicavimus supra p. 449 sq. Εἰ δ' οὖν.

Porro de coniunctis particulis εἰ δὴ vide quae exposuimus supra p. 407 sq. Εἰ δή.

Εἴθε.

Εἴθε particulam e condicionali voce εἰ et enclitica particula θὴν nobis quoque natam videri iam supra p 436. in δῆθεν particula significavimus. Antiquitus enim eodem modo, quo ἐπεὶ θήν, dictum est etiam εἴ θην. Ac de ἐπεὶ θὴν conferatur Homeri *Odyssea* lib. XVI. v. 91. Εἴθε.

Ὦ φίλ', ἐπεί θήν μοι καὶ ἀμείψασθαι θέμις ἐστίν.

Ex forma autem εἴθην communi linguae lege, qua δὴ in δέ, μὴν in μὲν mutatum est, facile fieri potuit εἴθεν. Denique, quem ad modum idem in δῆθεν et δήπουθεν par-

ticulis vidimus, abiecta ν littera volgari dicendi ratione ortum est εἴθε, quae mansit usitata forma in hac quidem particula.

Εἴθε cum indicativo imperfecti. Haec igitur particula, quae natura sua non differt a simplici εἰ particula, nisi quod huic adseveratio quaedam adhaerescit, quasi nostro sermone dicas: *wenn traun*, ipsa constructione originem suam testatur. Ac primum quidem coniungitur cum indicativo imperfecti ibi, ubi optamus eam rerum condicionem, quam non esse sentimus, veluti in illo versu Euripidis de *Electra* v. 106 sq.

λέγοιμ' ἄν· ἀρχὴ δ' ἥδε μοι προοιμίου·
εἴθ' εἶχες, ὦ τεκοῦσα, βελτίους φρένας.

aut in eiusdem *Heraclidis* v. 723.

Εἴθ' ἦσθα δυνατὸς δρᾶν, ὅσον πρόθυμος εἶ.

vel in *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 666.

Εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ.

aut in *Hippolyto* v. 1076. ed. Matth.

Εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον
στάνθ'· ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.,

Εἴθε cum indicativo aoristi. Contra cum indicativo aoristi εἴθε dicitur, ut etiam εἰ vel εἰ γάρ, si de aliqua re sermo est, de qua, quom non facta sit olim, nunc nobis gratum fore significamus, si facta esset illo tempore, veluti in Aeschyli *Agamemnone* v. 1516.

Ἰὼ γᾶ γᾶ,
εἴθ' ἔμ' ἐδέξω πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν κτέ.

aut in Euripidis *Andromacha* v. 290 ed. Herm.

Εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν
ἁ τεκοῦσά νιν μόρον,
πρὶν Ἰδαῖον κατοικίσαι λέπας κτέ.

et ibidem v. 1150 sqq.

Ὦ φίλον στόμα καὶ γένυ καὶ χέρες,
εἴθε σ' ὑπ' Ἰλίῳ ἤναρε δαίμων
Σιμοεντίδα παρ' ἀκτάν.

aut in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 2. §. 46. Εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος ἑαυτοῦ ἦσθα.

Atque huc etiam pertinet illud, quod saepe dicitur: εἴθ᾽ ὤφελον, εἴθ᾽ ὤφελες et quae sunt similia, veluti in Euripidis *Medea* v. 1. Εἴθ᾽ ὤφελον κτέ.

Εἴθ᾽ ὤφελ᾽ Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας κτέ.

aut in *Vespis* Aristophanis v. 731 sq.

Εἴθ᾽ ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς
εἶναί τις ὅστις τοιαῦτ᾽ ἐνουθέτει.

Deinde ut simplex εἰ particula, sic dicitur etiam εἴθε cum optativo, si illud, quod optamus, non revocamus ad factum, sed in sola cogitatione ponimus: quo modo etsi per se non significatur, rem ita esse non posse, tamen plerumque de iis rebus hoc dicitur, quae quom fieri sane possint, tamen non facile fieri videantur, ut operae pretium sit eam optationem facere, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1081 sq. dicitur: Εἴθε cum optativo.

Εἴθ᾽ ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας
κύρσαιμ᾽, αὐτῶν δ᾽ ἀγώνων
θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.

et in *Oedipo rege* v. 1068. ed. Br.

Ὦ δύσποτμ᾽, εἴθε μήποτε γνοίης ὃς εἶ.

et in *Aiace* v. 1264 sq.

Εἴθ᾽ ὑμὶν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν.

aut in Xenophontis *Historia Graeca* lib. IV. cap. 1. §. 38. *Εἴθ᾽, ὦ λῷστε, σὺ τοιοῦτος ὢν φίλος ἡμῖν γένοιο.*

Multo difficilluma quaestio est possitne εἴθε etiam cum coniunctivo componi, qua de re olim adseveravit Philippus Buttmannus ad Sophoclis *Philoctetum* p. 159. pro ratione utens analogia formularum φέρ᾽ ἴδω et βούλει τράπωμαι: pro testibus autem usus est tribus locis, uno Sophoclis e *Philocteta* v. 1092 sqq. ed. Br., duobus Euripidis, uno e *Supplicibus* v. 1028 sqq. ed. Matth., altero ex *Helena* v. 262 sqq. ed. Matth. Et istam Buttmanni rationem probari nullo modo posse rectissume docuit Aug. Matthiae ad Euripidem Tom. VII. p. 307. Sunt enim illae formulae dissimillumae. Ac iure etiam hoc fecit Matthiae l. l., quod G. Hermanni rationem, quam ille olim in *Elementis doctrinae metricae* p. 534 sq. proposuit, reiecit, quae quom ab ipso auctore suo iam repudiata sit, a nobis confutari necesse non est. Una ratio mihi videtur esse, qua ille usus particulae εἴθε cum Εἴθε an cum coniunctivo.

coniunctivo quodam modo explicari possit, ut dicamus, eodem modo, quo εἰ particulam, sic etiam εἴθε cum coniunctivo componi, si in eius modi locis nihil nisi eventum spectemus, ut si dicam: εἴθε κύριος τῶν πραγμάτων γένωμαι, proprie hoc dicam: *wenn ich traun Herr der Dinge sein werde, si modo rerum dominus fuero*: quod per ellipsin diceretur, ut fere talem sententiam supplere deberes: *tum ego servatus ero, tum res bene cesserit.* Sic in Sophoclis *Philocteta* v. 1090 sqq.

Τοῦ ποτε τεύξομαι
σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.

non optatio ipsa contineretur in verbis: εἴθε — ἕλωσί με, sed tantum modo poneretur condicio, qua sibi servari posse videretur. Neque enim G. Hermannus mihi de coniectura sua:

ἴθ', αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'. οὐκ ἔτ' ἰσχύω.

plane persuasit, quae etiam aliam difficultatem habet in usu coniunctivi. Nam quos comparavit locos vir summus, ii dissimillumi sunt. Eodemque modo etiam explicari posset ille locus ex *Helena* Euripidis v. 262 sq.

Εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν
αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω,
καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς κακάς, ἃς νῦν ἔχω,
Ἕλληνες ἐπελάθοντο, τὰς δὲ μὴ κακὰς
ἔσωζον, ὥσπερ τὰς κακὰς σώζουσί μου.,

ut significaretur istis verbis condicio, qua posita ipsa meliore fortuna uti videretur. Denique ita intellegi posset etiam *Supplicum* v. 1028 sqq.

Ἴτω φῶς γάμοι τε·
εἴθε τινὲς εὐναὶ
δικαίων ὑμεναίων
ἐν Ἄργει
φανῶσιν τέκνοισιν κτἑ.

Sed quom res dubia admodum atque incerta eo fiat, quod hi loci etiam alias ob caussas suspicionem movent de corruptela, nihil in hac caussa audeo pro certo adfirmare et spero fore ut fortasse ab aliis denuo ea res atque accuratius inquiratur.

Postremo εἴθε cum infinitivo coniunctum est, sed tantum modo a posterioribus poetis, in quam rem adferunt Phocylidi adscriptum ποίημα νουθετικὸν v. 40. Εἴθε cum infinitivo.

Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.

Antipatri Thessal. epigr. 35. in Anthol. Pal. T. II. p. 144. n. 408.

Εἴθε με παντοίοισιν ἔτι πλάζεσθαι ἀήταις,
ἢ Δητοῖ στῆναι μαῖαν ἀλωομένῃ.

Crinagorae epigr. 20. in Anthol. Pal. T. II. p. 98. n. 284.

Αὐτίκα καὶ Γάζης χθαμαλωτέρη εἴθε Κόρινθε
κεῖσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη.

Abhorrere autem ab Euripidis poesi infinitivum post εἴθε positum recte sensit Ph. Buttmannus ad Sophoclis Philoctetam p. 159. Vide omnino G. Hermannum ad Euripidis *Helenam* v. 271. p. 28., qui neque λάβοι apud Euripidem l. l. neque λαβεῖν, quod item in libris est, sed λάβοιν scribendum esse ait.

Ceterum adiiciuntur ad εἴθε particulam etiam aliae particulae, veluti γάρ, γέ, δὲ et quae sunt similes, id quod nullam offensionem potest habere, veluti in Aeschyli *Septem adversus Thebas* v. 566 sq. Εἴθε γάρ, εἴθε γε κτέ.

Εἴθε γὰρ θεοὶ
τούσδ' ὀλέσειαν ἐν γᾷ.

cf. Callimachi *hymn. in Cererem* v. 101. aut Luciani *Toxarin* §. 18. *Καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην αὐτοῖς.* De εἴθε δὲ conferatur locus ex Euripidis *Andromacha* v. 290. ed. Herm. supra adlatus p. 516. Οὖν autem adiectum est in Luciani *Dialogo mortuorum* XIX. §. 4. *Εὖ λέγεις· εἴθε οὖν μοι τὸν Ἔρωτα ἐνταῦθα λαβεῖν δυνατὸν ἦν.*

Εἰ καί.

Ad p. 73. *Εἰ καί* et *καὶ εἰ*, quae particulae sane similiter usurpantur, eo differunt, ut, si *εἰ καὶ* dicas, condicionalis particula *εἰ* maiorem vim habeat, si *καὶ εἰ*, potius coniunctiva particula *καί*. Quo fit, ut *εἰ καὶ* sit simpliciter *wenn auch, obschon, etsi*, *καὶ εἰ* autem *auch wenn* vel *selbst wenn, etiam si, vel si*. Hinc etiam illud explicari recte potest, quod Hermannus observavit ad Vige- Εἰ καί, et Καὶ εἰ.

runi p. 822. ed. tert. καὶ εἰ usurpari de re, quam sumi tantum a nobis ut veram indicamus, εἰ καὶ contra de re, quam ita esse, ut dicitur, significamus: cuius rei caussam Hartungius l. l. vol. I. p. 139. negavit se posse agnoscere, quamquam ipse concessit in formula καὶ εἰ particulam καὶ maiorem vim habere, in εἰ καὶ minorem: id quod fere eodem redit. Et de καὶ εἰ conferatur verbi caussa locus Xenophontis de *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 2. §. 24. *Οἶδα γὰρ ὅτι καὶ Μυσοῖς βασιλεὺς πολλοὺς μὲν ἡγεμόνας ἂν δοίη, πολλοὺς δ' ἂν ὁμήρους τοῦ ἀδόλως ἐκπέμψειν, καὶ ὁδοποιήσειέ γ' ἂν αὐτοῖς, καὶ εἰ σὺν τεθρίπποις βούλοιντο ἀπιέναι.*, quo in loco apparet poni aliquid gravius, quam quod verum esse opinemur. Contra in eadem *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 4. §. 27. ed. Krüg. si dicitur: *Ἐγώ, ὦ Κλέανδρε, εἰ καὶ οἴει με ἀδικοῦντά τι ἄγεσθαι, οὔτ' ἔπαιον οὐδένα οὔτ' ἔβαλλον, ἀλλ' εἶπον ὅτι δημόσια εἴη τὰ πρόβατα.*, apparet, simpliciter poni illud, quod infertur per εἰ καὶ particulas, ut potius veram eam rem, quam per exaggerationem fictam opinemur. Idem intellegi potest e reliquis locis, qui multi hic proferri possunt. Et de priore genere conferatur, quem ipse Hartungius excitavit, Plato in *Convivio* Part. II. vol. II. p. 394. ed. Bekk. p. 185. E. ed. H. Steph. *Καὶ ἐὰν τοῦτο ποιήσῃς ἅπαξ ἢ δίς, καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρά ἐστι, παύσεται.* et Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 69. *Ὡς δ' ἔγνω ὁ Κῦρος τὰ γιγνόμενα, δείσας μή, καὶ εἰ βιάσαιντο εἴσω, ὀλίγοι ὄντες ὑπὸ πολλῶν σφαλεῖέν τι, παρηγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελῶν καὶ πείθεσθαι.* et Lucianus in *Toxar.* §. 12. *Ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μέν τι γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως καὶ τοῦ προστυχόντος ἀεί, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπένευε καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή τι ἀντείποι Χαρίκλεια.* De particulis εἰ καὶ conferatur Isocrates *περὶ τοῦ ζεύγους* §. 48. ed. Bekk. p. 356. extrema ed. H. Steph. *Δικαίως δ' ἂν ὑφ' ὑμῶν ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐλεηθείην, εἰ καὶ τῷ λόγῳ τυγχάνω μὴ δυνάμενος ἐπὶ τοῦθ' ὑμᾶς ἄγειν κτἑ.* *περὶ ἀντιδόσεως* §. 33. ed. Bekk. p. 317. d. H. Steph. *Εἰ γάρ τις ἦν ἠδικημένος, εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν εἶχεν, οὐκ ἂν ἠμέλησε τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ἦλθεν ἂν ἤτοι κατηγορήσων ἢ καταμαρτυρήσων.* et Sophocles in *Oedipo rege* v. 302 sq.

Πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖν δ' ὅμως
οἵᾳ νόσῳ ξύνεστιν.

et Aristophanes in *Lysistrata* v. 254.

> Χώρει, Δράκης, ἡγοῦ βάδην, εἰ καὶ τὸν ὦμον ἀλγεῖς
> κορμοῦ τοσουτονὶ βάρος χλωρᾶς φέρων ἐλάας.

et Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. VI. cap. 1. §. 14. Προσέρχεται μὲν γὰρ δήπου χειμών, στέγαι δ' εἰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς εἰσίν, ἀλλὰ μὰ Δία οὐχ ἵπποις οὐδὲ θεράπουσιν οὐδὲ τῷ δήμῳ τῶν στρατιωτῶν. Vide quae Hartungius congessit vol. I. p. 140., qui tamen minus recte de Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. IV. cap. 1. §. 1. iudicat. Nam quom ibi volgo habeatur in libris: Οὕτω δὲ ὁ Σωκράτης ἦν ἐν παντὶ πράγματι καὶ πάντα τρόπον ὠφέλιμος, ὥστε τῷ σκοπουμένῳ τοῦτο, εἰ καὶ μετρίως αἰσθανομένῳ, φανερὸν εἶναι ὅτι οὐδὲν ὠφελιμώτερον ἦν τοῦ Σωκράτει συνεῖναι κτἑ., et nulla sit discrepantia lectionis, praeterquam quod alii libri καὶ εἰ μετρίως αἰσθανομένῳ scriptum exhibent, quae lectionis varietas frequens omnino est in eius modi locis, ille volt omnino deleri εἰ particulam, quia non recte cum participio componatur pro verbo finito. Sed unus quisque facile sentit, etiam si εἰ particulam retinemus, orationem bene se habere, non ut participium pro verbo finito sit, quod fieri nunquam potest, sed ut per ellipsin haec dicantur ac, si plenam orationem velis habere, verbum φανερὸν εἶναι bis ponendum fuerit: de quo vere repetendo tamen nemo Graecus in illis verbis cogitavit, non magis quam Latinus in illis locis, quales sunt verbi caussa Iustini lib. XII. cap. 1. *Agis rex Lacedaemoniorum, etsi a multitudine victus, gloria tamen omnes vicit.* et Suetonii in *vita Caesaris* cap. 34. *Caesar quamquam obsidione Massiliae summaque frumentariae rei penuria retardante brevi tamen omnia subegit.*, de explenda oratione, quae proprie est elliptica, cogitavisse videtur. *Εἰ καὶ cum participio.*

Ceterum Devarius ipse recte adnotavit huc non facere eos locos, in quibus εἰ καὶ particulae ita compositae sint, ut inter se per ipsam sententiam non coniungantur, veluti in Luciani *dialogo mortuorum* XXX. §. 2. Ἐλήλεγμαι μέν, ἀλλ' ὅρα εἰ καὶ δικαίως κολασθήσομαι., et quae sunt similia. *Εἰ καὶ non coniunctim.*

Εἰ καὶ ἄρα autem elliptice dici, ut proprie scribi oporteat verbi caussa in altero Sexti loco a Devario adlato p. 73. Ἐξ ἀνάγκης ἠκολούθησε τὸ μὴ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθείας εἶναι κριτήριον, ἀλλὰ μόνην, εἰ καὶ ἄρα, τὴν ἀληθῆ., facile intellegitur. Vide quae de particulis εἰ ἄρα dicta sunt vol. I. p. 72. et paullo post de particulis εἴπερ ἄρα p. 75. *Εἰ καὶ ἄρα.*

Εἰ μέν.

Εἰ μέν. Εἰ μὲν particulae per se difficilem explicatum non habent. Nam aut sequitur εἰ δὲ aut νῦν δὲ aut similis vox, quae usitato more opponatur priori positioni. Et vix hic etiam commemorarem eas particulas, nisi admodum frequenter ita usurpatae essent, ut nullam haberent apodosin utique cogitatione aliquid supplendum videretur, ut constaret sententia, quod idem fit etiam in ἦν μὲν particulis ac similibus. Qua de re iam explicaverunt grammatici veteres, uti Eustathius ad Homeri *Iliados* lib. I. v. 135. et scholiasta ad Aristophanis *Plutum* v. 469. et alius schol. ad Thucydidis lib. III. cap. 3. et de Atticis quidem scriptoribus Gregorius Corinthius p. 47 sqq. ed. Schaef. De recentioribus autem grammaticis conferri possunt Marklandus post Euripidis *Supplices* p. 286. Lennepius ad Phalaridos *epist.* p. 49 sq. Koenius et Schaeferus ad Gregor. Corinth. l. l. G. Hermannus ad Vigerum p. 833. ed. tert. Aug. Matthiae *Gr. gr. ampl.* §. 617. p. 1248. ed. sec. C G. Krügerus ad Xenophontis *Exped. Cyri* p. 430. Poppo ad *Cyri Disciplinam* p. 256. interpretes ad Aristophanis *Plutum* v. 469. Hartungius l. l. vol. II. p. 213. p. 415.

Εἰ μὲν sine apodosi.

Exempla huius usus haec possunt comparari, Xenophontis unum ex *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 7. §. 15. *Εἰ μὲν σύ τι ἔχεις, ὦ Μηδόσαδες, πρὸς ἡμᾶς λέγειν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς πρὸς σὲ ἔχομεν.*, ubi fere talem sententiam requirunt, qualis est: *λέγε δή*, post primum condicionis membrum, alterum e *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 54. *Νῦν οὖν εἰ μὲν ἔσται πῃ ὅπως οἱ πλείστου ἄξιοι γεγενημένοι πλεῖστόν σου μέρος μεθέξομεν· εἰ δὲ μή, πάλιν αὖ ἐγὼ ἐθέλω παρὰ σοῦ ἐξαγγέλλειν, ἀπιέναι πάντας ἀπὸ σοῦ πλὴν ἡμῶν τῶν ἐξ ἀρχῆς φίλων.*, ubi εὖ ἔχει supplent. His adde Menandri et Platonis comici locos a scholiastis ad Homeri l. l. adlatos, quos G. Hermannus ad Vigerum l. l. ita emendatos dedit, Menandri:

> Εἰ μὲν δή τινα
> — πόρον ἔχεις. εἰ δὲ μή, νενόηκ' ἐγώ·
> μισῶμεν ἀλλήλους.

Platonis comici in *Hellade*:

> Εἰ μὲν σὺ τὴν θάλατταν ἀποδώσεις ἑκών·
> εἰ δὲ μή, τὰ πάντα ταῦτα συντριαινῶν ἀπολέσω.

Saepe numero etiam ἢν μὲν in protasi est, ut aut sequatur εἰ δὲ μὴ aut etiam ἐὰν δὲ μή, velnti in Thucydidis lib. III. cap 3. dicitur: Ἐσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς ὡς εἴη Ἀπόλλωνος Μαλόεντος ἔξω τῆς πόλεως ἑορτή, ἐν ῇ πανδημεὶ Μυτιληναῖοι ἑορτάζουσι, καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω, καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα, εἰ δὲ μή· Μυτιληναίοις εἰπεῖν ναῦς τε παραδοῦναι καὶ τείχη καθελεῖν, μὴ πειθομένων δὲ πολεμεῖν., aut in Aristophanis *Pluto* v. 468 sqq. Ἢν μὲν sine apodosi.

> Κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην
> ἀγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμὲ
> ὑμῖν δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς· εἰ δὲ μή,
> ποιεῖτον ἤδη τοῦθ' ὅ,τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

aut in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 180. ed. Bekk. p. 325. D. ed. H. Steph. Καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μή, ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. aut in *Convivio* Part. II. vol. II. p. 394. ed. Bekk. p. 185. E. ed. H. Steph. ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ. εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχυλίασον. Ac sic, ut dixi, interdum etiam ἐὰν δὲ μὴ in altero membro dicitur, veluti in Platonis lib. IX. *de republica* Part. III., vol. I. p. 433. ed. Bekk. p. 575. D. ed. H. Steph. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἡ πόλις, ὥσπερ τότε μητέρα καὶ πατέρα ἐκόλαζεν, οὕτω πάλιν τὴν πατρίδα, ἐὰν οἷός τ' ᾖ, κολάσεται ἐπεισαγόμενος νέους ἑταίρους κτἑ.

Saepe etiam in eius modi locis εἰ μὲν οὖν in priore membro ponitur, quod dum haec cum antecedentibus connectit, magis concludit orationem. veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 7. §. 24. Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε· αὕτη γὰρ ἀρίστη διδασκαλία., aut in Sophoclis *Niptris* fragm. II. n. 402. ed. Dind. Εἰ μὲν οὖν non sequente apodosi.

> Εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν εἰ δὲ μή, λέγε.

Εἰ μή.

De his particulis non multa habeo, quae addam iis, quae disputavit Devarius vol. I. p. 73—75., nisi quod fortasse commemorari poterant ii loci, in quibus εἰ μὴ eo loco positum esse videretur, quo poni poterat etiam ἀλλὰ Εἰ μή. Εἰ μὴ pro ἀλλά.

particula, qua de re multus est L. Diudorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 190. C. Quamquam in his locis illae particulae propriam vim nunquam deponunt, veluti in Aristophanis *Equitibus* v. 185 sq., ubi haec dicuntur:

> *Δημ. Μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Ἀλλ. Μὰ τοὺς θεούς,*
> *εἰ μὴ 'κ πονηρῶν γε.*

dici quidem poterat: *Μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ' ἐκ πονηρῶν.*, sed summa irrisio in ea oratione inest, quam habet Aristophanes. Exspectes enim positis illis particulis aliam potius orationem. Adde *Avium* v. 1680 sq.

> *Μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει,*
> *εἰ μὴ βαδίζειν ὥσπερ αἱ χελιδόνες.*

in *Thesmophoriazusis* autem v. 897 sq. haec dicuntur:

> *Μνησ. Αὕτη Θεον'η Πρωτέως Γυν. Π. Μὰ τὼ θεώ,*
> *εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν.*

Deinde commemorandae sunt quaedam ellipticae dicendi rationes in *εἰ μή* particulis, quas etsi facile quis explicare potest prima vi earum particularum cognita, tamen, quia usitatae dicendi formulae inde natae sunt, hic ponendas existumo.

Οὐ — εἰ μή, οὐδεὶς εἰ μή, οὐδὲν εἰ μή. Ac primum quidem dicitur etiam Graece *οὐκ εἰ μή. οὐδεὶς εἰ μή, οὐδὲν εἰ μή*, quem ad modum Latine *non nisi, nemo nisi, nihil nisi* et quae sunt similia, ut ad alterum membrum verbum ex antecedentibus adsumendum sit, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 118. dicitur: *Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι οὔτε ἐκώλυον εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἡσύχαζόν τε τὸ πλέον τοῦ χρόνου κτἑ.* aut ibidem lib. II. cap. 98. *Ἀπεγίγνετο μὲν οὐδὲν τοῦ στρατοῦ εἰ μή τι νόσῳ.* aut lib. IV. cap. 67. *Ἤισθετο οὐδεὶς εἰ μὴ οἱ ἄνδρες οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι.* Hinc etiam brevior illa formula dicendi venit, quam commemoravit ipse Devarius p. 74. ex *Equitibus* Aristophanis v. 1105 sqq.

> *Κλ. Ἀλλ' ἄλφιτ' ἤδη σοι ποριῶ 'σκευασμένα.*
> *Ἀλλ. Ἐγὼ δὲ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας*
> *καὶ τοὔψον ὀπτόν μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ 'σθιε.*

quocum loco compone Aeschyli *Agamemnonem* v. 1109 sq. ed. Well.

> *Ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες;*
> *οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην. τί γάρ;*

Eadem dicendi ratio est, si pro negatione interrogatio est, veluti in Xenophontis *Oeconomico* cap. 9. §. 1. dicitur: *Τί δέ, εἰ μὴ ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι;* et in Aristophanis *Equitum* v. 615. *Τί δὲ — εἰ μή.*

Τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ νικόβουλος ἐγενόμην.;

Paullo difficilior illa ratio est, de qua commentatus est G. Stallbaumius ad Platonis locum ex *Gorgia* p. 516. E. ed. H. Steph., qui legitur Part. II. vol. I. p. 151. ed. Bekk. *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν.*, quae dicendi formula fere Latino: *absque illo esset*, respondet. Sed verbi tamen ipsa sic potius explicanda sunt: *καὶ ἐνέπεσεν ἂν [διὰ πάντας] εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν.* cf. Thucydidis lib. II. cap. 18. *Καὶ ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν.* et Philonis Iudaei *legat. ad Gaium* p. 774, 32. *Τρίς, οὐχ ἅπαξ ἀνήρπαστο ἂν ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντες, εἰ μὴ δι' ἐμέ.* Vid. Hoogeveenum p. 188. ed. Schütz. *Εἰ μὴ διά.*

Ad ellipticam dicendi rationem etiam illa formula revocanda est, si quando *εἰ μὴ εἰ* dicitur, veluti in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 434. ed. Bekk. p. 205. E. ed. H. Steph. *Οὐ γὰρ τὸ ἑαυτῶν οἶμαι ἕκαστοι ἀσπάζονται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ καὶ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον.* aut in libro IX. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 445. ed. Bekk. p. 581. D. ed. H. Steph. *Ὅ τε χρηματιστικὸς πρὸς τὸ κερδαίνειν τὴν τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονὴν ἢ τὴν τοῦ μανθάνειν οὐδενὸς ἀξίαν φήσει εἶναι, εἰ μὴ εἴ τις αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ.* aut apud Thucydidem lib. I. cap. 17. *Ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴ τι πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν ἑκάστους.* cf. Heindorfium ad Platonis *Gorg.* §. 79. *Εἰ μὴ εἰ.*

Restat ut explicemus quibuscum aliis particulis componatur *εἰ μή*. Ac primum, ut *εἰ ἄρα*, sic dictum est etiam *εἰ μὴ ἄρα* ab scriptoribus Atticis, veluti apud Dionysium Halicarnassensem *antiq. Rom.* lib. VII. cap. 52. p. 457. dicitur: *Εἰ δέ τι Μάρκιος ἀδικεῖ τὸν δῆμον — μὴ παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐνθάδε κριθεὶς διδότω αὐτῷ δίκας, ὥσπερ ἐστὶ νόμιμον· εἰ μὴ ἄρα, ὦ Δέκιε, ὁ μὲν δῆμος ἴσος ἔσται δικαστὴς καὶ οὐθὲν χαρίσαιτο αὐτῷ πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον.* Vide quae supra posuimus in *ἄρα* particula p. 178 sq. Et *εἰ μὴ ἄρα* dicitur, si aptius cum condicione negatio coalescit, *εἰ ἄρα μή*, si *μὴ* ad sequen- *Εἰ μὴ ἄρα.* *Εἰ ἄρα μή*

tia spectat, alia negationis ratione, veluti in Strabonis loco e lib. VII. cap. 3. supra l. l. posito.

Εἰ μή γε. Porro dicitur εἰ μή γε, uti εἴ γε simpliciter, de quo vide quae supra p. 308. explicavimus, veluti in Lysiae oratione *contra Philonem* §. 29. ed. Bekk. p. 189. ed. H. Steph. *Τίς δ' οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιτιμήσειεν ὑμῖν, εἰ τοὺς μετοίκους μέν — ἐτιμήσατε ἀξίως τῆς πόλεως, τοῦτον δέ — μὴ κολάσαιτε, εἰ μή γε ἄλλῳ τινὶ μείζονι, τῇ γε παρούσῃ ἀτιμίᾳ;* et in Aeschinis oratione *de falsa legatione* §. 163. ed. Bekk. p. 50. ed. H. Steph. *Καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῇδον;* de quibus locis vide quae supra p. 321. disputavi. Adde Xenophontis *Militiam Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 5. *Εἰ γὰρ ἐκήδου, ἧκες ἂν πλήρη φέρων τὸν μισθόν, καὶ προσδανεισάμενος, εἰ μή γ' ἄλλως ἐδύνω, καὶ ἀποδόμενος τὰ ἑαυτοῦ ἱμάτια.* ibique Krügeri adnotationem. Ac sic εἰ μή γε particulae saepe in colloquio locum habent, uti in Xenophontis *Convivio* cap. 6. §. 6. *Οὐκοῦν κάλλιον, ἔφη, ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην. — Εἰ μή γε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι.* aut in Euripidis *Alcest.* v. 510 sq. ed. Matth., ubi chori verba sunt:

Οὐκ εὐμαθὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις.

reddit Hercules:

Εἰ μή γε πῦρ πνέουσι μυκτήρων ἄπο.

et in *Heraclidis* v. 272 sq. ed. Elmsl., ubi choro dicenti:

Μὴ πρὸς θεῶν κήρυκα τολμήσῃς θενεῖν.

respondet Demophon:

Εἰ μή γ' ὁ κῆρυξ σωφρονεῖν μαθήσεται.

Εἰ μή γέ που. Interdum adiuncta est etiam ποὺ particula, ut dicatur εἰ μή γέ που, veluti in Aristophanis *Pace* v. 828 sq.

Οὐκ, εἰ μή γέ που
ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων.

Καὶ εἴ γε μή. Dicitur etiam εἴ γε μή, si praecedente particula καὶ condicionalis particula εἰ maiore vi pronuntianda est, veluti in Luciani *Toxar.* §. 30. *Ἐπιπολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον — καὶ εἴ γε μὴ τοὔνομα ἐβόησεν — κἂν ἐπιπολὺ ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν.* de sacrific. §. 6. *Χολωθῆναι γὰρ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πτώματος — καὶ εἴ γε μὴ οἱ Λήμνιοι καλῶς ποιοῦντες ἔτι φερόμενον αὐτὸν ὑπεδέξαντο, κἂν ἐτεθνήκει ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος.* Iov. Tragoed. §.

40. Ἐπιβούλευον ξυνδῆσαι — καὶ εἴ γε μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα τὸ γιγνόμενον, ἐπεπήδητο ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεύς. Vide quos locos multos congessit Fr. V. Fritzschius ad Luciani *dial. deor.* XXI. §. 2. p. 57 sq. quamquam in eo viro doctissumo non adsentior, quod negavit omnino dici in his locis potuisse: καὶ εἰ μή γε, quod recte dicitur alio quodam modo.

Interdum interponitur etiam particula δέ, ut dicatur εἰ δὲ μή γε, veluti in Platonis lib. IV. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 176. ed. Bekk. p. 425. E. ed. H. Steph. Ναί, ὦ φίλε, εἶπον, ἐάν γε θεὸς αὐτοῖς διδῷ σωτηρίαν τῶν νόμων ὧν ἔμπροσθεν διήλθομεν. Εἰ δὲ μή γε, ἦ δ' ὅς, πολλὰ τοιαῦτα τιθέμενοι ἀεὶ καὶ ἐπανορθούμενοι τὸν βίον διατελέσουσιν, οἰόμενοι ἐπιλήψεσθαι τοῦ βελτίστου. Εἰ δὲ μή γε.

Ut εἴπερ, de quo separatim dixit Devarius vol. I. p. 75 sq., dicitur etiam εἰ μή περ, veluti in Aristophanis *Lysistrata* v. 629. legitur: Εἰ μή περ.

Οἴσι πιστὸν οὐδέν, εἰ μή περ λύκῳ κεχηνότι.

uti Herodotus lib. VI. cap. 57. etiam dixit ἢν μή περ.

Porro ut supra p. 310 sq. vidimus dici εἴπερ γε, sic dicitur etiam εἰ μή πέρ γε, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 1188 sq. Εἰ μή πέρ γε.

Πῶς γάρ; εἰ μή πέρ γ' ἅμα
αὑτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή.

aut in Xenophontis *Oeconomico* cap. 1. §. 13. Οὐδαμῶς· εἰ μή πέρ γε καὶ τὸν ὑοσκύαμον καλούμενον χρήματα εἶναι φήσομεν, ὑφ' οὗ οἱ φαγόντες αὐτὸν παραπλῆγες γίγνονται. et ibidem cap. 7. §. 17. Οἶμαι μὲν ἔγωγε, ἔφην, οὐ τὰ ἐλαχίστου ἄξια, εἰ μή πέρ γε καὶ ἡ ἐν τῷ σκήνει ἡγεμὼν μέλιττα ἐπ' ἐλαχίστου ἀξίοις ἔργοις ἐφέστηκεν.

Dicitur etiam εἰ μή πω, veluti in Demosthenis oratione *contra Timocratem* §. 154. ed. Bekk. p. 748. ed. Reisk. Ἀλλ' οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν ἐν τῇ πόλει οὐδένα, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοιούτων πραγμάτων, οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγχειροῦντα λέγειν ἢ ποιεῖν τι τοιοῦτον δίκην διδόναι. Εἰ μή πω.

De formula autem εἰ μή τι et εἴ τι μὴ vide infra in formula εἴ τις.

Εἴπερ.

Εἴπερ. P. 75. Ad p. 75. Εἴπερ, quod apparet ex εἰ et πέρ. quae vox ex περὶ nata esse videtur, ortum esse, significat proprie: *si omnino*, quod nostro sermone dicas: *wenn überhaupt*, idemque interdum, ubi vim ac rationem condicionis magis vis efferre, dicere etiam possis: *wenn anders*. Sic in illo Aristophanis loco, quem ex eius *Ranis* v. 76 sq. iam posuit Devarius, in quo nunc haec leguntur:

Εἶτ' οὐ Σοφοκλέα, πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου,
μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν;

dicitur proprie: *si quidem omnino* (*überhaupt*) *inde te ducere oportet.*, quod si dicas Germanice: *wenn anders*, non erraveris, modo recordere primam ac veram vim πὲρ particulae, unde etiam illa significatio fluxit.

Εἴπερ ἄρα. De elliptico usu harum particularum recte Devarius disputavit. De εἴπερ ἄρα conferri poterit Luciani *Gallus sive somnium* §. 21. Σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς λόγος, ἢν λέγηται ὡς οἱ πολέμιοι προσελαύνουσιν, οὐδὲ φροντίζεις μὴ τὸν ἀγρὸν τέμωσιν ἐμβαλόντες ἢ τὸν παράδεισον ξυμπατήσωσιν ἢ τὰς ἀμπέλους δῃώσωσιν, ἀλλὰ τῆς σάλπιγγος ἀκούων μόνον, εἴπερ ἄρα, περιβλέπεις το κατὰ σεαυτὸν οἷ τραπόμενον χρὴ σωθῆναι καὶ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν κτέ.

Ad p. 76. Locus, quem Devarius ex Aristotelis *Politicis* posuit, nunc lib. VI. cap. I. §. 7. ed. Stahr. cap. 2. ed. Bekk. recte sic distinctus legitur: Ἓν μὲν οὖν τῆς ἐλευθερίας σημεῖον τοῦτο — ἓν δὲ τὸ ζῆν ὡς βούλεταί τις· τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναί φασιν, εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται. Omninoque saepe Aristoteles illis particulis sic usus est, ut tamen a prima ac vera particularum significatione, quam supra posui, non recesserit. Recte enim etiam in his locis intellegi potest: *si omnino*.

Εἴπερ γε. Praeterea de compositis particulis εἴπερ γε iam supra a nobis p. 310 sq. in γὲ particula explicatum est, ut nihil iam aliud hoc loco commemorandum esse videatur, nisi formula εἴπερ ποτέ, quae saepe, ut εἴπερ ἄρα, per ellipsin dicitur, veluti in Thucydidis lib. IV. cap. 20. Ἡμῖν δὲ καλῶς, εἴπερ ποτέ, ἔχει ἀμφοτέροις ἡ ξυναλλαγὴ κτέ. aut in Aristophanis *Equitum* v. 591 sqq.

Εἴπερ ποτέ.

Νῦν οὖν δεῦρο φάνηθι· δεῖ
γάρ τοῖς ἀνδράσι τοῖσδε πά-
σῃ τέχνῃ πορίσαι σε νί-
κην, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν.

Vide quae adtulit L. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 187. D.

Ad εἰ particulam saepe accesserunt etiam pronomina indefinita et adverbia, quae ab eadem origine profecta sunt, ut non solum εἴ τις, verum etiam εἴ πῃ, εἴ ποθεν, εἴ ποθι, εἴ ποι, εἴ ποτε, εἴ που, εἴ πως, εἴ τοι diceretur. Dicam de singulis separatim. *Εἰ cum pronominibus indefinitis.*

Ac primum εἴ τις, ut Latinum *si quis*, difficilem explicationem non habet, nisi quod saepe per ellipsin ponitur, ut quid verbi pertineat ad eam enuntiationem ex omni loco colligendum sit, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 737 sq. ed. Herm. dicitur: *Εἴ τις.*

Πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα.,

quo in versu etiam adtractio casus notanda est, quam iniuria tollere voluit, qui in libro Veneto adscripsit: Γράφεται εἴ τις, ὃ καὶ κάλλιον., et in eadem fabula v. 1659 sqq.

Ἀνὴρ γὰρ οὐ στεναχτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις
ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ', εἴ τις βροτῶν,
θαυμαστός.

et in *Trachiniis* v. 6 sqq.

Ἥτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως,
ναίουσ' ἔτ' ἐν Πλευρῶνι, νυμφείων ὄτλον
ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλῶν γυνή.

aut apud Thucydidem lib. I. cap. 14. Αἰγινῆται γὰρ καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ εἴ τινες ἄλλοι, βραχέα ἐκέκτηντο., vel in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. V. cap 3. §. 3. Οἱ δὲ ἄλλοι ἀπώλοντο ὑπό τε τῶν πολεμίων καὶ χιόνος καὶ εἴ τις νόσῳ., aut in eiusdem Xenophontis *Graeca historia* lib. V. cap. 3. §. 21. Ὥστε οὐκ ἀπέθανον αὐτῶν πλὴν εἴ τις ὑπὸ Τεγεατῶν.

Eodem modo dicitur etiam εἰ μή τις et saepius quidem εἴ τις μή, quia pronomen encliticum lubenter condicionali particulae adhaerescit, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 709. ed. Herm. *Εἰ μή τις et Εἴ τις μή.*

Μόνη γὰρ αὐτόν, εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι
γνώμης, ἐγὼ δύστηνος ἐξαποφθερῶ.

et paullo ante in eadem fabula v. 583.

> Μεμηχάνηται τοὔργον, εἴ τι μὴ δοκῶ
> πράσσειν δίκαιον.

contra in eadem fabula v. 728 sq. dicitur:

> Σιγᾶν ἂν ἁρμόζοι σε τὸν πλείω λόγον,
> εἰ μή τι λέξεις παιδὶ τῷ σαυτῆς.

et in *Electra* v. 28 sqq.

> Σὺ δὲ
> ὀξεῖαν ἀκοὴν τοῖς ἐμοῖς λόγοις διδούς,
> εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον.

Τίς εἰ. Interdum tamen pronomen τὶς non particulae condicionali, sed alii pronomini ita adiunctum est, ut condicionalis particula postponatur, veluti in Euripidis *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 285 sqq. ed. Matth.

> Ὧι τις εἰ προσαρμόσει
> βαρβάρους βάριδας
> νόστον οὐκ ἀποίσεται.

Idque non solum in carmine factum est, verum etiam in oratione soluta, cuius rei testem produxit L. Dindorfius in Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 195. B. Polybium, qui lib. IV. cap. 4. §. 5. haec habet: Ὧι τις εἰ περιέθηκε τὴν καυσίαν καὶ χλαμύδα τοῦ Δοριμάχου, μὴ οἷόν τ' εἴη διαγινώσκειν.

Εἴ πῃ, εἴ ποθεν, εἴ ποθι κτέ. Porro dicitur εἴ πῃ, εἴ ποθεν, εἴ ποθι, εἴ ποι κτἑ., quae omnia etsi haud raro per ellipsin dicuntur, tamen ad intellegendum difficilia non sunt, conf. Thucydidis lib. I. cap. 49. εἴ πῃ πιέζοιντο κτἑ. et lib. II. cap. 83. εἴ πῃ προσπίπτοιεν κτἑ. De εἴ ποθεν vide eundem Thucydidem lib. I. cap. 82. Εἴ ποθέν τινα δύναμιν προσληψόμεθα. et de ellipsi Sophoclis *Philoctetam* v. 1189 sq. ed. Herm.

> Ξίφος, εἴ ποθεν,
> ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε.

De εἴ ποθι conferatur Sophoclis *Aiax* v. 869 sqq. ed. Herm.

> ἢ τίς Ὀλυμπιάδων θεῶν ἢ ῥυτῶν
> Βοσπορίων ποταμῶν, ἴδρις
> τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι
> πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι;

De εἴ ποι testis sit Thucydides, qui lib. I. cap. 53. ita loquitur: Ἄλλοσε εἴ ποι βουλόμεθα πλεῖν.

Omnium frequentissume εἴ ποτε usurpatum est a Graecis, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 48. dicitur: Ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο λέξω, καὶ ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω αὐτός τε νοσήσας καὶ αὐτὸς ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας. Est autem εἴ ποτε in precatione deorum pene legituma formula, uti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 163 sqq. ed. Herm. dicitur: Εἴ ποτε.

Ἰὼ
τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,
εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὕπερ
ὀρνυμένας πόλει
ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.

Vide quae Blomfieldus ad Aeschyli *Agamemnonis* v. 503. adnotavit.

Porro εἴ που dicitur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 4. §. 23. Καὶ εἴ που δέοι τι τῆς φάλαγγος, ἐπιπαρῆσαν οὗτοι. aut in eiusdem Xenophontis *Historia Graeca* lib. II. cap. 1. §. 10. Πάσας συνήθροισεν, εἴ που τις ἦν., quod dicitur etiam εἴ τίς που, uti ibidem cap. 2. §. 2. Καὶ εἴ τινά που ἄλλον ἴδοι. Cf. Thucydidis lib. III. cap. 34. Καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι — κατῴκισαν τὸ Νότιον, ξυναγαγόντες πάντας ἐκ τῶν πόλεων εἴ πού τις ἦν Κολοφωνίων. et Xenophontis *Expedit. Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 8. Περιϊὼν ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, εἴ πού τι ὁρῴη βρωτόν, ἐδίδου κτἑ. cum Thucydidis lib. VIII. cap. 69 οἷς ἐχρῶντο εἴ τί που δέοι χειρουργεῖν κτἑ. et Krügeri adnotationem ad *Exped. Cyri* p. 215. Εἴ που, Εἴ πού τις et Εἴ τίς που.

Tum εἴ πως dicitur plerumque, si εἰ particula vim interrogativam habet, veluti in Thucydidis lib. IV. cap. 11. προθυμίᾳ τε πάσῃ χρώμενοι καὶ παρακελευσμῷ, εἴ πως ὠσάμενοι ἕλοιεν τὸ τείχισμα. et ibid. cap. 37. εἴ πως τοῦ κηρύγματος ἀκούσαντες ἐπικλασθεῖεν τῇ γνώμῃ τὰ ὅπλα παραδοῦναι καὶ ἡσσηθεῖεν τοῦ παρόντος δεινοῦ. Εἴ πως.

Denique ad pronomen relativum mihi etiam pertinere videtur τοὶ particula, quae saepe etiam cum εἰ componitur, ut non sine quadam vehementiore adseveratione confirmetur condicio. Sic in Aristophanis *Lysistrata* v. 167. postquam Lysistrata quid faciundum sibi videretur explicaverat, respondit Calonice: Εἴ τοι.

Εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, χἠμῖν ξυνδοκεῖ.

quae eadem sententia habetur etiam in *Avium* v. 1630.

Εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, κἀμοὶ συνδοκεῖ.

ut in hac quidem caussa pene legituma fuisse formula videatur.

Etiam apud Euripidem aliquoties habetur haec formula et maxume quidem, si quae condicio cum acerbitate quadam adfirmatur, veluti in *Hecuba* v. 727.

> Εἴ τοι με βούλει τοῦδε μηδὲν εἰδέναι,
> ἐς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.

et in *Hippolyto* v. 507 sq. ed. Matth.

> εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν.
> εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.

et in *Electra* v. 77.

> Εἴ τοι δοκεῖ σοί, στεῖχε.

Nec aliter Sophocles his particulis usus est, veluti in *Antigona* v. 516. ed. Br. ubi acerbissuma Creontis oratio est in verbis his:

> Εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ.

Id maxume etiam intellegi potest ex illa oratione, quae est in Sophoclis *Oedipo rege* v. 548 sqq. ed. Herm., ubi Creon haec pronuntiat:

> Εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν
> εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρίς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.

cui deinceps non minus acerbe reddit Oedipus:

> Εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς
> δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.

Denique εἴ τοι etiam Demostheni reddendum censeo in oratione *Philippica* I. §. 2. ed. Bekk. p. 40, 16. ed. Reisk. in verbis his: *Τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; ὅτι οὐδέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει, ἐπεὶ εἴ τοι πάνθ' ἃ προσῆκε, πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι.* ex libris optumis, ubi volgo legebatur ἐπεί τοι γε εἰ, Bekkerus autem edidit: ἐπεί τοι εἰ. Aptissumum enim est efferri ipsam illam condicionem, quae ponitur per εἰ particulam.

Εἴτε.

Εἴτε. Εἴτε, quod Latino *sive* accurate respondet, duo plurave membra orationis bis aut saepius positum disiungit et con-

structione quidem externa plane congruit cum particulis ἐάν τε — ἐάν τε, de quibus vide quae supra dicta sunt in ἐὰν particula p. 480. Itaque dicitur εἴτε — εἴτε, sive vera condicio his particulis indicetur, sive ad interrogationem aut deliberationem pertineant, sive suum quaeque particula verbum habeat sive elliptica oratio sit, et eo quidem modo verbi, quem εἰ particula in quoque loco requirit. Cf. Thucydidis lib. IV. cap. 118. *Εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι, ἰόντες ἐς Λακεδαίμονα διδάσκετε.* Sophoclis *Antigonae* v. 37 sq. Εἴτε—εἴτε.

Οὕτως ἔχει σοι ταῦτα καὶ δείξεις τάχα,
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας εἴτ' ἐσθλῶν κακή.

Thucydidis lib. II. cap. 4. *Ὁρῶντες δ' αὐτοὺς οἱ Πλαταιῆς ἀπειλημμένους ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν ὥσπερ ἔχουσιν ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα εἴτε τι ἄλλο χρήσωνται.* Plena oratio est in Demosthenis oratione *Olynthiaca* I. §. 18. ed. Bekk. p. 14. ed. Reisk. *Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται· εἴτε βοησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι περιέσται, τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων.* contra elliptica oratio est in his Plutarchi verbis e *vita Camilli* cap. 33. p. 146. ed. Francof. *Τὴν δ' εἴτε Τουτούλαν εἴτε Φιλωτίδα προσβᾶσαν ἐρινεῷ μεγάλῳ καὶ παρατείνασαν ὀπίσω ἱμάτιον ἆραι πυρσὸν εἰς τὴν Ῥώμην κτἑ.* cf. eiusdem *script. moral.* p. 1089. D. *Τὴν εἴτε ἀπονίαν εἴτε ἡδονὴν — μεταίροντες.* De hoc ipso autem genere dicendi conferas Demosthenis orationem *de corona* §. 20. ed. Bekk. p. 231, 21 ed. Reisk. *Ἡ τῶν Ἑλλήνων, εἴτε χρὴ κακίαν εἴτ' ἄγνοιαν εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν κτἑ.* et eiusdem orationis §. 270. ed. Bekk. 316, 20. ed. Reisk. *Ἔστω, συγχωρῶ σοι τὴν ἐμὴν εἴτε τύχην εἴτε δυστυχίαν ὀνομάζειν βούλει πάντων αἰτίαν γεγενῆσθαι.* et quem Schaeferus in *App.* vol. II. p. 46. ad priorem Demosthenis locum comparavit, Galenum tom. V. p. 830 sq. ed. Lips. *Τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν εἴτε κατασκευῆς εἴτε διαθέσεως ὀνομάζειν ἐθέλοις ἀρετή τις ἡ εὐεξία.*, in quo loco etiam casus adtractio memorabilis est. Nam de modo iam supra diximus eadem statuenda esse quae de simplici εἰ particula, ut is quidem hic omitti possit. Ter positae particulae εἴτε sunt etiam in Sophoclis *Electra* v. 595 sq. ed. Herm.

Τοῦδέ γ' οὕνεκα
κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας εἴτε χρὴ κακὴν
εἴτε στόμαργον εἴτ' ἀπαιδείας πλέαν.

Interdum ratio, qua id, quod inferunt εἴτε — εἴτε particulae, aut cum antecedentibus verbis aut cum altero membro coniungendum sit, significatur appositis etiam aliis particulis, veluti ἄρα, ἄρ' οὖν, δή, καί, οὖν, quae aut in priore membro accedunt aut in altero, aut etiam in utroque.

Εἴτ' ἄρα — εἴτε.

Sic dicitur primum εἴτ' ἄρα — εἴτε, uti in Thucydidis lib. VI. cap. 60. Ἐνταῦθα ἀναπείθεται εἷς τῶν δεδεμένων, ὅσπερ ἐδόκει αἰτιώτατος εἶναι, ὑπὸ τῶν ξυνδεσμωτῶν τινὸς εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα μηνῦσαι εἴτε καὶ οὔ. et in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 3. §. 29. Ἀκούσας δὲ ὁ Κῦρος — ἤγετο δὲ τὸ λοιπόν, ὅποι καὶ αὐτὸς πορεύοιτο, εἴτ' ἄρα χρήσιμόν τι νομίζων αὐτὸν εἶναι εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον οὕτως ἡγούμενος.

Εἴτε — εἴτ' ἄρα.

aut ponitur ἄρα in altero tertiove membro, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 270 sqq.

Ἔλθετε δῆτ' ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν,
εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε,
εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵστατε νύμφαις,
εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύτεσθε προχοῖσιν,
ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ', ἢ σκόπελον νιφόεντα Μίμαντος.

Εἴτε — εἴτ' ἄρ' οὖν.

quibus in locis interdum etiam οὖν ad ἄρα particulam adiunctum est, veluti in *Philocteta* Sophoclis v. 245. dicitur:

Λέγοντες εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην.

In his locis quam vim habeat ἄρα particula explicatum est supra p. 178 sq.

Εἴτε δή — εἴτε.

Etiam δή particula et priore loco et altero adiungitur ad εἴτε particulas, et εἴτε δή — εἴτε legitur apud Herodotum lib. I. cap. 86. Ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δὴ εἴτε καὶ εὐχὴν ἐπιτελέσαι θέλων εἴτε καὶ πυθόμενος κτἑ. cl. cap. 19. Πέμπω ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τευ εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε κτἑ. De εἴτε — εἴτε δή autem conferatur Platonis lib. VI. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 291. ed. Bekk. p. 493. D. ed. H. Steph. Ἦ οὖν τι τούτου δοκεῖ διαφέρειν ὁ τὴν τῶν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ξυνιόντων ὀργὴν καὶ ἡδονὰς κατανενοηκέναι σοφίαν ἡγούμενος εἴτ' ἐν γραφικῇ εἴτ' ἐν μουσικῇ εἴτε δὴ ἐν πολιτικῇ. De quibus locis conferatur quae in particula δή p. 407. et p. 419. a nobis explicata sunt.

Εἴτε — εἴτε καί.

Porro, uti dixi, καί particula ad εἴτε particulas adiungitur, ac si semel tantum modo ea particula accedit, pene

necessario est in altero membro, quoniam id, de quo minus credibile est cogitari in tali distinctione quodque per eam ipsam particulam debet efferri, probabilius est poni potius altero loco, quam priore, veluti in Thucydidis lib IV. cap. 19. *Εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν.* cl., quem supra posuimus, Herodoti loco e lib. I. cap. 86. Saepe numero dicitur etiam *εἴτε καὶ — εἴτε καί*, quo magis quod dicitur efferatur in utroque membro, veluti in Thucydidis lib. V. cap. 65. *Εἴτε καὶ διὰ τὸ ἐπιβόημα εἴτε καὶ αὐτῷ ἄλλο τι ἢ κατὰ τὸ αὐτὸ δόξαν.* cf. quos supra posui Thucyd. lib. VI. cap. 60. et Xenophontis e *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 3. §. 29. et Polybii lib. V. cap. 47. §. 4. *Εἴτε καὶ στρατηγήματος χάριν εἴτε καὶ διαπιστήσας ταῖς δυνάμεσι.* Εἴτε καὶ — εἴτε καί.

Omnium fere saepissume particula *οὖν* adiuncta est ad *εἴτε* particulas, sive in priore membro, sive in altero, sive etiam in utroque. Et *εἴτ᾽ οὖν — εἴτε* quidem connectit, quod ponitur, cum antecedentibus verbis, veluti in Platonis *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 110. ed. Bekk. p. 27. C. ed. H. Steph. *Οὐκοῦν δαιμόνια μὲν φῂς με καὶ νομίζειν καὶ διδάσκειν, εἴτ᾽ οὖν καινὰ εἴτε παλαιά.* et in Aeschyli *Agamemnone* v. 477. ed. Well. Εἴτ᾽ οὖν — εἴτε.

Εἴτ᾽ οὖν ἀληθεῖς εἴτ᾽ ὀνειράτων δίκην.

et in eadem fabula v. 817 sq.

Εἴτ᾽ οὖν θανόντος εἴτε καὶ ζῶντος πέρι λέγω.

et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1049.

Εἴτ᾽ οὖν ἐπ᾽ ἀγρῶν εἴτε κἀνθάδ᾽ εἰσιδών.

et in eiusdem *Electra* v. 550. Εἴτ᾽ οὖν — εἴτε μή.

εἴτ᾽ οὖν δικαίως εἴτε μή.

cl. Euripidis Heraclidarum v. 149. ed. Matth.

εἴτ᾽ οὖν εἴτε μὴ γενήσεται.

Locum, ubi *οὖν* tantum modo in altero membro post *εἴτε* habeatur, non adnotatum habeo, quamquam caussa ipsa etiam hanc particulae collocationem concedit et similis ratio est loci Euripidei ex *Alcestide* v. 140., ubi haec leguntur: Εἴτε — εἴτ᾽ οὖν.

Εἰ δ᾽ ἐστὶν ἔμψυχος γυνή,
εἴτ᾽ οὖν ὄλωλεν εἰδέναι βουλοίμεθ᾽ ἄν.

Εἴτ' οὖν — εἴτ' οὖν

Saepe vero in utroque membro οὖν particula adiuncta legitur, quo magis ratiocinatio, quae in οὖν particula continetur, appareat, veluti in Platonis *Defensione Socratis* Part. I vol. I. p. 126. ed. Bekk. p. 34. C. ed. H. Steph. εἴτ' οὖν ἀληθὴς εἴτ' οὖν ψεῦδος. et in Aeschyli *Choephoris* v. 681 sq.

Εἴτ' οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων,
εἴτ' οὖν μέτοικον, εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον,
θάπτειν κτἑ.

Εἰ — εἴτε.

Sed hae fere legitumae formulae sunt in his particulis, neque tamen abhorret ab ipsa natura harum particularum, si quando in priore membro εἰ simplex ponitur, in altero εἴτε, veluti in Aeschyli *Choephoris* v. 766.

Εἰ ξὺν λοχίταις εἴτε καὶ μονοστιβῆ;

et in eiusdem *Eumenidibus* v. 612 sq.

Ἀλλ' εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
δοκεῖ τόδ' αἷμα, κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.

et paullo ante in eadem fabula v. 468.

Σύ τ', εἰ δικαίως εἴτε μή, κρῖνον δίκην.

aut in Sophoclis *Oedipo rege* v. 92 sq.

Εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.

Cf. locum, quem modo ex Euripidis *Alcestide* v. 140. posui, et eiusdem Euripidis *Iphigeniam, quae est Aulide*, v. 784 sqq. ed. Matth., ubi primum εἰ δὴ —, dein εἴτε ponitur. Sed tamen hanc rationem non fere inveni nisi apud poetas, praeter quam quod huc pertinere videatur ille locus Xenophontis, qui legitur in eius *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 1. §. 7. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀνδρῶν προσδεῖ ἡμῖν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἴτε καὶ μή, αὖθις συμβουλευσόμεθα. et alter eiusdem scriptoris, qui est in *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 4. §. 20. ed. Krüg. Εἴ τι οὖν ἡμῶν τινὰ αἰτιᾷ, πάρεσμέν σοι ἡμεῖς· εἴτε καὶ ἄλλον τινά, φράσον., ubi fuerunt qui scribere vellent: Εἴτε οὖν ἡμῶν τινὰ αἰτιᾷ., quod necessarium non esse facile intellegitur.

Εἴτε non praecedente alia particula.

Frequenter Graeci etiam prius membrum sine ulla particula posuerunt, ut deinceps εἴτε inferrent, quem ad modum dicitur in Aeschyli *Agamemnone* v. 1376. ed. Well

Σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε ψέγειν θέλεις,
ὅμοιον.

et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 516.

λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν εἰς βλάβην φέρον.

et in eiusdem poetae *Trachiniis* v. 235.

Ποῦ γῆς; πατρῴας εἴτε βαρβάρου λέγε.,

uti Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 547. recte eum locum distinxisse videtur, et in fragmento Euripidis (103. ed. Dind.), quod servavit Clem. Alex. *stromat.* lib. V. p. 581. E.

Σοὶ τῷ πάντων μεδέοντι χοὴν
πέλανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἅιδης
ὀνομαζόμενος στέργεις.

Neque poetae solum ita locuti sunt, verum etiam scriptores orationis solutae, cuius rei testis laudatur Plato in *Sophista* Part. II. vol. II. p. 143. ed. Bekk. p. 224. E. ed. H. Steph. *καπηλικὸν εἴτε αὐτοπωλικόν*. Eodemque modo etiam Latini duas condicionis partes posuerunt, veluti Horatius in *Satirarum* lib. II. serm. 8. v. 16.

Hic herus: Albanum, Maecenas, sive Falernum
Te magis appositis delectat, habemus utrumque.

Cf. G. Hermannus ad Vigerum p. 834. ed. tert. Heindorf. ad Platonis *Sophistam* 21. l. l. eundemque ad Horatii *Satiras* lib. II. serm. 5. v. 10. p. 359.

Praeterea non semel inter se oppositae sunt particulae *εἴτε — ἤ, εἴτε — εἴτε — ἤ*, aut etiam *ἤ — εἴτε*, quod per *ἀνακολουθίαν* dicitur, in quam rem comparari poterit de *εἴτε — ἤ* Platonis *Phaedrus* Part. I. vol. I. p. 102. ed. Bekk. p. 277. D. ed. H. Steph. *Ὡς εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει, ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, νόμους τιθείς, σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, καὶ μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν, οὕτω μὲν ὄνειδος τῷ γράφοντι, εἴτε τίς φησιν εἴτε μή.* Εἴτε — ἤ. et eiusdem Platonis *leges* Part. III. vol. II. p. 395. ed. Bekk. p. 759. D. ed. H. Steph. *Ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις, εἴτε που θεοὶ ἢ παῖδες θεῶν αὐτὴν οἰκοῦσι, πλείους ἑνός, οὕτω διαζῶντες εὐφραινόμενοι κατοικοῦσιν.* et Aristophanis *Acharnensium* v. 569 sq.

Εἴτε τις ἔστι ταξίαρχός τις ἢ
τειχομάχας ἀνήρ, βοηθησάτω

et Aristotelis *historia animalium* lib. VII. cap. 7. *Πάντα δὲ καὶ πλωτὰ καὶ πεζὰ καὶ πτηνά, εἴτε ζωοτοκεῖται ἢ ᾠοτοκεῖται, ὁμοίως γίγνεται.* et Luciani *Hermotimus* §. 38. *Εἴτε φιάλη τις ἢ σκύφος ἢ στέφανος.* Saepe etiam

Εἴτε—εἴτε, ἤ. bis terve primum ponitur εἴτε, et tum demum ἢ infertur, veluti in Euripidis *Hippolyto* v. 140 sqq.

Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα,
εἴτ' ἐκ Πανὸς εἴθ' Ἑκάτας,
ἢ σεμνῶν Κορυβάντων
ἢ ματρὸς ὀρείας φοιτᾷς.,

quibus in verbis tamen aequabilitas quaedam orationis conquisita videtur. Cf. Aristophanis locum, quem supra p. 534. posui ex *Nubibus* v. 270 sqq. et Cassii Dionis lib. LXXIX. cap. 1. εἴτε Ψευδαντωνῖνος εἴτε καὶ Ἀσσύριος ἢ καὶ Σαρδανάπαλος. et Diodori Siculi lib. XIX. cap. 107. Εἴτε καὶ κατ' ἀλήθειαν αὐτῶν διανοηθέντων τι πρᾶξαι τοιοῦτον εἴτε καὶ ψευδέσι διαβολαῖς φυγάδων πεισθεὶς ἢ καὶ νὴ Δία χρημάτων βουλόμενος εὐπορῆσαι.

ἢ—εἴτε. Etiam ἢ — εἴτε aliquando dictum est, uti in Euripidis *Alcestidos* v. 114 sqq.

ἢ Λυκίας
εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνύδρους
Ἀμμωνίδας ἕδρας.

cf. Sophoclis *Aiacem* v. 176.

ἤδα κλυτῶν ἐνάρων
ψευσθεῖσα δώροις εἴτ' ἐλαφηβολίαις.,

ad quem locum vide quae interpretes adnotarunt.

Haec fere fuerunt quae de harum particularum constructione adnotarem. Nam quae restant aut plane singularia sunt et posteriorum quidem scriptorum, aut falsa huc relata sunt. Nam quod verbi caussa Hartungius adnotavit vol. II. p. 210. Platonem in *Apologia* p. 40. D. ed. H. Steph. dixisse: καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν ..... εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαι., ut εἴτε — εἰ δὲ particulae inter se respondere viderentur, in eo loco, si recte rem reputamus, nihil aliud possumus agnoscere nisi hoc, interdum Graecos ab inchoata constructione etiam in εἴτε particula recessisse. Neque enim εἰ δ' αὖ particulae in illo loco referuntur ad εἴτε δή, sed quom Plato paullo uberius, quod priore membro declarare voluit, declarasset, demum sic illam sententiam concludit: Εἰ οὖν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε λέγω· καὶ γὰρ οὐδὲν πλείων ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι ἢ μία νύξ. Quibus verbis positis dein ita pergit philosophus: Εἰ δ' αὖ ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε ὡς ἄλλον τόπον καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσὶν ἅπαντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί; qua in oratione apparet Platonem ad verba εἰ οὖν

potius, quam ad priora εἶτε δή, quorum plane oblitus fuisse videtur, respexisse.

Εἶτα.

Ad p. 77. Notam significationem εἶτα particulae dicit Devarius p. 77., si ad seriem rerum atque ordinem temporis declarandum adhibetur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 5. §. 10. Διφθέρας, ἃς εἶχον σκεπάσματα, ἐπίμπλασαν χόρτου κούφου, εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων, ὡς μὴ ἅπτεσθαι τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ. et ibidem cap. 3. §. 2. Καὶ πρῶτον μὲν ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἑστώς, οἱ δὲ ὁρῶντες ἐθαύμαζον καὶ ἐσιώπων, εἶτα ἔλεξε τοιάδε. In quo dicendi genere hoc unum observandum videtur, modo εἶτα omissa δὲ particula poni, modo adiecta, hoc uno discrimine, quod εἶτα simplex ordinem ac seriem tantum modo indicat, εἶτα δὲ quandam oppositionis significationem in se continet, uti ibidem cap. 6. §. 10. dicitur: Μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ, ἅπαντες ἀναστάντες καὶ οἱ συγγενεῖς· εἶτα δὲ ἐξῆγον αὐτὸν οἷ προσετάχθη., quo in loco si δὲ omitteretur, ordo tantummodo significaretur: nunc autem etiam res inter se oppositae sunt, cf. ibidem lib. II. cap. 4. §. 22. et lib. V. cap. 4. §. 16. Καὶ ἐδίωκον μέχρι οὗ εἶδον τοὺς Ἕλληνας βοηθοῦντας, εἶτα δὲ ἀποτραπόμενοι ᾤχοντο. Et in omittenda et adiicienda particula δὲ plerumque libri fluctuant, ut in singulis locis sententia potius quam sola librorum auctoritas spectanda sit. *Εἶτα.*

Ad p. 78, v. 8. Recte de εἶτα particula, quae post participia abundare videtur comparavit G. Hermannus ad Vigerum p. 772. ed. tert. Virgilii *Aeneidos* lib. II. v. 391. *Εἶτα post participia.*

> *Sic fatus, deinde comantem*
> *Androgei galeam, clipeique insigne decorum*
> *Induitur.*

adde de Latinis Terentii *Andriam* act. III. sc. 3. v. 26 sqq.

> *Spero consuetudine et*
> *coniugio liberali devinctum, Chreme,*
> *dein facile ex illis sese emersurum malis.*

De Graecis autem Platonis *Convivium* Part. II. vol. II. p. 422. ed. Bekk. p. 200. A. ed. H. Steph. Πότερον ἔχων αὐτό, οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ ἢ οὐκ ἔχων; Sed explicandi etiam illi loci sunt, ubi non praemissum est participium, sed postpositum εἶτα par- *Εἶτα sequente participio.*

ticulae, qui loci etsi ipsa constructione simillumi inter se esse videntur, tamen alio quodam modo explicandi sunt. Nam praemisso participio in εἶτα particula respicitur ad id ipsum, quod participio erat significatum: sin autem postponitur particula εἶτα magis per se stat et deinde, quod participio exprimitur, tantum modo explicationis loco est, uti in Aristophanis *Pluto* v. 78 sq. primum dicit Plutus:

Ἐγὼ γάρ εἰμι Πλοῦτος.

respondet Chremylus:

Ὦ μιαρώτατε
ἀνδρῶν ἁπάντων εἶτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὤν;

quo in loco etiam si verba Πλοῦτος ὤν non essent adiuncta, tamen quid sibi vellet εἶτα particula constaret, quod in ea particula respicitur ad ea verba, quae modo dixerat Plutus:

Ἐγὼ γάρ εἰμι Πλοῦτος.

sed quo magis ea res, ad quam respicitur in ista particula, efferatur, repetitur ea ipsa ratio per istud participium: Πλοῦτος ὤν. Eodem modo etiam ille Isocratis locus explicandus est, quem Devarius ex *Panegyrico* §. 113. ed. Bekk. posuit p. 77. Nam etiam ibi εἶτα per se magis ad priora pertinet, participia autem explicationis caussa adiuncta sunt. Id adeo optume intellegi potest ex iis locis, qui apud Latinos scriptores in hoc quoque genere leguntur, veluti quod in M. Tullii *Disputationibus Tusculanis* lib. I. cap. 29. §. 71. e libris optumis nuper reposui: *His et talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non a superbia: et supremo vitae die de hoc ipso multa disseruit, et paucis ante diebus quom facile posset educi e custodia noluit et tum pene in manu iam mortiferum illud tenens poculum locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur escendere.*, quo in loco *tum* etiam non adpositis istis participiis intellegi posset, quod iam in verbis antecedentibus res significata erat, sed quo magis ea ipsa caussa appareret, explicationis ergo, ut in Graecis locis multis, adiecta participia sunt, quasi dicas: εἶτα — ἔχων. Nec aliter se res habet in altero loco, quem e libris manu scriptis nuper emendavi, qui legitur in Ciceronis *Laelio* cap. 15. §. 53. *Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum exsulantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset.*, quo in loco *tum* recte sine participio

intellegi potest, quod respondeat voci, quae sequatur: *cum iam neutris gratiam referre posset.* Quod autem adiectum est etiam participium *exsulantem*, id rem ipsam accuratius etiam designat, quasi Graece dicas: εἶτα ἀποδημοῦντα κτἑ. Cicero enim quom aut hoc dicere posset: *Quod Tarquinium dixisse ferunt exsulantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos.*, aut etiam illud: *Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset.*, utrumque coniunxit, ut et exsilii mentionem faceret et accuratam temporis descriptionem per particulas *tum* — *cum* adiungeret, vide quae ego ad Ciceronis *Disput. Tuscul.* adnotavi p. 94 sq.

Praeterea εἶτα etiam consociatur cum aliis quibusdam particulis, ut tamen etiam sic difficilem explicatum non habeat, et de εἶτα δὲ observavimus iam supra p. 539.

Tum dicitur etiam εἶτα δῆτα, quod est fere *tum videlicet, tum scilicet*, veluti in Aristophanis *Vespis* v. 440. Εἶτα δῆτα, ἔπειτα δῆτα

Εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;

a quo non alienum est ἔπειτα δῆτα, quod dicitur eodem modo, uti in Aristophanis *Avium* v. 911.

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;

et in Euripidis *Alcestidos* v. 838 sq. ed. Matth.

Θερ. Γυνὴ μὲν οὖν ὄλωλεν Ἀδμήτου, ξένε.
Ἡρακλ. Τί φῄς; ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε;

Deinde dicitur saepe numero praeposita καὶ particula καὶ εἶτα vel potius per crasin κᾆτα., quod si dicitur effertur simul illa duarum rerum coniunctio, quam indicat καὶ particula, veluti in Euripidis *Phoenissis* v. 598. ed. Herm. dicitur: Κᾆτα.

Κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;

quibus in verbis etsi eodem iure simpliciter εἶτα dici potuit, tamen aptius est superiora ita respici, ut simul Eteocles istarum rerum coniunctionem miretur etiam significantius. Tum in Sophoclis *Philocteta* v. 83 sqq. dicitur eodem modo:

Νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτόν, κᾆτα τὸν λοιπὸν χρόνον
κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

Atque sic etiam κᾆτα — δῆτα dictum est, veluti in Euripidis *Andromacha* v. 1248 sq ed. Herm. Κᾆτα — δῆτα.

Κἆτ' οὐ γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεών,
δοῦναί τ' ἐς ἐσθλούς, ὅστις εὖ βουλεύεται.,

quo in loco δῆτα tamen singularem, quae praecedit, vocem effert, non εἶτα particulam.

De forma ipsa hoc commemoro, cum olim fere scriberetur semper κᾆτα ι subscripto, nunc criticos meliores potius ex praecepto Apollonii *de adverb.* p. 497, 19. solere scribere κἆτα, qua de re recte indicavit Fr. Ellendtus in *Lexic. Sophocleo* vol. I. p. 898. Etiam G. Hermannus nuper in Euripidis *Phoen.* l. 14 κἆτα edendum curavit.

Ἐπεί.

Εἰ et ἐπεὶ quo modo inter se differant.

Ἐπεὶ particula, si eius originem ac naturam spectamus, ita differt ab εἰ particula, quem ad modum εἶτα et ἔπειτα inter se differunt. Nam si εἶτα simpliciter condicionem monstrat, qua posita aliquid fieri dicitur, ἔπειτα contra ipsum quoque eandem condicionem, sed una tamen etiam consecutionem ac posterius tempus, quo alterum fiat, indicat. Quod idem fit in ἐπεὶ particula. Εἰ enim ponit simpliciter aliquam condicionem, qua posita aliquid fiat, ἐπεὶ autem praeter istam positionem etiam posterius tempus indicat. Hinc factum est, ut cum εἰ simplex potius futurum tempus spectet, et nunquam de re quasi vere facta adfirmet, ἐπεὶ contra non pertineat nisi ad praeteritum tempus et ad rem factam. Quam ob rem alterum significat *wann* sive, ut nunc loquimur, *wenn, si,* alterum *wannenhero* aut, ut nunc loquimur, *nachdem, postquam.* Neque ego reprehenderim Devarium, quod caussalem significationem priorem posuit quam temporalem. Ita enim cognatae sunt hae duae particulae significationes, ut pene nescias utram antiquiorem dicas. Et proprietatem sermonis Graeci in hac particula ita explicavit Devarius, ut quae ego addenda habeam, ea potius ad constructionem grammaticam quam ad ipsum particulae usum explicandum pertineant.

Ἐπεὶ i. q. εἰ δὲ μή, εἰ δέ.

Nam quod vituperaverunt quidam Devarium, quod p. 80. ἐπεὶ interdum εἰ δὲ μή, interdum εἰ δὲ significare dixisset, id apparet illum non fecisse nisi sententiae explicandae caussa. Illud enim pro certo adfirmaverim ipsum auctorem nostrum ἐπεὶ non aliter intellexisse atque omnes reliquos grammaticos, ut esset *quando quidem.* Exemplis a Devario excitatis haec addi poterunt et de interrogatione quidem Sophoclis *Trachiniarum* v. 137 sqq.

Ἐπεὶ cum interrogatione.

Ἆ καὶ σὲ τὰν ἄνασσαν Ἐλπίσιν λέγω
τάδ' αἰὲν ἴσχειν· ἐπεὶ τίς ὧδε
τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;

et Aeschyli *Choeph.* v. 214.

Ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;

Sed saepe est etiam alia interrogationis forma, veluti in Platonis *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 374. ed. Bekk. p. 12. ed. H. Steph. haec dicuntur: *Ἀλλ' ἵνα γε αἰδώς, ἔνθα καὶ δέος εἶναι· ἐπεὶ ἔστιν ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ αἰσχυνόμενος οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας;* aut in eiusdem Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 60. ed Bekk. p. 474. B. ed. H. Steph., ubi postquam Socrates dixit: *Ἐγὼ γὰρ δὴ οἶμαι καὶ ἐμὲ καὶ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην τοῦ διδόναι.*, respondet Polus: *Ἐγὼ δέ γε οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα; ἐπεὶ σὺ δέξαι ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν;*

De imperativo adde Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 973. et *Electram* v. 344., ubi *ἐπεὶ δίδαξον κτἕ.* legitur., et Platonis *Euthydemum* Part. II. vol. I. p. 424. ed. Bekk. p. 287. ed. H. Steph. *Τὸ γὰρ οὐκ ἔχω ὅ, τι χρῶμαι τί ποτε λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ἢ δῆλον ὅτι ὡς οὐκ ἔχω ἐξελέγξαι αὐτόν; ἐπεὶ εἰπὲ τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ οὐκ ἔχω ὅ, τι χρήσωμαι τοῖς λόγοις; Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι· ἐπεὶ ἀπόκριναι.* **Ἐπεὶ cum imperativo.**

Saepe etiam cum futuro *ἐπεὶ* positum est, veluti in Luciani *Iove tragoedo* §. 43. dicitur: *Σιώπησον, ὦ ἄριστε, περὶ τῶν χρησμῶν, ἐπεὶ ἐρήσομαί σε, τίνος αὐτῶν μάλιστα μεμνῆσθαι ἀξιοῖς;* aut in *dialogo mortuorum* X. §. 7. *Οὐ γυμνόν, ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον, ὥστε ἀπόδυθι αὐτάς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον.*, aut cum optativo et *ἂν* particula, uti in Platonis *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 367. ed. Bekk. p. 9. B. ed. H. Steph. *Ἀλλ' ἴσως οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐστίν, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πάνυ γε σαφῶς ἔχοιμι ἂν ἐπιδεῖξαί σοι.*, aut etiam cum *ἂν* et praeterito, quem ad modum in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 31. *Μὰ Δία, ἔφη, οὐ γὰρ φιλόπονός ἐστιν· ἐπεὶ ἤρκει ἂν αὐτῷ, εἰ ἐμὲ ἤθελε φιλεῖν, τοῦτο ἀντὶ πάντων γυμνασίων.* vel in Platonis libro III. *legg.* Part. III. vol. II. p. 297. ed. Bekk. p. 686. B. ed. H. Steph. *Καὶ τοῦτο δὴ πρὸς τὰ δύο μέρη πολεμοῦν οὐ πώποτε πέπαυται μέχρι τοῦ νῦν· ἐπεὶ γενομένη γε ἡ τότε διάνοια*

Ἐπεὶ cum futuro.

Ἐπεὶ cum ἂν et optativo.

Ἐπεὶ cum ἂν et praeterito.

καὶ ξυμφωνήσασα εἰς ἓν ἀνυπόστατον ἄν τινα δύναμιν ἔσχε κατὰ πόλεμον.

'Ἐπεὶ ex quo. Sed haec hactenus de caussali particulae significatione. Restat ut de ἐπεὶ temporali eiusque constructione dicamus. Id saepe etiam *ex quo* reddi potest, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 15 sqq.

> Ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
> ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον
> οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον οὔτ' ἀτωμένη.

et in *Medea* Euripidis v. 24.

> Κεῖται δ' ἄσιτος σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι
> τὸν πάντα συντήκουσα δακρύοις χρόνον,
> ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ᾔσθετ' ἠδικημένη κτέ.

Sed haec difficilia non sunt, et quom revera haec significationes non multum aut nihil omnino inter se differant, in singulis locis facile res indicari poterit. De constructione autem hoc adnotandum videtur, natura sua ἐπεὶ temporalem particulam plerumque cum indicativo iunctam esse, sed iisdem tamen legibus, quas accuratius enucleavimus in εἰ particula supra p. 491 sqq., etiam cum optativo et coniunctivo et infinitivo componi potuisse.

'Ἐπεὶ cum optativo. Dicam primum de optativo, qui ponitur tum post ἐπεὶ particulam, si res non ut facta, sed ut in cogitatione posita narratur, quod fit tribus modis, aut in oratione vere obliqua aut si repetita actio significatur, aut si in communi potissumum sententia res aliqua cogitatione potius fingitur quam vere facta ponitur.

In oratione obliqua. Et de oratione quidem vere obliqua conferatur Xenophontis locus de *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 4. §. 21. *Οἱ δὲ πολέμιοι ὡς ἑώρων πονοῦντας τοὺς σφετέρους προὐκίνησαν τὸ στῖφος, ὡς παυσομένους τοῦ διωγμοῦ, ἐπεὶ σφᾶς ἴδοιεν προορμήσαντας.*, ubi optativus indicat haec ex mente aliorum dici, vel eiusdem Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. V. cap. 6. §. 30. *Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἀποροῦντας ὑμᾶς ἑώρων, τοῦτ' ἂν ἐσκόπουν ἀφ' οὗ ἂν γένοιτο ὥστε λαβόντας ὑμᾶς πόλιν τὸν μὲν βουλόμενον ἀποπλεῖν ἤδη, τὸν δὲ μὴ βουλόμενον, ἐπεὶ κτήσαιτο ἱκανὰ ὥστε καὶ τοὺς ἑαυτοῦ οἰκείους ὠφελῆσαί τι.*

'Ἐπεὶ cum optativo in repetita actione. De repetita actione vide Thucydidis lib. VIII. cap. 38. extremo: *Αἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον.* Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. I. cap. 5. §. 2. *Καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες ἂν ἕστασαν· πολὺ*

γὰρ τῶν ἵππων θᾶττον ἔτρεχον· καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ἡ ἵππος, ταὐτὸν ἐποίουν· καὶ οὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῷεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις., ad quem locum plures eiusdem scripti locos apposuit Krügerus p. 42. eaque res admodum nota est.

De ficta caussa conferatur Sophoclis vox e *Trachiniis* v. 92 sq. 'Επεὶ cum optativo in sententia communi.

> Χώρει νυν, ὦ παῖ. καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ' εὖ
> πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.,

ad quem locum rectissume mihi disputavisse videtur G. Hermannus p. 23. Eodemque modo etiam fragmentum Sophoclis de *Amphitruone*, quod legitur apud schol. ad *Oed. Colon.* v. 390.

> Ἐπεὶ δὲ βλάστοι, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
> εὔσοιαν ἀρκεῖ.,

interpretandum esse recte iam adnotarunt interpretes. Vide Aug. Matthiae *Gr. Gr. ampl.* §. 521. adnot. p. 1008. ed. alt.

Raro autem apud Atticos quidem scriptores ἐπεὶ particula non adposito ἂν cum coniunctivo composita est, quod ubi fit eodem modo, quo supra in εἰ particula vidimus p. 499 sqq., eventus rei effertur non ad experientiam revocatus, quod clare intellegi potest e duobus illis Sophoclis locis, qui huc adferri solent, ex *Antigonae* v. 1010 sqq. ed. Herm. 'Επεὶ cum coniunctivo.

> Ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον· ἀνθρώποισι γὰρ
> τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
> ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
> ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
> πεσὼν ἀκεῖται μηδ' ἀκίνητος πέλει.

et *Oedipi Colonei* v. 1227 sqq.

> Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-
> κᾷ λόγον· τὸ δ' ἐπεὶ φανῇ,
> βῆναι κεῖθεν ὅθενπερ ἥ-
> κει, πολὺ δεύτερον, ὡς τάχιστα.

In utroque enim loco apparet iam ex antecedentibus verbis quem ad modum, ut eventus efferatur, voce urgenda sit ἐπεὶ particula, quam in sententiam iure disputavit G. Hermannus. Cf. etiam Herodotum lib. VIII. cap. 22. et quae idem Hermannus explicavit *De particula* ἂν lib. II. c. 8. p. 103.

De infinitivo autem cum ἐπεὶ particula composito idem existumandum est quod de εἰ cum infinitivo coniuncto, et verbum, ut recte statuit iam Devarius p. 81, extrinsecus supplendum. Sed quos ille locos Platonis adtulit, ibi nunc 'Επεὶ cum infinitivo.

non ἐπεὶ δέ, sed ἐπειδὴ δὲ legitur, ut ii quidem loci potius ad ἐπειδὴ particulam pertineant. Sed conferri poterit Xenophontis locus de *Cyri militia* lib. V. cap. 7. §. 18. Ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐ κατέλαβον, πρὸς τοὺς Κερασουντίους ἔλεγον ὅτι θαυμάζοιεν τί ἡμῖν δόξειεν ἐλθεῖν ἐπ᾽ αὐτούς· ἐπεὶ μέντοι σφεῖς λέγειν, ἔφασαν, ὅτι οὐκ ἀπὸ κοινοῦ γένοιτο τὸ πρᾶγμα κτέ. Sed non solum ἐπεὶ temporale, verum etiam caussale eandem constructionem habet, veluti in Thucydidis lib. II. cap 93. legitur: Οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφυλάσσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν οὔτε προσδοκία οὐδεμία μὴ ἄν ποτε οἱ πολέμιοι ἐξαπιναίως οὕτως ἐπιπλεύσειαν, ἐπεὶ οὐδ᾽ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν καθ᾽ ἡσυχίαν, οὐδὲ εἰ διενοοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισθέσθαι. et in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 1. §. 13. Ἐθαύμαζε δ᾽ εἰ μὴ φανερόν ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους.

Ἐπεὶ nunquam i. q. ἔπειτα. Ceterum recte egit Devarius, quod tacuit omnino de ἐπεὶ pro ἔπειτα posito, quamquam alii olim multi grammatici in eo errore versati sunt, quem satis confutavit G. Hermannus ad Vigerum n. 241. p. 784 sq. ed. tert.

Sed iam videamus quibuscum aliis particulis ἐπεὶ particula coniungatur, in quo genere primum commemorandum est

Ἐπεὶ ἄν s. Ἐπὴν vel ἐπάν. ἐπεὶ ἄν, unde primum ἐπεάν, quae forma Herodoto Ionibusque reliquis usitata est, dein ἐπὴν et ἐπὰν natum est: quae ultumae formae ita differre putantur, quem ad modum ἢν et ἄν, ut ἐπὴν magis antiquiorum scriptorum et poetarum Atticorum proprium esse dicatur, ἐπὰν posteriorum et oratorum: quamquam etiam in hac re librorum auctoritas non ubique satis tuta est. Nam quom in Thucydidis lib. V. cap. 47. lib. VIII. cap. 58., ubi bis habetur haec particula, et in Aristophanis *Avibus* v. 1355. atque in eiusdem poetae *Lysistrata* v. 1175. et in quibusdam locis Xenophontis uno librorum consensu comprobetur ἐπήν, tamen in Euripidis *Hercule fur.* v. 1364. et in Sophoclis fragm. apud Stob. vol. I. p. 439. illa forma non est profecta nisi e coniectura, in aliis autem Xenophontis locis et in Demosthenis orat. *Olynth.* II. §. 21. ed. Bekk. p. 24. ed. Reisk. ἐπὰν omnium librorum auctoritate munitur, qua de re vide quae in novissuma editione Thesauri Stephaniani vol. III. p. 1451. C. D. adnotata sunt.

Hoc igitur ἐπὴν sive ἐπὰν apud Atticos scriptores non adeo frequenter legitur, et ipsa natura sua coniunctivum proprium modum secum habet, veluti in Thucydidis lib. VIII. cap. 58. dicitur: Ἐπὴν δὲ αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, αἵ τε Λακεδαιμονίων νῆες καὶ αἱ τῶν ξυμμάχων καὶ αἱ βασιλέως κοινῇ τὸν πόλεμον πολεμούντων καθ' ὅ, τι ἂν Τισσαφέρνει δοκῇ καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις. aut in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 4. §. 13. Ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε ἀργυρίου μνᾶς, ἐπὰν εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι κτέ. et ibidem lib. IV. cap. 6. §. 9. Ἐμοὶ δέ γε, ἔφη ὁ Κλεάνωρ, δοκεῖ, ἐπὰν ὡς τάχιστα ἀριστήσωμεν, ἐξοπλισαμένους ὡς τάχιστα ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. 'Επὴν cum coniunctivo.

Hinc tamen non recte quis contenderit ne potuisse quidem ἐπὴν sive ἐπὰν ab Atticis scriptoribus cum optativo aut indicativo componi per sese. Nam in oratione quidem obliqua, si quis vellet alterius cogitationem accurate declarare, poterat etiam hanc particulam cum optativo construere, qua in re praeiverat Homerus, veluti in *Iliados* lib. XIX. v. 205 sqq. 'Επὴν cum optativo.

Ἦ τ' ἂν ἔγωγε
νῦν μὲν ἀνώγοιμι πτολεμίζειν υἷας Ἀχαιῶν
νήστιας, ἀκμήνους· ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην.,

vide quae explicavit G. Hermannus ad Vigerum n. 244. p. 786 sq. ed. tert. Sed Attici tamen scriptores ad orationem obliquam hac particulae forma usi esse non videntur, quamquam id saepe in ἐπειδὰν particula fecerunt, nisi huc referre vis Luciani *Asinum* §. 37.

Etiam de indicativo adfirmare non licet, nisi recentiorum scriptorum locos spectes, veluti quos G. Dindorfius posuit in H. Stephani Thes. Gr. ling. vol. III. p. 1451. D. ed. Paris. Constant. Them. p. 4, D.: Ἐπὰν ἤρξαντο. schol. Luciani *de morte Peregrini* §. 9. Ἐπὰν γὰρ ἑάλω. vol. II. p. 484. ed. Schmied. Sed tamen rationem qua etiam ἐπὰν cum indicativo construi posset, aperuimus in ἐὰν particula, neque etiam meliorum auctorum loci plane ab hac dicendi ratione abhorrent, quibus tamen in re dubia uti nolo, veluti quem adtulit idem Dindorfius l. l. Aretaei locum p. 32. Ἐπὴν δὲ ἀπῆλθε — πάμπαν ἐξεμαίνετο., ubi ille ἀπέλθῃ scribendum praecepit, et Bionis fragm. XIII. in Gaisf. Poet. Gr. min. vol. IV. p. 244. ed. Lips. 'Επὴν s. ἐπὰν cum indicativo.

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπὴν χὠ Φοῖβος ἀείδειν
Μισθὸν ἔδωκε.,

quoniam etiam de hoc loco dubitaverunt grammatici, qua de re vide G. Hermannum ad Vigerum p. 929 sq. ed. tert. Quamquam si effertur ipsa temporis significatio, etiam ἐπὰν cum indicativo coniungi potuisse videatur, vide quae supra adnotavimus p. 456.

Ἐπεάνπερ, ἐπάνπερ. Ceterum ἐπεάνπερ, quod legitur apud Herodotum lib. III. cap. 153., et ἐπάνπερ, quod habet Tzetzes hist. 3, 979. ab Atticis scriptoribus non usurpatum inveni.

Ἐπεὶ ἄρα. De ἐπεὶ ἄρα vide quae supra in particula ἄρα p. 178 sq. disputata sunt.

Ἐπεί γε, ἐπεί γε δή. De ἐπεί γε autem et ἐπεί γε δή conferantur ea, quae a nobis in γὲ particula supra p. 307 sq. et in γὲ δὴ particulis p. 339. explicata sunt, et adde Sophoclis *Antigonae* v. 914.

Ἐπεί γε μὲν δή. De ἐπεί γε μὲν δὴ vide p. 342.

De ἐπεί γε μέντοι vide p. 342. et adde Aeschyli *Persarum* v. 386.

Ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα
πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν κτέ.

Ἐπεὶ δέ. De ἐπεὶ δέ, quod omnium frequentissume habetur in Atticorum libris non est quod dicam hoc loco, quoniam eae particulae suam quaeque vim immutatam obtinent.

Ἐπεὶ δή. Ἐπεὶ δή, autem primum eodem modo, quo εἰ δή, de quo vide supra p. 407 sq., dictum est, deinceps ex ἐπεὶ δή, ut Latinorum *quoniam* ex *quom iam*, una facta est particula ἐπειδή, de qua separatim dixit Devarius p. 80. 82.

Sed etiam Attici scriptores in quibusdam formulis obtinuerunt utramque formam separatam, veluti in ἐπεί γε δή, quod differt ab ἐπειδή γε, qua de re vide supra p. 329. et rursus p. 411., et in ἐπεὶ δὲ δή, quod legitur verbi caussa in Platonis *Lachete* Part. I. vol. I. p. 261. ed. Bekk. p. 183. E. ed. H. Steph. Ἐπεὶ δὲ δὴ παρημείβετο ἡ ναῦς τὴν ναῦν καὶ ἐπέσπα αὐτὸν τοῦ δόρατος ἐχόμενον, κατηφίει τὸ δόρυ διὰ τῆς χειρὸς κτέ. Sic enim edidit I. Bekkerus e libris optumis pro volgato ἐπειδὴ δέ. Adde *Theag*. Part. III. vol. III. p. 271. Bekk. p. 126. C. ed. H. Steph. Ἐπεὶ δὲ δὴ τὰ πολιτικὰ βούλει σοφὸς γενέσθαι, οἴει παρ' ἄλλους τινὰς ἀφικόμενος σοφὸς ἔσεσθαι κτέ. Id ita differt ab ἐπειδὴ δέ, quem ad modum in Latino sermone *postea vero quam* et *postquam vero* inter se differunt.

Ἐπειδή.

Ἐπειδή, quod non differt ab ἐπεί, nisi quod adiuncta est δή particula rem ad temporalem illam adfirmationem revocans, quam supra vidimus contineri in δή particula, easdem etiam constructiones admittit, quas illa particula. Itaque quom ἐπειδή fere, sive temporali vi dicitur sive caussali, cum indicativo componeretur, factum est, ut eadem lege, qua εἰ, ἐπεί, ὅτε similesque particulae etiam cum optativo construeretur, si res ad cogitationem revocaretur: quod fit in oratione aut vere obliqua aut in qua res tamen ad alius cogitationem refertur, veluti si repetitio actionis eo modo indicatur. De oratione obliqua conferatur Xenophontis *Militia Cyri* lib. III. cap. 5. §. 18. *Καὶ παρήγγειλαν, ἐπειδὴ δειπνήσειαν, συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι κτἑ.* De repetita actione vide Thucydidis lib. I. cap. 49. *Ἐπειδὴ γὰρ προσβάλλοιεν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο ὑπό τε πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν κτἑ.* et lib. II. cap. 10. *Ἐπειδὴ δὲ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο κατὰ τὸν χρόνον τὸν εἰρημένον, ξυνῄεσαν τὰ δύο μέρη ὑπὸ πόλεως ἑκάστης ἐς τὸν ἰσθμόν.* et Platonis *Phaedonem* Part. II. vol. III. p. 7. ed. Bekk. p. 59. D. ed. H. Steph. *Περιεμένομεν οὖν ἑκάστοτε ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, διατρίβοντες μετ' ἀλλήλων. ἀνεῴγνυτο γὰρ οὐ πρῴ. ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη, εἰσῄμεν παρὰ τὸν Σωκράτη καὶ τὰ πολλὰ διημερεύομεν μετ' αὐτοῦ.* Is autem optativus quem ad modum ipse quoque ad cogitationem alterius revocandus sit, alio loco a nobis explicatum est. Magis orationis obliquae vis ac potestas apparet in illis locis, ubi quoniam finalis particula, cogitationem alterius significans, dominatur in oratione, etiam ἐπειδή adsumpsit optativum, veluti in Platonis libro VIII. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 423. ed. Bekk. p. 569. A. ed. H. Steph. *Οὔτε τοῦτον αὐτὸν ἕνεκα ἐγέννησέ τε καὶ κατέστησεν ἵνα ἐπειδὴ μέγας γένοιτο, τότε αὐτὸς δουλεύων τοῖς αὑτοῦ δούλοις τρέφοι ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς δούλους κτἑ.* aut in Thucydidis lib. VII. cap. 80. *Καὶ ἐσβάντες ἐς τὴν ὁδὸν τὴν Ἐλωρινὴν καλουμένην ἐπορεύοντο ὅπως ἐπειδὴ γένοιντο ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας.* Ἐπειδή. Ἐπειδὴ cum optativo.

Si quando ἐπειδή cum infinitivo compositum est, necessario e reliqua oratione suppletur verbum, vide quae exempla posuit Devarius p. 81. et quae supra p. 546. disputavimus ipsi.

'Επειδὴ ἂν sive ἐπειδάν.

Etiam ἐπειδὴ alias particulas appositas habet, ac primum quidem dictum est ἐπειδὴ ἄν, hinc factum apud Atticos scriptores ἐπειδάν, quod quom ipsa natura sua coniunctivum potissumum adsciscat, qua de re exempla adferenda non sunt, tamen etiam cum optativo coniunctum est, ubi is propter orationem obliquam vicem gerit coniunctivi, qua de re quom etiam nunc dubitetur a grammaticis quibusdam, paullo iam copiosius nobis explicandum est. Et rationem quidem ipsam iam explicavimus supra in ἐὰν particula p. 457 sqq. vide etiam G. Hermannum *De particula* ἂν lib. III. cap. 4. p. 147 sqq. De usu autem loci satis multi testari possunt et de oratione quidem vere obliqua primus testis prodeat Demosthenes, qui in oratione *contra Onetorem* prima §. 6. ed. Bekk. p. 865, 25. ed. Reisk. haec habet: *Ὥστ' ἐκ τῶν γιγνομένων οὐκ ἔσθ' ὅστις οὐχ ἡγεῖτο τῶν εἰδότων δίκην με λήψεσθαι παρ' αὐτῶν, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην.*, quo in loco et libri omnes consentiunt et res ipsa obscura non est, ut mirer Dobraeum in *Advers.* vol. I. p. 493. inutilem coniecturam fecisse, ἐπειδὴ pro ἐπειδὰν scribendum esse, magis etiam mirer eam coniecturam quasi unice veram comprobatam esse in editione novissuma Thesauri Stephaniani vol. III. p. 1453. D. Id adeo etiam ibi fit, ut ἐπειδὰν cum optativo coniungatur, ubi oratio quidem vere obliqua non est, sed ita tamen comparata res est, ut ad cogitationem verbi modus revocari possit, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 11., ubi non pauci libri, sed plerique omnes scriptum exhibent: *Εἶθ' ὁπόταν ἥκοι ἐπὶ τὸ δεῖπνον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι λοῦεται· ἐπειδὰν δὲ πάνυ σπουδάζοι φαγεῖν, εἴποιμ' ἄν, ὅτι παρὰ ταῖς γυναιξίν ἐστιν.*, quod est ad illum locum aptissumum. Res enim in cogitatione ponitur, ut repetita actio indicetur. Neque ego ullam video caussam cur non verum sit quod ibidem §. 18. legitur in libris, quantum sciam, omnibus: *Ὅπως οὖν μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἴης, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικόν, ἐν ᾧ ἐστι τὸ πλεῖον οἴεσθαι χρῆναι πάντων ἔχειν.*, quo in loco ob eam ipsam caussam videtur Xenophon: *ἐπειδὰν οἴκοι εἴης*, potius scripsisse, quam: *ἐπειδὰν οἴκοι ᾖς*, ut hanc condicionem separaret ab ea, quae sequitur: *ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικόν*. Hanc enim ita posuit, ut simpliciter eventum experientia comprobandum designaret, illam ad cogitationem revocavit, quo magis propriam alterius opinionem indicaret, et quasi ex alterius ratiocinatione haec poneret: *ἐπειδὰν οἴκοι εἴης*. Eodemque

'Επειδὰν cum optativo.

modo saepe etiam Lucianus optativum intulit post ἐπειδάν, ubi alius modus poni poterat, sed concinnior tamen oratio est, quod quasi ex alterius ratiocinatione res spectatur, veluti in Luciani *Lucio sive asino* §. 37. dicitur: Ἐπειδὰν δ' εἰς κώμην τινὰ προσέλθοιμεν, ἐγὼ μὲν ὁ θεοφόρητος ἱστάμην, ὁ δὲ αὐλητὴς ὅμιλος ἐφύσα ἔνθεον κτέ., quod aliquantum differt ab eo, quod dici potuit hoc loco: Ἐπειδὴ δ' εἰς κώμην τινὰ προσήλθομεν, id enim diceretur de vero facto, nunc res revocatur ad cogitationem, ut quoties reputarent se accedere ad vicum aliquem, toties illud factum esse appareret. Et sic ibidem paullo post dicitur: Ἐπειδὰν δὲ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτούς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμὰς κτέ. et ante §. 21. Ἐγὼ δὲ ἐπειδὰν ἴδοιμι τὴν γραῦν ἐξιοῦσαν τῶν ἔνδον, ἄρτον ἤσθιον. Denique ex eadem ratiocinatione, quamquam alio quodam modo, dicitur in Luciani *Parasito* §. 26. Ἐπειδὰν γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, σχολῇ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξει προφερεστάτη, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν θεραπαινίδων. Atque in his aliisque similibus Luciani locis tam certa tamque firma est omnium librorum scriptura, ut ad comprobandum hunc usum minume sit ad Byzantinos scriptores confugiendum. Et de optativo propter orationem obliquam post ἐπειδὰν illato conferri etiam poterit earum epistolarum, quae Aeschini oratori attribui solent, decuma §. 8. ed. Bekk. p. 684. ed. Reisk., ubi libri hanc scripturam exhibent: Ἐπειδὰν δὲ πολλὰς λαβὼν πληγὰς καὶ ἀπειπάμενος ἐξίοι, τὸν ποταμὸν αὐτῷ νεμεσῆσαι λέγειν, ὅτι νικήσας οὐ πατέρα ἀνηγόρευσεν αὐτόν.

Denique dubitatum est possitne ἐπειδὰν etiam cum indicativo verbi modo componi, cuius rei difficilis est quaestio. Nam etiam si supra in ἐὰν particula vidimus quibusdam in locis videri Graecos neglexisse fortuiti vim, quae est in ἂν particula adiuncta ad particulam relativam, ut idem etiam in ἐπειδὰν particula fieri potuisse videatur, tamen plerumque librorum scriptura satis certa non est apud bonos quidem scriptores, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 17. libri quidem Guelferb. Paris. A. B. uno consensu scriptum exhibent: Ἐπειδὰν δ' ἔγνω τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ ἄνομον βίαιον, σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευεν ἀεὶ τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι., tamen e facili correctione: Ἐπειδὴ δ' ἔγνω κτέ. nunc repositum est. Saepe enim propter similitudinem compendiorum ἐπειδὰν et ἐπειδὴ particulas confusas esse docuerunt Fr. C. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 808. ed. Schaef. Zeunius ad

Ἐπειδὰν num cum indicativo construatur.

Vigerum p. 404 sq. ed. Herm. tert. In Luciani autem *dialogo mortuorum* II. §. 2. recte nunc e libris optumis scriptum est: Ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζωμεν καὶ στένωμεν, pro volgata olim scriptura: Ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν καὶ στένομεν. Ne apud Palaephatum quidem 32, 16. Ἐπειδὰν μὴ παρεῖχον χρήματα, satis certa librorum scriptura est. Recentiores autem scriptores, ut ἐάν, ἐπάν, sic etiam ἐπειδὰν cum indicativo coniungere notum est.

Ἐπειδάν γε. Dictum est etiam ἐπειδάν γε, de quo vide supra p. 309.

Ἐπειδὰν τάχιστα, θᾶττον. Saepe numero porro τάχιστα vel θᾶττον etiam ad ἐπειδὰν particulam adiuncta leguntur, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 14. dicitur: ἐπειδὰν τάχιστα ἱππεύειν μάθῃς. cl. ibidem lib. V. cap 4. § 21. De ἐπειδὰν θᾶττον autem vide Platonis *Protagoram* Part. I. vol. I. p. 179. ed. Bekk 325. D. ed. H. Steph. Ἐπειδὰν θᾶττον συνιῇ τις τὰ λεγόμενα.

Ἐπειδήγε. Sed ad ἐπειδὴ revertamur, quod praeter ἂν particulam etiam alias adsumpsit, veluti γέ, qua de re vide supra p. 310., et δέ, vide p. 412.

Ἐπειδὴ καί. De ἐπειδὴ καὶ vix est quod dicamus hoc loco, quoniam καὶ suam habet vim, quae faciat ad sequens verbum, veluti in *Pluto* Aristophanis v. 1086.

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
πίνειν, συνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.

Ἐπειδὴ οὖν. Nec difficile explicatu est quem ad modum ἐπειδὴ οὖν dicatur, cum iam supra p. 418 sq. explicaverimus, quo modo δὴ οὖν particulae dicantur. Pro exemplo sit Thucydidis lib. II. cap. 20. Ἐπειδὴ οὖν αὐτῷ ἐς Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον οὐκ ἀπήντησαν κτέ.

Ἐπειδήπερ. Ἐπειδήπερ autem dicitur cum ea amplificatione, quae continetur in voce πέρ, veluti in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 238. ed. Bekk. p. 357. A. ed. H. Steph. Καὶ ἄρ' ἂν οὐ μετρητική τις, ἐπειδήπερ ὑπερβολῆς τε καὶ ἀνδρείας ἐστὶν ἡ τέχνη; cl. Thucydidis lib. VI. cap. 18.

Ἐπειδήπερ γε. Id dicitur etiam adiuncta γὲ particula ἐπειδήπερ γε, de quo vide p. 311.

Ἐπειδὴ τάχιστα, θᾶττον. Porro saepissume dicitur ἐπειδὴ τάχιστα, interdum etiam ἐπειδὴ θᾶττον, uti in Demosthenis oratione *contra Pantaenetum* §. 41. ed. Bekk. p. 978, 18. ed. Reisk. ἐπειδὴ θᾶττον ἀνείλετο τὰς παρακαταβολάς.

Ἐπεὶ οὖν et ἐπεὶ καὶ non commemoro hoc loco, quod sua cuique particulae constat vis ac potestas.

Porro ut εἴπερ, sic dictum est etiam ἐπείπερ, cum illa amplificatione notionis, quam adfert πὲρ particula, conferantur quae supra in εἴπερ particula dicta sunt et vide Aeschyli *Agamemnonem* v. 827. 'Επείπερ.

Νίκη δ' ἐπείπερ ἕσπετ', ἐμπέδως μένοι.

et Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 7. ἐπείπερ οὐ μάχονται ἐξιόντες.

Id dici etiam potuit ἐπείπερ γε, vide quae supra p. 310. explicavimus. 'Επείπερ γε.

De ἐπεί τοι ipse iam Devarius explicavit p. 81. Adde Xenophontis *Convivium* cap. 3. §. 4. Ἐπεί τοι ἀνδρεία μὲν καὶ σοφία ἔστιν ὅτε βλαβερὰ καὶ φίλοις καὶ πόλει δοκεῖ εἶναι κτἑ. Id adiuncta καὶ particula dicitur ἐπεί τοι καί, veluti in Euripidis *Medea* v. 672. ed. Matth. v. 660. ed. Elmsl. 'Επεί τοι. 'Επεί τοι καί.

Μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.

ad quem locum vide ea, quae Elmsleius adnotavit p. 189 sq. ed. Lips.

Ἔπειτα.

De prima ac vera significatione ἔπειτα particulae vide quae supra explicavimus in particula εἶτα. De eius usu autem quae difficiliora videri possint, ea ita ab ipso Devario explicata sunt, uti nihil iam aliud restare videatur nisi ut exponamus qua ratione illa particula componatur cum aliis particulis. Ac primum quidem dictum est ἔπειτά γε, si significare volumus, etiam si alio modo ac tempore minus aliquid fiat, id fieri tamen ea condicione vel temporis aut modi, quae ponitur in ἔπειτα particula, veluti in Platonis loco *de re publica* lib. VIII. Part. III. vol. I. p. 389. ed. Bekk. p. 550. E. ed. H. Steph., ubi haec habentur: Πρῶτον μὲν γὰρ δαπάνας αὐτοῖς ἐξευρίσκουσι, καὶ τοὺς νόμους ἐπὶ τοῦτο παράγουσιν, ἀπειθοῦντες αὐτοί τε καὶ γυναῖκες αὐτῶν. Εἰκός, ἔφη. Ἔπειτά γε, οἶμαι, ἄλλος ἄλλον ὁρῶν καὶ εἰς ζῆλον ἰὼν τὸ πλῆθος τοιοῦτον αὐτῶν ἀπειργάσαντο. Id ita differt ab ἔπειτα δέ, quod sic eodem fere modo, quo de priore re, adfirmaretur etiam de posteriore: nunc ἔπειτά γε dicitur, ut tum quidem certe id, quod ponitur, fieri profecto videatur. Adde qui praeterea adfertur in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. III. p. 1470. B. ed. Paris. Aristophanem in *Thesmophoriazusis* v. 556 sqq. Ἔπειτα. Ἔπειτά γε.

Μὰ Δί' οὐδέ πω τὴν μυριοστὴν μοῖραν ὧν ποιοῦμεν.
ἔπειτά γ' οὐχ εἴρηχ', ὁρᾷς, ὡς σιλεγγίδας λαβοῦσαι
ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον.

et Platonis *Theaetetum* Part. II. vol. I. p. 186., ubi ἔπειτά γέ που dicitur eodem fere modo: Ἔπειτά γε που ἐξὸν φαύλως καὶ βραχέως ἀποκρίνασθαι περιέρχεται ἀπέραντον ὁδόν.

Ἔπειτα δέ, et ἔπειτα. De ἔπειτα δὲ vix est quod dicam. Nam eodem modo, quo εἶτα δὲ et εἶτα simpliciter in plurium rerum enarratione usurpantur, sic ponitur etiam ἔπειτα δὲ et ἔπειτα simplex eo discrimine, quod vidimus in εἶτα δὲ et εἶτα. In eam rem conferri poterit Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. VI. cap. 3. (volgo 5.) §. 25. Παρηγγέλλετο δὲ τὰ μὲν δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως σημαίνοι τῇ σάλπιγγι· ἔπειτα δὲ εἰς προσβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην καὶ μηδένα δρόμῳ διώκειν. et eiusdem *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 51. Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς θεοῖς, ἔφη, ἐξαιρεῖτε ὅ, τι ἂν οἱ μάγοι ἐξηγῶνται· ἔπειτα δὲ καὶ Κυαξάρῃ ἐκλέξασθε, ὅποῖ' ἂν οἴεσθε αὐτῷ μάλιστα χαρίζεσθαι. et ibid. lib. VII. cap. 3. §. 11. Καὶ ὁ Κῦρος χρόνον μέν τινα σιωπῇ κατεδάκρυσεν. ἔπειτα δὲ ἐφθέγξατο κτέ. cum eiusdem scripti lib. VII. cap. 3. §. 1. Τοὺς δ' ἐκέλευσεν ὁπόσα παραδοίη Κροῖσος χρήματα, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἐξελεῖν ὁποῖα ἂν οἱ μάγοι ἐξηγῶνται, ἔπειτα τὰ ἄλλα χρήματα παραδεχομένους, ἐν ζυγάστροις στήσαντας ἐφ' ἁμαξῶν ἐπισκευάσαι κτέ. et *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 2. §. 27. Πρῶτα μὲν τοίνυν, ἔφη, δοκεῖ μοι κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας ἃς ἔχομεν, ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι ἂν τῇ στρατιᾷ συμφέρῃ· ἔπειτα καὶ τὰς σκηνὰς συγκατακαῦσαι κτέ.

Ἔπειτα—δέ. Id dicitur etiam ἔπειτα — δὲ interposita aliquo verbo, si singularis ista notio, quae interponitur, magis exstare debet, veluti in Aristophanis *Pace* v. 894. ed Dind.

Ἔπειτ' ἀγῶνα δ' εὐθὺς ἐξέσται ποιεῖν
ταύτην ἔχουσιν αὔριον καλὸν πάνυ.

Ἔπειτα δῆτα, et ἔπειτα–δῆτα. Porro memorabilis est particularum ἔπειτα δῆτα coniunctio, de qua significavimus aliquid in εἶτα particula, veluti in Euripidis *Alcestide* v. 838 sq., ubi postquam famulus dixit:

Γυνὴ μὲν οὖν ὄλωλεν Ἀδμήτου, ξένε.,

respondet Hercules:

Τί φής; ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε;

et quem praeterea nominavit Hartungius vol. I. p. 308. Aristophanes in *Avibus* v. 911. ed. Dind.

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;

Id dicitur etiam ἔπειτα — δῆτα interposita aliqua voce, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 917. ed. Dind.

Ἔπειτα φαίνεις δῆτα καὶ θρυαλλίδα;

et in eiusdem *Lysistrata* v. 924. ed. Dind.

Ἔπειτ' ὀμόσασα δῆτ' ἐπιορκήσω, τάλαν;

Denique proposita καὶ particula dicitur apud Atticos saepissume κἄπειτα et in simplici narratione et in interrogatione. De priore genere conferri potest Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. IV. cap. 3. §. 11. Καὶ τότε ἔλεγον ὅτι τυγχάνοιεν φρύγανα συλλέγοντες ὡς ἐπὶ πῦρ κἄπειτα κατίδοιεν ἐν τῷ πέραν ἐν ταῖς πέτραις καθηκούσαις ἐπ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν κτἑ., aut in *Medea* Euripidis v. 39 sqq. Κἄπειτα.

Ἐγῷδα τήνδε δειμαίνω τέ νιν,
μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος,
ἢ καὶ τύραννον τ..ν τε γήμαντα κτάνῃ,
κἄπειτα μείζω ξυμφορὰν λάβῃ τινά.

De interrogatione ponam Xenophontis *Disciplinae Cyri* lib. II. cap. 2. §. 31. Καί τις εἶπε· Κἄπειτα τοιοῦτον ὄντα οὐ φιλεῖς αὐτόν, ὥσπερ τοὺς συγγενεῖς; et Aristophanis *Avium* v. 963 sqq.

Κἄπειτα πῶς
ταῦτ' οὐκ ἐχρησμολόγεις σὺ πρὶν ἐμὲ τὴν πόλιν
τήνδ' οἰκίσαι;

Id dicitur etiam adiuncta δῆτα particula κἄπειτα δῆτα, veluti in eadem Aristophanis fabula v. 1217 sq. Κἄπειτα δῆτα.

Κἄπειτα δῆθ' οὕτω σιωπῇ διαπέτει
διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους;

et interposita alia voce κἄπειτα — δῆτα, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 125 sq. Κἄπειτα — δῆτα.

Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη;
κἄπειτ' ἐγὼ δῆτ' ἐνθαδὶ στραγγεύομαι;

aut in eiusdem *Lysistrata* v. 985.

Κἄπειτα δόρυ δῆθ' ὑπὸ μάλης ἥκεις ἔχων;

Postremo post κἄπειτα assimilationis lege Attici scriptores lubenter ἐπειδή, ἐπειδὰν et quae sunt similia adiunxerunt, cuius rei exempla haec posuit G. Dindorfius in H. Stephani Κἄπειτ' ἐπειδή, κἄπειτ' ἐπειδὰν κτἑ.

Thesauro Gr. linguae vol. III. p. 1471. C. Aristophanis *Ranarum* v. 561 sq.

> *Κἄπειτ' ἐπειδὴ τἀργύριον ἐπραττόμην,*
> *ἔβλεψεν εἴς με δριμὺ κἀμυκᾶτό γε.*

et eiusdem fabulae v. 132 sq.

> *Κἄπειτ' ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι*
> *εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν.*

Ἔπειτ' ἐπειδὴ κτἑ. Eodemque modo etiam simpliciter ἔπειτ' ἐπειδὴ et similia consociare soliti sunt scriptores Attici, veluti in eiusdem poetae *Vespis* v. 1322 sq. dicitur:

> *Ἔπειτ' ἐπειδὴ 'μέθυεν, οἴκαδ' ἔρχεται*
> *τύπτων ἅπαντας, ἤν τις αὐτῷ ξυντύχῃ.*

CAPUT X.

De particulis ἐξ ὧν, ἀφ' ὧν, et ἔξω, aliisque non nullis.

Ἐξ ὧν. De formula ἐξ ὧν, quam negavit ipse Devarius pertinere ad hanc disputationem, conferatur G. H. Schaeferus in *Appar. crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. V. p. 173., ubi is exemplis docet eas formulas, qualis est ἀνθ' ὧν, de qua vide quae vol. I. p. 38 sq. vol. II. p. 160. explicata sunt, δι' ὧν, ἐξ ὧν haud raro sic usurpari, ut notio pluralis relativi prorsus evanescere videatur. Quamquam semper hoc tenendum est, alio quodam modo Graecos eas formulas animo concepisse, ac si numero singulari caussam ad unam rem retulissent.

Ἔξω.

Ἔξω. Ad p. 85, 27. ut Graecum ἔξω, sic etiam Latinum *extra*, cui ad amussim respondet Graeca vox, translatum est ad internam caussam, veluti in his locis, qualis ille est Terentii e *Phormione* act. I. scaen. 2. v. 47 sqq.

> *Neque illi benevolus*
> *Neque notus neque cognatus extra unam aniculam*
> *Quisquam aderat, qui adiutaret funus: miseritum est.*

Ἔστε.

Ad p. 86, 10. Ἔστε, quod dubitari vix potest quin ex praepositione ἐς atque ὅτε particula natum sit, plane respondet Latino *usque*, et non secus ac Latina vox, pro adverbio cum ponitur plerumque cum praepositionibus coniungitur, quales sunt ἐπί, πρός, earumque similes praepositiones: quo in genere hoc unum commemoratione dignum videtur, quod dictum est etiam ἔστε ἐς, ut primam vocis originem nihil iam curasse videantur Graeci, qua de re vide Ellendtum ad Arriani *Anabasin* lib. VI. cap. 7. §. 1. Ἀλέξανδρος ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἔστε ἐς πρώτην φυλακήν. Raro autem ἔστε cum accusativo nulla interposita praepositione constructum est, veluti in Arriani *Indicis* II., 2. Παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλατταν. et in *Exped. Alex.* lib. III. cap. 4. ἀπὸ τῆς ἑσπέρας — ἔστε μέσας τὰς νύκτας. et in Inscript. apud Aug. Boeckhium vol. II. p. 571. num. 2905. D. 9. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐπ᾽ εὐθείας ἁ φάραγξ ὁρίζει ἔστε τὸν ὅρον ὃν ἐθήκαμεν· καὶ ἀπὸ τούτου παρὰ τὸν βουνὸν ἔστε καὶ τὴν φάραγγα ἐθήκαμεν ἄλλον ὅρον. et de adverbio quidem non est quod dicam hoc loco. De coniunctione autem ἔστε haec tenenda sunt: e prima et vera vi ac potestate particulae ἔστε duas ortas esse significationes, quarum una illud temporis spatium designat, usque dum aliquid fiat, altera autem id spatium temporis describit, quousque aliquid sit ac duret. Itaque modo *donec*, *usque dum* reddendum est, modo *quam diu*. Verum tamen cum ex una, ut dixi, vi ac potestate particulae duae istae significationes natae sunt neque omnino differant nisi intima loci ratione, illa particula, sive hoc sive illud designat, eandem semper recipit constructionem: eodemque modo quo ceterae particulae relativae, quales sunt εἰ, ἐπεί, ὅτε, ὁπότε, diversos verbi modos adiunctos habet. Quarum rerum interiorem rationem cum supra in εἰ particula mihi reddidisse videar, non est quod multa hic de ea re verba faciam. Ἔστε.

Ac primum quidem ἔστε utraque significatione componitur cum indicativo, si factum simpliciter ponitur, cuius rei testem Aeschylum excitarunt grammatici, qui in *Prometheo* v. 456 sqq. haec habet: Ἔστε cum indicativo.

> Ἀλλ᾽ ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
> ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
> ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις.

tum Xenophontem, qui in *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 5. §. 30. scribit: *Ὁ δὲ Κλέαρχος ἰσχυρῶς κατέτεινεν, ἔστε διεπράξατο πέντε μὲν στρατηγοὺς εἶναι, εἴκοσι δὲ λοχαγούς.* et ibidem lib. III. cap. 1. §. 28. *Τί οὐκ ἐποίησε πρέσβεις πέμπων καὶ σπονδὰς αἰτῶν καὶ παρέχων τὰ ἐπιτήδεια, ἔστε σπονδῶν ἔτυχεν;* Ac sic dicitur etiam *ἔστε*, si quando *quam diu* Latine reddendum est, veluti in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 2. §. 18. *Οἶδα δὲ κἀκείνω σωφρονοῦντε, ἔστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω μὴ ζημιοῖντο ἢ παίοιντο ὑπὸ Σωκράτους, ἀλλ' οἰομένω τότε κράτιστον εἶναι τοῦτο πράττειν.* et in Arriani *Exped. Alex.* lib. II. cap. 11. §. 8. *Ἀλέξανδρος γὰρ ἔστε μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν.* Et hac quidem significatione saepe numero ad *ἔστε* adiungitur *ἂν* particula et dicitur *ἔστ' ἂν* cum indicativo praeteriti, ubi simplex *ἔστε* ad sententiam satis esse videatur. Id quamquam nuper etiam novissumi editores Thesauri Stephaniani vol. III. p. 2099. B. soloecum esse pronuntiaverunt, tamen tam frequenter habetur in scriptis maxume posteriorum scriptorum, ut temere agat qui ex omnibus locis id tollere velit, praesertim cum eadem constructio et in aliis particulis admissa sit, qua de re vide quae supra p. 468 sqq. in *ἐὰν* particula explicata sunt, et in hac quidem particula ratio facilis reddi queat quam ob rem *ἔστ' ἂν* potius cum indicativo quam *ἔστ' ἂν* cum coniunctivo ponere mallent optumi scriptores. Illud enim iam supra explicavi, *ἐάν*, *ὅταν* similesque particulas tum recte cum indicativo construi potuisse, si quis non tam internam rerum condicionem quam externam temporis descriptionem ponere vellet: quod ubi fieret, illud, quod incerti *ἂν* particula adferret, dixi terminari in ipsa vi particulae, quacum composita esset, cum contra, si coniunctivum poneres, interna rei condicio describi nobis videretur. Externam autem temporis descriptionem apparet potissumum locum habere in *ἔστε* particula: itaque quod in aliis particulis rarius admissum est, videtur in hac particula dicendi consuetudine pene legitumum factum esse, ut *ἔστ' ἂν* cum indicativo diceretur, ubi externa tantum rerum condicio spectaretur, cum coniunctivo autem tum illae particulae coniungerentur, ubi interna rerum coniunctio declaranda esset. Si quis autem quaerat, cur in his locis Graeci non maluerint *ἔστε* simpliciter ponere, quam constructionem istam minus usitatam admittere, ei hoc respondendum videtur, si *ἔστε* sine *ἂν* particula ponatur, terminum illum sine ulla circumscriptione poni, nunc autem id quidem, quod indicetur particula, ad experientiam apposita *ἂν* particula revocari, et

Ἔστ' ἂν cum indicativo.

cum incertum illud terminetur in ἔστε particula, non revocetur ad verbum ipsum, eo magis premi temporalem particulae significationem. Sed quidquid statuis discriminis, illud negari non potest, tam frequentes locos esse, ubi ἔστ' ἂν cum indicativo habeatur, ut de re ipsa dubitari non possit.

Ac primum Fr. Iacobsius caute, ut solet, ad Aeliani lib. *de natura animalium* VI. cap. 23. vol. II. p. 222. de hoc usu disputavit, his usus exemplis, Aeliani l. l. vol. I. p. 134, 31. ed. suae, ubi haec leguntur: *Εἶτα ὁ τελευταῖος ἔπαισε τὸν καθεύδοντα, καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω ἕρπει, καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ὁ κάτωθεν τρίτος, καὶ οἱ λοιποί, ἔστ' ἂν ἅπαντες ἀλλήλων ἀπελύθησαν οἷα δήπου λύσαντες ἅλυσιν.* et lib. X. cap. 48. p. 241, 7. *αὐτὸς δὲ οὐ κατέλυσε τὴν φυλακήν, ἔστ' ἂν οἱ προσήκοντες τῷ νεανίᾳ ποθοῦντες αὐτὸν ἀφίκοντο, καὶ ἐνέτυχον κειμένῳ.* In eiusdem Aeliani *Var. hist.* lib. III. cap. 17. *Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο, ἔστ' ἂν αὐτὸν ὁ συνήθης Ἀθηναίοις φθόνος ἐξέωσεν.* et lib. IX. cap. 13. *Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο ἐπιμελὲς ἑτέροις δρᾶν, ἔστ' ἂν ὅλη διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ ἀλλοτρίας αὐτοῦ σαρκὸς διεῖρπεν ἡ βελόνη· ἀλλ' ἐκεῖνός γε ἔκειτο λίθον διαφέρων οὐδέν.* lib. XIII. cap. 31. *Ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο τὴν ὄρνιν καὶ διεφύλαξεν ἀποκρύψας ἔστ' ἂν ὁ διώκων ἀπῆλθεν.* tum Aeliani fragm. apud Stob. 79, 39. *ἔστ' ἂν καὶ ἐς ἄνδρας ἀφίκετο.* His Aeliani locis adiunxit Iacobsius Herodiani lib. IV. cap. 9. §. 6. *ὁ δ' Ἀντωνῖνος διεστῶτας αὐτοὺς ἐπιών, ἑκάστου ἐφαπτόμενος, καὶ ἄλλο ἄλλου λέγων ἐγκώμιον παρῄει, ἔστ' ἂν αὐτοὺς οὔτε τι ὁρῶντας οὔτε προσδοκῶντας τὸ στρατιωτικὸν πᾶν ἐκυκλώσατο.* Hi loci satis mihi testari videntur pene constantem usum posteriorum scriptorum. Nam etsi qui praeterea adfertur locus Aeliani *Var. hist.* lib. XIV. cap. 10. *Οὐδενὸς ῥυπαροῦ σὺ ἀπορήσεις, ἔστ' ἂν εἶ τοιοῦτος.*, non adeo firmus esse videtur, quod ibi facilis est Corais coniectura: *ἔστ' ἂν ᾖς τοιοῦτος*, tamen etiam hoc patrocinatur nostrae caussae, quod posteriores quidem scriptores etiam *ἕως ἂν* eodem modo dixerunt, veluti Dionysius Halic. *Antiq. Rom.* p. 1194, 5. *Ἐδόκει τῇ Μενινίου χρῆσθαι γνώμῃ, ἕως ἂν καθῆκεν ὁ λόγος εἰς τὸν Ἄππιον.*, qua de re mox rursus dicetur in *ἕως* particula. Itaque tantum abest ut cum Dindorfiis hos locos et quem illi praeterea adferunt Polyaeni locum lib. IV. cap. 2. § 6. corrigendos existumem, ut si verum sit, quod illi dicunt, apud Xeno-

phontem in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1. §. 19. in omnibus libris legi ἔστ᾽ ἄν, non verear huic etiam scriptori eum usum vindicare. Neque enim probabile est posteriores et eos quidem scriptores, quorum reliquus sermo purus atque emendatus solet esse, in hac quoque caussa sine bonis auctoribus subito sic loqui coepisse.

Ἔστε cum optativo.

Sed redeamus ad usitatiorem ἔστε particulae constructionem, quae componitur deinceps, sicuti reliquae eius modi particulae cum optativo, si aut oratio vere obliqua est aut certe res ad cogitationem revocatur, quod fit etiam tum, si repetitam actionem indicare vis, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* dicitur lib. V. cap. 5. §. 2. *Καὶ τὰ ξένια, ἃ ἧκε παρὰ τῶν Τιβαρηνῶν οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ᾽ ἐπιμεῖναι κελεύσαντες ἔστε βουλεύσαιντο, ἐθύοντο.* et ibidem lib. III. cap. 5. *Καὶ ἐκ τούτου ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς βέλτιον εἶναι δόγμα ποιήσασθαι τὸν πόλεμον ἀκήρυκτον εἶναι ἔστε ἐν τῇ πολεμίᾳ εἶεν.* De repetita actione conferas Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VIII. cap. 1. §. 44. *Καὶ ὁπότε δὲ ὥρα εἴη ἀρίστου, ἀνέμενεν αὐτούς, ἔστ᾽ ἐμφάγοιέν τι ὡς μὴ βουλιμιῷεν.*

Ἔστε cum coniunctivo.

Tum ἔστε eodem modo, quo εἰ, ἐπεὶ et reliquae eius modi particulae, cum coniunctivo ponitur, si nihil aliud nisi eventus rerum ponatur, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 1161 sqq.

> Ὑμεῖς τε μὴ γυναῖκες ἀντ᾽ ἀνδρῶν πέλας
> παρέστατ᾽, ἀλλ᾽ ἀρήγετ᾽, ἔστ᾽ ἐγὼ μόλω
> τάφον μεληθεὶς τῷδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ

quo modo fit ut particula ἔστε magis efferatur, qua de re vide quae G. Hermannus disputavit *De particula* ἂν lib. II. cap. 9. p. 110. Quoniam autem res plerumque in eius modi locis ad experientiam revocatur, fere semper adiuncta ἂν particula coniunctivus positus est, cuius rei exemplum adtulit iam ipse Devarius vol. I. p. 86. e Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 5. §. 6., cui addas *Militiam Cyri* lib. V. cap. 6. §. 4. *Ὑμεῖς δ᾽ ἐπείπερ πλεῖν βούλεσθαι περιμένετε ἔστ᾽ ἂν ἐγὼ ἔλθω.* et ibid. cap. 6. §. 26. *Ἔστε δ᾽ ἄν, ἔφη, ἐκεῖ γένησθε, κἀγώ, καθάπερ Τιμασίων, ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν τὴν μισθοφοράν.* Id si oratio obliqua erat, dici etiam potuit cum optativo, ut is locum coniunctivi obtineret, quamquam aliud exemplum praeter id, quod posuit Devarius non adnotatum invenio, et Krügerus ad Xenophontem *Exped. Cyri* lib. I. cap. 4. §. 13. observavit plerumque etiam in oratione obliqua in eius modi locis Graecos retinuisse coniunctivum, veluti si in Xenophontis *Graeca*

Ἔστ᾽ ἂν cum coniunctivo.

historia lib. III. cap. 1. §. 15. diceretur: Ὁ δ' ἀπεκρίνατο φυλάττειν αὐτά, ἔστ' ἂν αὐτὸς ἐλθὼν σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ λάβῃ τὰ δῶρα. Vide tamen quae explicavit G. Hermannus l. l. p. 148.

Interdum positum est ἔστ' ἂν ita, ut modus coniunctivus verbi finiti supplendus sit cogitatione, veluti in Euripidis *Hippolyto* v. 654 sq. ed. Matth. dicitur: Ἔστ' ἂν sine verbo finito

> Νῦν δ' ἐκ δόμων μέν, ἔστ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
> Θησεύς, ἄπειμι, σῖγα δ' ἕξομεν στόμα.,

quod difficilem explicatum non habet.

Denique ἔστε cum infinitivó constructum est ab Aeliano, Arriano aliisque huiusce modi scriptoribus, qua de re conferatur Aeliani *histor. animal.* lib. II. cap. 11. p. 35, 24. ed. Iacobs. Πλὴν ἐπέκειτο χεὶρ τοῦ διδάξαντος, ἐς τὴν τῶν γραμμάτων παιδαγωγοῦσα περιγραφήν, ἔστε ἀπογράψαι τὸ ζῷον. et Arriani *Exped. Alex.* lib. II. cap. 1. §. 5. Ὅτῳ καὶ ἐπέτρεψε τελευτῶν ὁ Μέμνων τὴν αὐτοῦ ἀρχήν, ἔστε Δαρεῖόν τι ὑπὲρ αὐτῆς γνῶναι, ἀδελφιδῷ αὐτοῦ ὄντι. et ibidem lib. IV. cap. 7. §. 1. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐς Ζαρίασπα ἀφίκετο καὶ αὐτοῦ κατέμενεν ἔστε παρελθεῖν τὸ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος. cf. quae adtulit Ellendtus ad lib. II. cap. 11. §. 4. Ἔστε cum infinitivo.

Hae fere fuerunt constructionis ἔστε particulae. Nam quae formulae restant, in iis ἔστε aut pro adverbio loci est, veluti si quando ἔστε, ut ἕως, cum genitivo compositum est, aut non sunt verae formulae, sed dicuntur per ellipsin, uti si quando post participium post ἔστε particulam sequitur, cuius modi locus mox ponetur e Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 9.

Praeterea ἔστε, ut reliquae particulae relativae, componi solet cum quibusdam aliis particulis, ut coniunctae illae particulae pene unam vocem ac formulam efficiant, uti si ἔστε γε, sicuti ἕως γε dicitur, qua de re conferantur quae supra in γὲ particula dicta sunt cum aliis locis tum p. 314. Ἔστε γε.

Deinde dictum est etiam aliquoties ἔστε δή eodem modo quo μέχρι δὴ et quae sunt similia, veluti in Aeschyli *Prometheo* v. 456 sqq. Ἔστε δή.

> Ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
> ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
> ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις.

Vide quae supra in δὴ particula p. 405 sqq. explicata sunt.

Aliquoties etiam dictum est ἔστε περ, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 9. Νῦν γε Ἔστε περ.

μὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν. ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου, ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν, ἔστε περ οἱ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι.

Εὖτε.

Εὖτε. Particula εὖτε non legitur apud Atticos scriptores nisi in poemate et eandem quidem constructionem habet, quam ὅτε particula, a qua radice veteres quidem grammatici Apollonius *de adverbio* p. 538, 5. et Herodianus *Etym. Magn.* p. 398, 45. hanc ipsam formam εὖτε originem ducere dixerunt, qua de re quom alii vehementer dubitassent, prudentissume mihi iudivasisse Phil. Buttmannus videtur in *Lexicologo* vol. II. p. 227., qui cognatas has formas utique esse adfirmavit, etiam si singulae litterae in eius modi rebus praestari non possent.

Εὖτε cum indicativo. Graeca igitur particula Latinis particulis *quando* vel *cum* ita respondet, ut praeter temporis descriptionem interdum, ut Latinae quoque particulae, caussalem vim adsumat, et si simpliciter aliquod factum ponitur, coniungitur cum indicativo, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 84. dicitur:

Ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες κτέ.

Εὖτε cum optativo. Commutatur autem indicativus in hac quoque particula cum optativo, si res ad cogitationem aliquo modo revocatur, veluti in Aeschyli *Agamemnone* v. 549 sqq. ed. Well. dicitur:

Χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον,
οἷον παρεῖχ' ἄφερτον Ἰδαία χιών,
ἢ θάλπος, εὖτε πόντος ἐν μεσημβριναῖς
κοίταις ἀκύμων νηνέμοις εὕδοι πεσών, —
τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ;

Εὖτε cum coniunctivo. Tum si res ad periculum et experientiam revocatur, adiuncta ἂν particula dicitur εὖτ' ἂν cum coniunctivo, veluti in Sophoclis *Electra* v. 616 sq. ed. Herm.

Ἀλλ' οὐ μὰ τὴν δέσποιναν Ἄρτεμιν θράσους
τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις, εὖτ' ἂν Αἴγισθος μόλῃ.

et in eiusdem *Trachiniis* v. 286 sq. ed. Herm.

Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,
φρόνει νιν ὡς ἥξοντα.

Quod si quando premitur illa positio rei quasi factae aliquo tempore, ut res ad experientiam rerum non revocetur, ponitur etiam εὖτε cum coniunctivo, non adiuncta ἂν particula, veluti in Aeschyli *Septem adv. Thebas* v. 338 sq. Εὖτε cum coniunctivo sine ἂν particula.

Πολλὰ γὰρ εὖτε πόλις δαμασθῇ,
ἒ ἔ, ἒ ἔ, δυστυχῆ τε πράσσει.

Ceterum quem ad modum ad reliquas particulas relativas, sic etiam ad εὖτε aliquoties adiuncta est γὲ particula ea ratione, quam supra p. 307 sqq. in ista particula explicavimus. Sic dicitur in Sophoclis *Aiace* v. 702 sqq. ed. Herm. Εὖτέ γε.

Κοὐδὲν ἀναύδητον φατίσαιμ᾽ ἄν,
εὖτέ γ᾽ ἐξ ἀέλπτων
Αἴας μετανεγνώσθη
θυμοῦ τ᾽ Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.

et in *Philocteta* v. 1086 sq. ed. Herm.

Ἀλλ᾽ ἐνέχει τύχα ὧδ᾽ ἀπὸ μείζονος
εὖτέ γε παρὸν φρονῆσαι,
τοῦ λῴονος δαίμονος εἷλου τὸ κάκιον αἰνεῖν.

Ἐφ᾽ ὅσον.

Ad p. 87. In hac formula ἐφ᾽ ὅσον nunquam accusativum χρόνον subaudiendum esse, sed ὅσον neutri generis incertam quandam quantitatem, sive ad tempus sive ad rem, de qua sermo est, pertineat, continere hodie vix est quod commemorem. Ἐφ᾽ ὅσον.

Ἐφ᾽ ᾧ.

De formulis ἐφ᾽ ᾧ et ἐφ᾽ ᾧ τε recte existumavit Devarius p. 87 sq. nisi quod quom duas constructiones posuisset sane in his formulis maxume usitatas, ut aut infinitivus accederet aut indicativus futuri, si quando alio modo usurpatae essent illae formulae, iniuria mendi suspicionem iniecit. Nam ut non negamus infinitivum aut indicativum futuri plerumque adiunctos legi, in quam rem conferri poterit etiam Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 19. Οἱ δ᾽ ἔφασαν ἀποδώσειν ἐφ᾽ ᾧ μὴ καίειν τὰς κώμας. et rursus cap. 4. §. 6. Ὁ δὲ ἔλεγεν ὅτι σπείσασθαι βούλοιτο ἐφ᾽ ᾧ μήτ᾽ αὐτὸς τοὺς Ἕλληνας ἀδικεῖν μήτ᾽ ἐκείνους καίειν τὰς οἰκίας, λαμβάνειν τε τὰ ἐπιτήδεια ὅσων δέοιντο. et de ἐφ᾽ ᾧ τε ibidem lib. VI. cap. 4. §. 22. ed. Ἐφ᾽ ᾧ, ἐφ᾽ ᾧ τε.

Krüg. Δέξιππον δὲ αἱρεθέντα οἶδα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἄρχειν τῆς πεντηκοντόρου ἧς ᾐτησάμεθα παρὰ Τραπεζουντίων ἐφ᾽ ᾧ τε πλοῖα συλλέγειν, ὡς σωζοίμεθα κτέ. ac de indicativo Thucydidis lib. I. cap. 103. Οἱ δ᾽ ἐν Ἰθώμῃ δεκάτῳ ἔτει, ὡς οὐκέτι ἐδύναντο ἀντέχειν, ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ᾽ ᾧ τε ἐξίασιν ἐκ Πελοποννήσου ὑπόσπονδοι καὶ μηδέ ποτε ἐπιβήσονται αὐτῆς κτέ., tamen, prouti unius cuiusque ratio requirebāt, etiām alii verbi modi adiungi potuerunt, quibus consilium, quo quid ageretur, aut condicio, qua quid fieret, significaretur. Sic in illo Pausaniae loco, quem adtulit Devarius per se non falsum est, quod ibi habetur: ἐφ᾽ ᾧ τε σφίσιν ἐπαγάγῃ φρουρὰν ἐς τὸ μουσεῖον., neque illa, quae deinde posita est, eiusdem Pausaniae vox: Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος ἔπαυσε σφᾶς τῆς νόσου, ἐφ᾽ ᾧ τε αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς Βίας τῷ Ἀναξαγόρᾳ τὸ ἴσον ἔχουσιν. ulla eget emendatione, quoniam non tam de consilio, quam de factae iam rei condicione dicitur ibidem. Ac ne quis de indicativo aoristi dubitet in Synesii loco, quem adtulit idem Devarius p. 88., conferatur Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 11. Οὐδέ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται, ἐφ᾽ ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο.

Denique ne in eo quidem Synesii loco, quem postremo loco posuit Devarius p. 88., dubitandum videtur de formula ἐφ᾽ ὅ, quae propterea ibi usurpata esse videtur, quod praecesserunt haec verba: ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθῆναι.

Ἕως, τέως.

Ἕως cum genitivo.

Ad p. 88, 36. De ἕως adverbio cum genitivo coniuncto, quamquam id minus ad hanc disputationem pertinet, conferri poterit Demosthenis oratio *de corona* §. 106. ed. Bekk. p. 265, 5. ed. Reisk. Ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημάτων, κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν ἕως τριῶν πλοίων καὶ ὑπηρετικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω. et quae ad eum locum commentatus est G. H. Schaeferus in *Apparatu* vol. II. p. 160. et Schweighaeuserus in *Lexico Polybiano* p. 293. Nam quom apud antiquiores quidem scriptores admodum rara esset haec constructio, ut magis volgaris linguae quam emendati sermonis illa locutio propria esse videretur, tamen postea inde a tempore Aristotelis, quem vide *de somniis* cap. 2., magis magisque frequentata est, ut apud posteriores quidem scriptores saepissume inveniretur, id quod adeo in verbo ἔστε factum esse supra significavi-

nus. Et iam antiquiore tempore ἕως cum genitivo dictum esse satis ostendit formula ἕως οὗ, quae fere omni tempore n soluta quidem oratione usurpata est.

Τέως ἕως.

De coniunctione autem ἕως hoc tenendum est, raro quidem pleniorem formulam τέως, ἕως legi, quia si simpliciter dicitur ἕως, ipsa vis relativae particulae postulat, ıt cogitatione quidem talem aliquam relationem instituas. n Aristophanis autem *Pace* v. 31 sq., ubi haec leguntur:

> Ἔρειδε μὴ παύσαιο μηδέ ποτ' ἐσθίων
> τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς.

ıropterea praepositum τέως videtur, quod ludens poeta eam psam notionem magis volt efferre. Ac de ipsa quidem ignificatione ἕως particulae, quae diversa esse videtur, uom tamen revera una sit eademque, recte iam explicavit)evarius, de constructione autem haec tenenda sunt.

Ἕως cum indicativo.

Ut reliquae huius modi particulae relativae, coniungitur ως cum indicativo utraque illa significatione, quam volgo ocendi caussa disiungunt, ubi res aliqua ita ponitur, ut eque ad cogitationem neque ad eventum rerum revocetur, ti in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 69. ed. Bekk. . 89. ed. H. Steph. Ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἔφη, τὸν Ἰόλεων ·αρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐστίν. aut in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 49. Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, ἰ καὶ σὺ συγκαλέσας, ἕως ἔτι ἔξεστι, παρακελεύσαιο, ἰ ἄρα τι καὶ σὺ ἀμείνους ποιήσαις τοὺς στρατιώτας; ibidem §. 58. Ἕως δ' ἔτι ἔξω βελῶν ἦσαν, παρηγύα ὁ Κῦρος σύνθημα κτέ. et apud Thucydidem lib. V. ıp. 82. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἕως μὲν αὐτοὺς μετεέμποντο οἱ φίλοι, οὐκ ἦλθον ἐκ πλείονος, ἀναβαλόενοι δὲ τὰς γυμνοπαιδίας ἐβοήθουν. tum in Xenophontis *xpeditione Cyri* lib. II. cap. 6. §. 2. Καὶ γὰρ δὴ ἕως όλεμος ἦν τοῖς Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, αρέμεινεν. Atque sic dicitur etiam, si non de ea re, ıae durat, sed quae fit demum illo tempore, sermo est, luti in Euripidis *Alcestide* v. 774 sqq. ed. Matth.

> Πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ,
> ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ
> οἴνου.

t sic saepe alias in narratione, quo in genere hoc primum emoratu dignum est, etiam imperfectum, si id omnino in ırratione locum habet, in eius modi locis poni, veluti in enophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 7. dicitur: οιαῦτα ἐποίει, ἕως διεδίδου πάντα, ἃ ἔλαβε, κρέα.,

quo loco iure veritus est Ern. Poppo adsentiri Schneidero Xenophontis verba sine librorum auctoritate mutanti, deinde hoc notandum est ἕως cum indicativo etiam tum poni in illis locis, si id, unde pendet relativa enuntiatio, per ἕως particulam quae infertur, revera factum non est, sed tum demum ut fieret exspectaretur, si prius illud evenisset, qua de re recte explicavit Aug. Matthiae *gramm. Gr. ling.* §. 522. p. 1008 sq., veluti in Platonis *Gorgia* si dicitur Part. II. vol. I. p. 129. ed. Bekk. p. 506. B. ed. H. Steph. *Ἀλλὰ μὲν δή, ὦ Γοργία, καὶ αὐτὸς ἡδέως ἂν Καλλικλεῖ τούτῳ ἔτι διελεγόμην, ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν ἀντὶ τῆς τοῦ Ζήθου.* aut quo exemplo usi sunt Iacobitzius et Seilerus in Lexico s. v. ἕως, Platonis e *Cratylo* Part. II. vol. I. p. 30. ed. Bekk. p. 396. C. ed. H. Steph. *Εἰ δ' ἐμεμνήμην τὴν Ἡσιόδου γενεαλογίαν —, οὐκ ἂν ἐπαυόμην διεξιὼν ὡς ὀρθῶς τὰ ὀνόματα κεῖται, ἕως ἀπεπειράθην τῆς σοφίας τῆς ταυτησί.* Neque opus est semper in eius modi locis tempore historico, sed dicitur etiam, prouti natura loci est, alio quodam modo, veluti in Xenophontis *Graeca historia* lib. II. cap. 3. §. 42. *Ἐξὸν αὐτῶν τῶν πολιτῶν τοσούτους προσλαμβάνειν, ἕως ῥᾳδίως οἱ ἄρχοντες ἐμέλλομεν τῶν ἀρχομένων κρατήσειν.*, quod dicitur de re non facta.

Ἕως cum optativo.

Ponitur autem in his locis optativus tum pro indicativo, si aut oratio vere obliqua est aut repetita notio indicari debet aut alio quodam modo ad cogitationem potius quam ad factum res revocatur, qua de re difficile iudicium non est, veluti si in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 3. §. 53. dicitur: *Τούτῳ μὲν οὖν ὁ Κῦρος δοὺς ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ πορεύεσθαι ἐκέλευεν ἡσύχως, ἕως ἄγγελος ἔλθοι.* Neque enim ibi extrema verba de glossemate erant in suspicionem vocanda. Huc faciunt etiam tales loci, qualis est eiusdem Xenophontis e *Militia Cyri* lib. II. cap. 1. §. 2. *Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς συσκευασαμένοις ἃ εἶχον καὶ ἐξοπλισαμένοις προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, ἕως Κύρῳ συμμίξειαν.*, quoniam haec e mente eorum dicuntur, quibus hoc ita visum erat. Adde ex eodem scripto lib. VI. cap. 3. §. 25. ed. Krüg. *Παρηγγέλλετο δὲ τὰ μὲν δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως σημαίνοι τῇ σάλπιγγι.* cf. Platonis *Theaetetus* Part. II. vol. I. p. 202. ed. Bekk. p. 155. A. ed. H. Steph. *Ὧν πρῶτον ἐπισκοποῦντες φήσομεν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μηδέποτε μηδὲν ἂν μεῖζον μηδὲ ἔλαττον γενέσθαι μήτε ὄγκῳ μήτε ἀριθμῷ, ἕως ἴσον εἴη αὐτὸ ἑαυτῷ.* De repetita actione conferatur Platonis *Phaedo* Part. II. vol. III. p. 7. ed. Bekk. p. 59. D. ed. H. Steph. *Περιεμένομεν*

οὖν ἑκάστοτε ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, διατρίβοντες μετ᾽ ἀλλήλων. Praeterea, ut dixi, optativus saepe in his locis ibi ponitur, ubi omnino ex alterius cogitatione id ponitur, quod infertur per *ἕως* particulam, veluti in Demosthenis oratione *contra Aphobum* I. §. 5. ed. Bekk. p. 814, 18. ed. Reisk. *Κἀκείνῳ μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην, ὅπως μὴ δι᾽ ἐπιθυμίαν χρημάτων χεῖρόν τι τῶν ἐμῶν διοικήσειεν.*, quia illa temporis descriptio ponitur e mente eius, qui dedit istam pecuniam. Ac sic dicitur in Platonis *re publica* lib. X. part. III. vol. I. p. 476. ed. Bekk. p. 600. ed. H. Steph. *ἢ εἰ μὴ ἔπειθον, αὐτοὶ ἂν ἐπαιδαγώγουν ὅπῃ ᾖεσαν, ἕως ἱκανῶς τῆς παιδείας μεταλάβοιεν.*, quod si ad factum potius quam ad cogitationem eorum, qui erudirent, respiceretur, dici etiam poterat *μετέλαβον*. Adde Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. I. cap. 3. §. 11. ubi: *ἕως παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ οὗτος ἐμὲ παρατείνει, ἀπὸ σοῦ κωλύων.*, dicitur, quod optativus praecessit omnisque oratio in cogitatione posita est.

Contra ad *ἕως* particulam accedit coniunctivus, si res ad eventum revocatur; qui eventus cum paucis locis simpliciter ponatur, sed fere ad experientiam revocetur, plerumque accessit *ἂν* particula. Sic dicitur in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 113 sqq. *Ἕως ἂν cum coniunctivo.*

Σιγήσομαί τε καὶ σύ μ᾽ ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ᾽ ἄλσος, τῶνδ᾽ ἕως ἂν ἐκμάθω
τίνας λόγους ἐροῦσιν.

et in *Oedipo rege* v. 834.

Ἕως δ᾽ ἂν οὖν
πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ᾽ ἐλπίδα.

aut in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 18. *Καὶ οὐκ ἀναμένομεν, ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται, ἀλλὰ φθάνοντες ἤδη δῃοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν.*, atque hoc modo saepissume locuti sunt Graeci, etiam si de re, quae usque ad aliquem finem duraret, sermo erat, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 4. §. 8. *Οὐδὲ ἐρεῖ οὐδεὶς ὡς ἐγὼ ἕως μὲν ἂν παρῇ τις χρῶμαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπιέναι βούληται, συλλαβὼν καὶ αὐτοὺς κακῶς ποιῶ καὶ τὰ χρήματα ἀποσυλῶ.* et ibidem lib. III. cap. 1 §. 43. *Τούτους ὁρῶ μᾶλλόν πως εἰς τὸ γῆρας ἀφικνουμένους καὶ ἕως ἂν ζῶσιν εὐδαιμονέστερον διάγοντας.*

"Εως cum coniunctivo.

Sed dicitur etiam ἕως non adiuncta ἂν particula cum coniunctivo, ubi eventus per sese ponitur, ut non iubeare exspectare utrum res revera fiat necne, id quod G. Hermannus in dissertatione *de particula* ἂν lib. II. cap. 9. p. 110 sqq. multis evicit exemplis, Sophoclis de *Aiace* v. 554

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος,
ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.,

ubi sic loquitur poeta, quod simpliciter ponitur eventus, sic uti in sententia communi pene necessario fieri debet. Hoc idem dicitur alio quodam modo in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 77 sqq.

Αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ δημόταις,
λέξω τάδ' ἐλθών.,

ubi simplicem eventum exspectare eum iubet, quem appellat, quod non dubitat quin mox rediturus sit. Atque etiam in *Philoctela* v. 763. Sophocles eodem modo dixit:

Ἀλλά μοι τὰ τόξ' ἑλὼν
τάδ' ὥσπερ ᾔρου μ' ἀρτίως, ἕως ἀνῇ
τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν,
σῶζ' αὐτὰ καὶ φύλαττε.

et in *Trachiniis* v. 147 sqq.

Ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος κτἑ.

Cf. quem supra posui Aristophanis versum 32. de *Pace*:

Τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς.

et quae in particulis εἰ, ἐπεί, ὥστε explicata sunt supra p. 499 sqq. p. 545. p. 560. et quae infra dicentur in πρὶν particula.

"Εως ἂν cum optativo.

Tum dictum est etiam ἕως ἂν cum optativo, et primum quidem ibi, ubi in oratione quidem obliqua optativus vicem coniunctivi sustinet, in quam rem idoneum testem citaverunt Sophoclem, qui in *Trachiniis* v. 681 sqq. ed. Herm. haec habet:

Καί μοι τάδ' ἦν πρόῤῥητα καὶ τοιαῦτ' ἔδρων,
τὸ φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον ἀκτῖνός τ' ἀεὶ
θερμῆς ἄθικτον, ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ,
ἕως ἂν ἀντίχριστον ἁρμόσαιμί που.

et Isocratem, qui in *Trapezitico* §. 15. ed. Bekk. p. 361 sub fin. ed. H. Steph. dicit: Κἀγὼ μὲν ἠξίουν αὐτοὺς

μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν, ἕως ἂν τἀληθῆ δόξειεν αὐτοῖς λέγειν κτἑ. Nam de Xenophontis loco ex *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 36., quod nunc est e libris scriptum: Τοὺς δὲ ἵππους ἐκέλευσε φυλάττειν μένοντας τοὺς ἀγαγόντας, ἕως ἄν τις σημάνῃ αὐτοῖς, potest dubitari, quamquam illud, quod volgo legebatur: ἕως ἄν τις σημανθείῃ αὐτοῖς, propter orationem obliquam recte locum ibi habere potuerat. Sed hic usus satis ratione atque analogia aliorum locorum defenditur, de quibus rebus conferas velim G. Hermannum *De particula αν* lib. III. cap. 4. p. 147 sqq.

Alia ratio est illorum locorum, in quibus ad ἕως ita adiicitur ἂν cum optativo, ut oratio vere obliqua quidem non sit, sed quadam constructionis adtractione tamen illa ipsa constructio ponatur, veluti in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 94. ed. Bekk. p. 101. D. ed. H. Steph. Εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν ἀπ᾽ ἐκείνης τὰ ὁρμηθέντα σκέψαιο, εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ; quibus de locis vide quae prudenter disputavit C. E. Ch. Schneiderus ad Platonis *Civitatem* vol. II. p. 205.

Ἕως ἂν num cum indicativo construatur.

Difficilior etiam illa quaestio est possitne eodem modo, quo id factum est in ἐάν, ὅταν, ἔστ᾽ ἂν particulis, dici etiam ἕως ἂν cum indicativo, ut illud, quod incerti ac fortuiti adferat ἂν particula, penitus obsorbeatur quodam modo in relativa notione particulae, ut, ubi ad verbum veniamus, non iam cogitemus de fortuita caussa, sed certam rem dicamus, qua de re etsi difficile est adfirmare, quod et ipsa natura sua pauci eius modi loci inveniri possunt et si qui loci inveniuntur, ii inde ab antiquiore aetate fere a librariis ac grammaticis mutati sunt, tamen non denegaverim. Nam et reliquus usus earum, de quibus commemoravi, particularum rem facit veri similiorem et quod posteriores scriptores saepe ita locuti sunt, eo fit probabile veteribus quidem scriptoribus hunc dicendi morem non prorsus inusitatum fuisse, ut si quando inveniatur apud meliores atque antiquiores scriptores illa constructio, notandam, non mutandam esse existumem, veluti si apud Dionysium Halicarnassensem *Antiq. Rom.* p. 1194, 5. legitur: Ἐδόκει τῇ Μενινίου χρῆσθαι γνώμῃ, ἕως ἂν καθῆκεν ὁ λόγος εἰς τὸν Ἄππιον. Vide quae supra p. 468 sqq. in particula ἐὰν scripsimus et p. 558 sq. in ἔστε particula. De serioribus autem scriptoribus nota res est.

Ἕως cum infinitivo.

Denique ut ἔστε, sic etiam ἑώς particulam raro quidem et apud posteriores fere scriptores sequitur infinitivus,

in quam rem adtulerunt Geopon. III, 5, 3. *Καὶ μετὰ ταῦτα ἀροτριᾶν (προσήκει), ἕως ἐπιχωσθῆναι τὰ ἀποκοπέντα τῶν θερμάτων.* et Dionysii Halicarnassensis lib. IX. cap. 15. *Οὐ πρότερον ἀνέῳξαν αὐτοῖς τὰς πύλας οἱ φύλακες, ἢ ἕως ἡμέραν λαμπρὰν γενέσθαι.*

"Εωσπερ. De iis particulis, quae comitantur ἕως particulae, praeter γὲ et δὴ, quae saepe adiunguntur ad pronomina ac particulas relativas, id quod suo loco traditum est, maxume memorabilis est πὲρ particula. Saepe enim ἕωσπερ dictum est a Graecis. Quod si P. Elmsleius apud tragicos poetas non invenerat, in quorum scripta magis casu quam poetarum studio non videtur esse receptum, non tamen debebat prorsus istud verbum inauditum dicere ad Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 1360. Legitur ἕωσπερ in Demosthenis oratione *contra Cononem* §. 3. ed. Bekk. p. 1257, 11. ed. Reisk. *Καὶ τοῦθ' ἕωσπερ ἦμεν ἐπὶ τῇ φρουρᾷ, διετέλουν ποιοῦντες.* et in Platonis *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 115. ed. Bekk. p. 29. ed. H. Steph. *Πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ ἢ ὑμῖν, καὶ ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσομαι φιλοσοφῶν κτἑ.* et in eiusdem *Menone* Part. II. vol. I. p. 383. ed. Bekk. p. 97. C. ed. H. Steph. *Ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν οὐκ ἀεὶ τυγχάνει, ἕωσπερ ὀρθὰ δοξάζοι;* et apud Thucydidem lib. VII. cap. 19. *Αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ τοῦ χειμῶνος πληρωθεῖσαι ἀνθώρμουν ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ἕωσπερ αὐτοῖς οὗτοι οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν.* Recte etiam Xenophonti in *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 39. Ern. Poppo e libris bonis restituit: *ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει, ἕωσπερ ἔφθασεν ἡμέρα γενομένη κτἑ.* conferas etiam eiusdem *Graecam historiam* lib. VI. cap. 5. §. 12. Quod autem G. Dindorfius etiam Demostheni in oratione *contra Aristogitonem* §. 70. ed. Bekk. p. 791, 13. ed. Reisk. reddidit eam formam, ibi vereor ne τέωσπερ ἂν retinendum fuerit, qua de re in τέως particula dicendum erit accuratius.

CAPUT XI.

De particula ᾗ in variis formis, et compositis ἦπου, et aliis quibusdam.

Propria significatio verbi ᾗ localis est et media quaedam est inter οὗ et οἷ, quem ad modum etiam in Latina oratione *qua* differt a voce *ubi* et *quo*, ut ᾗ quidem aut *qua* ponatur interdum et ibi, ubi *ου* vel *ubi*, et ibi, ubi *οἷ* vel *quo* dici possit, sed tamen aliquo discrimine. Etenim si legitur in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 40 sq. ed. Bekk. p. 246. D. ed. H. Steph. *Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ.*, id quidem verti poterit *ubi*, sed tamen non accurate is ipse locus, ubi sint deorum domicilia designatur, sed tantum modo describitur ista regio, in cuius spatio domicilia esse videantur. Eodem modo dicitur in Thucydidis lib. IV. cap. 53. ᾗπερ in verbis his: *Καὶ λησταὶ ἅμα τὴν Λακωνικὴν ἧσσον ἐλύπουν ἐκ θαλάσσης, ᾗπερ μόνον οἷόν τ' ἦν κακουργεῖσθαι.*, quod est *qua parte, an welcher Seite*, vel, ut nos dicere solemus: *von welcher Seite.* Ac sic etiam res se habet, si quando de motione, quae fit in aliquem locum, dicitur ᾗ, veluti in aliquo loco Platonis dicitur: *Ταύτῃ τρέπονται, ᾗ ἡ φιλοσοφία ἡγεῖται.*, quod proprie est non: *quo ducit philosophia*, sed *qua* aut *quam ad partem, wohinwärts.* Hinc factum est, ut ᾗ, prorsus ut Latinum *qua*, diceretur de via, qua aliquo pervenias, veluti in Platonis *Phaedro* p. 57. ed. Bekk. p. 255. ed. H. Steph. dicitur: *Οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀνομάτων ἰόν, ᾗ πέφυκεν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἰέναι ἀφικόμενον κτἑ.* ᾟι, ᾗπερ.

Eae verbi ᾗ significationes quem ad modum a loco ad alias caussas ac rationes translatae sint recte explicavit Devarius p. 89. Et de locutione ᾗ μάλιστα δυνατόν et quae sunt similia, conferas Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. I. cap. 3. §. 15. *Ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ ὃν ἂν ἕλησθε πείσομαι ᾗ δυνατὸν μάλιστα.* vel eiusdem *Disciplinam Cyri* lib. VII. cap. 1. §. 9. *Παρέσομαι δὲ κἀγώ, ᾗ ἂν δύνωμαι τάχιστα διώκων τοὺς ἄνδρας, ἂν οἱ θεοὶ θέλωσιν.* ᾗ cum superlativo.

Id dicitur etiam non apposito verbo ᾗ μάλιστα, ᾗ ῥᾷστα, ᾗ τάχιστα, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 3.

§. 13. ed. Krüg. *Καὶ ὁ Ξενοφῶν, θαυμάσας ὅ, τι τὸ ἴσχον εἴη τὴν πορείαν καὶ ταχὺ ἀκούων τὴν παρεγγυήν, ἐλαύνει ᾗ ἐδύνατο τάχιστα.*, quamquam ibi unus alterve liber addit ἐδύνατο., sed vide eiusdem Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. II. cap. 4. §. 32. *Αὐτὸς δὲ συνταξάμενος ᾗ ἄριστον καὶ πρὸς τὸ ἀνύτειν τὴν ὁδὸν καὶ πρὸς τὸ μάχεσθαι, εἰ δέοι, ἐπορεύετο.* et eiusdem scripti lib. VII. cap. 5. §. 82. *Ὧν ἕνεκα φημὶ χρῆναι νῦν ἐπιταθῆναι ἡμᾶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ὅπως τῶν τε ἀγαθῶν ᾗ ἄριστον καὶ ἥδιστον ἀπολαύσωμεν, καὶ ὅπως τοῦ πάντων χαλεπωτάτον ἄπειροι γενώμεθα.*

ᾗ qua re. Postremo loco hoc adnoto, Hoogeveenum in *Doctrina particularum Gr. ling.* p. 1262. non satis recte reprehendisse Devarium nostrum, quod is p. 90, 12. dixisset, ᾗ quibusdam in locis videri *qua re* vel *quapropter* significare. Nam etsi Devarius ita locutus est, ut in eam sententiam eius verba intellegi possent, videtur ille tamen quos adtulit Aristotelis locos recte intellexisse ipse. Nam quod legitur in Aristotelis *Politicorum* lib. I. cap. 3 §. 12. ed. Stahr. cap. 9. ed. Bekk. *Ἧι καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἔστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική.*, id recte vertas: *Qua re etiam perspicuum est etc.*, modo hoc teneas *qua re* non tam esse *quam ob rem*, sed potius, ut ipse voluit Hoogeveenus, *qua ratione*.

Ἤ.

Ἤ. Quae Devarius vol. I. p. 90 sqq. de ἤ particula disputavit, ea quom falsa per se non sint, pertinent tamen ad unam tantum modo eius particulae vim ac potestatem, in qua propria eius significatio ita translata est ad totam aliquam sententiam, ut aut hoc aut illud ponatur: quibus in locis sane ἤ condicionem aliquam continere videtur, quam tamen non continet nisi ita, quod disiunctio, quam habet particula, si sententiam spectamus ipsam, posita est in condicione. Quod quom ita sit, breviter de reliquo eius particulae usu, qui difficultatem aliquam habere possit, explicabo.

Ἤ et ἤ — ἤ. Et illud quidem non eget explicatione, per ἤ particulas duas res pluresve ita poni, ut alterutra aut aliqua res ex iis rebus, quae positae sunt, certa quadam condicione esse debeat. Qua in re hoc unum commemoratione dignum videtur, quod in oratione discrimen sit, utrum etiam in priore nomine ponas ἤ particulam an tantum modo in posteriore. Ac si sententiam per sese consideramus aut dicam

si ipsum sententiae quasi corpus spectamus, discrimen nullum esse videtur, utrum bis an semel et in altero quidem membro ponas illam particulam, quoniam talis est disiunctivae particulae vis, ut necessario, quia in posteriore nomine disiunctionem significat, significet etiam in priore. Sin autem omnem sententiae rationem et istam quasi vestem, qua illa circumdata est, contemplamur, apparebit non parvum discrimen esse, utrum etiam in priore nomine posita sit particula necne. Nam eo, quod prior particula iam a principio sententiae monstrat istam, quam facere volumus, disiunctionem, fortius atque accuratius utriusque nominis ratio intellegitur, quam si non monito auditore in altero demum nomine ponimus disiunctionem. Utriusque rei aptum exemplum in una periodo praebet Plato in *Protagora* Part. I. vol. I. p. 156 sq. ed. Bekk. p. 313. B. ed. H. Steph. *Ὁ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν, καὶ ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτου οὔτε τῷ πατρὶ οὔτε τῷ ἀδελφῷ ἐπεκοινώσω οὐθ' ὑμῶν τῶν ἑταίρων οὐδενί.*, quo in loco primum *ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν* dicitur, ut ista disiunctio, iam a principio monstrata, magis appareat atque exstet, tum vero *χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου* non tam forti disiunctione, quia non iam rursus monendus erat auditor de duplici illo membro, propterea quod, quae antecesserunt, aptius cum his cohaerent, ideoque eodem modo, quo superiora, etiam haec posteriora verba intellegenda erant. Id, quod dixi de singulis nominibus, pertinet etiam ad enuntiationes singulas. Nam etiam hic bis posita *ἢ* particula accuratius oppositionis rationem, quae intercedit inter utramque enuntiationem, effert, veluti in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 5. §. 5. dicitur: *Τίς γὰρ ἄνευ ταύτης ἢ μάθοι τι ἂν ἀγαθὸν ἢ μελετήσειεν ἀξιολόγως;* quo in loco si scriberetur: *Τίς γὰρ ἄνευ ταύτης μάθοι τι ἂν ἀγαθὸν ἢ μελετήσειεν;* ipsa quidem sententia alia non esset, sed disiunctionis tamen ratio multo minus constaret. Atque in hoc genere etiam illi loci reponendi sunt, in quibus *ἢ* particula ita in altero membro ponitur, ut fere particulis *εἰ δὲ μή*, Latino *alioquin*, si ipsam vim sententiae spectamus, respondeant, qua de re multus est Devarius p. 90 sq.

Ex positiva autem hac disiunctione facile enata est interrogativa. Nam per se *ἢ* particula nullam interrogationem in se habet, sed quoniam in interrogationibus plures res proponi solent, eas illa particula proprie disiungit non aliter atque in adfirmatione. Itaque *ἢ* particula in interro- *Ἤ in interrogatione.*

gatione aliter non est posita nisi in altero orationis membro, ut hoc ab antecedentibus disiungeret, quod fit multis ac variis modis.

Aut enim, quom praecessisset altera orationis pars sine interrogatione, nata est denique in altero membro interrogatio ista, veluti in eo loco, quem e Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. II. cap. 1. §. 13. posuit Devarius p. 91., quo in loco antecedentium ratio habenda est ac non secus atque in lingua nostra *oder* in Graeca *ἤ* dicitur, quamquam Latini in eius modi locis *an* usurpant: aut habemus duo plurave interrogationis membra, in quorum altero ἤ particula ponitur, ut disiungat singulas enuntiationis partes, quod aut ita fit, ut in priore membro particula vere interrogativa ponatur aut etiam, ut in re, non in particula quapiam interrogatio contineatur.

Πότερον s. πότερα—ἤ. Ac primum quidem saepe numero dicitur *πότερον* vel *πότερα* — *ἤ*, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 7. §. 45. dicitur: *Καίτοι τὰ δῶρα ταῦτα πότερον οἴει αὐτοὺς κακόνοιάν τινα ἐνιδόντας μοι πρὸς σὲ αἰτιᾶσθαί με ἔχειν παρὰ σοῦ ἢ προθυμίαν πολλὴν περὶ σὲ κατανοήσαντας;* et ibidem lib. II. cap. 5. §. 17. *Εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλόμεθα ἀπολέσαι, πότερά σοι δοκοῦμεν ἱππέων πλήθους ἀπορεῖν ἢ πεζῶν ἢ ὁπλίσεως, ἐν ᾗ ὑμᾶς μὲν βλάπτειν ἱκανοὶ εἴημεν ἄν, ἀντιπάσχειν δὲ οὐδεὶς κίνδυνος;* Atque id non secus fit in interrogatione obliqua, uti ibidem lib. I. cap. 4. §. 13. dicitur: *Μένων δὲ πρὶν δῆλον εἶναι τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ ἢ οὔ, συνέλεξε τὸ αὐτοῦ στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων κτέ.* aut in eiusdem *Disciplina Cyri* lib. III. cap. I. §. 11. *Εἰπέ, πότερον ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ καλὰ πράττοντα ὑμᾶς ἢ ὡς ἀδικοῦντα, ἢν λάβῃς, κολάζεις;* Atque in huiusce modi locis, sicuti dixi, ἢ proprie non habet interrogationem, quae posita est in particula *πότερον*, sed eas res, de quibus per istam particulam quaeritur, disiungit, qua de re id potissumum testatur, quod interdum illud ἢ etiam in priore membro ponitur, veluti in Herodoti lib. V. cap 119. legitur: *Κατειληθέντες δὲ ὦν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο περὶ σωτηρίης ὁκότερα ἢ παραδόντες σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι ἢ ἐκλιπόντες τὸ παράπαν τὴν Ἀσίην ἄμεινον πρήξουσι.* aut, quod eodem pertinet, in Euripidis *Hecuba* v. 160 sq.

Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
στείχω;

quibus de locis recte et verissume existumavit Hartungius

vol. II. p. 59 sq. Ex his igitur locis facile prima origo huius interrogandi formulae intellegi poterit: verum tamen non recte quis ageret, qui Graecos ipsos diceret non putasse πότερον — ἢ inter se respondere. Nam consuetudine et usu factum fuisse videtur, ut Graeci non magis de propria vi ἢ particulae cogitarent, quam nos, si *oder* in interrogatione ponimus.

Praeterea aliae quoque particulae multae, quae interrogationem in se continent, etiam si non tam accurate dividunt orationem, quam πότερον particula, praecedunt in priore interrogationis membro ἢ particulae. Ac primum quidem ἆρα — ἢ dicitur, veluti in Euripidis *Phoenissis* v. 435. (425. ed. Herm.) dicitur: Ἆρα — ἤ.

Ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν τοῖς γάμοις ἢ δυστυχεῖς;

et Platonis lib. I. *de re publica* Part. III. vol I. p. 15. ed. Bekk. p. 335. B. ed. H. Steph. Βλαπτομενοι δ' ἵπποι βελτίους ἢ χείρους γίγνονται; Χείρους. Ἆρα εἰς τὴν τῶν κυνῶν ἀρετὴν ἢ εἰς τὴν τῶν ἵππων; Εἰς τὴν τῶν ἵππων. cf. quos praeterea locos Platonis recte explanavit H. Stephanus in *Thesauro Gr. linguae* Vol. IV. p. 75 sq. ed. Paris.

Tum saepe etiam εἰ — ἢ positum est a Graecis, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 3. §. 7. dicitur: Εἰ — ἤ.
Ὁ δ' ἠρώτα εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο τοῖς ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσιν ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί. aut in Sophoclis *Antigona* v. 1201 sqq. ed. Herm.

Ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ' ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.

aut in Platonis lib. I. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 26. ed. Bekk. p. 339 A. ed. H. Steph. Νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔμαθον ὃ λέγεις. εἰ δὲ ἀληθὲς ἢ μή, πειράσομαι εἰπεῖν. et in *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 90. ed. Bekk. p. 18. A. ed. H. Steph. Αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω ἢ μή.

Deinde dicitur ἦ — ἤ, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1168. Ἦ — ἤ.

Ἦ δοῦλος ἢ κείνου τις ἐγγενὴς γεγώς;

et ante in eadem fabula v. 993.

Ἦ ῥητόν; ἢ οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι;

quamquam alii aliter de his locis existumant. Certius exemplum est Platonis e libro I. *de re publica* Part. III. vol. I.

p. 32, ed. Bekk. p. 342. A. ed. H. Steph., *Ἠ ὀρθῶς σοι δοκῶ, ἔφην, ἂν εἰπεῖν οὕτω λέγων, ἢ οὔ; Ὀρθῶς, ἔφη.*

Porro de *μῶν — ἤ* appellavit Hartungius Euripidis *Electram* v. 501 sqq. ed. Aug. Matth.

> *Μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνέμνησαν κακά;*
> *ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις*
> *καὶ πατέρα τὸν ἐμόν, ὅν ποτ' ἐν χεροῖν ἔχων*
> *ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις;*

Atque huc vocari etiam possit locutio: *μὴ — ἤ*, veluti in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 90. ed. Bekk. p. 488. ed. H. Steph. dicitur. *μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι ἢ ὀρθῶς μέμνημαι;*

ποῦ, πῶς, ἤ. Denique si post alias interrogationis formas, veluti *ποῦ, πῶς*, et quae sunt alia eius modi, infertur *ἢ* particula, est illa quidem non tam constructio, quam constructionis mutatio appellanda, uti in illo Homeri loco ex *Odysseae* lib. XXIV. v. 299 sq. dicitur:

> *Ποῦ δὲ νηῦς ἕστηκε θοή, ἥ σ' ἤγαγε δεῦρο,*
> *ἀντιθέους θ' ἑτάρους; ἢ ἔμπορος εἰλήλουθας*
> *νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, οἱ δ' ἐκβήσαντες ἔβησαν.*

aut in Sophoclis *Philocteta* v. 568 sq.

> *Πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος*
> *πλεῖν ἦν ἕτοιμος; ἢ φόβος τις εἶργέ νιν;*

Ἠ in altero interrogationis membro non praecedente alia particula. Sed omnium pene frequentissume *ἢ* ita ponitur in altero interrogationis membro, ut prius interrogationis membrum nullam plane habeat particulam, quae indicet interrogationem, modo res ita comparata sit, ut quem ad modum intellegenda oratio sit obscurum non sit. Sic in una *Antigona* Sophoclis haec habentur v. 9 sq.

> *Ἔχεις τι κεἰσήκουσας, ἤ σε λανθάνει*
> *πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;*

et rursus v. 315.

> *Εἰπεῖν τι δώσεις ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;*

et paullo post v. 317.

> *Ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;*

et v. 337 sq.

> *Σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,*
> *φὴς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;*

et v. 530 sq.

Φέρ' εἰπὲ δή μοι καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
φήσεις μετασχεῖν ἢ 'ξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;

et aliis locis multis. Id dicitur eodem modo in obliqua interrogatione, veluti in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 90. ed Bekk. p. 488. D. ed. H. Steph. τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς διόρισον, ταὐτὸν ἢ ἕτερόν ἐστι τὸ κρεῖττον καὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ ἰσχυρότερον; et in Sophoclis *Philocteta* v. 154 sqq.

Τὸ γάρ μοι
μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
μή προσπεσών με λάθῃ ποθέν,
τίς πόθος, ἢ τίς ἕδρα, τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον ἢ θυραῖον.

Atque hic quaestio admodum difficilis mota est possetne in eius modi locis, quem ad modum supra p. 574. vidimus id fieri adposita interrogativa particula, eodem modo ita duplicari ἢ particula, ut in interrogatione quidem obliqua etiam in primo interrogationis membro poneretur. Et de epicis quidem poetis dubitari nullo modo posse videtur. Namque Homerus quidem atque alii epici poetae saepe numero sane sic posuerunt istas particulas, ut non recte ageret, qui tollere conaretur, praesertim quom ratio excogitari nulla possit quam ob rem ita dici non queat, si qui velit magis etiam duas, quae ponuntur, res disiungere. Sic dicitur in Homeri *Iliados* lib. I. v. 188 sqq.

Ὣς φάτο· Πηλεΐωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ
στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν,
ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,
ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.

et lib. II. v. 299 sq.

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν,
ἢ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκί.

ut Aristarchus quidem constituit locum. Tum lib. V. v. 675 sqq.

Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι,
ἢ ὅγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο.

et lib. XVI. v. 713 sq.

Δίζε γάρ, ἠὲ μάχοιτο, κατὰ κλόνον αὖτις ἐλάσσας,
ἢ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἀλῆναι.

et lib. XX. v. 310 sq.

Ἐννοσίγαι', αὐτὸς σὺ μετὰ φρεσὶ σῇσι νόησον
Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσεις.

et lib. XXI. v. 225 sq.

Πρὶν ἔλσαι κατὰ ἄστυ καὶ Ἕκτορι πειρηθῆναι
ἀντιβίην, ἤ κέν με δαμάσσεται, ἤ κεν ἐγὼ τόν.

Adde *Odysseae* lib. III. v. 214. lib. XV. v. 300. Eodemque modo in oraculo apud Herodotum lib. I. cap. 65. scriptum est:

Δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον.

Ac de epica poesi dubitari mihi nullo modo posse videtur, de qua ne G. quidem Hermannus olim dubitavit ad Vigerum p. 787. ed. tert. Sed utrum etiam ad Atticos poetas pertineat ille usus particularum necne dubitatum est a doctis. Quum enim P. Elmsleius olim ad Euripidis *Medeam* v. 480. de hoc usu adseveravisset, contra disputavit G. Hermannus ad eum ipsum versum [vide eius *Opusc.* vol. III. p. 198 sq.], a quo rursus ita dissensit Hartungius l. l. vol. II. p. 59 sq. ut plures etiam locos huc vocaret, quam par esset. Dissenserunt vero etiam a G. Hermanno novissumi editores Thesauri Stephaniani vol. IV. p. 77. Atque ego quoque in ea sententia sum, ut in omnibus iis locis, qui plane ad similitudinem Homericorum exemplorum efficti esse videantur, repetitam ἤ particulam retinendam existumem. Illi autem loci omnes ita comparati sunt, ut, ubi in oratione quidem obliqua de duabus potissumum rebus quaeritur, quo fortius disiunctionis ratio, quae intercedit inter eas res, se prodat, non ponatur, id quod usitatissumum est, in altero tantummodo membro ἤ particula, sed etiam in priore, qua ratione, ut supra diximus, iam magis praeparatur illa, quae instituenda est, disiunctio. Itaque in Aeschyli *Prometheo* v. 780. pene necesse est scribatur:

Δίδωμ'. ἑλοῦ γάρ, ἤ πόνων τὰ λοιπά σοι
φράσω σαφηνῶς ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

de quo loco etiam Hermannus nullam movit dubitationem, sed alius tantum modo generis esse dixit, quos locos cum eo loco Elmsleius comparavit, qua de re deinceps dicam: interea conferri poterit idem Aeschylus, qui in *Choephoris* v. 889 sq. haec habet:

Δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος·
εἰδῶμεν, ἤ νικῶμεν ἢ νικώμεθα.

et paullo ante v. 755 sqq.

Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις,
ἢ λιμὸς ἢ δίψη τις ἢ λιψουρία
ἔχει.

quibus in locis et ipsis facile apparet cur poeta fortiorem istam disiunctionem instituerit, non simpliciter posita priore interrogationis parte, tum denique alteram disiunxerit. Atque sic etiam illi loci mihi videntur explicandi, quos Elmsleius huc vocavit, Sophoclis *Oedipi Colonei* v. 79 sq.

Οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε
ἢ χρή σε μίμνειν ἢ πορεύεσθαι πάλιν.,

quo in loco quamquam non nego quodam modo defendi posse, quod edidit Triclinius:

εἰ χρή σε μίμνειν ἢ πορεύεσθαι πάλιν.,

tamen infitiari non possum fortiorem istam disiunctionem, quam habent ἢ — ἢ particulae, multo mihi aptiorem videri. Huic enim orationi proprie haec sententia subiecta est: *Hi enim iudicabunt quidem aut te oportere manere aut proficisci rursus.*, nisi quod oratio externa constructione tam apte coniuncta non est. Et videat Hermannus, qui horum verborum sententiam vere et rectissime sic reddidit: Οἵδε γὰρ κρίσιν γε τοῦ μίμνειν σε ἢ πορεύεσθαι πάλιν ποιήσουσι., potueritne etiam dici in hoc loco: Οἵδε γὰρ κρίσιν γε τοῦ ἢ μίμνειν σε ἢ πορεύεσθαι πάλιν ποιήσουσι, quod potuit sine dubio eodem iure, quo illud dici. Cadit hoc idem etiam in Euripidis *Medeae* v. 479 sqq. ed. Elmsl.

Ὅρκων δὲ φρούδη πίστις, οὐδ' ἔχω μαθεῖν,
ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,
ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμ' ἐν ἀνθρώποις τὰ νῦν,
ἐπεὶ ξύνοισθά γ' εἰς ἔμ' οὐκ εὔορκος ὤν.

Sic enim loquitur Medea, quo magis indicet aliam praeter has condiciones non dari, ut ille aut existumet illos deos, per quos olim iuravisset, non amplius regnare aut novas leges in rebus humanis iam esse propositas, quae disiunctio minus exstaret, si scripsisset poeta:

εἰ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,
ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμ' ἐν ἀνθρώποις τὰ νῦν.

Sed de iis tamen locis, quos praeterea adtulit Hartungius e Sophoclis *Oedipo rege* v. 993. et v. 1168., non adsentior viro doctissumo. Sunt enim illi et genere ipso diversi et ita omnino comparati, ut ἢ priore loco optume recipiant, qua de re vide quae supra p. 570. disputata sunt. Sed haec de interrogativo ἢ hactenus. Nam de ἢ οὐ particulis,

quae per se nullam difficultatem habent, iam Devarius separatim dixit p. 101.

Ἠ comparativum.

Sequitur ut dicamus de particula ἤ, quae habet comparationem, de cuius constructione vix opus esset me dicere accuratius, nisi de quorundam ratione locorum etiam nunc agitaretur controversia inter grammaticos. Ac primum quidem ἢ ita infertur post verum comparativum adiectivorum atque adverbiorum, ut ea res aut persona, quacum contentio fit, per illam particulam inferatur. Quae dicendi ratio ita differt ab ea comparatione, quae genitivo casu efficitur, ut

Ἠ et genitivus quem ad modum differant in comparatione.

quoniam genitivo casu nihil aliud significatur nisi hoc, aliquam rem aut personam maiorem minoremve esse, quatenus pertineat ad alteram, in hac quidem constructione comparatio ipsa non tantopere exstet, ut ibi tantummodo usurpari posse videatur, ubi quem ad modum intellegenda sententia sit dubitari non queat. Contra si comparationis caussa suum ac proprium enuntiatum habet illatum illud per ἢ particulam, iam magis de ratione contentionis constat ac nihil fere dubitationis relinquitur: quo fit ut ea constructione etiam in implicatiore caussa uti possimus.

Ἠ cum genitivo coniunctim positum.

Atque hoc ipsum, quod modo posui, discrimen intellegi ac percipi potest etiam ex iis locis, in quibus ambae hae constructiones ita coniunctae sunt, ut altera explicationis caussa accedere videatur, veluti si in Euripidis *Heraclidis* v. 298 sq. Elmsl. dicitur:

> *Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,*
> *ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι*
> *γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.*,

quo in loco ista comparatio, quae continetur genitivo *τοῦδε* minus exstat per sese, itaque in explicatione non dicitur, ut res referatur ad superiorem genitivum:

> *τοῦ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι*
> *γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.*,

sed illustrior illa comparatio, quae fit per ἢ particulam, quasi per appositionem accedit ad priora. Quae constructio saepe est etiam ab oratoribus atque philosophis usurpata, in quam rem conferri potest Demosthenis oratio *adv. Aphobum* §. 11. ed. Bekk. p. 847 extrema ed. H. Steph. *Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τῆς μαρτυρίας τῆς ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένης εἰδὼς ὄντα μοι τὸν ἀγῶνα καὶ περὶ τούτου τὴν ψῆφον ὑμᾶς οἴσοντας ἐπιστάμενος, ᾠήθην δεῖν μηδὲν ἄλλο τούτου πρότερον ἢ τοῦτόν προκαλούμενος ἐλέγξαι.* et Lysiae oratio *de adfectata tyrannide* §. 23.

ed. Bekk. p. 173. ed. H. Steph. *Οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη αὐτοῖς χαλεπώτερον τούτων, ἢ πυνθάνεσθαι μὲν ἡμᾶς μετέχοντας τῶν πραγμάτων, αἰσθάνεσθαι δὲ οὕτω διακειμένους τοὺς πολίτας ὥσπερ μηδενὸς ἐγκλήματος πρὸς ἀλλήλους γεγενημένου.* et Platonis *Gorgias* Part. II. vol. I. p. 117. ed. Bekk. p. 500. C. ed. H. Steph. *Ὁρᾷς γὰρ ὅτι περὶ τούτου εἰσὶν ἡμῖν οἱ λόγοι, οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, ἢ τοῦτο, ὅντινα χρὴ τρόπον ζῆν κτέ.* Id autem dicitur alio quodam modo, si illa explicatio, quae pertinet ad superiorem genitivum ita accedit, ut comparativam particulam *ἢ* non habeat, veluti in Aeschyli *Agamemnone* dicitur v. 613 sq.

τί γὰρ
γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν,
ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ
πύλας ἀνοῖξαι;

aut in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p 146. ed. Bekk. p. 519. D. ed. H. Steph. *Καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα, ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους, ἐξαιρεθέντας μὲν ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, σχόντας δὲ δικαιοσύνην, ἀδικεῖν τούτῳ ᾧ οὐκ ἔχουσιν;* quibus in locis eo, quod ad intellegendum infinitivum debemus respicere ad superiorem genitivum, comparatio ipsa non tam aperte significata est, quamquam ista verba non sine maiore quadam vi, si omittimus particulam, accedunt. Sed haec nihil iam valent ad ipsam particulam.

Ἢ οὐ post comparativum.

Videamus igitur de reliquis constructionibus, quas habet ipsa *ἢ* particula. Ac primum quidem saepe numero post eam particulam accedit *οὐ* negatio, ubi, si ipsam comparationis rationem spectas, non modo necessaria non est negatio, sed etiam officere comparationi videatur: verum ita ponitur negativa particula, ut sententiam potius quam comparationis rationem ante oculos habeat scriptor, ut antiquo tempore Gregorio Corinthio p. 102. ed. Schaef. negatio plane abundare visa sit. Exempla huius rei multa adferri possunt, et Thucydidis locum e lib. III. cap 36. iam posuit ipse Gregorius: *Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀναλογισμὸς ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους.* Addi potest eiusdem Thucydidis lib. II. cap. 62. *Οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον ἢ οὐ κηπίον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι κτέ.* Demosthenis oratio *adv. Timotheum* §. 47. ed. Bekk. p. 1198, 14. ed. Reisk. *Ὥστε τί ἄν ποτε βουλόμενος ὁ πατὴρ ἠβούλετο Τιμόθεον χρήστην ἐγγράψας ἡμῖν*

καταλιπεῖν, εἴπερ μὴ ὤφειλε τοῦτο τὸ ἀργύριον, μᾶλλον ἢ οὐκ ἐκ τῶν Ἀντιμάχου δημευθέντων ἐνεπισκεψάμενος κομίσασθαι. et paullo post §. 53. ed. Bekk. p. 1200, 12. ed. Reisk. Ὥστε τί ἔδει τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ δεηθῆναι δανεῖσαι τὰς χιλίας δραχμὰς τὸν Βοιώτιον ναύαρχον καὶ ἀποδοῦναι Φιλίππῳ μᾶλλον ἢ οὐ τὸν χαλκὸν ὑποθεῖναι τῷ Φιλίππῳ; cf. praeter Bastium ad Gregorium Corinth. p. 102. Dukerum ad Thucydidis lib. III. cap. 36. G. Hermannum ad Vigerum p. 801. ed. tert. Eandemque rationem quibusdam in locis etiam Latini secuti sunt, etiam si illi aliquanto parcius negationem adiunxerunt, verum tamen ut res exemplo non careat. Nam scripsit ipse M. Tullius in oratione, quae est *pro P. Sestio*, cap. 20. §. 46. *Quom vero — tot classes — incursurae viderentur —, depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem?* quo de loco vide quae ego commentatus sum in *Orationum Tullianarum* vol. III. p. 1005 sq.

Ἢ κατά, ἢ πρός. Tum post ἢ comparativam particulam saepe numero non res aut persona simpliciter ponitur, sed tantummodo in comparatione ratio alicuius rei aut personae habetur, itaque adiuncta praepositione dicitur ἢ κατά, ἢ πρός et quae sunt similia. Et priorem quidem formulam Attici et poetae et oratores frequenter usurparunt, veluti Sophocles in *Antigona* v. 768. ed. Brunck.

Δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ᾽ ἄνδρ᾽ ἰών.

et idem in *Oedipo Coloneo* v. 598.

Τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον νοσεῖς;

tum Thucydides, cuius conferatur lib. II. cap. 50. Γενόμενον κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, προσέπιπτεν ἑκάστῳ κτἑ. lib. VI. cap. 15. Ἀλκιβιάδης, ὢν ἐν ἀξιώματι ὑπὸ τῶν ἀστῶν, ταῖς ἐπιθυμίαις μείζοσιν ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν οἰκίαν ἐχρῆτο. lib. VII. cap. 45. Ὅπλα πλέω ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς ἐλήφθη. Adde Demosthenis orat. *ad epist. Philippi* §. 14. ed. Bekk. p. 156. ed. Reisk. Ἐπὰν δέ τι πταίσωσιν, ὃ νῦν εἰκὸς παθεῖν ἐκεῖνον μεῖζον φορτίον ἢ καθ᾽ αὐτὸν ἀράμενον, γίγνεται φανερὰ τὰ δυσχερῆ πάντα τοῖς ἅπασιν. Simpliciter dicitur ἢ πρὸς in Thucydidis lib. IV. cap. 30. Ὁ γὰρ ἄρχων Ἐπιτάδας ἐνδεεστέρως ἑκάστῳ παρεῖχεν ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν. Neque enim in G. Bernhardii *Synt. Gr. ling.* p. 438. sententiam concedere

possum, qui ἤ particulam ex eo loco sublatam cupit. Ἢ ἐπὶ simili modo ponitur in Aristophanis *Vespis* v. 650 sqq.

Χαλεπὸν μὲν καὶ δεινῆς γνώμης καὶ μείζονος ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς,
ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετοκυῖαν.,

quem locum recte explicavit G. Bernhardy l. l. Sed haec difficilia non sunt, illud paullo implicatius dicitur, si quando ad formulam ἢ κατὰ accedit infinitivus, veluti in Euripidis *Medea* v. 672 sq. ἢ κατὰ cum infinitivo.

ΜΗΔ. Τί δῆτα Φοῖβος εἶπέ σοι παίδων πέρι;
ΑΙΓ. Σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη.,

aut in Platonis *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 21. ed. Bekk. p. 392. B. ed. H. Steph. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμέ τε καὶ σὲ ἐξευρεῖν., quibus tamen in locis non, ut volgo putant, duae constructiones conflatae in unam sunt, sed una illa constructio ἢ κατὰ eo uberius explicatur, quod adiungitur etiam infinitivus, itaque proprie haec constructio in his locis est: Σοφώτερα ἔπη ἢ κατ' ἄνδρα, συμβαλεῖν, id est: *sapientiora quidem verba, quam pro captu hominis, ut is interpretetur*, et in Platonis loco: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμέ τε καὶ σέ, ἐξευρεῖν., quod est, ad verbum si reddimus: *At haec quidem fortasse maiora sunt, quam pro captu meo ac tuo, ad inveniendum*, aut: *ut inveniamus*. Quamquam qui Graece dixit: Σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη, aut: μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμέ τε καὶ σὲ ἐξευρεῖν, de dirimenda oratione nullo modo cogitavit, sed ita omnia usu et consuetudine loquendi adsuetus pronuntiavit, quasi aptissume etiam ad rationem grammaticam inter se essent coniuncta.

Etiam illi loci difficiles non sunt, si quando post ἢ particulam in comparatione accedit εἰ, ὡς, ὥστε et quae sunt aliae eius modi formulae. Sic dicitur in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 46. Οὕτως ἡ ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι ἢ εἰ κληρούμενος ὅ, τι λάχοι, τοῦτό τις πράττοι. et ibidem lib. VII. cap. 1. §. 8. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Χρυσάντας, εὖ σοι δοκοῦσι βουλεύεσθαι; Πρός γε ἃ ὁρῶσι. πρὸς δὲ ἃ οὐχ ὁρῶσιν, ἔτι κάκιον ἢ εἰ κατὰ κέρας προσῄεσαν. et in eiusdem *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 4. §. 10. Οὔτοι — ἐγώ, ὦ Σώκρατες, ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον, ἀλλ' ἐκεῖνο μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι, ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι., ad quem locum vide quae nuper Raph. Kühnerus adnotavit p. 131. Similiter in Demosthenis oratione *contra Philippum* II. §. 11. ed. Bekk. p. 68, 20. ed. Reisk. dicitur: Ἢ εἰ, ἢ ὡς, ἢ ὥστε κτέ.

Ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι. - De ἢ ὥστε formula autem conferatur Xenophontis *Memorabilium Socratis* lib. III. cap. 5. § 17. Δι' ἃ ἔγωγε μάλα φοβοῦμαι ἀεί, μή τι μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν δύνασθαι κακὸν τῇ πόλει συμβῇ. aut Platonis *Defensio Socratis* Part. I. vol. II. p. 129. ed. Bekk. p. 36. B. ed. II. Steph. Ἡγησάμενος ἐμαυτὸν τῷ ὄντι ἐπιεικέστερον εἶναι ἢ ὥστε εἰς ταῦτ' ἰόντα σώζεσθαι.

Ἢ num per pleonasmum coniungatur cum genitivo.

Aliquanto difficilior quaestio est, num Graeci ἢ particulam per pleonasmum etiam ad genitivum coniunxerint eum, qui efficit comparationem. Qua de re quom olim non pauci iique non ignobiles grammatici adseverassent, in quo numero fuerunt H. Stephanus *de dialecto Attica* p. 28. Valckenarius ad Theocriti X. idyll. p. 162. p. 340. Koenius et Schaeferus ad Gregorium Corinth. p. 89. ed. Schaef. Fischerus ad Welleri *gramm.* III. p. 351. Marklandus ad Lys. p. 370. ed. Reisk. Erfurdt. ad Soph. Antig 1077. ed. min. denique G. Hermannus olim ad Vigerum p. 787. ed. tert. Toupius ad Theocritum id. XV. v. 36. idemque ad Longinum sect. XVIII. p. 321., exstitit nuper L. V. Faesius in Seebodii *Miscellaneis criticis* vol. II. part IV. p. 697 sqq., qui de hoc usu Graecorum plane denegavit ac plerisque grammaticis rationem suam vehementer probavit, uti G. Hermanno, quem vide ad Sophoclis *Antigonam* v. 1077. et v. 1266., et G. Bernhardy, cuius conferatur *Synt. Gr. ling.* p. 437. Sed tamen novissumo tempore Hartungius rursus de isto usu, quem pene iam explosum putabamus, adfirmavit vol. II. p. 71. et in Addendis p. 424 sq. ut sane operae pretium esse videatur, denuo in istam rem inquirere.

Et illud quidem et alii docuerunt et intellexit ipse Hartungius permultos sane locos olim sine idonea caussa huc vocatos videri, quod ibi aperte genitivus alio modo explicandus esset, veluti si in Thucydidis lib. II. cap. 13. dicitur: οὐκ ἐλάσσονος ἦν ἢ πεντακοσίων ταλάντων., ubi genitivus nullo modo a comparativo pendet, aut ibidem lib. VII. cap. 77. Ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν· ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν., quo in loco per quandam adtractionem τοιῶνδε dictum est, ut id quoque referatur ad praepositionem ἐκ, a qua prior genitivus suspensus erat. Recte porro A. Matthiae *gr. Gr. amplioris* §. 450. adnot. 2. p. 845. ed. sec comparavit Platonis locum *de legum* lib. VI. Part. III. vol. II. p. 438 ed. Bekk. p. 765. A. ed. H. Steph. Ἱκανὸς δὲ καὶ περὶ μονῳδίαν εἷς, μὴ ἔλαττον ἢ τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν, εἰσαγωγεύς τε εἶναι καὶ τοῖς ἁμιλ-

λωμένοις τὴν διάκρισιν ἱκανῶς ἀποδιδούς., in quo loco a verbo γεγονώς genitivus ille suspensus est, cum eiusdem Platonis verbis, quae ibidem paullo post leguntur p. 440. ed. Bekk. p. 765. D. ed. H. Steph. *Εἷς μὲν δὴ καὶ ὁ τούτων ἄρξων ἔστω κατὰ νόμους, ἐτῶν μὲν γεγονὼς μὴ ἔλαττον ἢ πεντήκοντα κτέ.* unde facile intellegitur quae vera in his locis constructio sit. Et de his quidem locis nemo hodie dubitabit, sed etiam bona pars eorum locorum, qui adlati sunt, ut pleonasmum ἢ particulae ostenderent, haud difficiliori negotio removeri poterunt, ut Sophoclis versus de *Antigona* 1281. ed. Brunck. [1266. ed. Herm.], quem libri omnes ita scriptum habent:

Τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;

quo in loco alii permiro modo dicendi sententiaque admodum debili existumaverunt ἢ κακῶν ita dici, ut comparationem efficerent: alii autem Canteri correctione usi, in quo numero G. Hermannum esse miror, ediderunt:

Τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἐκ κακῶν ἔτι;

Sed neque nova verborum constructio in istis rebus est neque mutanda librorum scriptura, sed quem ad modum in *Nov. annal. philol. et paedagog.* Vol. XXI. p. 186 sq. a me explicatum est, dicitur hoc: *Quid autem est peius aut quid adhuc malorum?*. Qua in sententia cum etiam Aug. Boeckhium esse intellegam, non est quod uberius de hoc loco explicem. Adtulit praeterea C. Wexius, cuius syllogen vide p. 288., similem sententiam Ciceronis ex eius epist. *ad fam.* lib. IV. ep. 5. *Hoc uno incommodo addito quid ad dolorem adiungi potuit?* Itaque Creon existumat mala iam ita exhausta esse omnia, ut nihil reliquum sit. Hic igitur locus, quo maxumopere ille confisus est, iam ereptus erit Hartungio. Sed etiam reliqua exempla ab Hartungio adlata nihil probant. Nam quod ille adtulit e Xenophontis *Historia Graeca* lib. II. cap. 1. §. 8. ἡ δὲ κόρη ἐστὶ μακρότερον ἢ χειρός., ibi aliud diceretur, si ἢ χείρ scriptum esset, aliud nunc dicitur, si quidem ἢ χειρὸς scripsit Xenophon. Id est enim: *länger als um eine Hand,* ut genitivus mensurae sit, non a comparativo μακρότερον suspensus. Eodemque modo dicitur ibidem lib. IV. cap. 6. §. 5. *Οὐ προῄει πλέον τῆς ἡμέρας ἢ δώδεκα σταδίων.*, quod sane dici poterat aut ἢ δώδεκα στάδια aut omissa ἢ particula δώδεκα σταδίων, sed alio quodam modo. Nunc dicitur: *Non processit plus in die quam quod esset duodecim stadiorum,* quod nos dicamus: *als um zwölf Stadien.* Denique iam etiam apparebit nullo modo

locum Lysiae, quem posuit Hartungius ex eius oratione, quae est *de bonis Aristophanis* §. 46. ed. Bekk. p. 156. ed. H. Steph. id probare, quod voluit Hartungius. Ibi enim cum haec dicantur: *Στεφάνῳ δὲ τῷ Θαλλοῦ ἐλέγετο εἶναι πλέον ἢ τριάκοντα ταλάντων, ἀποθανόντος δ' ἡ οὐσία ἐφάνη περὶ ἕνδεκα τάλαντα.*, non ego crediderim quidem iam in prioribus verbis cogitare oratorem de eo, quod sequitur, ἡ οὐσία, in quam sententiam Aug. Matthiae inclinavit, sed est proprie etiam hoc loco: *Stephano Thalli filio dicebatur esse plus quam quod esset quinquaginta talentorum*, ut non pleonasmus in hoc loco sit, sed hic quoque genitivus mensurae esse videatur. Postremo de Isocratis *Archidamo* §. 72. ed. Bekk. p. 131. A. ed. H. Steph. iam conclamatum est, cum ibi et Coraes et Bekkerus non sine optumorum librorum auctoritate scripserint: *Καὶ γὰρ ἐξαγγελθῆναι τοῖς Ἕλλησι καλλίω ταῦτ' ἐστὶ καὶ μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ἡμετέροις φρονήμασιν, ὧν ἔνιοί τινες ἡμῖν συμβουλεύουσιν.* pro eo, quod volgo legebatur: ἢ ὧν ἔνιοι κτἑ. De Theocriti *idyllio* XX. v. 27. non dicam hoc loco, quoniam quae volgo ibi habetur scriptura:

Ἐκ στομάτων δὲ
ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω.

neque per sese satis certa est et si id, quod in libris quibusdam habetur μελικήρω, profectum esset a Theocrito, tamen ille ipse genitivus alio modo explicandus esset. Sed haec fere erant exempla, quibus Hartungius rationem suam stabilire vellet, quibus si non certiora adferuntur, ne ego quidem verebor cum Faesio in Hoogeveeni sententiam discedere, qui dixit: *Abundare particulam ἢ post comparativum credam, cum iusta auctoritate confirmatum videro.*

Sed non solum post verum comparativum adiectivorum atque adverbiorum ponitur ἢ particula, sed sunt etiam multae aliae voces, quibuscum, quom contentionem quandam duarum rerum indicent, comparativa particula ἢ componitur. Ac primum quidem huc pertinent adiectiva quaedam atque adverbia, quorum etiam gradus positivus intuma vi sua particulam ἢ secum habet, veluti ἄλλος, ἀλλοῖος, διπλήσιος, ἐναντίος, ἴδιος, πλήν, πρίν, ὕπερθεν et quae sunt alia huiusce modi. De ἄλλος ἢ conferatur Sophoclis *Electra* v. 1173.

ἄλλος ἤ. Οὔτοι ποτ' ἄλλην ἢ 'μὲ δυσφημεῖς, ξένε.

et notissumae illae formulae ἄλλο ἤ, ἄλλο τι ἤ, ἀλλ' ἤ, de quibus supra p. 33 sqq. p. 79 sqq. diximus. De ἀλ-

λοῖος ἢ vide Platonis *Convivium* Part. II. vol. II. p. 410. ed Bekk. p. 193. D. ed. H. Steph. *Οὗτος, ἔφη, ὦ Ἐρυξίμαχε, ὁ ἐμὸς λόγος ἐστὶ περὶ Ἔρωτος, ἀλλοῖος ἢ σός.* et eiusdem *Defensionem Socratis* Part. I. vol. II. p. 95. ed. Bekk. p. 20. C. ed. H. Steph. *Οὐ γὰρ δή που σοῦ γε οὐδέν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί.* De ἕτερος ἢ conf. Sophoclis *Trachiniarum* v. 832. ἀλλοῖος ἤ.

Πῶς ὅδ᾽ ἂν ἄλλιον ἕτερον ἢ τὰ νῦν ἴδοι;

De διπλήσιος sive διπλάσιος conferas Herodoti lib. VI. cap. 57. *διπλήσια νέμοντας ἑκατέρῳ τὰ πάντα ἢ τοῖσι ἄλλοισι δαιτυμόνεσι.* cl. lib. VIII. cap. 143. tum Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 37. *ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως διπλάσια ἐν τῇ σκηνῇ ἑκάστῃ σῖτα καὶ ποτὰ παρασκευασθῆναι τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς οἰκέταις ἢ καθ᾽ ἡμέραν ἐποιεῖτε.*, ad quem locum récte comparavit Ern. Poppo Xenophontis *Hieronis* cap. I. §. 13., ubi πολλαπλάσιος eadem ratione dicitur in verbis his: *ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν ἀξιοῦσι πολλαπλάσια λαβόντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπιέναι παρὰ τοῦ τυράννου, ἢ ὅσα ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ πάντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτῶνται.* His adde ἥμισυς ἤ, quod habetur in Xenophontis *Graec. historia* lib. V. cap. 3. §. 21. et Nitzschium post Platonis *Ionem* p. 75. De ἐναντίος ἤ, quod saepissume legitur apud optumos quosque scriptores, conferatur Aristophanis *Plutus* v. 14. διπλάσιος ἤ, πολλαπλάσιος ἤ, κτέ. ἐναντίος ἤ.

τοὐναντίον δρῶν ἢ προσῆκ᾽ αὐτῷ ποιεῖν.

et Xenophontis *Memorabilia Socratis* lib. III. cap. 12. §. 4. *Καὶ μὴν πάντα γε τἀναντία συμβαίνει τοῖς εὖ τὰ σώματα ἔχουσιν ἢ τοῖς κακῶς.* et ibidem lib. IV. cap. 5. §. 8. *Οὔκουν τὴν ἐγκράτειαν τῶν ἐναντίων ἢ τὴν ἀκρασίαν εἰκὸς τοῖς ἀνθρώποις αἰτίαν εἶναι;* vide praeter alios quae G. H. Schaeferus ad Dionysium *de compositione verborum* p. 77. et ad Demosthenem voll. III. p. 467. tum Hasius adtulit ad Xenophontis lib. *de rep. Laced.* cap. I. §. 7. p. 56. De ἴδιος ἢ conferas Platonis *Gorgiam* Part. II. vol. I. p. 77. ed. Bekk. p. 481. C. ed. H. Steph. *Εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος τοῖς μὲν ἄλλο τι, τοῖς δὲ ἄλλο τι, τὸ αὐτό, ἀλλά τις ἡμῶν ἴδιόν τι ἔπασχε πάθος ἢ οἱ ἄλλοι, οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον ἐνδείξασθαι τῷ ἑτέρῳ τὸ ἑαυτοῦ πάθημα.* Eodem modo dicitur etiam ἀνόμοιος ἤ, quo de conferas Platonis *Cratylum* Part. II. vol. II. p. 110. ed. ἴδιος ἤ. ἀνόμοιος ἤ.

Bekk. p. 435. A. ed. H. Steph. Ἀπὸ τοῦ ἀνομοίου γε ἢ ὃ διανοούμενος φθέγγομαι, εἴπερ τὸ λάβδα ἀνόμοιόν ἐστι τῇ ἢ φῇς σὺ σκληρότητι. Ad eandem similitudinem
οὐχ ὅμοιος ἤ. dicitur etiam ὅμοιος, sed id, ut par est, non dicitur nisi negatione praecedente, qua de re plures locos posuit G. H. Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 131, qui adfert Lucianum Tom. III. p. 465. οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι, γαμετὴν ἢ παῖδα ὀλέσαι., Phalaridos Epist. 138. p. 562, 64. Lenn. Καὶ οὐχ ὅμοιον τοῦ μετ' ὀλίγον ἥξοντος ἀφαιρεῖσθαι ἀνδρός, ἢ οὐ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε. Pau-
οὐχ ὁμοίως ἤ. saniae lib. IV. cap. 11. §. 1. Οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔτεσιν ἐποίησαν. Omnino vide G. Bernhardy intelligenter, ut solet, de his rebus in *Syntaxi Gr. ling.* p. 140. disputantem.

Πρὶν ἤ, πλὴν ἤ. De adverbiis πρίν, πλὴν separatim dixit Devarius vol. I. p. 188 sqq. et p. 191 sq. Habent autem ea adverbia secum ἢ particulam, quod comparationis in se significationem continent, et πρὶν quidem ad verbi πρότερον vim ac significationem accedit, πλὴν autem et forma et sententia comparari potest cum πλέον adverbio, qua de re posterius dicetur accuratius. Πρόσθεν, quod eandem rationem habet, legitur saepe ἢ particula adiuncta, ut in Sophoclis *Oedipo rege* v. 832.

Βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν
κηλῖδ' κτέ.

Propter ipsam comparationis vim, quam in se continet,
ὕπερθεν ἤ. etiam ὕπερθεν adverbio comitatur ἢ particula, veluti in Euripidis *Medea* v. 647 sqq. dicitur:

μό-
χθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ
γᾶς πατρίας στέρεσθαι.

Eodem modo dicitur etiam διπλῇ ἤ, veluti in Platonis *de re publica* lib. I. Part. III. vol. I. p. 9. ed. Bekk. p. 330. C. ed. H. Steph. Οἱ δὲ κτησάμενοι διπλῇ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά. Dicitur etiam πέρα ἤ, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 657.

οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.

Ἐκ τοὔμπαλιν ἤ, εἰς τοὔμπαλιν ἤ. De adverbiali locutione ἐκ τοὔμπαλιν et εἰς τοὔμπαλιν adferunt grammatici Thucydidis lib. III. cap. 22. Καὶ ἅμα οἱ ἐν τῇ πόλει τῶν Πλαταιῶν ὑπολελειμμένοι ἐξελθόντες προσέβαλον τῷ τείχει τῶν Πελοποννησίων ἐκ τοὔμπαλιν ἢ οἱ ἄνδρες αὐτῶν ὑπερέβαινον κτέ. et Xeno-

phontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 5. §. 13. Ἐνταῦθα τὴν μὲν ὑστεραίαν ἐπανεχώρουν εἰς τοὔμπαλιν ἢ πρὸς Βαβυλῶνα εἰς τὰς ἀκαύστους κώμας, κατακαύσαντες ἔνθεν ἐξῄεσαν., quamquam eo loco olim Krügerus propter ipsam sententiam tolli voluit quae in libris est ἤ particulam. De διαφερόντως dicetur deinceps.

Sequitur ut dicamus de verbis iis, quae aut ipsa natura sua aut prouti tota sententia comparata est hanc vim habent, ut eis in oratione comitetur ἤ particula, in quo numero verba διαφέρειν, φθάνειν, ζητεῖν, ἐπιθυμεῖν, ἐθέλειν, βούλεσθαι, αἱρεῖσθαι, δέχεσθαι similia reponenda sunt. De verbo διαφέρειν conferatur Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 7. §. 7. Τί δὲ οἴει διαφέρειν ὃ σὺ ποιεῖς ἢ τῶν ἀσκητῶν ὄντα κρείττω τοὺς ἰδιώτας φοβεῖσθαι; tum eiusdem libri cap. 11. §. 14. Τηνικαῦτα γὰρ πολὺ διαφέρει τὰ αὐτὰ δῶρα, ἢ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, διδόναι. Adde *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 4. §. 20. et Platonis *Phaedr.* p. 228. D. ed H. Steph. Atque ab hac similitudine ductum est, quod in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 8. §. 5. dicitur διαφερόντως ἤ in verbis his: Οὐδὲν διαφερόντως, ἔφη, ἀποκρίνῃ μοι, ἢ ὅτε σε ἠρώτησα, εἴ τι ἀγαθὸν εἰδείης. et quod dicitur eodem modo διάφορος ἤ in eodem Xenophontis scripto lib. IV. cap. 4. §. 14. Διάφορον οὖν τι οἴει ποιεῖν, ἔφη, τοὺς τοῖς νόμοις πειθομένους φαυλίζων, ὅτι καταλυθεῖεν ἂν οἱ νόμοι, ἢ εἰ τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις εὐτακτοῦντας ψέγοις, ὅτι γένοιτ᾽ ἂν εἰρήνη; Vide G. Stallbaumium ad Platonis *Phaedr.* p. 228. D. Kühnerum ad Xenophontis *Memorab. Socratis* p. 327. ed. Goth. Nec minus nota res est de verbo φθάνειν, de quo conferas Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. I. cap. 6. §. 39. Ἠσκήκεις δὲ φθάνειν ἕλκων ἢ τὰ πτηνὰ φεύγειν. et Herodoti lib. VI. cap 108. Φθαίητε γὰρ ἂν πολλάκις ἐξανδραποδισθέντες ἤ τινα πυθέσθαι ἡμέων. De ζητεῖν ἤ conferatur Lysiae *Defensio de adfectata tyrann.* §. 1. ed. Bekk. p. 171. ed. H. Steph. Οἱ σαφῶς εἰδότες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας καὶ τοὺς πολλὰ ἐξημαρτηκότας ζητοῦσι κερδαίνειν ἢ ὑμᾶς πείθειν περὶ ἁπάντων ἡμῶν τὴν γνώμην ταύτην ἔχειν. Habet enim ζητεῖν verbum propterea adiunctam ἤ particulam, quod si quid quaero, id, quod quaero, videor aliis rebus, quas minus quaero, anteponere. Hinc etiam verbum αἱρεῖσθαι, deligendi quod notionem habet, adsumpsit interdum eandem particulam, veluti in Lysiae *oratione funebri* §. 62. ed. Bekk. p. 196. ed. H. Steph. dicitur: θάνατον μετ᾽ ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ δουλείας., et

φθάνειν ἤ, διαφέρειν ἤ, βούλεσθαι ἤ κτέ.

in Demosthenis oratione *Olynthiaca* II. §. 22. ed. Bekk. p. 24. ed. Reisk. *Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε, εἴ τις αἵρεσίν μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, ἐθελόντων ἃ προσήκει ποιεῖν ὑμῶν αὐτῶν καὶ κατὰ μικρόν, ἢ τὴν ἐκείνου.* Eo enim, quod aliquid sumis, alias res ut posthabeas, comparationis ratio nascitur. Eadem ratio est verbi *δέχεσθαι*, si quando *ἤ* particula eo verbo adiungitur, veluti in Lysiae oratione *contra Theomnestum* I. §. 21. ed. Bekk. p. 118. ed. H. Steph. *Ἐγὼ γοῦν δεξαίμην ἂν πάσας τὰς ἀσπίδας ἐῤῥιφέναι ἢ τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ τὸν πατέρα.* Sic etiam *βούλεσθαι ἤ*, *ἐθέλειν ἤ*, *ἐπιθυμεῖν ἤ* dicitur, in quo agmen ducit Homerus in *Iliados* lib. I. v. 117.

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.,

quem deinceps reliqui scriptores Graeciae secuti sunt, uti Herodotus lib. III. cap. 40. *Καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα.* De *ἐθέλειν* conferas Luciani *Gallum* s. *somnium* §. 19., ubi id, quod Euripides in *Medea* v. 250 sq. dixerat:

Ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.,

ille sic adfert: *Ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ εἴπῃς, ἱκανῶς ὁ Εὐριπίδης διέκρινε τὸ τοιοῦτον, εἰπὼν ὡς τρὶς ἂν ἐθέλοι παρ' ἀσπίδα στῆναι ἢ ἅπαξ τεκεῖν.* Denique conferas Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. I. cap. 4. §. 3. *Ὥστε ἐπιθυμίαν τις εἶχεν ἔτι πλείω ἀκούειν αὐτοῦ ἢ σιωπῶντι παρεῖναι.* Sed plura de hoc genere consectanda non sunt, quoniam quae similia apud posteriores potissumum scriptores Graecos leguntur, ea quem ad modum explicanda sint facile ex iis exemplis, quae posita sunt, intellegi potest. Conf. Nitzschium post *Ionem* p. 71 sq. et H. Stephani *Thesaurum Gr. ling.* vol. IV. p. 79 sq.

ἤ post positivum aut superlativum adiectivorum.

Denique ad intumam sententiae rationem potius respicitur, quam ad externam verborum constructionem, sicubi *ἤ* particula post positivum gradum aut superlativum nominum adiectivorum infertur, uti apud Herodotum lib. IX. cap. 26. *Οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤπερ Ἀθηναίους.* aut si in Aristotelis *Problem.* XVIII. 1. p. 152. B. dicitur: *Τὸ ἐγρηγορέναι τοῦ ζῆν αἴτιόν ἐστιν ἢ τὸ καθεύδειν*, qua de re conferatur Zell. ad Aristot. Ethic. Nicom. p. 361. et Nitzschius l. l. p. 72. De super-

lativo conferas Herodotum lib. II. cap. 35. Ἔρχομαι δὲ περὶ Αἰγύπτου μηκύνων τὸν λόγον, ὅτι πλεῖστα θωϋμάσια ἔχει ἢ ἄλλη χώρη. et quae Nitzschius adtulit l. l. p. 79. Namque etiam hic satis erit analogiam significavisse.

Si quaerimus quibus particulis respondeat ἢ particula, illud iam supra significavimus ἢ saepe numero bis aut etiam ter ac saepius poni, tum etiam vidimus iam supra in voce εἴτε, etiam huic particulae ἢ particulam respondere, uti dicatur aut εἴτε — ἤ —, vel εἴτε — εἴτε — ἤ, aut etiam ἢ — εἴτε, et quae sunt similia. Vide quae explicata sunt supra p. 537 sq. De ἤτοι — ἢ vide vol. I. p. 101. Si autem καὶ — ἤ —, τέ — ἢ inter se respondere visa sunt, eae non sunt verae responsiones dicendae, sed potius talia per ἀνακολουθίαν dicuntur nec quidquam ad ipsam particularum constructionem pertinent. Vide Hartungium l. l. vol. I. p. 89. p. 145. Ἢ — ἤ — ἢ — ἤ.

De iis autem particulis, quae ἢ particulae adiungi solent, hoc commemorandum videtur. Primum ἤ γε non dictum est ab antiquis et bonis scriptoribus nisi ea voce interposita, quae per γὲ particulam effertur, qua de re recte existumavit G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. II. p. 538 C. Et dicitur illud ἢ — γέ saepe numero in iis locis, ubi ἢ fere exclusivam habet significationem, quasi dicas: εἰ δὲ μή, qua de significatione vide quae explicavit Devarius vol. I. p. 91 sq. Sic igitur dixit Aristophanes in *Equitum* v. 414 sq. Ἤ — γέ.

Ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τούτοισιν ἢ μάτην γ' ἂν
ἀπομαγδαλίας σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφείην.

et oratores saepe numero eadem dicendi formula usi sunt, veluti Demosthenes in oratione *contra Aristogitonem* I. §. 71. ed. Bekk. p. 795, 18. ed. Reisk. Οὐ γάρ, εἰ μὴ πᾶν ὅσον ὦφλεν ὀφείλει, νῦν ἡ κρίσις οὐδ' ὁ λόγος ἐστίν, ἀλλ' εἰ ὀφείλει. Ἦ δεινά γ' ἂν πάθοιεν οἱ δραχμὴν ἐγγεγραμμένοι μόνην; εἰ κτἑ. et Lysias *de Polystrato* §. 19. ed. Bekk. p. 159. sub fin. ed. H. Steph. Ἦ δεινά γ' ἂν πάθοιμεν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τοὺς μὲν οὐχ οἵους τε ὄντας ἐξάρνους εἶναι μὴ οὐ χρήματα ἔχειν ὑμῶν, τούτους μὲν ἀφῆτε ἀνδρὶ ἐξαιτουμένῳ, ἡμῖν δὲ αὐτοῖς τε προθύμοις γεγενημένοις περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον καὶ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ὑμᾶς ἠδικηκότος, οὐ χαριεῖσθε. Vide reliqua exempla a G. Dindorfio l. l. adlata.

Ηγουν autem particulam, quam esse compositam ex ἤ, γέ, οὖν particulis facile intellegitur, recte grammatici puta- Ἤγουν.

verunt non posse concedi nisi posterioribus fere Graeciae scriptoribus, qua de re vide quae posuit G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. IV. p. 94 C., ed. Paris. Nam si quando apud bonos atque antiquos scriptores habetur, illi loci de glossemate suspecti esse debent, veluti qui est in Xenophontis *Oeconomico* cap. XIX. §. 11. de quo loco recte nuper Ed. Kerstius mihi existumavisse videtur.

Ἦ δῆτα. Tum aliquoties dictum est ἦ δῆτα, qua de re vide quae supra p. 442. explicavimus.

Ἦ καί. *Ἦ καὶ* sic dicitur, ut *καὶ* suam vim plane retineat, quo significetur aliquid ad priora accedere praeterea: id quod in plerisque locis aliquid, quod gravius videatur, adiungit, veluti si in Euripidis *Medea* v. 39 sqq. dicitur:

Ἐγῴδα τήνδε δειμαίνω τέ νιν,
μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος
σιγῇ δόμους ἐσβᾶσ' ἵν' ἔστρωται λέχος,
ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ.

aut in Sophoclis *Oedipo rege* v. 233.

Εἰ καί τις ἢ φίλου
δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε.

et haec quidem caussa obscura esse non potest. Sed dicitur istud ἦ καὶ in interrogatione quidem ita ut maiorem vim non adferat, sed similem quandam condicionem posterioris membri atque prioris monstret omnino, veluti in illo loco, quem supra posuimus Homeri *Iliados* lib. II. v. 300.

Ὄφρα δαῶμεν,
ἢ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκί.

ἠ καί — ἢ καί. Id, quod deinceps etiam reliqui scriptores usurparunt, qui interdum, quo magis de ista similitudine, quam dixi, condicionis iam exstaret in priore membro, interdum etiam ἢ καί — ἢ καί dixerunt, veluti Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 3. §. 12. *Καὶ λάβοιμι μὲν αὐτοῦ τι ἐγώ, ἀντιλάβοι δὲ κἀκεῖνος ἡμῶν ἢ καὶ ἄλλους τινὰς ἢ καὶ ἀγγέλους πεμπομένους ὑπ' ἐμοῦ πρὸς τούτους, οὕς φατε πολεμίους τῷ Ἀσσυρίῳ εἶναι.* Cf. quae supra p. 535. de particulis εἴτε καί — εἴτε καὶ explicavimus.

De ἤ που et ἤ τοι vide vol. I. p. 89. et p. 101 sq.

Ἦ.

Ἦ. De particula adfirmativa ἦ, quae dubitari non potest quin pertineat ad verbum substantivum, ut ex eo, quod

fuit, sicuti in nostro verbo *war* et *wahr*, nata sit adfirmatio, recte dixit Hartungius vol. II. p. 372. propterea copiosius in doctrina particularum explicandum non videri, quod ea unam tantum modo eamque certam ac definitam vim ac potestatem haberet, ut significaret esse aliquid, quod poneretur, *profecto*, ut tamen neque oppositionem neque ullam omnino relationem ad alia orationis membra haberet per sese.

Ac primum quidem ponitur in simplici sententia: cuius rei, quom illud exemplum, quod posuit Devarius vol. I. p. 93. ex Aristophanis *Pluto* v. 869., pertineat potius ad interrogationem, alia testimonia adferam, Sophoclis quidem *Antigonam* v. 323. Ἠ adfirmativum.

Ἦ δεινόν, ᾧ δοκεῖ γε, καὶ ψευδῆ δοκεῖν.

Aristophanis *Plutum* v. 909 sqq.

Ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολί-
της ἐστὶν ἅπασιν ὅσ-
τις γ᾽ ἐστὶ τοιοῦτος.

Deinde quoniam in interrogatione de eo, quod fere es aut fuit, edoceri volumus, eoque modo fit ut lubenter interrogatio proficiscatur ab adfirmatione, saepe numero ἦ particula quasi fundus interrogationis factus est, cuius rei quom et a Devario aliquot posita sint et fere ubique inveniantur exempla, non est quod plura hic adferam. Quin etiam in duplici interrogatione habetur illud ἦ interrogativum et priore quidem loco, veluti in eo Platonis loco, quem posuit Devarius vol. I. p. 92. Vide quae supra in ἦ particula explicavimus p. 575 sq. Ἠ interrogativum. Ἠ — ἦ.

Ex ipsa autem vi particulae adfirmativa evenit, ut, sive in interrogatione sive etiam in adfirmatione, huic particulae comitarentur tales particulae, quae quom debiliores per sese esse videantur, ad fortiorem vocem adhaerescere solent, veluti ἄρα, γάρ, γέ, δή, δῆτα, δήπου, μήν, οὖν, πού et quae his sunt similes. Quae particulae quom suam quaeque vim ac potestatem retineant, vix opus est a me singula earum formularum exempla poni. Ἠ ἄρα, ἦ γάρ, ἦ γε κτἑ.

Et ἦ ἄρα iam inde ab Homero, cuius vide *Iliados* lib. XVIII. v. 129. Ἠ ἄρα et ἦ ῥα.

Ἥφαιστ᾽ ἦ ἄρα δή τις ὅσαι θεαί εἰσ᾽ ἐν Ὀλύμπῳ,
τοσσάδ᾽ ἐνὶ φρεσὶν ᾗσιν ἀνέσχετο κήδεα λυγρὰ κτἑ.

saepe dictum est, hinc natum epicorum illud ἦ ῥα, quod etiam tragici in melica sua receperunt. Tum ἦ γὰρ et in Ἠ γάρ.

adfirmatione saepissume positum est et in interrogatione. Et ἦ γὰρ in adfirmatione positum esse non est quod exemplis doceam. Nam hic quoque usus inde ab Homero propagatus est, qui in *Iliados* lib. I. v. 78 sq. haec habet:

Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.

Saepissume etiam in interrogatione ponitur ἦ γάρ, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 248, dicitur:

Ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;

et in eadem fabula v. 322.

Ἦ γάρ τι καὶ σὺ τοῖς πανωλέθροις ἔχεις
ἔγκλημ' Ἀτρείδαις, ὥστε θυμοῦσθαι παθών;

quibus in locis de re, de qua capimus suspicionem ex iis, quae audivimus, certiores fieri volumus, ac sic ponitur in iis locis, quos multos congessit P. Elmsleius ad Euripidis *Medeam* v. 678. p. 193. ed. Lips. Nam quod idem vir doctus et Schneiderus ad Platonis *de re publica* lib. X. p. 607. D. ed. H. Steph. adnotarunt, interdum ita poni hoc ἦ γάρ, ut lenis irrisio admisceretur, id non in particulis, sed in sententia ipsa situm est. Ceterum inter ἦ et γὰρ particulas interponitur etiam ea vox, quae vim maximam obtinet, veluti in Sophoclis *Electra* v. 1221.

Ἦ ζῇ γὰρ ἀνήρ;

vide omnino quae in γὰρ particula supra p. 249. explicavimus.

Ἦ — γέ. Similis caussa et ratio est particularum ἦ — γέ, quae saepe leguntur interposita aliqua voce, veluti in Aeschyli *Agamemnone* v. 1034. ed. Well. dicitur:

Ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
ἥκει κτέ.

Ἦ δή, ἦ δῆτα. Tum aliquoties dictum est ἦ δὴ et ἦ δῆτα, de quibus formulis vide quae posuit ipse Devarius vol. I. p. 93. et p. 100., ac de ἦ δῆτα addere poteris Aeschyli *Sept. adv. Thebas* v. 670 sq.

Ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας.

Et ἦ — δὴ ponitur etiam in interrogatione, uti in Sophoclis *Electra* v. 377. legitur:

Ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν;

et rursus in *Philocteta* v. 561. ed. Herm.

> Ἦ ταῦτα δὴ Φοίνιξ τε χοἰ ξυνναυβάται
> οὕτω καθ' ὁρμὴν δρῶσιν Ἀτρειδῶν χάριν;

quibus locis recte adiunxit Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 750. ἦ — δῆτα, quod dicitur in simili caussa in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 429.

> Ἦ ταῦτα δῆτ' ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν;

Denique in hoc genere dictum est etiam ἦ δή που, veluti in Homeri *Iliados* lib. XXI. v. 583. Ἦ δή που.

> Ἦ δή που μάλ' ἔολπας ἐνὶ φρεσί, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ κτέ.

Saepissume ἦ particulam excipit coniunctio καί, et maxume quidem in interrogatione, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 6. dicitur: Ἦ καὶ δίδως —, ὦ πάππε, πάντα ταῦτά μοι τὰ κρέα ὅ, τι ἂν βούλωμαι αὐτοῖς χρῆσθαι; et ibidem lib. III. cap. 3. §. 51. Ἦ καὶ δύναιτ' ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἷς λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν αἰδοῦς μὲν ἐμπλῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουσάντων, ἢ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλῦσαι κτέ., sed haec, quom utraque particula facile suam tueatur vim, ad intellegendum difficilia non sunt. Ἦ καί.

Porro de ἦ μὴν particulis vide, quae separatim posuit Devarius vol. I. p. 100. Ἦ μήν.

Si quando autem ἦ οὖν particulae in aliqua sententia coniunctae leguntur, ἦ habet adseverationem, οὖν autem ratiocinationem, ut hic quoque sua cuique particulae vis ac potestas constet, uti in Sophoclis *Philocteta* v. 121. dicitur: Ἦ — οὖν.

> Ἦ μνημονεύεις οὖν ἅ σοι παρῄνεσα;

De ἦ που particulis ad ea, quae Devarius explicavit vol. I. p. 93 — 98., vix quidquam habeo dicere, nisi hoc, semper primam ac veram vim utriusque particulae obtinendam videri, si velimus singulos locos, qui ad sententiam, quae denique ex verbis, quae posita sunt, efficitur, haud raro valde inter sese discrepant, recte intellegere Nam quom ἦ adseverationem habeat, πού autem indicet, nos aut nescire aut nunc quidem praetermittere viam ac modum, qua ratione aliquid revera esse videatur, factum est, ut non solum diversa, sed pene contraria atque inter se valde repugnantia iisdem illis particulis pronuntientur. Quo in genere memorabilis est quidam Euripidis locus de *Medea* v. 678. ed. Elmsl., ubi postquam Medea dixit de Iasone: Ἦ που.

> Γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.

iam Aegeus, qui hoc factum miratur, ut certior de re, quam esse audivit, fieret, sic interrogat:

Ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

quo in loco quom interpretes sibi persuasissent, non ita interrogare debere Aegeum: *Nempe ausus est istud facinus foedissumum?* pene omnes critici nuper comprobaverunt Elmsleii coniecturam, qua ille reposuit:

Ἦ γὰρ τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

quod ἦ γὰρ particulae iustam mirationem haberet. Sed recte iam Pflugkius intellexit in Euripidis loco ἦ που particulas mutandas non videri. Dicitur igitur hoc: *Reverane est aliquo modo ausus ille hoc facinus turpissumum?* quod, ut vere observavit Pflugkius, dicitur paullo lenius, quam ἦ γὰρ in istoc loco. Intellexit hoc iam glossator libri Florentini 10., qui ad particulas ἦ που adscripsit: Ἀπιστῶν ταῦτα λέγει., nisi quod ille rationem non explicavit, quomodo quom parculae ἦ που fere tum usurpentur, ubi non dubitamus de re, sed potius ita quaerimus, ut significemus vix posse nobis aliud responderi praeter illud, quod in ipsa interrogatione nostra ponimus, hoc autem loco eaedem illae particulae potius ibi ponantur, ubi nos rem non credere simulamus, ut contrario modo interrogandum nobis fuisse videatur. Res autem ita se habet. Ubi pronuntiavit Medea: *Iaso mihi iniuriam fecit, quod aliam quoque uxorem dominam in aedibus habet.*, vix poterat de re ipsa dubius esse Aegeus, nihilo minus ut mirationem suam significaret, dixit:

Ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

quod dicamus nos: *Es hat also Iason diese schimpfliche Handlung gewagt?* quibus verbis significatur, nos quidem de facto non prorsus dubitare posse, sed tamen mirabundos etiam nunc ac subdubitantes cum animo nostro reputare id, quod factum esse videamus, quamquam in ea dubitatione atque interrogatione exspectare debeamus adfirmativam responsionem. Quod contra si diceretur:

Ἦ γὰρ τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

hoc diceretur: *Hat denn Iason diese schimpfliche That gewagt?* quibus verbis significaretur, nos ita mirari factum, ut non satis eam rem credere videremur. Quod in aliis quidem locis sic dicitur, sed in illo Euripidis loco reponatur necesse non est.

Apponuntur ad ἤ που particulas etiam aliae particulae, veluti ἄρα in illo Platonis loco, quem Devarius vol. I. p. 96. posuit e lib. X. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 467. ed. Bekk. p. 595. ed. H. Steph., ubi leguntur haec: Ἤ πού ἄρ', ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω; ῍Η που ἄρα.

Tum saepe etiam ἤπου — γὲ interposita ea voce, quae maiorem in oratione vim habet, dicitur, uti in Xenophontis *Historia Graeca* lib. VI. cap. 5. §. 48. Ὁπότε δὲ καὶ ἡμεῖς ἀγαλλόμεθα οἱ συναγορεύοντες βοηθῆσαι ἀνδράσιν ἀγαθοῖς, ἤπου ὑμῖν γε τοῖς ἔργῳ δυναμένοις βοηθῆσαι γενναῖα ἂν ταῦτα φανείη κτέ. et in Andocidis oratione *de mysteriis* §. 90. ed. Bekk. p. 12. ed. H. Steph. Ὅπου τοίνυν αὐτοῖς τοῖς τριάκοντα ὤμνυτε μὴ μνησικακήσειν, τοῖς μεγίστοις κακῶν αἰτίοις, εἰ διδοῖεν εὐθύνας, ἤ που σχολῇ τῶν γε ἄλλων πολιτῶν τινὶ ἠξιοῦτε μνησικακεῖν. Vide praeterea quem locum Devarius vol. I. p. 94. posuit e Demosthenis oratione *contra Aristocr.* §. 79. ed. Bekk. p. 646. ed. Reisk. ῍Η που — γέ.

Id num etiam coniuncte dictum sit ἤ πού γε licet dubitare. Nam quem locum plerumque ponunt ex Aristotelis *Politicis* lib. II. cap. 2. §. 15. ed. Stahr. cap. 5. ed. Bekk. Τοῦτο δὲ στάσεως αἴτιον γίνεται καὶ παρὰ τοῖς μηδὲν ἀξίωμα κεκτημένοις, ἤ πού γε δὴ παρά γε θυμοειδέσι καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν., de eo librorum auctoritas nos iubet dubitare: quamquam sententia videtur ferre, quam Imm. Bekkerus et Ad. Stahrius reposuerunt scripturam. Nam quom particulae ἤ που efficiant adfirmationem, videntur γὲ δὴ particulae adiungi commode potuisse, ut haec nasceretur sententia: *profecto quidem certe*, vide quae supra in particulis γὲ δὴ explicavimus p. 338 sq. Et confirmare hoc idem videtur quodam modo Athenaei locus e lib. XI. p. 505. E. ed. Casaub., quem tractavit Devarius vol. I. p. 96. Ibi enim dicitur: Ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον οὐ μόνον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἤ πού γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι., ut ἤ πού γε particulae eodem modo coniungantur. ῍Η πού γε num dicatur?

Ἤδη.

Significavi supra in δὴ particula p. 392 sqq. ἤδη particulam per sese certam temporis significationem non habere, sed tantum modo eam adseverationem adferre ad sententiam, qua de aliqua re, quasi iam facto ipso de ea constet, adfirmamus. Itaque credo ego ἤδη particulam, si ori- Ἤδη.

ginem ac veram vim et potestatem vocis spectamus, non posse alio referri nisi ad verbum εἰδέναι. Observasse enim mihi videor plures Graecae linguae particulas ad verba referendas esse, quam volgo video fieri. In aliis autem hoc magis exstat, ut in ἦ particula et quae ex ea nata est ἤ, in aliis minus apparet, uti in hac particula ἤδη et quae inde ductae sunt δή et δέ. Ut autem has particulas ad illam originem revocem, me movet cum ipsa forma illius vocis antiquissuma, quae est ἤδη, tum etiam significatio. Nam quom ea particula, uti recte iam veteres grammatici viderunt, definitam certi alicuius temporis significationem non habeat, quam habent verbi caussa vocabula νῦν, πάλαι, τότε, referatur autem ad omnia tria tempora, ut illa de his singulis, prouti comparatus totus locus est, adfirmet, facile intellegitur istam particulam nullam omnino per sese temporis significationem habere, sed tantum modo eam, quam supra p. 397. dixi, temporalem adfirmationem. Ea autem nata est ex verbo ἤδη, ut hoc iam significet particula ἤδη, e u m, q u i l o q u i t u r, d e e a r e, d e q u a s e r m o e s t, q u a s i i a m i p s o f a c t o c o g n o v i s s e t, s t a t u e r e. Ac si quis dicat, id magis ad tempus praeteritum, quam ad praesens aut etiam futurum pertinere videri, recte ille quidem ratiocinatur, si primam particulae originem spectamus, verum tamen possumus etiam de re praesenti aut futura ita statuere, quasi iam ad factam caussam ista referenda sit. Nam hoc iam saepe dico ἤδη materialem temporis significationem non habere, sed ad actionem pertinere, de qua iam non dubitamus, quod quasi de ipso facto de ea nobis persuasum est. Itaque si dico: Ἐκεῖνος τοῦτο ἐποίησεν ἤδη, proprie hoc dico: *Ille hoc fecit: novi.*, qua voce denique, si rem coniungas nihil dicitur aliud nisi hoc: *Ille hoc fecit i a m.* Hoc tum eodem iure etiam ad praesens referri poterit, ut si dicam: Ἐκεῖνος τοῦτο ποιεῖ ἤδη, proprie hoc dicam: *Ille hoc facit: novi.*, vel coniuncte si pronuntio: *Ille hoc facit i a m.*, aut etiam ad futurum refertur. Etenim si dico: Ἐκεῖνος τοῦτο ποιήσει ἤδη., quo modo proprie hoc dico: *Ille hoc faciet: novi.*, hoc denique nihil aliud est nisi: *Ille hoc faciet i a m.*, ut si veram particulae vim spectemus, non tempus, sed res adfirmetur. Temporalem autem illam particulam propterea dixi, quod, etiam si universam quandam adfirmationem per se habet illa particula, tamen maxume ad actionem in verbo pertinet; et sic aliquam temporis notionem habere videtur, quam ita tantum modo habet, quod illud ἤδη, quod est proprie *novi*, si non forma, at tamen vi ac potestate sua per loquentis cogitationem, cum

de praeterito dicatur, ad praesens tempus pertinet. Nam si is, qui loquitur, per eam vocem id, de quo sibi persuasum est, indicat, necessario omne illud proprie ad tempus, quo quis loquitur, id est, ad praesens tempus pertinet, ut hinc aut ad praeteritum tempus revertamur in ea particula aut etiam futurum spectemus. Inde iste error quorundam grammaticorum natus esse videtur, qui putaverunt ἤδη fere idem esse quod νῦν. Quod falsissumum est. *Νῦν* enim materialem quandam, ut ita dicam, temporis significationem habet, ἤδη autem nullam, sed tantum modo pertinet ad unam loquentis accuratam rei cognitionem, ut nostrum *schon* et usu quidem etiam Latinorum *iam*. Sed haec hactenus de prima vocabuli significatione, a qua ipsa multos video dissensuros esse, quibus tum obsequar, cum aliquid, quod melius sit, proposuerint.

Hac explicata prima particulae significatione et comparatis iis, quae supra in δή particula p. 392—433. exposuimus, difficile iam non erit ipsum usum ἤδη particulae cognoscere. Nam quem Hartungius, qui vol. I. p. 235—244., si singulos spectamus quos tractavit locos, non male rem explicavit, quasi verum ac proprium particulae ἤδη usum posuit, ut ἤδη materialem temporis significationem habere diceret, eum, si rem recte reputamus, non esse nisi abusione quadam primae ac verae significationis natum, facile intellegi potest: quem autem tamquam metaphoricum, ut eius verbo utar, usum deinceps posuit, eum facile verum ac proprium esse apparet. Debebit enim illa significatio ut prima et vera poni, quae est universa maxume neque ad singulos tantum modo locos pertinet. Latissume autem patet ea particulae significatio, quae habet illam, quam dixi, adseverationem temporalem.

Sic et ad praeteritum et ad praesens tempus et ad futurum sine ullo discrimine ἤδη particula adiungitur, veluti in illis locis, quos posuit Hartungius l. l. p. 239 sq. Nam si Aristophanes in *Equitibus* v. 209 sq. dixit:

> *Τὸν οὖν δράκοντά φησιν τὸν βυρσαίετον*
> *ἤδη κρατήσειν, αἴ κε μὴ θαλφθῇ λόγοις.*

id non est profectum ex temporis significatione, sed nihil proprie dicitur aliud nisi hoc, de illa re, quam futuram esse dicit, iam quasi de re certo cognita constare. Et eodem modo in Xenophontis *Convivio* cap. V. §. 5. dicitur: *Οἶσθα οὖν, ἔφη, ὀφθαλμῶν τίνος ἕνεκα δεόμεθα; Δῆλον, ἔφη, ὅτι τοῦ ὁρᾶν. Οὕτω μὲν τοίνυν ἤδη οἱ ἐμοὶ ὀφθαλμοὶ καλλίονες ἂν τῶν σῶν εἴησαν.* Nam in hoc

quoque loco nullam aliam significationem habet ἤδη particula praeter istam usitatam ac primam, et sic de reliquis locis, quos ibi posuit Hartungius, existumandum est. Quos autem Hartungius locos adtulit p. 235 sqq., in quibus sibi primam ac veram vim vocabuli ἤδη deprehendisse visus est, in iis apparet per abusionem ἤδη ad praesentis temporis significationem translatum esse. Verbi caussa in ea voce, quam ludens in verbo posuit Theognis v. 862.

Ἤιδεα μὲν καὶ πρόσθεν, ἀτὰρ πολὺ λώϊον ἤδη.,

quo in loco adverbio πρόσθεν particula ἤδη non ita respondet, quasi prorsus haec inter se similia sint, sed, id quod sensisse videtur ipse Hartungius, quia ἤδη relativum esse dixit, πρόσθεν materialem temporis significationem habet, ἤδη non item. Id enim cum proprie ad factum, de quo certo scire nos dicimus, pertineret, hoc loco, quod respondet adverbio πρόσθεν, videtur translatum esse ad illam temporis significationem. Hinc autem non magis efficitur primam hanc esse ἤδη vocabuli significationem, quam si quis contendat Germanicam vocem *bereits* proprie ad tempus pertinere. Eadem caussa est loci Demosthenici, qui habetur in oratione *Philippica* IV. §. 27. ed. Bekk. p. 138. ed. Reisk. Ἀλλ' ἣν μὲν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι, οὐ μόνον ἤδη πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε κτἕ., quo loco ipso quoque adseveratio ista temporalis ita ponitur, ut ei aliqua materialis temporis significatio adhaerescere videatur, revera tamen adhaereat nulla. Ista enim temporis significatio posita est in verbi tempore πάρεστιν. Nam etiam sine illa particula dici poterat: Οὐ μόνον πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε. Non igitur possumus istam distinctionem proprium inter et metaphoricum usum ἤδη particulae agnoscere, sed tamen quo facilius universus usus intellegi possit, in explicanda hac particula ordinem eum sequamur, quem etiam in cognata particula δή secuti sumus.

Nam quom ἤδη rem, de qua quasi de facta re iam constet, designet, iubet auditorem non amplius exspectare usque dum fiat aliquid, sed quasi factum illud, de quo dicitur, ponit, quod et ad praeteritum tempus et ad praesens et ad futurum pertinet, veluti si Xenophon in *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. dicit: Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤδη ἡλίου δύνοντος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς ἔλεξε τοιάδε κτἕ., eo loco ἤδη particula indicat eo tempore, quo convocaverit duces exercitus Clearchus, occidisse iam solem, ut ne amplius exspectandum esset usque

dum hoc fieret, quod pertinet, prouti tota oratio comparata est, ad tempus praeteritum. Paullo autem ante §. 1. si dicitur: Ἀλλ' εἰ βούλεσθε συναπιέναι, ἥκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός., id ita pertinet ad praesens tempus, ut nunc quidem non amplius exspectandum videatur, ut illud fiat. Si vero ἤδη comitatur futuro, veluti in *Iliados* lib. I. v. 303.

Αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη.,

eo indicatur eam rem, quam futuram esse dicimus, non amplius exspectandam esse, sed iamiam futuram.

Sic primum ἤδη particula, ut decurtata forma δή, de qua vide supra p. 395., saepe adiuncta est ad imperativos aut coniunctivos hortativos, veluti si in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VI. cap. 4. §. 10. dicitur: Θάρσει, Πάνθεια, καὶ χαῖρε καὶ ἄπιθι ἤδη. aut in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1521. Br. Ἤδη post imperativos.

Ἄπαγε νῦν μ' ἐνθεῦτεν ἤδη.

aut in *Aiace* v. 578 sqq.

Ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
καὶ δῶμα πάκτου κτέ.

aut in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 745.

τὰ χυτρίδι' ἤδη καὶ τὸν ὄχλον ἀφίετε.

Eadem ratio primae personae coniunctivi, uti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1538. si dicitur:

Στείχωμεν ἤδη μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα,

aut in *Trachiniis* v. 532 sq.

πρὸς δὲ δώματα
χωρῶμεν ἤδη πάντες, ὡς σύ θ' οἷ θέλεις
σπεύδῃς, ἐγὼ δὲ τἄνδον ἐξαρκῆ τιθῶ.

Deinde ἤδη ut δὴ particula, de qua vide supra p. 395., ita ponitur, ut inferat apodosin, veluti in Aristophanis *Pluto* v. 467. dicitur: Ἤδη in apodosi.

Εἰ δὲ μή,
ποιεῖτον ἤδη τοῦθ' ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

et in Aristotelis *rhetor.* lib. I. cap. 10. Εἰ δὲ νέος ἢ πρεσβύτης, ἢ δίκαιος ἢ ἄδικος, ἤδη διαφέρει. et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 463.

Κἂν λάβῃς μ' ἐψευσμένον,
φάσκειν ἔμ' ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν.

Eodemque modo etiam post participia sive absoluta quae dicuntur sive cum reliqua oratione consociata ἤδη particula infertur, veluti in Platonis *Charmide* Part. I. vol. 5. p. 310. ed. Bekk. p. 157. A. ed. H. Steph. dicitur: Ἐκ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐν ταῖς ψυχαῖς σωφροσύνην ἐγγίγνεσθαι, ἧς ἐγγενομένης καὶ παρούσης ῥᾴδιον ἤδη εἶναι τὴν ὑγίειαν καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πορίζειν. et in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 57. ed. Zeun. Ποιήσας δὲ ταῦτα, τὰ ἄλλα ἤδη ἤρχετο διοικεῖν. Vide Hartungium l. l. vol. I. p. 242.

Ἤδη singulari voci adhaerescit.

Porro ut δὴ particula, de qua vide supra p. 397 sq., sic adhaerescit ἤδη etiam singulari alicui voci, cuius caussa magis exstat et ea particula accuratius declaratur, hinc dicitur πολλάκις ἤδη. τὸ λοιπὸν ἤδη et quae sunt similia. Sic legitur in Euripidis *Medea* v. 1081.

Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων
μύθων ἔμολον κτέ.

et paullo post v. 1127 sq.

Κάλλιστον εἶπας μῦθον, ἐν δ' εὐεργέταις
τὸ λοιπὸν ἤδη καὶ φίλοις ἐμοῖς ἔσει.

eaque formula et verbis eisdem et verborum ordine concepta pene legituma est. Cf. Euripidis *Andromacha* v. 1259.

Τὸ λοιπὸν ἤδη θεὸς ξυνοικήσεις θεῷ.

et Sophoclis *Oedipus Coloneus* v. 1619.

Τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον.

eiusdemque poetae *Trachiniae* v. 81.

Τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

et rursus ibidem v. 168.

Τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

et quae praeterea adtulit P. Elmsleius ad Euripidis *Medeam* v. 1096. p. 267 sq. ed. Lips. Eodem modo dicitur in Platonis *de re publica* lib. II. Part. III. vol. I. p. 68. ed. Bekk. p. 363. D. ed. H. Steph. ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας κτέ. et in Aeschyli *Sept. adv. Thebas* v. 32 sq.

Χρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις
καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ.,

quibus in locis omnibus accurata definitio temporis continetur in illa particula ἤδη quasi dicas *posthac*, *fortan*, ut

recte intellexit rem Hartungius vol. I. p. 237. Nec aliter νῦν ἤδη dicitur, et quae sunt similia, uti in *Antigona* Sophoclis v. 795.

> Νῦν ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
> ἔξω φέρομαι κτέ.

Sed haec omnia persequi amplius nolo, quod et infinita earum formularum multitudo est et res ipsa non necessaria ad explicandum. In singulis quibusque caussis consistam.

Etenim ut δὴ particula, qua de re vide supra p. 398., adiungitur etiam ἤδη saepe ad numeros, ut iam ad aliquem numerum rem accrevisse significet, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 311 sqq. **Ἤδη in numeris designandis.**

> Ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας,
> ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ
> κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον.

et rursus in eadem fabula v. 354.

> Ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι.

et in *Electra* v. 715 sq.

> Ἐκ δ' ὑποστροφῆς
> τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον κτέ.

Videtur enim mihi ad numeri rationem accuratius efferendam non minus hoc loco facere ἤδη particula, quam in eiusdem Sophoclis *Trachiniis* v. 44.

> Χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη δέκα
> μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ' ἀκήρυκτος μένει.

Illud iam supra p. 401. in δὴ particula significavimus, etiam pleniorem formam ἤδη saepe comitari pronominibus demonstrativis, non quod ἤδη particula non ipsa quoque pertineat ad verbum, quod habet istud pronomen, sed quod illius pronominis haberi videtur ratio in ipsa ἤδη particula, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 18. si dicitur: *Καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἴ τινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη ἐχώρουν.*, aut in Aeschinis oratione *contra Ctesiphontem* §. 24. ed. Bekk. p. 57 ed. H. Steph. Ὅτι δὲ ὄντως ἦν ὑπεύθυνος ὁ Δημοσθένης, ὅθ' οὗτος εἰσήνεγκε τὸ ψήφισμα, ἄρχων μὲν τὴν ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ἀρχήν, ἄρχων δὲ τὴν τῶν τειχοποιῶν, οὐδετέρας δέ πω τῶν ἀρχῶν λόγον ὑμῖν οὐδ' εὐθύνας δεδωκώς, τοῦτ' ἤδη πειράσομαι ὑμᾶς διδάσκειν ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων. Eodem modo dicitur in Sophoclis *Electra* v. 1104 sq. **Ἤδη cum pronominibus demonstrativis.**

Οἴ 'γὼ τάλαινα, τοῦτ' ἐκεῖν' ἤδη σαφὲς
πρὸ 'χειρον ἄχθος, ὡς ἔοικε, δέρκομαι.

et in eiusdem poëtae *Oedipo rege* v. 531.

Αὐτὸς δ' ὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

cf. Xenophontis *Hieronem* cap. I. §. 36. *Πῶς οὐχὶ τοῦτο ἤδη δυσχερὲς τὸ πάθημα καὶ οἰκτρόν;* et *Memorab. Socrat.* lib. II. cap. I. § 4. *ἄρ' οὐκ ἤδη τοῦτο παντάπασι κακοδαιμῶντός ἐστιν;* et paullo post §. 14. *Τοῦτο μέντοι ἤδη λέγεις δεινὸν πάλαισμα.*

Ἤδη cum particulis demonstrativis.

Eodem modo particula *ἤδη* etiam ad adverbia a pronominibus demonstrativis ducta et ad particulas demonstrativas accedit, quem ad modum decurtata *δὴ* particula, cuius rei rationem explicavimus supra p. 402 sqq. Sic dicitur in Thucydidis lib. V. cap. 76. *Ἐβούλοντο δὲ πρῶτον σπονδὰς ποιήσαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους αὖθις ὕστερον καὶ ξυμμαχίαν, καὶ οὕτως ἤδη τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι.* et rursus lib. VI. cap. 48. *Προσαγαγομένους δὲ τὰς πόλεις, εἰδότας μεθ' ὧν τις πολεμήσει, οὕτως ἤδη Συρακούσαις καὶ Σελινοῦντι ἐπιχειρεῖν κτἑ.* et in Aeschinis orat. *contra Ctesiphontem* §. 106. ed. Bekk. p. 68. ed. H. Steph. *Ἐνταῦθ' ἤδη τέτακται καὶ ὁ τρίτος τῶν καιρῶν, μᾶλλον δ' ὁ πάντων πικρότατος χρόνος κτἑ.* Omnium fere frequentissume dicitur *τότ' ἤδη* vel *ἤδη τότε*, uti in Andocidis orat. *de Mysteriis* §. 9. ed. Bekk. p. 2. ed. H. Steph. *Τάδε δὲ ὑμῶν δέομαι — ἀκροασαμένους δὲ διὰ τέλους τῆς ἀπολογίας τότε ἤδη ψηφίζεσθαι τοῦθ' ὅ, τι ἂν ὑμῖν αὐτοῖς ἄριστον καὶ εὐορκότατον νομίζητε εἶναι.* et in Aeschinis orat. *contra Timarchum* §. 23. ed. Bekk. p. 4. ed. H. Steph. *Ἐπειδὰν δὲ οὗτοι πάντες εἴπωσιν, τότ' ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον οἷς ἔξεστιν.* et in Lysiae orat. *contra Eratosthenem* §. 66. ed. Bekk. p. 126. ed. H. Steph. *Ἐπειδὴ δὲ Πείσανδρον μὲν καὶ Κάλλαισχρον καὶ ἑτέρους ἑώρα πρᾳοτέρους αὐτοῦ γινομένους —, τότ' ἤδη διά τε τὸν πρὸς ἐκείνους φθόνον καὶ τὸ παρ' ὑμῶν δέος μετέσχε τῶν Ἀριστοκράτους ἔργων.* Vide quae copiose de hac formula explicavit Ios. Strangius in *Supplem. annal. philol. et paedag.* vol. III. p. 603.

Ἤδη cum particulis relativis.

Nec alia orationis ratio est, si *ἤδη* ad relativas particulas accedit, quod idem cadit in breviorem formam *δή*, de qua vide p. 405. Sic legitur in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. III. cap. 5. § 1. *Βούλει οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, διαλογιζόμενοι περὶ αὐτῶν ἐπισκοπῶμεν,*

ὅπου ἤδη τὸ δυνατόν ἐστιν; et in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 633 sqq.

> Κᾆτ' ἐπιτήρει
> ὅταν ἤδη 'γὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν.

et in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 3. §. 11. *Καὶ ἕως γε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα μενοῦμεν· εἴτε ἤδη δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα ἄπιμεν κτἑ.* Eodemque modo Sophocles dixit in *Oedipo Coloneo* v. 438.

> Χρόνῳ δ', ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων.

et rursus in eadem fabula v. 772.

> Ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος —
> τότ' ἐξεώθεις κἀξέβαλλες.

Id differt aliquid ab illo, quod saepe dicitur ὅτε δή, ἡνίκα δή, quia ἤδη multo gravius dicitur ac magis per se constat, ut haud raro etiam separatum legatur a particula relativa, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1611. ed. Brunck.

> Σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας,
> πόλλ' ἂν παρῄνουν κτἑ.

aut in eiusdem Sophoclis *Electra* v. 1056 sq. ed. Brunck.

> ὅταν γὰρ ἐν κακοῖς
> ἤδη βεβήκῃς, τἄμ' ἐπαινέσεις ἔπη.

et in *Antigona* v. 580 sq. ed. Brunck.

> φεύγουσι γάρ τοι χοἰ θρασεῖς, ὅταν πέλας
> ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

Ἤδη pro καὶ particula.

De reliquo particulae usu vix quidquam commemorandum est, quia, si primam ac veram vim particulae tenemus, ut iubeat nos non amplius quid exspectare, singula facile agnoscuntur. Nam si quando ἤδη ita positum est, ut καὶ particulae locum obtinere videatur, prima illa vocis significatio semper est retinenda, veluti in illo loco, quem posuit Hartungius vol. I. p. 244. e Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 8. §. 16. *Ἐκείνοις γὰρ πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστόρνυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέασιν κτἑ.*, quo in loco etiam si abesset καὶ ante τῶν κλινῶν, tamen ἤδη alio quodam modo diceretur. Semper enim temporalem istam, quam dixi, adfirmationem habet. Id optume intellegitur ex eius modi locis, qualis est Sophoclis ille in *Aiace* 1236 sq. ed. Herm.

Ὃς ἀνδρὸς οὐκέτ' ὄντος, ἀλλ' ἤδη σκιᾶς
θαρσῶν ὑβρίζεις κἀξελευθεροστομεῖς,

quo in loco quod praecedit οὐκέτι rectam viam monstrat. Minus id intellegitur in his locis, qualis est Xenophontis e *Disciplina Cyri*, qui legitur lib. VIII. cap. 8. §. 4. Οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ ἤδη τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν.

Ἤδη in interrogatione. Neque ullam poterit offensionem habere, si quando ἤδη ponitur in interrogatione, qua de re explicavit Devarius vol. I. p. 99. Etenim nihil ἤδη per se cum interrogatione commune habet, sed vera ac propria vi sua fulcrum praebet et quasi fundum interrogationis. Locis a Devario positis addi poterit Aristophanis illa vox ex *Acharnensibus* v. 50.

Ἤδη τις εἶπε;

ἤδη ποτέ; ἤδη πώποτε; Praeter ἤδη ποτέ, quod commemoravit Devarius, dicitur sic etiam ἤδη πώποτε, cuius rei duo exempla posuit G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. IV. p. 97. B., unum fragmentum Eupolidis, quod legitur apud Athenaeum lib. IX. p. 292. E.

Ὄρτυγας ἔθρεψας σύ τινας ἤδη πώποτε;

alterum Amphidis, quod legitur ibidem lib. XV. p. 691. A.

Ἀκήκοας σὺ δέσποτ' ἤδη πώποτε
τὸ θυμίαμα τοῦτο;

quamquam ibi δέσποτ' ἤδη non est nisi e Porsoni coniectura, quom libri exhibeant: δέσποτα δή.

Ἤδη cum aliis particulis. Consociatur ἤδη particula etiam cum aliis particulis, ita tamen, ut unius cuiusque particulae propria vis ac potestas facile agnoscatur. Itaque hic omittam quae facilia sunt, veluti ἤδη γάρ, quod respondet plane Latino *iam enim*, et tantum modo ponam, quae consociatam aliquam notionem efficere videantur. In his sunt particulae

Ἤδη δέ. Ἤδη δέ, quae cum respondeant Latinis particulis *iam vero*, habent idoneum atque alacrem transitum ab una re ad aliam, atque interdum etiam adscensum quendam significant, ut respondere videantur Latinis particulis: *atque adeo*, nam ut auctore Hartungio *quin etiam*, quae formula maiorem vim habet, interpreter adduci non possum. Transitum faciunt illae particulae, ut nos ad rem praesentem revocent, verbi caussa in Euripidis *Medea* v. 772., ubi cum Medea aliam orationem finivisset his verbis:

> Ἐκ τοῦδ' ἀναιρόμεσθα πρυμνήτην κάλων,
> μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.,

iam sic pergit:

> Ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα
> λέξω· δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.

et in simili caussa habentur rursus illae particulae in *Rheso* v. 499. ed. Matth., ubi explicatis aliis maleficiis Ulixi atque ista oratione conclusa his verbis:

> Ὅς εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν
> κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἐπ' Ἀργείων φέρει.

sic pergitur:

> Ἤδη δ' ἀγύρτης πτωχικὴν ἔχων στολὴν
> εἰσῆλθε πύργους κτἑ.

Ac sic saepe etiam apud oratores istae particulae usurpantur, veluti in Aeschinis oratione *contra Ctesiphontem* §. 193. ed. Bekk. p. 81. ed. H. Steph., ubi explicato alio argumento pergit orator: Ἤδη δ' ἐκ τῶν τεχνῶν τῶν Δημοσθένους αἰσχρὸν ἔθος ἐν τοῖς δικαστηρίοις παραδέχεσθε. Gradatio magis apparet e Plutarchi loco in *Vita Pyrrhi* cap. 34. p. 406. A. ed. Francof., ubi postquam caedes perpetrata a Zopyro narrata erat, sic pergitur: Ἤδη δὲ σύνδηλον ἦν τὸ γεγονὸς πλείοσι· καὶ προσδραμὼν ὁ Ἀλκυονεὺς ᾔτησε τὴν κεφαλὴν ὡς κατανοήσων κτἑ. Eodemque modo iam Herodotus usus erat his particulis lib. VII. cap. 35. Ὡς δ' ἐπύθετο ὁ Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίους ἐπικέσθαι μάστιγι πληγὰς καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμπε στίξοντας τὸν Ἑλλήσποντον.

Tum ἤδη ποτὲ particulae aptius inter se coniunctae esse videntur, neque in interrogatione solum, qua de re et Devarius p. 99. mentionem fecit et nos supra p. 606. explicavimus, verum etiam in simplici adfirmatione, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 1121 sq. ed. Herm. dicitur: Ἤδη ποτέ.

> Ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν
> ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν κτἑ.

et similiter in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 455. ed. Bekk. p. 216. E. ed. H. Steph. Σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον καὶ ἐμοὶ ἔδοξε κτἑ. et in Aristophanis *Ranis* v. 930 sq.

νὴ τοὺς θεούς, ἐγὼ γοῦν
ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα κτέ.

ac sic dicitur etiam alio quodam modo in Plutarchi *Flaminino* cap. 20. p. 380. B. ed. Francof. Ἀναπαύσωμεν ἤδη ποτὲ τὴν πολλὴν φροντίδα Ῥωμαίων κτέ. Et in his formulis pene solennis est illa particularum collocatio: fit autem eadem lege, ut enclitica particula aut ea omnino, quae vim minorem habet, ἤδη particulam statim excipiat, qua supra p. 426 sqq. δή τις, δή τοι, δή που, δή ποτε ac similia fere usitato more dici vidimus.

Ἦ τοι et ἤ τοι.

Ἦ τοι. Ἦ τοι particulae per sese difficilem explicatum non habent. Nam quom ἦ ab eo, quod revera fuerit, adfirmationem petit, qua de re in ἦ particula supra p. 592 sq. explicatum est, tum τοὶ eo adiuvat adfirmationem, quod quoquo modo se res habeat, tamen de re ipsa nos vetat dubitare, qua de re et diximus iam saepius et in τοὶ particula exponetur accuratius. Id adeo a tragicis poetis per crasin ἦ τἂν vel ἠτἂν dictum est aliquoties, veluti in *Sophoclis Oedipo Coloneo* v. 1367 sq.

ἠτἂν.

Εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
τὰς παῖδας, ἠτἂν οὐκ ἂν ἦν, τὸ σὸν μέρος.

et in *Ranis* Aristophanis v. 34.

Ἠτἂν κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά.

tum etiam disiuncta utraque particula ἦ — τοι dictum est, cuius rei idoneum exemplum adtulit Hartungius vol. II. p. 355. ex Euripidis *Iphigenia Aul.* v. 1181.

Ἦ σκῆπτρά τοι
μόνον διαφέρειν καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ.

Ἤτοι. Tum habemus debiliorem harum particularum formam ἤτοι, quae in Homeri carminibus frequentissima legitur, ut factam aliquo modo rem quampiam significet ac sic transitum paret ad aliam caussam. Haec eo, quo fungitur munere in oratione, composita est cum μὲν particula, sed ipsa tamen significatione aliquantum ab ea differt. Μὲν enim adfert simplicem ad aliquam rem adfirmationem, ἤτοι autem a principio nihil videtur fuisse aliud quam enuntiatio per se constans, ut id esset: *Fuit hoc sane* (ἦ τοι, ἦτοι, ἤτοι). Hinc altera particula μὲν postposita semper est, ἤτοι contra a principio primum potius locum habuisse videtur, quem deinceps, quom iam prima formulae origo evanuisset, non amplius obtinuit, ut, quasi esset simplex adfirmatio,

qualis est μέν, etiam postponeretur. Ac de hoc usu Homerico satis constat eumque hoc magis possum praetermittere, quod is minume pertinet ad scriptores Atticos

Restat alius usus ἤτοι particulae ab eo, quem usque adhuc explicavi, valde discrepans, quamquam antiquitus etiam haec formula ab eadem origine profecta esse videtur. Etenim vix posse dubitari videtur quin ἢ particula disiunctiva ab ἦ adfirmativa particula olim non fuerit diversa, quamquam usu ipso ac loquendi consuetudine valde inter se illae particulae discrepent. Cum hoc igitur ἢ composita τοὶ particula est, ut ἤτοι diceretur, quod fuit proprie *vel* sive *aut aliquo modo*, aut si primam vim omittimus ac ponimus id, quod res est, *aut sane*, *aut profecto*.

Hoc plerumque ita dictum est, ut ἤτοι in primo membro poneretur, sequeretur deinceps ἤ, quod fiebat proprie, si prius illud, quod dicitur, maiore quodam modo adfirmaretur per τοὶ particulam, ceterum ἢ — ἢ inter se responderent usitato more dicendi: hinc etiam fuerunt qui in eius modi locis non iam ἤτοι — ἤ, sed potius: ἤ τοι — ἤ, scribendum putarent, uti Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 753. in Sophoclis *Antigona* fecit, ubi v. 1166 sq. ed. Herm. dicitur: Ἤτοι — ἤ.

Ἐκ δὲ δωμάτων
ἤ τοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ πάρα.,

quod est: *aut audiens sane aut forte fortuna adest.* et sic rursus in Sophoclis *Trachiniis* v. 146 sq.

ἤ τοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.

quo in loco ipso quoque ad viri potissimum nomen adfirmatio illa accedit, quoniam maritus primam fere sollicitudinis caussam mulieri adferre videatur, ac sic multis modis his particulis usi sunt Graeci, uti Plato in *Parmenide* Part. I. vol. II. p. 12. ed. Bekk. p. 131. A. ed. H. Steph. dixit: Οὐκοῦν ἤτοι ὅλου τοῦ εἴδους ἢ μέρους ἕκαστον τὸ μεταλαμβάνον μεταλαμβάνει; Eodem modo Xenophon in *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 12. §. 2. locutus est: Καὶ ἁλόντες ἤ τοι δουλεύουσι τὸν λοιπὸν βίον, ἐὰν οὕτω τύχωσι, τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν, ἢ εἰς τὰς ἀνάγκας τὰς ἀλγεινοτάτας ἐμπεσόντες — διαζῶσι κτέ.

Neque impedit in his locis quidquam quo minus ἢ particula post ἤ τοι inferatur etiam saepius, veluti in Xenophontis scripto laudato lib. IV. cap. 6. §. 13. dicitur: Ἤ τοι. ἤ —. ἤ. Εἰ δέ τις αὐτῷ περί του ἀντιλέγοι μηδὲν ἔχων σαφὲς λέγειν, ἀλλ' ἄνευ ἀποδείξεως ἤτοι σοφώτερον φάσκων

εἶναι ὃν αὐτὸς λέγοι ἢ πολιτικώτερον ἢ ἀνδρειότερον ἢ ἄλλο τι τῶν τοι οὕτων, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα λόγον κτἑ. aut in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 62. ed. Bekk. p. 475. A. ed. H. Steph. Ὅταν ἄρα δυοῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν ἢ ἀμφοτέροις ὑποβάλλον κάλλιόν ἐστιν, ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις.

Quom autem illa adfirmatio, quam habent ἤ τοι particulae, per se non spectet ad singularem illius pronuntiati notionem, sed magis de universa sententia adseveret, fit ut saepe Graeci, cum volunt singularem notionem efferre, ad hanc adiungant γὲ particulam, ac dicant: ἤ τοι — γε, ἤ, veluti dicitur in Thucydidis lib. II. cap. 40. Καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα κτἑ. aut in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 22. ἡμεῖς τε, ὦ Πέρσαι, ἐπεὶ προσδεχόμεθα πολεμίους ἤτοι μαχουμένους γε ἢ πεισομένους παρέσεσθαι, ταχθῶμεν ὡς κάλλιστα., quem locum iure Ern. Poppo contra Schneiderum, qui eiici γὲ particulam voluit, tutatus est. Eodem modo dixit Euripides in *Ione* v. 445 sq. *ed.* Herm.

Ἤτοι — γὲ —, ἤ.

Ἤ τοι φιλοῦσά γ' ἧς ὕπερ μαντεύεται,
ἢ καί τι σιγῶσ' ὧν σιωπᾶσθαι χρεών.

Sed haec facile in singulis locis quem ad modum dicantur agnoscuntur. Illum autem dicendi modum, ut γὲ particula ad ἤτοι non interposita alia particula accederet, ut ad omnem sententiam eius vis pertineret, non inveni apud antiquiores, Galeni autem permultos locos in eam rem adtulit novissumus editor *Thesauri Stephaniani* vol. IV. p. 215. A.

Ἤτοι γε — ἤ.

Cum autem τοὶ particula, ut dixi, universam magis adseverationem haberet in eius modi locis, consentaneum erat, ut ea particula non tam ad alterum enuntiationis membrum reiiceretur, quam ad prius statim adiiceretur, quod is, qui loquitur, id primo loco cogitabit, quod aliquam vim maiorem habet. Itaque Apollonius et de coniunctionibus in Bekkeri *Anecdotis Gr.* p. 486, 31. et de syntaxi p. 306. Bekk. praecipit, ut ἤτοι semper in priore membro ponatur. Quod praeceptum secutus est etiam Thomas Magister p. 427. quamquam is quidem non tacuit de Pindaro, qui etiam ἢ — ἤτοι dixisset. Id ille fecit tamquam poeta paullo audacius non propter metrum quidem, ut ait Thomas Magister — talis enim poeta etiam alio modo versum sustentare potuit —, sed quod animum quidem, potiorem hominis partem, recte sibi priore loco dicere videbatur, corpus autem

Ἤ — ἤτοι.

ad huius carminis argumentum non poterat deprimi nimium. Cecinit igitur in *Nemeaeis* carm. IV. v. 6.

> Ἀλλά τι προσφέρομεν ἔμπαν ἢ μέγαν
> νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις κτέ.

qua de re vide Dissenii *Explicatt. Pindar.* p. 404. Eundemque ordinem servasse etiam alio loco, qui erat in *Threnis,* idem poeta dicitur ab Antiatticista p. 99, 2.

Quod autem docti cum hoc Pindari loco composuerunt quosdam Platonis locos, in quibus ille quoque posteriore loco ἤτοι posuisset, longe alia illorum locorum ratio est. Pedestris enim orationis scriptores, quantum equidem rem investigare potui, posteriore loco non posuerunt ἤτοι particulam nisi in ea oratione, in qua alia particula disiunctiva praecessisset nulla, ut in comparationis caussa recte atque ordine de re ea, quae per ἢ particulam inferretur, maiore quadam vi adseverari posset, veluti in illo loco, quem posuerunt e libro I. *Civitatis Platonicae* Part. III. vol. I. p. 38. ed. Bekk. p. 344. E. ed. H. Steph. Ἔοικας, ἦν δ' ἐγώ· ἤτοι ἡμῶν γε οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα ἀγνοοῦντες ὃ σὺ φῄς εἰδέναι., quem locum rectissume C. E. C. Schneiderus ita interpretatus est, ut diceret priorem eius enuntiationis partem e superioribus petendam esse in hunc modum: Ἔοικας ἤτοι οἴεσθαι τοῦτο ἄλλως ἔχειν, ἢ ἡμῶν γε κτέ. Sed non recte tamen is locus obiiceretur Atticistis, quod τοὶ particula, quae aliquam vim ad universam disiunctionem adferre debebat, in eius modi locis ad prius membrum nec potuit adiungi nec debuit, quod disiunctionis ratio ipsa ordiretur denique in altero membro. Et huic loco similes sunt etiam illi loci, quos Schneiderus ad hunc locum apposuit, ex eodem scripto p. 134. ed. Bekk. p. 400. C. ed. H. Steph. Καὶ τούτων τισὶν οἶμαι τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἧττον ψέγειν τε καὶ ἐπαινεῖν ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτούς, ἤτοι ξυναμφότερόν τι. Nam ibi quoque, cum alterum ἢ ad comparativum pertineat, dicitur ἤτοι non praecedente ἢ particula. Eadem ratio est tertii Platonis loci ex eodem scripto p. 190. ed. Bekk. p. 433. A. ed. H. Steph. Ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντός, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. Neque enim aliter id dicitur atque in illo Aristotelis loco, quem habet ipse Devarius p. 102. Ἤτοι non praecedente ἤ.

Postremo ἤτοι — ἤτοι, ut in utroque membro distinctio ista efferretur, videtur antiquioribus fere scriptoribus Ἤτοι — ἤτοι.

inusitatum fuisse. Nam quae adlata sunt exempla non superant aetatem Galeni, atque de eo ipso dubitatio mota est nuper in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. IV. p. 215. B.

Ἦμος, ἡνίκα.

Ἦμος. Revocari ad hoc caput a Devario poterat etiam ἦμος particula, quae fere a grammaticis per ἡνίκα, ὁπηνίκα, ὅτε explicatur. Sed eius particulae neque difficilis constructio est neque usus ullus prosae orationis, ac si quando a tragicis ἦμος in narratione positum est, ut Latinae particulae *dum* responderet, aut cum imperfecto iunctum legitur aut cum indicativo praesentis temporis, ut alacritate quadam res praeterita quasi praesens narraretur, uti in Sophoclis *Trachiniis* v. 528 sqq. ed. Herm. dicitur:

> Ἦμος, φίλαι, κατ' οἶκον ὁ ξένος θροεῖ
> ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν ὡς ἐπ' ἐξόδῳ,
> τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα κτέ.,

quod etiam eo, quod respondet τῆμος ei particulae, antiquitatis quendam colorem habet. Similem constructionem habes in Euripidis *Hecuba* v. 893 sqq. ed. Herm.

> Μεσονύκτιος ὠλλύμαν,
> ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις
> κίδναται.

Si narratio minus alacri animo traditur, accedit, ut dixi, imperfectum, uti in *Trachiniis* v. 159 sqq.

> Ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
> ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
> λείπει παλαιὸν δέλτον ἐγγεγραμμένην κτέ.

et in *Oedipo rege* v. 1126 sqq. ed. Herm.

> Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
> κάτοιδεν, ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον —
> ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνί,
> ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρὶ κτέ.

Ἡνίκα, ὁπηνίκα. Deinde etiam ἡνίκα et ὁπηνίκα hic commemorandum est, quod ipsum quoque facilem habet explicationem, sed tamen propter constructionis rationem huc pertinet. Neque enim solum in narratione cum indicativo compositum est, sed habuit ea particula etiam reliquas constructiones omnes, quas εἰ, ἐπεὶ similesque particulas habere vidimus.

ἡνίκα cum indicativo. De indicativo conferri poterit Xenophontis locus ex *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 4. §. 24. Ἡνίκα δὲ τὸν

πέμπτον ἐπορεύοντο σταθμόν, εἶδον βασίλειόν τι καὶ περὶ αὐτὸ κώμας πολλάς. Ac sic saepissume ponitur, ubi nondum prior actio perfecta est, cum fit altera. Tum coniungitur cum aoristo, veluti ibidem dicitur lib. III. cap. 5. §. 4. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, παρελαύνων τὰς τάξεις, ἡνίκα ἀπὸ τῆς βοηθείας ἀπήντησαν οἱ Ἕλληνες, ἔλεγεν., quo in loco absoluta iam prior actio erat, cum fieret altera. Id dicitur alio modo, sed tamen eadem vi et aoristi et particulae in Sophoclis *Aiace* v. 1252 sqq. ed. Herm.

Οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδέν, ἡνίκα
ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃμένους
ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορὸς
ἐρρύσατ' ἐλθὼν μοῦνος κτέ.

Deinde in perfecta re positum est etiam tempus perfectum, uti in Sophoclis *Trachiniis* dicitur v. 83 sq.

Οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

et in re praesenti tempus praesens, uti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 776 sq. ed. Herm dicitur:

Νῦν τ' αὖθις ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι
ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε, καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μετασπᾶν σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.

Et praesens tempus saepe cum ἡνίκα particula coniungitur, si significamus aliquid fuisse, cum fieret alterum, quibus in locis etiam Latina particula *cum* cum indicativo praesentis solita est poni, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 8. §. 1. dicitur: Καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν καὶ πλησίον ἦν ὁ σταθμὸς ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας, ἀνὴρ Πέρσης, τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιστῶν, προφαίνεται ἐλαύνων ἀνὰ κράτος ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ.

Cum optativo autem ponitur ἡνίκα particula, si res non ut facta, sed ut in cogitatione posita narratur, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 5. §. 18. dicitur: Ἐπὶ τούτοις ἐθύσαντο, ὅπως, ὁπηνίκα καὶ δοκοίη τῆς ὥρας, τὴν πορείαν ποιοῖντο κτέ., ubi propter obliquam orationem res in cogitatione posita est. Ac sic alio quodam modo scripsit G. Hermannus in Sophoclis *Philocteta* v. 694 sqq. Ἡνίκα cum optativo.

Εἶρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε,
τότ' ἂν εἰλυόμενος, παῖς
ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας,
ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι,
πόρον, ἁνίκ' ἐξανείη
δακέθυμος ἄτα.

ἡνίκα cum coniunctivo. Deinde si res non ad cogitationem, sed ad eventum ipsum spectabat, ἡνίκα et ὁπηνίκα particulae etiam cum coniunctivo positae sunt, uti in Demosthenis quae fertur *oratione funebri* §. 25. ed. Bekk. p. 1396, 23. ed. Reisk. dicitur: Ἡνίκα γοῦν ὁ ἀγὼν ἔλθῃ τοῦ πολέμου, πᾶς τις εὐχερῶς ἑαυτὸν σώζει κτἑ., quo in loco neque Imm. Bekkeri coniectura, quamvis sit facilis: ἡνίκ' ἂν γοῦν, probanda est neque unius libri non optumi scriptura ἔλθοι pro ἔλθῃ. Ponitur enim in illo loco nihil aliud nisi eventus rei, non revocatus ille ad experientiam ipsam, quod fieret addita ἂν particula, neque res ad solam cogitationem pertinet, quod esset, si optativum ἔλθοι reciperes. Eodem modo recte in altero argumento orationis Demosthenicae *contra Androtionem* habitae p. 532, 14. ed. Bekk. p. 592, 21. ed. Reisk. scriptum est: Ἰστέον δέ, ὅτι, ἡνίκα δύο ὦσι κατήγοροι, ὧν ὁ μὲν εἷς νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος πρεσβύτερος, οὗτος λαμβάνει τὴν πρωτολογίαν κατὰ τιμήν, ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα ὁ Εὐκτήμων ἔλαβε τὴν πρωτολογίαν ὡς πρεσβύτερος κτἑ., quo in loco facile apparet, cur scriptor ἡνίκα — ὦσι dixerit: nam est eius oratio de universa re, ac postea demum res ad praesentem caussam transfertur. cf. G. H. Schaeferi adnotationem ad Theocriti *Idyll.* XXIII. v. 30., quamquam ibi receptam nunc scripturam comprobo hanc:

Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει.

ἡνίκ' ἄν, ὁπηνίκ' ἄν cum coniunctivo. Sed eventus tamen plerumque in eius modi locis ad experientiam revocatur, quod fit adiuncta ἂν particula. Sic igitur Xenophon scripsit in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 5. §. 18. Καὶ παρήγγειλαν ἐπειδὴ δειπνήσειαν, συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι καὶ ἕπεσθαι ἡνίκ' ἄν τις παραγγείλῃ. et in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 4. §. 11. Ἡμῖν μέντοι οὐ μαχεῖσθε, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενί· ἡνίκα δ' ἄν τις ὑμᾶς ἀδικῇ, ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν μαχούμεθα. Atque in hoc genere recte observavit novissumus *Stephaniani Thesauri* editor vol. IV. p. 180. A. fere saepius dici aptius coniunctis ἡνίκ' ἂν particulis ἡνίκ' ἂν γάρ, ἡνίκ' ἂν δέ, ἡνίκ' ἂν δέ γε, quam, ut in eo, quem modo posui, Xenophontis loco ἡνίκα δ' ἂν et quae sunt similia, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 1124 sq. dicitur:

Ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλᾶαι βλαστάνουσ' αἵ τ' ἄμπελοι,
ἀποκεκόψονται.

et in *Pace* v. 1179.

Ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά.

et in *Ecclesiazusis* v. 273 sq.

Ἡνίκ' ἂν δέ γε
τούτους ἀκριβώσητε περιηρμοσμέναι.

et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1479 sq. ed. Herm.

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμου ἥκητ' ἀκμάς,
τίς οὗτος ἔσται;

Denique ἡνίκ' ἂν et ὁπηνίκ' ἂν particulae, si eventus ad experientiam revocati significatio ad alterius cogitationem pertinebat, etiam cum optativo illatae sunt, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 163 sq. ed. Herm. dicitur: Ἡνίκ' ἄν, ὁπηνίκ' ἂν cum optativo.

Χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκ' ἂν
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ κτέ.

ac sic recte G. Bernhardy in *Synt. Gr. ling.* p. 413., quod esset repetita actio, non sollicitandam videri Machonis vocem pronuntiavit apud Athenaeum lib. XIII. p. 578 D.

Ἡνίκ' ἂν σκώψειε γάρ,
ῥημάτιον εὐθὺ τοῦτο μανίαν ἀνεβόα,

quod etiam ea condicione res revocatur ad alterius cogitationem, quo in genere etiam Euripidis *Troadum* v. 421. tutandum idem vir doctus putavit, ubi haec volgo leguntur:

Σὺ δ' ἡνίκ' ἄν σε Λαρτίου χρῄζοι τόκος
ἄγειν, ἕπεσθαι.,

quamquam in eo quidem loco lib. Havniensis nunc coniunctivum χρῄζῃ obtulit, quem G. H. Schaeferus olim coniectura iam erat adsecutus, ut difficile iudicium sit, utrum probandum sit. cf. A. Matthiae adnot. vol. VIII. p. 69.

Praeterea vix commemorandum est qua ratione aliae particulae ad particulam ἡνίκα accedant, veluti ἡνίκα δὴ dicitur et ἡνίκα περ. Nam de ἡνίκα δὴ vidimus iam supra p. 407., de ἡνίκα περ vide πὲρ particulam.

De θὴν particula ne quis aliquid propter unius Aeschyli locum desideret, conferantur, quae supra p. 434. explicata sunt. Θήν.

Ἵνα.

Ἵνα. p. 102.

P. 102. De ἵνα particulae ac reliquarum particularum finalium apud Graecos constructione omnino conferenda est praeclara Frid. Frankii disputatio, quae legitur in *Diariis*

Ὃς ἀνδρὸς οὐκέτ' ὄντος, ἀλλ' ἤδη σκιᾶς
θαρσῶν ὑβρίζεις κἀξελευθεροστομεῖς,

quo in loco quod praecedit *οὐκέτι* rectam viam monstrat. Minus id intellegitur in his locis, qualis est Xenophontis e *Disciplina Cyri*, qui legitur lib. VIII. cap. 8. §. 4. *Οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ ἤδη τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν.*

Ἤδη in interrogatione. Neque ullam poterit offensionem habere, si quando *ἤδη*, ponitur in interrogatione, qua de re explicavit Devarius vol. I. p. 99. Etenim nihil *ἤδη* per se cum interrogatione commune habet, sed vera ac propria vi sua fulcrum praebet et quasi fundum interrogationis. Locis a Devario positis addi poterit Aristophanis illa vox ex *Acharnensibus* v. 50.

Ἤδη τις εἶπε;

ἤδη ποτέ; ἤδη πώποτε; Praeter *ἤδη ποτέ*, quod commemoravit Devarius, dicitur sic etiam *ἤδη πώποτε*, cuius rei duo exempla posuit G. Dindorfius in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. IV. p. 97. B., unum fragmentum Eupolidis, quod legitur apud Athenaeum lib. IX. p. 292. E.

Ὄρτυγας ἔθρεψας σύ τινας ἤδη πώποτε;

alterum Amphidis, quod legitur ibidem lib. XV. p. 691. A.

Ἀκήκοας σὺ δέσποτ' ἤδη πώποτε
τὸ θυμίαμα τοῦτο;

quamquam ibi *δέσποτ' ἤδη* non est nisi e Porsoni coniectura, quom libri exhibeant: *δέσποινα δή*.

Ἤδη cum aliis particulis. Consociatur *ἤδη* particula etiam cum aliis particulis, ita tamen, ut unius cuiusque particulae propria vis ac potestas facile agnoscatur. Itaque hic omittam quae facilia sunt, veluti *ἤδη γάρ*, quod respondet plane Latino *iam enim*, et tantum modo ponam, quae consociatam aliquam notionem efficere videantur. In his sunt particulae

Ἤδη δέ. *Ἤδη δέ*, quae cum respondeant Latinis particulis *iam vero*, habent idoneum atque alacrem transitum ab una re ad aliam, atque interdum etiam adscensum quendam significant, ut respondere videantur Latinis particulis: *atque adeo*, nam ut auctore Hartungio *quin etiam*, quae formula maiorem vim habet, interpreter adduci non possum. Transitum faciunt illae particulae, ut nos ad rem praesentem revocent, verbi caussa in Euripidis *Medea* v. 772., ubi cum Medea aliam orationem finivisset his verbis:

'Εκ τοῦδ' ἀναιρόμεσθα πρυμνήτην κάλων,
μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.,

iam sic pergit:

Ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα
λέξω· δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.

et in simili caussa habentur rursus illae particulae in *Rheso* v. 499. ed. Matth., ubi explicatis aliis maleficiis Ulixi atque ista oratione conclusa his verbis:

Ὃς εἰς 'Αθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν
κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἐπ' 'Αργείων φέρει.

sic pergitur:

Ἤδη δ' ἀγύρτης πτωχικὴν ἔχων στολὴν
εἰσῆλθε πύργους κτέ.

Ac sic saepe etiam apud oratores istae particulae usurpantur, veluti in Aeschinis oratione *contra Ctesiphontem* §. 193. ed. Bekk. p. 81. ed. H. Steph., ubi explicato alio argumento pergit orator: Ἤδη δ' ἐκ τῶν τεχνῶν τῶν Δημοσθένους αἰσχρὸν ἔθος ἐν τοῖς δικαστηρίοις παραδέχεσθε. Gradatio magis apparet e Plutarchi loco in *Vita Pyrrhi* cap. 34. p. 406. A. ed. Francof., ubi postquam caedes perpetrata a Zopyro narrata erat, sic pergitur: Ἤδη δὲ σύνδηλον ἦν τὸ γεγονὸς πλείοσι· καὶ προσδραμὼν ὁ 'Αλκυονεὺς ᾔτησε τὴν κεφαλὴν ὡς κατανοήσων κτέ. Eodemque modo iam Herodotus usus erat his particulis lib. VII. cap. 35. Ὡς δ' ἐπύθετο ὁ Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος τὸν 'Ελλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίους ἐπικέσθαι μάστιγι πληγὰς καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμπε στίξοντας τὸν 'Ελλήσποντον.

Tum ἤδη ποτὲ particulae aptius inter se coniunctae esse videntur, neque in interrogatione solum, qua de re et Devarius p. 99. mentionem fecit et nos supra p. 606. explicavimus, verum etiam in simplici adfirmatione, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 1121 sq. ed. Herm. dicitur: Ἤδη ποτέ.

Ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν
ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν κτέ.

similiter in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 455. l. Bekk. p. 216. E. ed. H. Steph. Σπουδάσαντος δὲ ὅτου ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον καὶ ἐμοὶ ἔδοξε κτέ. et in Aristophanis *Ranis* v. 930 sq.

νὴ τοὺς θεούς, ἐγὼ γοῦν
ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα κτἑ.

ac sic dicitur etiam alio quodam modo in Plutarchi *Flaminino* cap. 20. p. 380. B. ed. Francof. Ἀναπαύσωμεν ἤδη ποτὲ τὴν πολλὴν φροντίδα Ῥωμαίων κτἑ. Et in his formulis pene solennis est illa particularum collocatio: fit autem eadem lege, ut enclitica particula aut ea omnino, quae vim minorem habet, ἤδη particulam statim excipiat, qua supra p. 426 sqq. δή τις, δή τοι, δή που, δή ποτε ac similia fere usitato more dici vidimus.

Ἦ τοι et ἤ τοι.

Ἦ τοι. Ἦ τοι particulae per sese difficilem explicatum non habent. Nam quom ἦ ab eo, quod revera fuerit, adfirmationem petit, qua de re in ἦ particula supra p. 592 sq. explicatum est, tum τοὶ eo adiuvat adfirmationem, quod quoquo modo se res habeat, tamen de re ipsa nos vetat dubitare, qua de re et diximus iam saepius et in τὸὶ particula exponetur accuratius. Id adeo a tragicis poetis per crasin ἦ τἄν vel ἤτἄν dictum est aliquoties, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1367 sq.

ἠτἄν. Εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
τὰς παῖδας, ἠτἂν οὐκ ἂν ἦν, τὸ σὸν μέρος.

et in *Ranis* Aristophanis v. 34.

Ἠτἂν κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά.

tum etiam disiuncta utraque particula ἦ — τοι dictum est, cuius rei idoneum exemplum adtulit Hartungius vol. II. p. 355. ex Euripidis *Iphigenia Aul.* v. 1181.

Ἦ σκηπτρά τοι
μόνον διαφέρειν καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ.

Ἤτοι. Tum habemus debiliorem harum particularum formam ἤτοι, quae in Homeri carminibus frequentissuma legitur, ut factam aliquo modo rem quampiam significet ac sic transitum paret ad aliam caussam. Haec eo, quo fungitur munere in oratione, composita est cum μὲν particula, sed ipsa tamen significatione aliquantum ab ea differt. Μὲν enim adfert simplicem ad aliquam rem adfirmationem, ἤτοι autem a principio nihil videtur fuisse aliud quam enuntiatio per se constans, ut id esset: *Fuit hoc sane* (ἦ τοι, ἦτοι, ἤτοι). Hinc altera particula μὲν postposita semper est, ἤτοι contra a principio primum potius locum habuisse videtur, quem deinceps, quom iam prima formulae origo evanuisset, non amplius obtinuit, ut, quasi esset simplex adfirmatio,

qualis est μέν, etiam postponeretur. Ac de hoc usu Homerico satis constat eumque hoc magis possum praetermittere, quod is minume pertinet ad scriptores Atticos

Restat alius usus ἤτοι particulae ab eo, quem usque adhuc explicavi, valde discrepans, quamquam antiquitus etiam haec formula ab eadem origine profecta esse videtur. Etenim vix posse dubitari videtur quin ἢ particula disiunctiva ab ἦ adfirmativa particula olim non fuerit diversa, quamquam usu ipso ac loquendi consuetudine valde inter se illae particulae discrepent. Cum hoc igitur ἢ composita τοὶ particula est, ut ἤτοι diceretur, quod fuit proprie *vel sive aut aliquo modo*, aut si primam vim omittimus ac ponimus id, quod res est, *aut sane, aut profecto*.

Hoc plerumque ita dictum est, ut ἤτοι in primo membro poneretur, sequeretur deinceps ἤ, quod fiebat proprie, si prius illud, quod dicitur, maiore quodam modo adfirmaretur per τοὶ particulam, ceterum ἢ — ἢ inter se responderent usitato more dicendi: hinc etiam fuerunt qui in eius modi locis non iam ἤτόι — ἤ, sed potius: ἤ τοι — ἤ, scribendum putarent, uti Fr. Ellendtus in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 753. in Sophoclis *Antigona* fecit, ubi v. 1166 sq. ed. Herm. dicitur: Ἤτοι — ἤ.

Ἐκ δὲ δωμάτων
ἤ τοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ πάρα.,

quod est: *aut audiens sane aut forte fortuna adest.* et sic rursus in Sophoclis *Trachiniis* v. 146 sq.

ἤ τοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.

quo in loco ipso quoque ad viri potissumum nomen adfirmatio illa accedit, quoniam maritus primam fere sollicitudinis caussam mulieri adferre videatur, ac sic multis modis his particulis usi sunt Graeci, uti Plato in *Parmenide* Part. I. vol. II. p. 12. ed. Bekk. p. 131. A. ed. H. Steph. dixit: *Οὐκοῦν ἤτοι ὅλου τοῦ εἴδους ἢ μέρους ἕκαστον τὸ μεταλαμβάνον μεταλαμβάνει;* Eodem modo Xenophon in *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 12. §. 2. locutus est: *Καὶ ἁλόντες ἤ τοι δουλεύουσι τὸν λοιπὸν βίον, ἐὰν οὕτω τύχωσι, τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν, ἢ εἰς τὰς ἀνάγκας τὰς ἀλγεινοτάτας ἐμπεσόντες — διαζῶσι κτέ.*

Neque impedit in his locis quidquam quo minus ἢ particula post ἤ τοι inferatur etiam saepius, veluti in Xenophontis scripto laudato lib. IV. cap. 6. §. 13. dicitur: Ἤ τοι. ἤ —. ἤ. *Εἰ δέ τις αὐτῷ περί του ἀντιλέγοι μηδὲν ἔχων σαφὲς λέγειν, ἀλλ᾽ ἄνευ ἀποδείξεως ἤτοι σοφώτερον φάσκων*

εἶναι ὃν αὐτὸς λέγοι. ἢ πολιτικώτερον ἢ ἀνδρειότερον ἢ ἄλλο τι τῶν τοι οὕτων, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα λόγον κτέ. aut in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 62. ed. Bekk. p. 475. A. ed. H. Steph. *Ὅταν ἄρα δυοῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον κάλλιόν ἐστιν, ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις.*

Quom autem illa adfirmatio, quam habent ἤ τοι particulae, per se non spectet ad singularem illius pronuntiati notionem, sed magis de universa sententia adseveret, fit ut saepe Graeci, cum volunt singularem notionem efferre, ad hanc adiungant γὲ particulam, ac dicant: ἤ τοι — γε, ἤ, veluti dicitur in Thucydidis lib. II. cap. 40. *Καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα κτέ.* aut in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 22. *ἡμεῖς τε, ὦ Πέρσαι, ἐπεὶ προσδεχόμεθα πολεμίους ἤτοι μαχουμένους γε ἢ πεισομένους παρέσεσθαι, ταχθῶμεν ὡς κάλλιστα.*, quem locum iure Ern. Poppo contra Schneiderum, qui eiici γὲ particulam voluit, tutatus est. Eodem modo dixit Euripides in *Ione* v. 445 sq. ed. Herm.

Ἤτοι — γὲ —, ἤ.

Ἤ τοι φιλοῦσά γ' ἧς ὕπερ μαντεύεται,
ἢ καί τι σιγῶσ' ὧν σιωπᾶσθαι χρεών.

Sed haec facile in singulis locis quem ad modum dicantur agnoscuntur. Illum autem dicendi modum, ut γὲ particula ad ἤτοι non interposita alia particula accederet, ut ad omnem sententiam eius vis pertineret, non inveni apud antiquiores, Galeni autem permultos locos in eam rem adtulit novissimus editor *Thesauri Stephaniani* vol. IV. p. 215. A.

Ἤτοι γε — ἤ.

Cum autem τοὶ particula, ut dixi, universam magis adseverationem haberet in eius modi locis, consentaneum erat, ut ea particula non tam ad alterum enuntiationis membrum reiiceretur, quam ad prius statim adiiceretur, quod is, qui loquitur, id primo loco cogitabit, quod aliquam vim maiorem habet. Itaque Apollonius et de coniunctionibus in Bekkeri *Anecdotis Gr.* p. 486, 31. et de syntaxi p. 306. Bekk. praecipit, ut ἤτοι semper in priore membro ponatur. Quod praeceptum secutus est etiam Thomas Magister p. 427. quamquam is quidem non tacuit de Pindaro, qui etiam ἤ — ἤτοι dixisset. Id ille fecit tamquam poeta paullo audacius non propter metrum quidem, ut ait Thomas Magister — talis enim poeta etiam alio modo versum sustentare potuit —, sed quod animum quidem, potiorem hominis partem, recte sibi priore loco dicere videbatur, corpus autem

Ἤ — ἤτοι.

ad huius carminis argumentum non poterat deprimi nimium. Cecinit igitur in *Nemeaeis* carm. IV. v. 6.

Ἀλλά τι προσφέρομεν ἔμπαν ἢ μέγαν
νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις κτἑ.

qua de re vide Dissenii *Explicatt. Pindar.* p. 404. Eundemque ordinem servasse etiam alio loco, qui erat in *Threnis*, idem poeta dicitur ab Antiatticista p. 99, 2.

Quod autem docti cum hoc Pindari loco composuerunt quosdam Platonis locos, in quibus ille quoque posteriore loco ἤτοι posuisset, longe alia illorum locorum ratio est. Pedestris enim orationis scriptores, quantum equidem rem investigare potui, posteriore loco non posuerunt ἤτοι particulam nisi in ea oratione, in qua alia particula disiunctiva praecessisset nulla, ut in comparationis caussa recte atque ordine de re ea, quae per ἢ particulam inferretur, maiore quadam vi adseverari posset, veluti in illo loco, quem posuerunt e libro I. *Civitatis Platonicae* Part. III. vol. I. p. 38. ed. Bekk. p. 344. E. ed. H. Steph. Ἔοικας, ἦν δ᾽ ἐγώ· ἤτοι ἡμῶν γε οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα ἀγνοοῦντες ὃ σὺ φῂς εἰδέναι., quem locum rectissime C. E. C. Schneiderus ita interpretatus est, ut diceret priorem eius enuntiationis partem e superioribus petendam esse in hunc modum: Ἔοικας ἤτοι οἴεσθαι τοῦτο ἄλλως ἔχειν, ἢ ἡμῶν γε κτἑ. Sed non recte tamen is locus obiiceretur Atticistis, quod τοὶ particula, quae aliquam vim ad universam disiunctionem adferre debebat, in eius modi locis ad prius membrum nec potuit adiungi nec debuit, quod disiunctionis ratio ipsa ordiretur denique in altero membro. Et huic loco similes sunt etiam illi loci, quos Schneiderus ad hunc locum apposuit, ex eodem scripto p. 134. ed. Bekk. p. 400. C. ed. H. Steph. Καὶ τούτων τισὶν οἶμαι τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἧττον ψέγειν τε καὶ ἐπαινεῖν ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτούς, ἤτοι ξυναμφότερόν τι. Nam ibi quoque, cum alterum ἢ ad comparativum pertineat, dicitur ἤτοι non praecedente ἢ particula. Eadem ratio est tertii Platonis loci ex eodem scripto p. 190. ed. Bekk. p. 433. A. ed. H. Steph Ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντός, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. Neque enim aliter id dicitur atque in illo Aristotelis loco, quem habet ipse Devarius p. 102.

Ἤτοι non praecedente ἤ.

Postremo ἤτοι — ἤτοι, ut in utroque membro distinctio ista efferretur, videtur antiquioribus fere scriptoribus

Ἤτοι — ἤτοι.

inusitatum fuisse. Nam quae adlata sunt exempla non superant aetatem Galeni, atque de eo ipso dubitatio mota est nuper in H. Stephani *Thesauro Gr. ling.* vol. IV. p. 215. B.

Ἦμος, ἡνίκα.

Ἦμος. Revocari ad hoc caput a Devario poterat etiam ἦμος particula, quae fere a grammaticis per ἡνίκα, ὁπηνίκα, ὅτε explicatur. Sed eius particulae neque difficilis constructio est neque usus ullus prosae orationis, ac si quando a tragicis ἦμος in narratione positum est, ut Latinae particulae *dum* responderet, aut cum imperfecto iunctum legitur aut cum indicativo praesentis temporis, ut alacritate quadam res praeterita quasi praesens narraretur, uti in Sophoclis *Trachiniis* v. 528 sqq. ed. Herm. dicitur:

> Ἦμος, φίλαι, κατ' οἶκον ὁ ξένος θροεῖ
> ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν ὡς ἐπ' ἐξόδῳ,
> τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα κτέ.,

quod etiam eo, quod respondet τῆμος ei particulae, antiquitatis quendam colorem habet. Similem constructionem habes in Euripidis *Hecuba* v. 893 sqq. ed. Herm.

> Μεσονύκτιος ὠλλύμαν,
> ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις
> κίδναται.

Si narratio minus alacri animo traditur, accedit, ut dixi, imperfectum, uti in *Trachiniis* v. 159 sqq.

> Ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
> ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
> λείπει παλαιὸν δέλτον ἐγγεγραμμένην κτέ.

et in *Oedipo rege* v. 1126 sqq. ed. Herm.

> Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
> κάτοιδεν, ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον —
> ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνί,
> ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρὶ κτέ.

Ἡνίκα, ὁπηνίκα. Deinde etiam ἡνίκα et ὁπηνίκα hic commemorandum est, quod ipsum quoque facilem habet explicationem, sed tamen propter constructionis rationem huc pertinet. Neque enim solum in narratione cum indicativo compositum est, sed habuit ea particula etiam reliquas constructiones omnes, quas εἰ, ἐπεὶ similesque particulas habere vidimus.

ἡνίκα cum indicativo. De indicativo conferri poterit Xenophontis locus ex *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 4. §. 24. Ἡνίκα δὲ τὸν

πέμπτον ἐπορεύοντο σταθμόν, εἶδον βασίλειόν τι καὶ περὶ αὐτὸ κώμας πολλάς. Ac sic saepissume ponitur, ubi nondum prior actio perfecta est, cum fit altera. Tum coniungitur cum aoristo, veluti ibidem dicitur lib. III. cap. 5. §. 4. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, παρελαύνων τὰς τάξεις, ἡνίκα ἀπὸ τῆς βοηθείας ἀπήντησαν οἱ Ἕλληνες, ἔλεγεν., quo in loco absoluta iam prior actio erat, cum fieret altera. Id dicitur alio modo, sed tamen eadem vi et aoristi et particulae in Sophoclis *Aiace* v. 1252 sqq. ed. Herm.

Οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδέν, ἡνίκα
ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃμένους
ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορὸς
ἐῤῥύσατ' ἐλθὼν μοῦνος κτέ.

Deinde in perfecta re positum est etiam tempus perfectum, uti in Sophoclis *Trachiniis* dicitur v. 83 sq.

Οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

et in re praesenti tempus praesens, uti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 776 sq. ed. Herm dicitur:

Νῦν τ' αὖθις ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι
ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε, καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μετασπᾶν σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.

Et praesens tempus saepe cum *ἡνίκα* particula coniungitur, si significamus aliquid fuisse, cum fieret alterum, quibus in locis etiam Latina particula *cum* cum indicativo praesentis solita est poni, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 8. §. 1. dicitur: *Καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν καὶ πλησίον ἦν ὁ σταθμὸς ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας, ἀνὴρ Πέρσης, τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιστῶν, προφαίνεται ἐλαύνων ἀνὰ κράτος ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ.*

Cum optativo autem ponitur *ἡνίκα* particula, si res non ut facta, sed ut in cogitatione posita narratur, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 5. §. 18. dicitur: *Ἐπὶ τούτοις ἐθύσαντο, ὅπως, ὁπηνίκα καὶ δοκοίη τῆς ὥρας, τὴν πορείαν ποιοῖντο κτέ.*, ubi propter obliquam orationem res in cogitatione posita est. Ac sic alio quodam modo scripsit G. Hermannus in Sophoclis *Philocteta* v. 694 sqq. Ἡνίκα cum optativo.

Εἷρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε,
τότ' ἂν εἰλυόμενος, παῖς
ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας,
ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι,
πόρον, ἀνίκ' ἐξανείη
δακέθυμος ἄτα.

ἡνίκα cum coniunctivo. Deinde si res non ad cogitationem, sed ad eventum ipsum spectabat, ἡνίκα et ὁπηνίκα particulae etiam cum coniunctivo positae sunt, uti in Demosthenis quae fertur *oratione funebri* §. 25. ed. Bekk. p. 1396, 23. ed. Reisk. dicitur: Ἡνίκα γοῦν ὁ ἀγὼν ἔλθῃ τοῦ πολέμου, πᾶς τις εὐχερῶς ἑαυτὸν σώζει κτἑ., quo in loco neque Imm. Bekkeri coniectura, quamvis sit facilis: ἡνίκ' ἂν γοῦν, probanda est neque unius libri non optumi scriptura ἔλθοι pro ἔλθῃ. Ponitur enim in illo loco nihil aliud nisi eventus rei, non revocatus ille ad experientiam ipsam, quod fieret addita ἂν particula, neque res ad solam cogitationem pertinet, quod esset, si optativum ἔλθοι reciperes. Eodem modo recte in altero argumento orationis Demosthenicae *contra Androtionem* habitae p. 532, 14. ed. Bekk. p. 592, 21. ed. Reisk. scriptum est: Ἰστέον δέ, ὅτι, ἡνίκα δύο ὦσι κατήγοροι, ὧν ὁ μὲν εἷς νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος πρεσβύτερος, οὗτος λαμβάνει τὴν πρωτολογίαν κατὰ τιμήν, ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα ὁ Εὐκτήμων ἔλαβε τὴν πρωτολογίαν ὡς πρεσβύτερος κτἑ., quo in loco facile apparet, cur scriptor ἡνίκα — ὦσι dixerit: nam est eius oratio de universa re, ac postea demum res ad praesentem caussam transfertur. cf. G. H. Schaeferi adnotationem ad Theocriti *Idyll.* XXIII. v. 30., quamquam ibi receptam nunc scripturam comprobo hanc:

Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει.

ἡνίκ' ἄν, ὁπηνίκ' ἄν cum coniunctivo. Sed eventus tamen plerumque in eius modi locis ad experientiam revocatur, quod fit adiuncta ἂν particula. Sic igitur Xenophon scripsit in *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 5. §. 18. Καὶ παρήγγειλαν ἐπειδὴ δειπνήσειαν, συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι καὶ ἕπεσθαι ἡνίκ' ἄν τις παραγγείλῃ. et in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 4. §. 11. Ἡμῖν μέντοι οὐ μαχεῖσθε, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενί· ἡνίκα δ' ἄν τις ὑμᾶς ἀδικῇ, ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν μαχούμεθα. Atque in hoc genere recte observavit novissumus *Stephaniani Thesauri* editor vol. IV. p. 180. A. fere saepius dici aptius coniunctis ἡνίκ' ἂν particulis ἡνίκ' ἂν γάρ, ἡνίκ' ἂν δέ, ἡνίκ' ἂν δέ γε, quam, ut in eo, quem modo posui, Xenophontis loco ἡνίκα δ' ἂν et quae sunt similia, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 1124 sq. dicitur:

Ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλᾶαι βλαστάνουσ' αἵ τ' ἄμπελοι,
ἀποκεκόψονται.

et in *Pace* v. 1179.

Ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά.

et in *Ecclesiazusis* v. 273 sq.

> Ἡνίκ' ἂν δέ γε
> τούτους ἀκριβώσητε περιηρημοσμέναι.

et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1479 sq. ed. Herm.

> Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμον ἥκητ' ἀκμάς,
> τίς οὗτος ἔσται;

Denique ἡνίκ' ἂν et ὁπηνίκ' ἂν particulae, si eventus ad experientiam revocati significatio ad alterius cogitationem pertinebat, etiam cum optativo illatae sunt, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 163 sq. ed. Herm. dicitur: Ἡνίκ' ἄν, ὁπηνίκ' ἂν cum optativo.

> Χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκ' ἂν
> χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
> τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ κτέ.

ac sic recte G. Bernhardy in *Synt. Gr. ling.* p. 413., quod esset repetita actio, non sollicitandam videri Machonis vocem pronuntiavit apud Athenaeum lib. XIII. p. 578 D.

> Ἡνίκ' ἂν σκώψειε γάρ,
> ῥημάτιον εὐθὺ τοῦτο μανίαν ἀνεβόα,

quod etiam ea condicione res revocatur ad alterius cogitationem, quo in genere etiam Euripidis *Troadum* v. 421. tutandum idem vir doctus putavit, ubi haec volgo leguntur:

> Σὺ δ' ἡνίκ' ἄν σε Λαρτίου χρῄζοι τόκος
> ἄγειν, ἕπεσθαι.,

quamquam in eo quidem loco lib. Havniensis nunc coniunctivum χρῄζῃ obtulit, quem G. H. Schaeferus olim coniectura iam erat adsecutus, ut difficile iudicium sit, utrum probandum sit. cf. A. Matthiae adnot. vol. VIII. p. 69.

Praeterea vix commemorandum est qua ratione aliae particulae ad particulam ἡνίκα accedant, veluti ἡνίκα δὴ dicitur et ἡνίκα περ. Nam de ἡνίκα δὴ vidimus iam supra p. 407., de ἡνίκα περ vide πὲρ particulam

De θὴν particula ne quis aliquid propter unius Aeschyli locum desideret, conferantur, quae supra p. 434. explicata sunt. Θήν.

Ἵνα.

P. 102. De ἵνα particulae ac reliquarum particularum finalium apud Graecos constructione omnino conferenda est praeclara Frid. Frankii disputatio, quae legitur in *Diariis* Ἵνα. p. 102.

Darmstad. anni MDCCCXXXIX. p. 1236 sqq., a quo tamen in eo dissentio, quod ego in ἵνα particula, uti in reliquis particulis finalibus ὡς, ὅπως κτἑ. relativam potius vim agnosco quam demonstrativam, quamquam non nego a principio illas formas pertinuisse ad utramque caussam. Ἵνα enim, quod principio l o c u m. q u o aliquid esset aut fieret, significavit, facile translatum etiam ad c a u s s a m est ac c o n d i c i o n e m, q u a aliquid esset aut fieret. Itaque si dico: λέγω ἵνα εἰδῇς, proprie hoc dico: *Dico qua ratione scieris*, vel dicam: *scias*, ut eventus rei ponatur; sin dico: ἔλεξα ἵν' εἰδείης, proprie hoc declaro: *Dixi qua ratione scires*, aut dicam: *qua ratione te scire putarem*, ut non eventum ipsum, sed solam eventus cogitationem significem. Quae autem exempla ita comparata sunt, ut ἵνα in sententia finali cum enuntiatione sua per sese positum esse videatur, ea ad ellipticum dicendi genus pertinent, in quo ex antecedentibus enuntiatum id, in quo relativa enuntiatio, quae actionis consilium indicat, nitatur, repetendum est, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 3. §. 15. si dicitur: Ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω· πολλὰ γὰρ ἐνορῶ δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον· ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ ὃν ἂν ἕλησθε πείσομαι ᾗ δυνατὸν μάλιστα· ἵνα εἰδῆτε ὅτι καὶ ἄρχεσθαι ἐπίσταμαι ὥς τις καὶ ἄλλος μάλιστα ἀνθρώπων., quo in loco eo facilius vox: ἵνα εἰδῆτε κτἑ., explicari poterit, quod sine ulla coniunctione haec ponuntur, sed eadem tamen caussa ac ratio esset, si placuisset Xenophonti scribere: ἵνα γὰρ εἰδῆτε κτἑ. Nam etiam sic id enuntiatum, ad quod pertineret relativa ἵνα particulae notio, repetendum esset ex antecedentibus, veluti supra p. 257. vidimus dici ab Aristophane in *Acharnensibus* v. 221

> Οἴχεται· διωκτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγχάνῃ ποτὲ
> μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας.,

quo in loco nisi omnia coniungerentur, optativus ἐγχάνοι requireretur. Nunc μὴ — ἐγχάνῃ suspensum est ab enuntiatione superiore. Etenim μὴ particula usu quidem ac loquendi consuetudine plane relativam vim nacta est.

Ἵνα cum coniunctivo. Ac primum quidem ἵνα, ut ceterae particulae finales, cum coniunctivo componitur, si ipse eventus, qui factum debet sequi, indicandus est. Est autem coniunctivi in enuntiatis finalibus non alia ratio atque in reliquis locis omnibus, ut eventus, quem aliqua condicione aliquando futurum putamus, eo significetur. Eodem igitur modo dicitur: *Εἰ*

τοῦτο γένηται, *si hoc fuerit*, et: ἔχει ὅ, τι λέγῃ*), quod est proprie: *habet quod dixerit*, aut: *habet quod dicat*: et: ποιῶ τοῦτο, ἵν' εἰδῇς, quod est proprie: *facio hoc, quo modo scieris*, aut: *quo modo scias*, vel quod idem est: *ut scias*, sic, uti in omnibus his locis eventus, quem aliquando futurum cogitamus, ponatur.

Ponitur igitur in omnibus iis locis, in quibus eventus simpliciter indicatur, qui actionem debet sequi, coniunctivus, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 2. §. 12. Πορευτέον δ' ἡμῖν τοὺς πρώτους σταθμοὺς ὡς ἂν δυνώμεθα μακροτάτους, ἵνα ὡς πλεῖστον ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος., quod est proprie: *ita proficiscendum nobis est — quo modo quam plurimum digressi fuerimus ab exercitu regio.*, quibus in verbis res ipsa spectatur, non rei cogitatio ponitur. Ac sic rursus dicitur ibidem lib. III. cap. 2. §. 27. Πρῶτα μὲν τοίνυν, ἔφη, δοκεῖ μοι κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας ἃς ἔχομεν, ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι ἂν τῇ στρατιᾷ συμφέρῃ., quo in loco eodem modo eventus simpliciter spectatur, quem futurum ista condicione ponunt. Ac sic dicitur non solum post praesens tempus aut futurum, verum etiam post alia tempora omnia, si modo solus eventus indicandus sit, qui in ipsa actione spectatur ut futurus. Docendi caussa confero ex eodem Xenophontis scripto lib. I. cap. 4. §. 18., ubi haec leguntur: Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον ὅτι οὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοίοισιν· ἃ τότε Ἀβροκόμας πρωϊὼν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ., et lib. IV. cap. 6. §. 6. Χειρίσοφος δέ, ἐπεὶ κατεῖδε τοὺς πολεμίους ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ, ἐπαύσατο πορευόμενος, ἀπέ-

Ἵνα cum coniunctivo post tempus praeteritum.

*) Sic dici posse, etiam non praegressa negatione, docuisse mihi videor supra p. 158 sq. Exemplis eo loco positis addas licet Platonis *Ionem* Part. I. vol. II. p. 176. ed. Bekk. p. 532. ed. H. Steph. Τί οὖν ποτὲ τὸ αἴτιον, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐγὼ — νυστάζω· ἐπειδὰν δέ τις περὶ Ὁμήρου μνησθῇ, εὐθύς τε ἐγρήγορα καὶ προσέχω τὸν νοῦν καὶ εὐπορῶ ὅ, τι λέγω; et rursus p. 178. ed. Bekk. p 533. A. ed. H. Steph. Ἤδη οὖν τινὰ εἶδες ὅστις — ἐπειδὰν μέν τις τὰ τῶν ἄλλων ζωγράφων ἔργα ἐπιδεικνύῃ, νυστάζει τε καὶ ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει ὅ, τι συμβάληται, ἐπειδὰν δὲ περὶ Πολυγνώτου — δέῃ ἀποφήνασθαι γνώμην, ἐγρήγορέ τε καὶ προσέχει τὸν νοῦν καὶ εὐπορεῖ ὅ, τι εἴπῃ; In neutro enim horum locorum interrogatio ad ipsam illam enuntiationem pertinet, ut ex adfirmatione nascatur negatio, sed omissa interrogatione in priore loco diceretur: εὐπορῶ ὅ, τι λέγω, quod librarius in uno libro non bono ita mutavit, fortasse non sine quodam emendandi studio: οὐκ ἀπορῶ ὅ, τι λέγω., et in altero loco eodem modo: εὐπορεῖ ὅ, τι εἴπῃ, pro quo unus alterve liber habet: εὐπορεῖ ὅ, τι εἴποι, falsa correctione.

χων ὡς τριάκοντα σταδίους, ἵνα μὴ κατὰ κέρας ἄγων πλησιάσῃ τοῖς πολεμίοις κτἑ. Quibus in locis eo, quod coniunctivus post praeteritum tempus infertur, ipse eventus, qui in actione spectatur ut futurus, magis effertur, ut qui audiat haec, etiam si actio ipsa, quam sequitur eventus, praeterita est, tamen, quantum res ad eventum pertinet, praesentem rem cognoscere videatur. Sic enim res ipsa aliquando futura ponitur: quod contra est, si coniunctivum mutas in optativum, quoniam tum non ipse eventus ponitur, sed cogitatio eventus, quam olim in actione habuisse videatur is, qui agit aliquid. Hoc tamen non ita dictum existumari volo, quasi etiam actio, quae in praeterito tempore ponitur, praesens esse videatur hoc modo, quae semper putanda est praeterito tempore facta esse.

Fit autem ista relatio finalis enuntiati ad temporis praesentis cogitationem dupliciter, ut aut revera ista actio, quae quasi praeterita iam ac transacta ponitur, eventum praesentem habeat vel etiam nunc exspectandum, aut ut etiamsi omnis res transacta est, tamen in eventus olim exspectati significatione, quo magis agentis consilium exstet, praesentem eius ratiocinationem ponas, non referas eius cogitationem, quam olim in actione habuisse videatur.

Et prior illa ratio, ut eventus per coniunctivum positus revera ad praesens tempus pertineat, fit duobus modis. Aut enim relinquitur inchoatus narrationis cursus, ut quod modo ad praeteritum tempus pertinebat, iam praesens tempus ac futurum spectet, aut res ita comparata est, ut actione praeterita tamen eventus nondum expletus sit, sed etiam nunc duret. Et mutatae orationis exemplum maxume idoneum posuerunt grammatici ex Andocidis oratione *de mysteriis* §. 40. ed. Bekk. p. 6. ed H. Steph. *Εἰπεῖν οὖν τὸν Εὐφίλητον ὅτι καλῶς ποιήσειεν εἰπών, καὶ νῦν ἥκειν κελεῦσαί οἱ εἰς τὴν Λεωγόρου οἰκίαν, ἵν᾽ ἐκεῖ συγγένῃ μετ᾽ ἐμοῦ Ἀνδοκίδῃ καὶ ἑτέροις οἷς δεῖ.*, quo in loco ipsa secunda, quae iam infertur, persona satis declarat, e narratione in rem praesentem transisse oratorem. Non expleti vero eventus facile inveniuntur exempla, veluti Euripides in *Hecuba* v. 25 sqq. dicit:

Κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ᾽ ἁλὸς
μεθῆχ᾽, ἵν᾽ αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.

ad quem locum vide G. Hermanni adnotationem p. 7., et idem in *Medea* v. 215.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμψησθε.

et Aristophanes in *Pace* v. 223 sqq.

Κἄπειθ' ὁρᾷς
ὅσους ἄνωθεν ἐπεφόρησε τῶν λίθων,
ἵνα μὴ λάβητε μηδέ ποτ' αὐτήν.

Posterioris autem rationis, in qua transacta omni re tamen consilium eius, qui fecit aliquid, ita narratur, quasi etiam nunc exspectandum sit, ut id fiat, quod cupit is, qui agit aliquid, innumerabilia exempla adferri possunt. Est enim in leviore orationis genere ista ratio loquendi pene legitima atque etiam in severiore oratione non raro admittitur, ubi aut alacrior sermo fieri debet aut eventus ipse, quem spectavit actor, magis per sese efferendus est, ut veritas rei, quam cogitatio agentis appareat magis.

Ac de leviore ista dicendi ratione unam Lysiae orationem I., quae est *de caede Eratosthenis* percurram, in qua saepe ista constructio invenitur. Nam et §. 4. ed. Bekk. p. 92. ed. H. Steph. dicit: Ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς — οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας. et §. 9. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μή, ὁπότε λοῦεσθαι δέοι, κινδυνεύῃ, κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. et §. 10. pergit sic: Καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ καὶ μὴ βοᾷ. et rursus §. 11. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον τὸ παιδίον ἐβόα καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ. et paullo post §. 12. Καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον καὶ δοῦναι τῷ παιδὶ τὸν τιτθόν, ἵνα παύσηται κλαῖον.

Praeterea conferri poterit Platonis *Crito* Part. I. vol. II. p. 143. ed. Bekk. p. 43. B. ed. H. Steph. Καὶ ἐπίτηδές σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς., de quo loco quod pronuntiavit G. Stallbaumius, id, quod propositum fuisset, nondum perfectum et transactum esse, sed adhuc durare cogitari, id, si recte intellego, nullo modo comprobare possum. Res enim plene transacta est, et tantum modo in narratione verba haec: ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς,

quasi praesentis rei consilium adferunt, quo magis exspectatus olim eventus nunc appareat. Id adeo fit etiam in ceteris locis omnibus, quos huc vocarunt grammatici, veluti apud Herodotum lib. I. cap. 29. Σόλων ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. et lib. VII. cap. 8. Ξέρξης δὲ μετὰ Αἰγύπτου ἅλωσιν — σύλλογον ἐπίκλητον Περσέων τῶν ἀρίστων ἐποιέετο, ἵνα γνώμας τε πύθηται σφέων καὶ αὐτὸς ἐν πᾶσι εἴπῃ τὰ θέλει. Tum in Demosthenis orat. *Olynth.* II. §. 24. ed. Bekk. p. 25. ed. Reisk. Ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ Λακεδαιμονίοις μὲν τότε — ὑπὲρ τῶν δικαίων ἀντήρατε, καὶ πολλὰ ἰδίᾳ πλεονεκτῆσαι πολλάκις ὑμῖν ἐξὸν οὐκ ἠθελήσατε, ἀλλ' ἵν' οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων, τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ἀνηλίσκετε, εἰσφέροντες κτἑ. et in Aristophanis *Equitibus* v. 893. ed. Dind.

Καὶ τουτό γ' ἐπίτηδές σε περιήμπεσχεν, ἵν' ἀποκνίξῃ.

quamquam hic quidem locus etiam ad superius genus revocari queat.

Ἵνα coniunctivo iunctum praegresso optativo.

Non recesserunt autem Graeci a prima linguae lege, si quando optativo praecedente eo, qui nihil aliud nisi rem fortasse futuram significaret, ἵνα particulam cum coniunctivo intulerunt, quia tamen omnis caussa ad praesentem rem pertinet, quem totum locum recte iam tractavit Frankius l. l. p. 1243. Laudat is Krügerum ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. II. cap. 4. §. 3. Τί μένομεν; ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα ὅτι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσαι περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα μέγαν στρατεύειν; quo in loco apparet aptissume coniunctivum positum esse, quod optativus qui praecessit nihil aliud nisi praesentem rem continet, ut facile intellegatur, quod unus liber F. habeat φόβος εἴη, e correctione profectum esse. In simili caussa dixit Plato in *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 113. ed. Bekk. p. 28. D. ed. H. Steph. Αὐτίκα, φησί, τεθναίην δίκην ἐπιθεὶς τῷ ἀδικοῦντι ἵνα μὴ ἐνθάδε μένω καταγέλαστος παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ἄχθος ἀρούρης, et Sophocles in *Trachiniis* v. 1100. ed. Herm.

Προσμόλοι μόνον,
ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν, ὅτι
καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτισάμην.

Sed haec de coniunctivo hactenus. Etenim quae hic praeterea possint exponi, ea, si veram coniunctivi vim cognitam habemus, facile intellegi ipsa poterunt.

Optativus autem tum ponitur post ἵνα particulam, si eventus ille, quem spectat consilium nostrum, non in veritate ponitur, sed in cogitatione tantummodo continetur, id quom multis ac vàriis modis fieri possit, tamen in omnibus locis unam habet eandemque explicationem. Quidquid enim discrepans in his exemplis esse videtur, id non pertinet ad particulae constructionem, sed ad reliquam orationem. Ἵνα cum optativo in re cogitata,

Ac primum quidem optativus post ἵνα particulam tum ponitur, cum id ipsum enuntiatum, ad quod adiungitur consilii notatio, in cogitatione tantum modo continetur, atque res ita comparata est, ut etiam consilii notatio ad cogitationem, non ad verum eventum referatur. Dixit de hac re G. Hermannus ad Sophoclis *Aiacem* v. 1200., tum *de particula ἂν* lib. III. cap. 3. p. 146. G. Bernhardy *de synt. Gr. ling*. p. 407. Frankius l. l. p. 1242 sq. Aptum huius constructionis exemplum est in Sophoclis *Philocteta* v. 324 sqq. praegresso optativo.

Θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε,
ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν ἡ Σπάρτη θ' ὅτι
χἠ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

tum apud Platonem lib. II. *de re publica* Part III. vol. I. p. 81. ed. Bekk. p. 370 D. ed H. Steph. *Ἀλλ' οὐκ ἂν πω πάνυ γε μέγα τι εἴη, εἰ αὐτοῖς βουκόλους τε καὶ ποιμένας τούς τε ἄλλους νομέας προσθεῖμεν, ἵνα οἵ τε γεωργοὶ ἐπὶ τὸ ἀροῦν ἔχοιεν βοῦς οἵ τε οἰκοδόμοι πρὸς τὰς ἀγωγὰς μετὰ τῶν γεωργῶν χρῆσθαι ὑποζυγίοις κτἑ.* et rursus in *legum* libro V. Part. III. vol. II. p. 378. ed. Bekk. p. 730. C. ed. H. Steph. *Ἧς ὁ γενήσεσθαι μέλλων μακάριός τε καὶ εὐδαίμων ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς μέτοχος εἴη, ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ.* Huc ego etiam rettulerim Euripidis *Troadum* v. 703 sqq. ed. Matth.

Κἂν δρᾷς τάδ', ἐς τὸ κοινὸν εὐφρανεῖς φίλους,
καὶ παῖδα τόνδε παιδὸς ἐκθρέψειας ἂν
Τροίᾳ μέγιστον ἀφέλημ', ἵν' οἵ ποτε
ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες Ἴλιον πάλιν
κατοικίσειαν καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι.,

quo in loco propterea, quod haec praecesserunt: *ἐκθρέψειας ἂν*, etiam ἵνα optativum habere videtur, tum Demosthenis locum *de libertate Rhodiorum* §. 11. ed. Bekk. p. 193, 16. ed. Reisk. *Ἐγὼ νομίζω, πράττοντος μὲν ἐν Αἰγύπτῳ πάνθ' ὡς ὥρμηκε βασιλέως, σφόδρα ἂν Ἀρτεμισίαν πειραθῆναι περιποιῆσαι Ῥόδον αὐτῷ, οὐ τῇ βασιλέως εὐνοίᾳ, ἀλλὰ τῷ βούλεσθαι πλησίον αὐτῆς διατρίβοντος ἐκείνου μεγάλην εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρὸς αὐτόν, ἵν' ὡς οἰκειό-*

ται' αὐτὴν ἀποδέχοιτο. Nam etiam hoc loco videtur ille optativus, qui sequitur ἵνα particulam propterea positus esse, quod quae antecesserunt hypothetice pronuntiata sunt atque ad solam cogitationem revocantur, uti recte hunc locum intellexit G. H. Schaeferus, cuius vide *Apparat. crit. et exeget.* vol. I. p. 819.

Ἵνα cum optativo in re cogitata, praegresso tempore praesenti aut futuro.

Verum non solum ibi ponitur optativus post ἵνα particulam, ubi per ipsam formam orationis iam verbis praecedentibus indicatur pertinere quem in consilio spectamus eventum ad solam cogitationem nostram, verum etiam alio modo hoc factum est et ibi quidem, ubi omnis enuntiati ratio eius modi est, ut non ipse eventus, quem in consilio spectamus, sed tantum modo cogitatio eventus significanda sit, qua ducimur in agendo. Atque in eius modi locis per se nulla ratio habetur praegressi temporis. Nam potest non solum post praeteritum tempus, verum etiam post tempus praesens ac futurum poni ἵνα cum optativo, modo tu velis non eventum ipsum, sed cogitationem eventus in particula finali designare. Facilior via erit hic quoque per exempla. Ac primum quidem, ne ad primum Graecae linguae auctorem, Homerum, recedam, Herodotus lib. II. cap. 93. haec habet: Ἐχόμενοι τῆς γῆς ἐπ' ἀριστερὰ καταπλώουσι ἐς θάλασσαν, καὶ ἀναπλώοντες ὀπίσω τῆς αὐτῆς ἀντέχονται, ἐγχριμπτόμενοι καὶ ψαύοντες ὡς μάλιστα, ἵνα δὴ μὴ ἁμάρτοιεν τῆς ὁδοῦ διὰ τὸν ῥόον., quo in loco si Herodotus scripsisset, quod potuit scribere: ἵνα δὴ μὴ ἁμάρτωσιν τῆς ὁδοῦ, rem ipsam ac veritatem spectasset, haberemus igitur simplicem narrantis mentem, nunc autem non tam rem atque verum eventum spectat in narratione, sed mentem eorum, qui illud faciunt: itaque quod potuit absolute ponere, nunc ponit ita, ut tantum modo ad eorum, qui ita agant, mentem et cogitationem referat. Ac si volumus alia forma orationis uti in explicando hoc loco, est: ἵνα — μὴ ἁμάρτωσι τῆς ὁδοῦ, *quia sic non aberrabunt a via*, contra illud: ἵνα μὴ ἁμάρτοιεν, *quia sic non aberraturi sint a via*, qua forma orationis etiam Latina oratione alienam cogitationem designare possumus. Eadem prorsus lege dicitur etiam in Platonis *Civitate* lib. III. Part. III. vol. I. p. 150. ed. Bekk. p. 410. B. C. ed. H. Steph. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ οἱ καθιστάντες μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν οὐχ οὗ ἕνεκά τινες οἴονται καθιστᾶσιν, ἵνα τῇ μὲν τὸ σῶμα θεραπεύοιντο, τῇ δὲ τὴν ψυχήν; quo in loco neque is recte explicaverit, qui dicat propter verba, quae praecedunt: οὐχ οὗ ἕνεκά τινες οἴονται, positum esse optativum, quia etiam si simpliciter

τούτου ἕνεκα scripsisset Plato, tamen recte qui sequitur optativus se haberet, neque is, qui dicat antiquum spectari tempus, quo ab initio instituta sint. Nam de antiquo quidem tempore nihil significat his ipsis verbis Plato, et si vel maxume hanc explicationem hic locus reciperet, tamen hoc ipsum explicandum esset, quam ob rem post praeteritum tempus optativus, coniunctivus post praesens in sententia finali usurparetur. Omittamus igitur haec fulcra orationis specie quidem veri similia, re tamen ipsa falsa atque inutilia et dicamus id, quod res et ratio ipsa requirit, positum esse propterea a Platone optativum post ἵνα particulam, quia non absolute eventum, qui illam actionem sequatur volt describere, sed tantum modo mentem eorum, qui sic agant, et cogitationem designare studet. Itaque si alia forma orationis uti placet; Latine sic rei discrimen aperiundum videtur. Si dicimus: ἵνα — θεραπεύωνται, est hoc nihil aliud nisi: *quod sic et corpus et animum curabunt*, sin ponimus optativum: ἵνα — θεραπεύοιντο, est hoc sic fere declarandum: *quod sic et corpus et animum curaturi sint*, aut: *quod sic et corpus et animum se curaturos esse existumant*. Consilium igitur atque eventus, qui consilium debet sequi, non absolute pronuntiatur, sed tantum modo ex eius mente, qui volt consequi. Neque alia caussa est loci illius Aristophanei, qui saepe usurpatus est a grammaticis, e *Ranis* v. 21 sqq.

> Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή,
> ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίου,
> αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τοῦτον δ' ὀχῶ,
> ἵνα μὴ ταλαιπωροῖτο μηδ' ἄχθος φέροι,

quo in loco non recte ii existumant, qui putant propterea optativum positum esse, quod, ὀχῶ, si sententiam spectamus, fere idem esset quod: ἐπὶ τὸν ὄνον ἀνεβίβασα. Nam et praecedunt alia verba αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, quae cum eandem vim ad finalem sententiam habeant, tamen non tam facile istam explicationem recipiant, et, id, quod supra iam significavi, nihil lucramur ista ipsa explicatione, quoniam tamen ratio probabilis reddenda erit denique, cur optativus post tempus praeteritum potissumum usurpatus sit in sententia finali. Neque enim satis erit intellegenti grammatico dicere sic factum atque habitum esse a Graecis quin idoneum rei rationem adferat. Alia potius caussa est quam ob rem non coniunctivum posuerit poeta, sed optativum post praesens verbum. Dionysus enim in sententia finali:

> Ἵνα μὴ ταλαιπωροῖτο μηδ' ἄχθος φέροι,

si pro optativo posuisset: ἵνα μὴ ταλαιπωρῆται μηδ' ἄχθος φέρῃ, consilium absolute declararet: *ipse curro et laboro, hunc autem veho, ut ne molestia adficiatur neve onus ferat.* Nunc autem consilium istud atque exspectatum eventum non ponit nisi cogitatione conceptum, ac si alia orationis forma utimur, hoc dicit: *Curro et laboro, hunc autem veho, quod sic molestia cariturus sit et onus non laturus.* Confer similem locum, quem cum reliquis huc vocavit G. Bernhardy l. l. p. 408. ex Aristophanis *Pace* v. 625., ubi praegresso tempore praesenti haec dicuntur a choro:

βοῖ; μηδαμῶς ἵνα μὴ βοηθεῖν ποι δέοι;

Id enim est, *quod cogito, sic auxilium non ferre oportere quopiam.* Quod contra si diceretur ἵνα — δέῃ, absolute ille loqueretur atque hoc diceret: *quod sic auxilium non oportebit quopiam ferre.* Itaque non certus aut absolutus eventus spectatur isto modo, sed opinatus tantum modo atque in cogitatione positus. Hoc idem cadit in reliquos locos, quos G. Bernhardy l. l. commemoravit, veluti si in Isaei oratione de *hereditate Pyrrhi* §. 20 sq. ed. Bekk. p. 40. ed. H. Steph. dicitur: Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μαρτυρίαις αὐταῖς τοῖς παραγενομένοις αὐτοῖς, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι, τούτοις μάρτυσι χρῆσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν· παρὰ δὲ τῶν ἀσθενούντων ἢ τῶν ἀποδημεῖν μελλόντων ὅταν τις ἐκμαρτυρίαν ποιῆται, τοὺς ἐπιεικεστάτους τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς ἡμῖν γνωριμωτάτους ἕκαστος ἡμῶν παρακαλεῖ μάλιστα, καὶ οὐ μεθ' ἑνὸς οὐδὲ μετὰ δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἂν μετὰ πλείστων δυνώμεθα τὰς ἐκμαρτυρίας πάντες ποιούμεθα, ἵνα τῷ τε ἐκμαρτυρήσαντι μὴ ἐξείη ὕστερον ἐξάρνῳ γενέσθαι τὴν μαρτυρίαν, ὑμεῖς τε πολλοῖς καὶ καλοῖς ταῦτα μαρτυροῦσι πιστεύοιτε μᾶλλον. Hic vel maxume de re praesenti sermo est aut de futura, non de praeterita, et tamen recte fecit, ut opinor, Isaeus, quod non ἐξῇ et post πιστεύητε scripsit, sed ἐξείη et πιστεύοιτε, quia non vult hoc simpliciter dicere; *quod sic et illi — non licebit et vos — credetis magis*, sed tantum modo exspectatum eventum et cogitatione conceptum ponit, quasi dicas: *quod sic et illi — non liciturum sit denegare et vos — credituri sitis magis.* Non abhorret ab hac ratione ne Lysiae quidem locus, qui est in eius *Defensione Polystrati* §. 21. ed. Bekk. p. 160 ed. H. Steph. Ἐκεῖνοι δὲ σφῶν αὐτῶν προκαταγνόντες ἀδικεῖν οἴχονται, ἵνα μὴ δοῖεν δίκην· καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἀδικοῦσιν, ἧττον μὲν ἐκείνων, ἀδικοῦσι δέ, τὸ δέος αὐτοὺς ποιεῖ τό τε ὑμέτερον καὶ τὸ τῶν κατηγόρων μὴ ἐπιδημεῖν ἀλλὰ στρατεύεσθαι,

ἵνα ἢ ὑμᾶς πρᾳοτέρους ποιῶσιν ἢ τούτους πείθωσιν., quo in loco primum quidem dicit orator: ἵνα μὴ δοῖεν δίκην, quod in consilii significatione non verum rei eventum designare volt, sed tantummodo id, quod illi animo suo fore existument. Contra posteriore loco, ubi dicit: ἵνα ἢ ὑμᾶς πρᾳοτέρους ποιῶσιν ἢ τούτους πείθωσιν, non amplius solam istorum hominum cogitationem in significando consilio atque eventu exspectato ante oculos habet, verum rem simpliciter describit et eventum, qui futurus esse videatur, per se ponit. Magis etiam alienae cogitationis ratio apparet in Demosthenis oratione *contra Androtionem* §. 11. ed. Bekk. p. 596. ed. Reisk., ubi haec habentur: Διὰ ταῦτα γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον ὁ νόμος μὴ ἐξεῖναι τῇ βουλῇ μὴ ποιησαμένῃ τὰς τριήρεις αἰτῆσαι τὴν δωρεάν; ἵνα μηδὲ πεισθῆναι μηδ᾽ ἐξαπατηθῆναι γένοιτ᾽ ἐπὶ τῷ δήμῳ., quo in loco non modo positus est optativus, quod consilium pristinae legislationis declararetur, sed quia consilium quasi aliorum mente conceptum describitur, quod utrum revera evenerit aut eventurum sit necne in medio relinquitur. Eadem ratio est alius loci Demosthenis, qui habetur in oratione *contra Timocratem* §. 145. ed. Bekk. p. 745. fere extrema ed. Reisk. Οὗτος γάρ (ὁ νόμος), ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐκ ἐπὶ τοῖς κεκραμένοις καὶ ἠγωνισμένοις κεῖται, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς ἀκρίτοις, ἵνα μὴ διὰ τὸ δεδέσθαι χεῖρον ἀναγκάζοιντο ἀγωνίζεσθαι ἢ καὶ παντάπασιν ἀπαράσκευοι εἶναι. Significatur enim hoc quoque loco eventus aliquando futuri cogitatio, non vera caussa. Quod si quis hoc loco dicat propterea optativum positum videri, quod in κεῖται verbo remotius tempus, quo data lex sit, spectetur, non equidem eum reprehenderim: quamquam, ut iam saepe significo, eo non adiuvatur prima ac vera caussa optativi. Nam etiam in Aristophanis versu de *Avibus* 1520 sqq.

οἱ δὲ βάρβαροι θεοὶ
πεινῶντες ὥσπερ Ἰλλυριοὶ κεκριγότες
ἐπιστρατεύσειν φάσ᾽ ἄνωθεν τῷ Διΐ,
εἰ μὴ παρέξει τἀμπόρι᾽ ἀνεῳγμένα,
ἵν᾽ εἰσάγοιτο σπλάγχνα κατατετμημένα.

non ideo positus est optativus, quod res ad tempus praeteritum pertineat, sed quod in narrando isto consilio volt is, qui loquitur, significare eorum hominum hanc esse cogitationem, qui istud dicant. Et sic mihi G. Bernhardy recte etiam Xenophontis locum *Expeditionis Cyri* lib. III. cap. 2. §. 36. intellexisse videtur, ubi scribendum putat secundum bonos libros: Ἴσως οὖν ἀσφαλέστερον ἡμῖν πορεύεσθαι

πλαίσιον ποιησαμένους τῶν ὅπλων, ἵνα τὰ σκευοφόρα καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἐν ἀσφαλεστέρῳ εἴη., qua recepta lectione significatur verba: ἵνα τὰ σκευοφόρα — ἐν ἀσφαλεστέρῳ εἴη,. ex eorum animo dici, qui hoc sic instituant, quod contra si legitur: ἵνα — ᾖ, omnis caussa absolute ponitur. Platonis loco e *Defensione Socratis* Part. I. vol II. p. 99. ed. Bekk. p. 22. A. ed. H. Steph. Δεῖ δὴ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην ἐπιδεῖξαι, ὥσπερ πόνους τινὰς πονοῦντος, ἵνα μοι καὶ ἀνέλεγκτος ἡ μαντεία γένοιτο. non utar hic, quoniam propter nominis τὴν ἐμὴν πλάνην rationem facile is locus videtur ad rem praeteritam revocari posse: qua re etsi, ut dixi, nihil lucramur in optativo explicando, tamen is locus per se non multum valebit.

Denique vix commemoranda est illa constructio, qua post praesens, quod dicunt **historicum**, sequitur ἵνα particula cum optativo. Ea enim caussa non tam ad praesens tempus quam ad praeteritum spectat, veluti in Euripidis *Hecuba* v. 10 sqq. dicitur:

Πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
πατήρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

et ibidem v. 1118 sqq. ed. Herm.

Μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰσάγει
δόμους, ἵν' ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.

Ἵνα cum optativo praegresso tempore praeterito.

Dicam potius de optativo eo, qui in narratione, praemisso praeterito tempore, sequitur ἵνα particulam, qui est frequentissumus, non quod ab ipso verbi tempore suspensus esse videatur optativus, sed quoniam quia cogitationem rei, non ipsam rem indicat, modus ille praeteritae rei narrationi accommodatissumus habitus est, qua de re vide quae rectissume explicavit Frankius l. l. p. 1238. Postquam enim ille coniunctivi rationem aperuit: *Quod contra*, inquit, *quae praeterito tempore acta perfectaque sunt, pleraque eventum suum habuerunt, ut, si consilium quod fuerit agendi quaeratur, iam non coniunctivo, quo res futura indicatur, sed optativo cogitationis indice utendum sit.* Hinc igitur factum est ut optativus sequatur finalem particulam praegresso praeterito tempore, non quod optativus aliquam praeteriti temporis significationem habeat per sese, uti coniunctivus Latinorum imperfecti temporis, sed quod praeteritae rei consilium non quasi etiam nunc exspectandum sit, sed sic ut olim ab eo, qui egit quippiam, mente conceptum fuisse videatur, adferendum est. Sic igitur in illo Aristophanis loco de *Avibus* v. 340., quem posuit ipse Devarius vol. I. p. 102.

Εὐελπ. Ἐπὶ τί γάρ μ' ἐκεῖθεν ἦγες; *Πεισθ.* Ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί. optativus ἀκολουθοίης sine ulla temporis significatione significat proprie nihil aliud nisi cogitationem eius, ex quo de consilio, quo illud egerit, quaeritur, sed usu tamen et consuetudine loquendi factum est, ut temporis significatio praeteriti isti optativo adhaerescere videretur, quod in plerisque locis hac una de caussa non verus eventus, sed eventus cogitatio ponitur, quia in re iam facta non amplius de eventu quasi etiam nunc futuro cogitandum est, sed de eventu, quem ad modum animo ab eo, qui egit, conceptus fuerit, quaeri debet. Eodem modo res explicanda est, si in eiusdem Aristophanis *Pluto* v. 90 sq. dicitur:

Ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλόν,
ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα.,

nam etsi res ita hic comparata est, ut etiam coniunctivus poni potuerit, quasi eventus etiamnunc experientia ac veritate comprobandus esset, tamen optativus aptissumus est, quod sic tantum modo de eo consilio, quod ille agens istud habuerit, quaeritur atque omnis haec quaestio utrum revera evenerit illud, quod speravit, necne plane omittitur.

Sed tamen, ut supra vidimus, potuit etiam coniunctivus post ἵνα particulam praegresso tempore praeterito poni, si non cogitatum eventum, sed verum in narratione spectamus ac sic etiam illud factum est interdum, ut ab una particula ἵνα et optativus et coniunctivus suspensus esse videretur, non quod revera isti modi aut a praeterito tempore, quod praecessit, aut ab illa, quam dixi, particula regerentur, sed quia ipsa sententia, cuius primariam partem, si constructionem spectamus, continet verbum, modo ad veritatem, modo ad cogitationem alterius revocabatur, varia ista constructio verborum nata est. Eaque modorum varietate inde ab Homero omnes fere scriptores Graeciae suo loco usi sunt. Et Homerus quidem *Iliados* lib. XV. v. 596 sqq. haec habet:

Ἵνα cum optativo et coniunctivo in coniunctis enuntiatis.

Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι,
Πριαμίδῃ, ἵνα νηυσὶ κορωνίσι θεσπιδαὲς πῦρ
ἐμβάλῃ ἀκάματον, Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν
πᾶσαν ἐπικρήνειε.,

quae ego non mutaverim. Nihil enim impedit quo minus priore membro ipsum eventum qui loquitur spectet, in altero membro ponat speratum ab illo, qui agit, eventum. Sed veniamus ad reliquos scriptores, qui hanc rationem saepe usurparunt, veluti Herodotus lib. I. cap. 196. dicit: Ὁ μὲν νυν κάλλιστος νόμος οὗτός σφι ἦν, οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐών, ἄλλο δέ τι ἐξευρήκασι νεωστὶ γενέσθαι,

ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτὰς μηδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἄγωνται., quo in loco primum eorum cogitatio, tum verus rei eventus, qui exspectabatur, positus est. et idem lib. IV. cap. 139. Οὗτοι ὦν ἐπεί τε τὴν Ἱστιαίου αἱρέοντο γνώμην, ἔδοξέ σφι πρὸς ταύτῃ τάδε ἔργα τε καὶ ἔπεα προσθεῖναι, τῆς μὲν γεφύρης λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας ἐόντα, λύειν δὲ ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται, ἵνα καὶ ποιέειν τι δοκέωσι, ποιεῦντες μηδὲν καὶ οἱ Σκύθαι μὴ πειρῴατο βιώμενοι καὶ βουλόμενοι διαβῆναι τὸν Ἴστρον κατὰ τὴν γέφυραν κτἑ., et rursus lib. VIII. cap. 76. τῶνδε δὲ εἵνεκεν ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων., quo in loco recte animadvertit Frankius l. l. p. 1247. primum certum eventum atque inevitabilem significari, deinde optativo consilium Persarum non illud quidem certi eventus indicari. Denique idem Herodotus lib. IX. cap. 51. haec scripsit: Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο, ὥσπερ κατιθὺ ἐόντων. Thucydidis quidem locum e libro VIII. cap. 87. οἱ μὲν γὰρ (εἰκάζουσιν) ἵνα διατρίβῃ ἀπελθών, ὥσπερ καὶ διενοήθη, τὰ τῶν Πελοποννησίων· — οἱ δὲ ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἄσπενδον ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς., etiam si est aptissumus ad tradendum discrimen utriusque modi, tamen huc non referam, quod non tam apte coniunctae enuntiationis partes sunt. Sed sunt eadem modorum varietate veteres scriptores usi etiam ibi, ubi magis conglutinata oratio est, veluti in oratione *contra Theocrinem*, quae Demosthenis fertur, §. 6. ed. Bekk. p. 1323. ed. Reisk. dicitur: Ἔστι δὲ ταῦτα, ὥσπερ ἠκούσατ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ νόμου, ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν, κἂν μὴ ἐπεξίῃ, ὦ Θεοκρίνη, χιλίας ἑτέρας, ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς μήτ' ἄδειαν ἔχων ἐργολαβῇ καὶ καθυφείη τὰ τῆς πόλεως., quem locum G. quoque Bernhardy non mutandum censet l. l. p. 405., quamquam facilis videtur Imm. Bekkeri coniectura: καθυφιῇ, quam comprobavit G. H. Schaeferus Appar. crit. et exeget. vol. V. p. 475. Denique non video cur in Lysiae *defensione Polystrati* et §. 13. ed. Bekk. p. 159. ed. H. Steph. et §. 22. ed. Bekk. p. 160. ed. H. Steph. mutatio fiat, etiamsi in una syllaba consistat. Ac priore quidem loco haec habet Lysias: Πῶς δ' ἂν γένοιτο δημικώτερος, ἢ ὅστις ὑμῶν ψηφισαμένων πεντακισχιλίοις παραδοῦναι τὰ πράγματα καταλογεὺς ὢν ἐνακισχιλίους κατέλεξεν, ἵνα μηδεὶς αὐτῷ διάφορος εἴη

τῶν δημοτῶν, ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν βουλόμενον γράφῃ, εἰ δέ τῳ μὴ οἷόν τε εἴη, χαρίζοιτο. Quibus in verbis ea modorum ratio, quam offerunt libri, mihi aptissuma ad ipsam sententiam esse videtur. Et primum ponitur istius hominis consilium ex ipsius mente his verbis: *ἵνα μηδεὶς αὐτῷ διαφόρος εἴη τῶν δημοτῶν,* quod hoc certum eventum non videbatur habere, poterunt enim quidam populares tamen malignitatem eius cognitam ac perspectam habere: tum vero pergit his verbis: *ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν βουλόμενον γράφῃ,* quae res ita comparata est, ut actio scribendi in illius hominis potestate non dubie posita fuerit, itaque utitur in hac parte orator coniunctivo, ut eventum verum potius quam cogitatum indicet, postea autem, ubi res apposita condicione: *εἰ δέ τῳ μὴ οἷόν τ' εἴη,* rursus redit ad cogitationem illius hominis, dicit orator per optativum: *χαρίζοιτο.* Eadem caussa est etiam posterioris loci. Ibi haec habentur in libris: *Καὶ ἐξὸν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἀφανῆ καταστήσαντι μηδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν, εἵλετο μᾶλλον συνειδέναι ὑμᾶς, ἵν' εἰ καὶ βούλοιτο κακὸς εἶναι, μὴ ἐξῇ αὐτῷ, ἀλλ' εἰσφέροι τε τὰς εἰσφορὰς καὶ λειτουργοίη.*, quo in loco mihi recte fecisse orator videtur, quod *ἵνα — ἐξῇ* dicit, quoniam ea res certissuma esse videtur, illud autem, quod sequitur: *ἀλλ' εἰσφέροι τε τὰς εἰσφορὰς καὶ λειτουργοίη,* ponitur ex hominis mente, quod incertior ista caussa est quid quantum quo tempore denique conferendum sit. Non plane dissimilis locus alius est eiusdem Lysiae ex oratione *contra Diogitonem* §. 22. ed. Bekk. p. 906. ed. Reisk. *Εἰς τοίνυν τὰς ἄλλας ἑορτὰς καὶ θυσίας ἐλογίσατο αὐτοῖς πλέον ἢ τετρακισχιλίας δραχμὰς ἀνηλωμένας, ἕτερά τε παμπληθῆ, ἃ πρὸς τὸ κεφάλαιον συνελογίζετο, ὥσπερ διὰ τοῦτο ἐπίτροπος τῶν παίδων καταλειφθείς, ἵνα γράμματα αὐτοῖς ἀντὶ τῶν χρημάτων ἀποδείξειε καὶ πενεστάτους ἀντὶ πλουσίων ἀποφήνειε, καὶ ἵνα, εἰ μέν τις αὐτοῖς πατρικὸς ἐχθρὸς ἦν, ἐκείνου μὲν ἐπιλάθωνται, τῷ δ', ἐπεὶ τῶν πατρῴων εἰσὶν ἀπεστερημένοι, πολεμῶσι.* Vid. Bremi ad. Lys. Excurs. IX. p. 447. ed. Goth. Sed de hac modorum ratione haec hactenus.

Construereturne *ἵνα* particula, uti particula relativa *ὅπως*, etiam cum futuro, olim quaesitum est. Et Brunckius quidem in Euripidis *Bacchis* v. 1380. *Ἵνα* num cum futuro construatur?

> *Ἄγετ' ὦ πομποί με, κασιγνήτας*
> *ἵνα συμφυγάδας λήψομεθ' οἰκτράς.*

hanc constructionem sibi visus erat invenisse, quem recte confutavit P. Elmsleius ad eum locum, p. 164. Conferas

etiam G. Hermannum ad Sophoclis Oed. Col. v. 155. p. 39. Nam ἵνα ibi non consilium, sed locum denotat. Alium autem locum Isaei *de hereditate Cironis* §. 15. ed. Bekk. p. 70. ed. H. Steph. Ἡμεῖς τοίνυν καὶ ἄλλα τεκμήρια πρὸς τούτοις ἔχομεν εἰπεῖν, ἵνα γνώσεσθε ὅτι ἐκ θυγατρὸς ἡμεῖς Κίρωνος ἐσμέν., ubi Imm. Bekkerus οἷς pro ἵνα scribendum esse coniecit, recte iam tractavit G. Bernhardy l. l. p. 401. itaque explicavit, ut diceret esse *ubi* aut *in quorum argumentorum commemoratione.*

Ἵν' ἄν cum coniunctivo. Recte etiam de constructione ἵν' ἄν particularum cum coniunctivo ad consilium actionis declarandum grammatici denegaverunt. Nam ubicunque habetur illa constructio, aut ἵνα adverbium est aut scriptura laborat. Sic recte iam ipse Devarius vol. I. p. 103. duos Aristophanis locos explicavit, de quibus vide etiam ea, quae explicavit G. Hermannus *De particula* ἄν lib. II. cap. 13. p. 132. qui addit tertium locum ex Euripidis *Ione* v. 315.

Ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ' ἵν' ἂν λάβῃ μ' ὕπνος.

De reliquis locis, qui huc vocari possint, vide G. Hermannum l. l. p. 131 — 138. Fr. Ellendti *Lexic. Sophocl.* vol. I. p. 839., ut sane mirer eam rationem, qua Hartungius l. l. vol. II. p. 290. hunc locum tractaverit. Is enim tribus locis aut non satis certa scriptura aut ab hoc loco plane alienis demonstrare conatus est ἵν' ἄν cum coniunctivo recte iungi ab Atticis, ut esset coniunctio, quod ille fecit satis inconsiderate. Ac Demosthenis locum, quem huc vocavit ex orat. *contra Aristogitonem* I. §. 33. ed. Bekk. p. 780. 7. ed. Reisk. Τίς οὐκ ἂν εἰς ὅσον δυνατὸν φεύγοι, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἐκποδὼν ποιήσαιτο, ἵνα μηδ' ἂν ἄκων αὐτῇ ποτὲ περιπέσῃ; facile removere possumus. Nam ex omnibus Bekkeri libris unus non bonus habet: μηδ' ἂν ἄκων, ceteri: μηδ' ἄκων. Sed si ἄν maxume retinendum esset, tamen nullo modo posset ad ἵνα particulam revocari, sed pertineret ad hanc singularem notionem μηδ' ἄκων, quasi dicas: *ne si invitus quidem*, per usitatam quandam ellipsin. Duorum autem Sophoclis locorum ex *Oedipo Coloneo* v. 189. alter valde controversus est, de quo vide G. Hermannum, alter iam recte alio modo explicatus, de qua re legendus est Fr. Ellendt. in *Lexico Sophocleo* vol. I. p. 839.

Ἵνα cum indicativo temporis praeteriti. Tum autem recte annotavit Devarius vol. I. p. 102. construi ἵνα particulam etiam cum indicativis temporum praeteritorum, quod tum fit, quando ponitur aliquid, quod erat futurum, si aliud quid factum esset, sed iam non est factum.

Exemplis a Devario positis haec addi possunt Lysiae orat. *de caede Eratosthenis* §. 40. ed. Bekk. p. 95. ed. H. Steph. *Εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ᾽ ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο.* et eiusdem orat. *adv. Simonem* §. 21. ed. Bekk. p. 98. ed. H. Steph. *Ἐβουλόμην δ᾽ ἄν, ὦ βουλή, Σίμωνα τὴν αὐτὴν γνώμην ἐμοὶ ἔχειν, ἵν᾽ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἀκούσαντες τἀληθῆ ῥᾳδίως ἔγνωτε τὰ δίκαια.* Demosthenis oratio *Philippica* I. §. 27. ed. Bekk. p. 47, 18. ed. Reisk. *Οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ᾽ ὑμῶν, ἱππάρχους παρ᾽ ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν᾽ ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις;* Eiusdem oratio *contra Androtionem* §. 21. ed. Bekk. p. 599, 27. ed. Reisk. *Καί φησι δεῖν ἡμᾶς, εἴπερ ἐπιστεύομεν εἶναι ταῦτ᾽ ἀληθῆ, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἀπαντᾶν, ἵν᾽ ἐκεῖ περὶ χιλίων ἐκινδυνεύομεν, εἰ καταψευδόμενοι ταῦτ᾽ ἐφαινόμεθα.* Facile autem apparet non posse hanc constructionem locum habere nisi in imperfecto, plusquamperfecto, aoristo. Qua in re non recte reprehendit G. H. Schaeferus in *App. crit. et exeg. ad Demosth.* vol. I. p. 351. M. Devarium quasi in eo loco, quem adtulit vol. I. p. 102. e Dinarchi oratione *contra Demosthenem* §. 10. ed. Bekk. p. 91. ed. H. Steph. *ἀπηλλάγμεθα* habuisset ille non pro plusquamperfecto, sed pro perfecto. Nam Devarius, cum de universa re dixisset: »*Iungitur et praeteritis particula haec etc.*«, neque perfectum intellexerat et in illo ipso loco ostendit interpretatione sua: *utinam hoc et hoc fuisset, ut hoc vel hoc liberati essemus.*, se *ἀπηλλάγμεθα*, ut est, pro plusquamperfecto habuisse. Omnino conferri poterit G. Hermannus *ad Vigerum* p. 851. ed. tert. G. H. Schaeferus l. l.

Quorum explicationi hoc unum addi poterit, videri, quamvis raro admodum, interdum in eius modi locis post *ἵνα* particulam etiam additum esse *ἄν*, uti condicionis ratio non solum in primo membro ponatur, sed efferatur etiam in ipsa effectus, qui non evenit, quia prima caussa cessavit, significatione. Conferatur Luciani *Toxaris* §. 18. *Καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην αὐτοῖς κτέ.*, ad quem locum recte C. Iacobitzius assimulavit eiusdem Luciani *dialog. mortuorum* VI. §. 3. *Ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον.*

De *ἵνα τί*, quod dicitur per ellipsin, ut in praesenti re *ἵνα τί γένηται*, in tempore praeterito *ἵνα τί γένοιτο;* *Ἵνα τί;* P. 103.

supplendum sit, conferri hi loci possunt Platonis *Defens. Socratis* Part. I. vol. II. p. 108. ed. Bekk. p. 20. ed. H. Steph. Ὦ θαυμάσιε Μέλιτε, ἵνα τί ταῦτα λέγεις; et eiusdem *Conviv.* Part. II. vol. II. p. 432. ed. Bekk. p. 205. A. ed. H. Steph. Καὶ οὐκέτι προσδεῖ ἐρέσθαι, ἵνα τί δὲ βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος, ἀλλὰ τέλος δοκεῖ ἔχειν ἡ ἀπόκρισις; et Aristophanis *Nubium* v. 1193.

Ἵνα δὴ τί τὴν ἕνην προσέθηκεν;

et eiusdem *Pacis* v. 409.

Ἵνα τί δὲ τοῦτο δρᾶτον;

et *Ecclesiazusarum* v. 718.

Ἔπειτα τὰς πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι
ἀπαξαπάσας. Βλ. ἵνα τί;

Ἵνα non est διὰ τὸ κτέ. P. 103. Ceterum vix est quod adnotem illud epigramma, quod posuit Devarius vol. I. p. 103. non satis recte ab illo explicatum videri. Nam etiam illo loco ἵνα consilium actionis indicat, uti reliquis locis omnibus. Ita autem est constituendum totum carmen:

Ἀλλ' ἵν' ἀφαρπάξῃ Βρισηΐδα πρὶν Ἀγαμέμνων,
Τὴν δ' Ἑλένην ὁ Πάρις, πτωχὸς ἐγὼ γενόμην.

et sic interpretandum: *At uti Agamemnon Briseida raperet primum, Helenam vero Paris, mendicus ego factus sum.*

Sequitur ut explicem quibuscum aliis particulis potissumum ἵνα particula componatur. Et primum quidem ἵνα γε quem ad modum dictum sit exposuimus iam supra p. 314. (Ἵνα γε.)

De ἵνα δὴ vide quae itidem supra diximus p. 408. (Ἵνα δή.)

Ἵνα μή. Ἵνα μὴ autem particulae, quae ipsae quoque aptius inter se coniunguntur, quasi Latine dicas *ut ne*, tamen per se difficilem explicationem non possunt habere, quoniam interna caussa est, quam ob rem ἵνα, ut ceterae particulae finales, μὴ negationem requirat, et separari etiam hae particulae eodem iure possunt. Pro exemplo poterit esse Aristophanis *Plutus* v. 91.

Ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλόν,
ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα.

et eiusdem Aristophanis *Equitum* v. 785.

Ἀλλ' ἐπαναίρου,
κᾆτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι.

Ἵναπερ. De ἵναπερ recte iam existumavit ipse Devarius vol. I. p. 103., quod non rettulit hanc formam nisi ad adverbium

loci. Conferatur Thucydidis lib. IV. cap. 48. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Σικελίαν, ἵναπερ τὸ πρῶτον ὥρμηντο, ἀποπλεύσαντες μετὰ τῶν ἐκεῖ ξυμμάχων ἐπολέμουν. et ibidem cap. 74. Καὶ ὕστερον ὁ μὲν διαλυθέντων τῶν ξυμμάχων κατὰ πόλεις ἐπανελθὼν καὶ αὐτὸς ἐς τὴν Κόρινθον τὴν ἐπὶ Θράκης στρατείαν παρεσκεύαζεν, ἵναπερ καὶ τὸ πρῶτον ὥρμητο κτἑ. tum Arriani *Exped. Alexandri* lib. V. cap. 2. Οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσόν, οὐδ' ἵναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν. et Luciani *dialog. deorum* XXV. §. 3. Ὡστ' ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ ἵναπερ ἔπεσεν ἐκδιφρευθείς κτἑ.

CAPUT XII.

De particula *καὶ* et compositis, et *μά*.

De particula *καὶ* ita disputavit Devarius vol. I. p. 104 sqq., ut si quis universam particulae vim ac significationem percipere volt, non singulos locos artificiose explicatos accipere, non multa hunc putem desideraturum esse. Itaque ego tantum modo de iis dicam, quae quom ad rem ipsam pertineant, omissa plane sunt, aut quom tradita sint, non satis recte tradita esse videantur. *Καί.*

Quod autem Devarius p. 105. dixit *καὶ* pro *ἀλλὰ καὶ* poni, id ille non fecit nisi docendi caussa. Etenim *καὶ* nihil habet quo adversativa vis significetur, quae adhaerescit istis particulis. In Isocratis autem loco *Panegyrici* §. 154. etsi quodam modo defendi potest *καὶ* particula, recte tamen videtur Imm. Bekkerus nuper fecisse, quod ex libro Urbinate edidit: Θεμιστοκλέα δ', ὃς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, τῶν μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν; *Καὶ pro ἀλλὰ καί. P. 105.*

Porro quod dixit Devarius p. 106. particulam *καὶ* interdum vacare apud Atticos, dicens eius modi locos, quales sunt: *τί χρὴ καὶ λέγειν*, id quem ad modum intellegendum sit hodie vix potest obscurum esse. Recte enim iam G. Hermannus ad *Vigerum* p. 837. ed. tert. negavit unquam eas particulas vacare significatione, sed eodem modo a nobis poni *auch* et *ja* particulas. Quamquam in earum particularum explicatione aliquantum dissentio a viro egregio. Ille enim postquam: *Τί χρὴ καὶ λέγειν; was soll man auch sagen?* multum differre dixit ab hoc: *Τί χρὴ λέγειν;* sic rem exponit: *Qui τί χρὴ* *Καὶ vacare dictum. P. 106.*

λέγειν interrogat, is quid *dici, non* an aliquid *dici debeat, quaerit. Sed qui τί χρὴ καὶ λέγειν, is non solum* quid, *sed etiam* an aliquid *dicendum sit, dubitat. Cuius interrogationem plene sic proferemus:* Quid dicendum est, si omnino aliquid dicendum est? *quibus verbis incertum relinquitur, utrum quis id velit, an non. Εἴ τι καὶ πράσσειν θέλεις,* wenn du ja etwas thun willst, *significat,* vix suscipies aliquid, sed si aliquid tamen suscipere vis. Si vim ac potestatem, quam adfert *καὶ* particula ad hos locos, spectamus, fortasse eodem redibit disputatio nostra, sed si rationem ipsam ac viam consideramus, qua illa significatio nata sit, ego sic potius rem enucleandam esse existumo. Si dico: *τί χρὴ λέγειν;* nihil aliud quaero nisi hoc, quid sit dicendum; sin dico: *τί χρὴ καὶ λέγειν;* proprie hoc quaero, quid sit dicendum, etiam si solum de dicendo cogitemus, quasi Latine dicas: *quid sit vel dicendum.* Quod si ita dicimus: non dubitatur, id quod ait G. Hermannus, de ipsa verbi actione, sed imminuitur eius rei caussa eo, quod ea res sola ponitur, ut discedamus a ceteris rebus, quae fieri possint, et ita pronuntiatur quasi haec levissuma sit omnium rerum, de quibus hic possit cogitari. Etiam in hac caussa res per exempla clarior erit. Praeter ea autem, quae adtulit ipse Devarius, conferri poterit Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. I. cap. 8. §. 16., ubi haec leguntur: *Ταῦτα δὲ λέγων, θορύβου ἤκουσε διὰ τῶν τάξεων ἰόντος καὶ ἤρετο τίς ὁ θόρυβος εἴη. Ὁ δὲ Ξενοφῶν εἶπεν ὅτι τὸ σύνθημα παρέρχεται δεύτερον ἤδη. Καὶ ὃς ἐθαύμασε τίς παραγγέλλει καὶ ἤρετο ὅ, τι καὶ εἴη τὸ σύνθημα.*, quo in loco recte Krügerus *καὶ* particulam tutatus est. Significatur autem hoc adiuncta ista particula: *quaesivit non de ceteris rebus, quae ad tesseram pertinerent, sed de hac una re sola quae esset tessera,* ut recte fecisse videatur, qui sic interroganti responderit, ut ea ipsa verba, quibus tessera ista contineretur, diceret. Pergit autem Xenophon: *Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Ζεὺς σωτὴρ καὶ νίκη.* Nos in eius modi locis commode sic reddere possumus: *und er fragte was denn eigentlich das Feldgeschrei sei.* Similiter in Xenophontis *Graeca historia* lib. III. cap. 3. §. 11. dicitur: *ἤροντο ὅ, τι καὶ βουλόμενος ταῦτα πράττοι.*, quod nos ita possumus reddere, ut dicamus: *sie fragten in welcher Absicht er denn eigentlich diess thue.* Quo in loco *καὶ βουλόμενος* dicitur, ut significetur, eum, qui ita interroget, iam omissis ceteris rebus omnibus de una voluntate hominis sola velle certiorem fieri. Adde eiusdem Xenophontis *Expeditionem*

Cyri lib. V. cap. 8. §. 2. Ὁ δὲ Ξενοφῶν ἀναστὰς ἐκέλευσεν εἰπεῖν πρῶτον τὸν πρῶτον λέξαντα ποῦ καὶ ἐπλήγη., ubi similiter per καὶ particulam significatur de eo solo facto iam sermonem esse.

Ac sic in omnibus locis, ubicunque habetur καὶ particula, aut simpliciter copulat duas res aut ita ponitur ut praeter alias res, quae aut re vera positae sunt aut facile cogitatione suppleri possunt, hanc vel illam rem esse aut fieri significet, et in priore caussa *und* reddi solet, in posteriore *etiam*, *quoque*, *vel*, sicuti res ac ratio in singulis locis requirit. Percurram breviter aliquot eorum locorum, quos Hartungius, miris modis singula eorum genera distinguens, posuit l. l., vol. I. p. 127 sqq.

Ac primum quidem in contentione duarum rerum bis ponitur illa particula, ubi nos solemus in uno tantum modo membro eam usurpare ita tamen, ut vera particulae vis una eademque sit, veluti in Platonis *Phaedone* dicitur Part. II. vol. III. p. 17. ed. Bekk. p. 64. C. ed. H. Steph. Σκέψαι δή, ὠγαθέ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί. tum in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 6. §. 3. Εἰ οὖν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητὰς μιμητὰς ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν, οὕτω καὶ σὺ τοὺς συνόντας διαθήσεις, νόμιζε κακοδαιμονίας διδάσκαλος εἶναι. et in eiusdem scriptoris *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 1. §. 22. Ἀπάγγελλε τοίνυν καὶ περὶ τούτων ὅτι καὶ ἡμῖν ταὐτὰ δοκεῖ ἅπερ καὶ βασιλεῖ.

Καὶ in duarum rerum contentione bis positum.

Tum eodem modo dicitur καὶ particula in simplici comparatione, ubi illa res aut persona, propter quam quaepiam res aut persona ista particula effertur, aperte declarata non est, veluti si Lysias dixit *contra Philonem* §. 12. ed. Bekk. p. 187. extrema ed. H. Steph. Οὔτε γὰρ τῷ σώματι ἀδύνατος ἦν ταλαιπωρεῖν, ὡς καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε; οὔτε τῇ οὐσίᾳ ἄπορος λειτουργεῖν, ὡς ἐγὼ ἀποδείξω., quo in loco ita dicuntur haec verba: ὡς καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε, quod accusator non solum se cernere hoc et intellegere volt significare, verum etiam praeter se ipsos iudices. Ac sic dicitur in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. III. cap. 10. §. 11. Πῶς οὖν, ἔφη, τῷ ἀρρύθμῳ σώματι ἁρμόττοντα τὸν θώρακα εὔρυθμον ποιεῖς; — Ὥσπερ καὶ ἁρμόττοντα, ἔφη· ὁ ἁρμόττων γάρ ἐστιν εὔρυθμος. Ac sic falsum non est quod adtulit Hartungius l. l. ex Aeschinis orat. *contra Ctesiphontem* §. 27. ed. Bekk. p. 52. ed. H. Steph. Καὶ τὰ δημόσια χρήματα διεχείριζε καὶ ἐπιβολὰς ἐπέβαλλε καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες.,

Καὶ in simplici comparatione.

quamquam perpauci Bekkeri libri καὶ particulam habent, omittunt reliqui.

Καὶ post pronomina relativa et particulas. Eadem caussa est, si quando post pronomina relativa et particulas relativas καὶ particula infertur, veluti si in Platonis *Lachete* Part. I. vol. I. p. 292. ed. Bekk. p. 198. B. ed. H. Steph. dicitur: Ἡγούμεθα δ' ἡμεῖς δεινὰ μὲν εἶναι ἃ καὶ δέος παρέχει, θαῤῥαλέα δέ, ἃ μὴ δέος παρέχει., quod est quasi Latine dicas: *quae eadem metum adferunt*. aut in Euripidis *Phoenissis* v. 537 sq.

Πᾶν γὰρ ἐξαίρει λόγος,
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

vel in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 53.

Ὅσ' οἶδα κἀγώ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων.

De particulis relativis conferatur Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 3. §. 42. Συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπερ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾶν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς στολῆς. et *Memorab. Socratis* lib. III. cap. 6. §. 2. Νὴ Δί', ἔφη, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν ἀνθρώποις., quibus in locis omnibus per καὶ particulam significamus nos de alia quoque re cogitare aut persona praeter eam, de qua hoc praedicatur.

Ac sic multis aliis modis si praeter eam rem, quam ponimus, de alia quoque significare volumus, ponimus καὶ particulam, si aut duas personas taciti contendimus, aut dum de una actione dicimus, de alia quoque comparationis caussa cogitamus, qui particulae usus ad certa dicendi genera revocari non potest, quia proinde ut singuli comparati loci sunt, res explicanda est. Sic legitur in Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 1. §. 6. Τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα συνεβούλευε καὶ πράττειν, ὡς ἐνόμιζεν ἄριστ' ἂν πραχθῆναι., ubi apposita ista particula verba πράττειν et νομίζειν inter se contenduntur. Peropportune contulit ad hunc locum Schneiderus Herodoti lib. I. cap. 79. ὡς δέ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος. et Thucydidis lib. II. cap. 93. Ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς., quibus in locis δοκεῖν et ποιεῖν, δοκεῖν et χωρεῖν inter se magis comparantur adiuncta καὶ particula. Ac sic etiam fit, ubi nomina duo inter se comparantur, uti si Euripides scripsit in *Medea* v. 730.

Ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.,

ibi Aegeus apposita καὶ particula ad nomen ξένοις hoc significat, se non solum in Medeam aequum, sed etiam in

hospites iustum videri velle. Eodemque modo Aeschylus in *Prometheo* v. 318 sq. dicit:

> *Γίγνωσκε σαυτὸν καὶ μεθάρμοσαι τρόπους*
> *νέους· νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς.*,

quo in loco per *καὶ* particulam lenis contentio significatur, quae sit inter *τρόπους νέους* interque *νέον τύραννον*. Sic recte etiam interpretatus est Hartungius l. l. p. 131. hunc Platonis locum e *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 3. ed. Bekk. p. 447. B. ed. H. Steph., ubi Chaerephon propterea dicit: *Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι.*, quod Socrates dixerat: *Τούτων μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος Χαιρεφῶν ὅδε, ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρῖψαι.*, itaque volt ille, quod fecerit damnum, etiam sarcire, et alterum Euripidis e *Medea* v. 901 sq.

> *Ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον*
> *φίλην ὀρέξετ' ὠλένην;*

quod recte explicatur in adnotatione Pflugkiana: *Manus non nunc porrigetis solum, sed etiam diu porrigetis?* Ac sic dicitur in Thucydidis lib. IV. cap. 1. *Τὸ γὰρ Ῥήγιον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζε καὶ ἀδύνατα ἦν ἐν τῷ παρόντι τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι, ᾗ μᾶλλον καὶ ἐπετίθεντο.*, quo in loco addita ante *ἐπετίθεντο* particula *καὶ* verba *ἀμύνεσθαι* et *ἐπιτίθεσθαι* inter se contenduntur. et in Euripidis *Bacchis* v. 572., ubi postquam chorus interrogaverat ita:

> *Οὐδέ σου ξυνῆψε χεῖρα δεσμίοισιν ἐν βρόχοις;*

respondet Dionysus:

> *Ταῦτα καὶ καθύβρισ' αὐτόν, ὅτι με δεσμεύειν δοκῶν*
> *οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν, ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο.*

et in Herodoti lib. I. cap. 80. *Ὡς δὲ καὶ συνῄεσαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα κτὲ.*, quo in loco idcirco effertur per *καὶ* particulam verbum *συνῄεσαν*, quia multis verbis quem ad modum parata acies esset descripserat.

Hinc natae quaedam dicendi formulae sunt, quae tam saepe usurpari solitae sunt a Graecis, ut nemo fere de explenda sententia cogitaret, veluti si dicitur *πολλοῦ καὶ δέω* et quae sunt similia, uti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 5. §. 30. haec habemus: *Τί δέ; ὃ μάλιστα ἄνθρωποι ἀσπάζονταί τε καὶ θεραπεύουσιν οἰκειότατα, εἴ τις τὴν γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν, ὥστε φιλεῖν αὐτὴν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἂν σε*

τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράναι; Πολλοῦ γ' ἄν, οἶμαι, καὶ δέοι. et apud Demosthenem *de pace* §. 24. ed. Bekk. p. 63, 5. ed. Reisk. Καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις; Πολλοῦ γε καὶ δέω. Quibuscum locis recte componi poterit quod in *Rheso*, qui fertur, Euripidis legitur v. 517.

Ξύνθημα δ' ἡμῖν Φοῖβος, ἤν τι καὶ δέῃ,
μέμνησ' ἀκούσας Θρῃκί τ' ἄγγειλον στρατῷ.

Longum est in eius modi loco singula quaeque adnotare, itaque hoc tantum modo addam, καὶ particulam recte in omnibus his locis intellegi, si modo ad eam notionem, quae proxume sequitur particulam, referas atque agnoscas fieri posita illa particula quasi adscensionem ad eam ipsam rem, quo pertineat particula. Nam quod L. Doederlinus in *Lectionum Homericarum Spec.* II. p. 12. ait ab antiquissumis poetis et scriptoribus καὶ etiam post illud vocabulum cui emphasin addat collocari, id nuper rectissume improbavit Mauricius Hauptius in *Observatt. criticis* hoc ipso anno editis p. 55 sq. Quamquam cum viro doctissumo in re consentiens dissentio in exemplis quibusdam explicandis atque removendis. Nam quod ille e. gr. in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 379. ed. Bekk. p. 177. B. ed. H. Steph. in verbis his: Καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν, ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ κτέ. negat haec, quae scripta in libris tantum non omnibus sunt, ita explicari posse, quem ad modum voluerit L. Doederlinus, ut ἧττον καὶ θαυμαστὸν dictum sit pro eo, quod hoc loco dici potuerit: καὶ ἧττον θαυμαστόν, id vehementer laudo, sed tamen mihi non recte egisse videtur vir prudentissumus, quod in hoc loco dicit aut recte omissum esse in quibusdam codicibus alterum καὶ aut scribendum: καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἧττον θαυμαστόν. Nam praeter haec duo potest etiam tertium quoddam verum esse, ut scripserit Plato, uti omnes libri, exceptis duobus non optumae notae libris, qui καὶ particulam omittunt, testantur: καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν., sed alio modo hoc explicandum sit, ut καὶ non ad ἧττον, id quod fieri plane non potest, referatur, sed ad hoc ipsum, quod sequitur, vocabulum θαυμαστόν, ut hoc dicatur: *Et hoc minus etiam admirandum*, aut quo magis exstet vis καὶ particulae dicas: *Et hoc minus habet etiam admirationis*, quod differt aliquantum ab eo, quod dici potuit: Καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἧττον θαυμαστόν., quod reddendum est: *Et hoc etiam minus admirationis habet.* Namque eodem iure quo a Platone e. gr. in *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 22. ed. Bekk.

p. 456. A. ed. H. Steph. dici potuit: *Ταῦτα καὶ θαυμάζων, ὦ Γοργία, πάλαι ἐρωτῶ ἥτις ποτὲ ἡ δύναμίς ἐστι τῆς ῥητορικῆς.*, quo in loco particula *καὶ* effert id quod sequitur vocabulum *θαυμάζων*, potuit etiam dici: *Καὶ τοῦτο ἧττον καὶ θαυμαστόν.* Etenim saepe etiam alias ipsa vis adiectivi intuma sic effertur, veluti in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 124 sq. dicitur:

> Δεῦρ', ὦ γλυκυτάτη Πραξαγόρα, σκέψαι, τάλαν,
> ὡς καὶ καταγέλαστον τὸ πρᾶγμα φαίνεται.,

quo in loco *καὶ* particula necessario ipsam hanc notionem: *καταγέλαστον*, debet efferre. Eodemque modo etiam in Thucydidis loco lib. IV. cap. 1. defendi possit: *ἧ μᾶλλον καὶ ἐπετίθεντο*, eo quo supra explicavi modo, si modo libri satis multi hanc olim volgatam scripturam tueantur.

Quod autem idem ille doctissumus vir eam *καὶ* particulae traiectionem, quam G. Dindorfius cum iam olim ad Aristophanis *Acharnenses* v. 884. vol. I. p. 44. proposuisset, etiam nuper in *Thesauri Stephaniani* editione Parisiensi sub ipsa *καὶ* particula defendit, ut ab Atticis quidem poetis *καὶ* particula ei vocabulo quo pertineret postposita esse videretur, l. l. p. 56 sq. reiiciundam atque explodendam putavit, in ea re eo magis cum viro egregio consentio, quod ipse olim eisdem fere caussis motus et eisdem usus argumentis Dindorfii praeceptum impugnavi in *Novis annalibus philol. et paedag.* vol. IV. p. 402 sqq. Sed in singulis quibusdam locis explicandis etiam hic fateor mihi dissentiendum esse cum viro amicissumo. Et in Aristophanis quidem *Acharnensibus* v. 883 sq. in verbis his:

> Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορᾶν,
> ἔκβαθι τῷδε κἠπιχαρίττα τῷ ξένῳ.,

dubitari meo quidem iudicio non potest quin *ἔκβαθι κἠπιχαρίττα* usitato more dicantur, sed quod Hauptius ait verba ita coniungenda esse: *ἔκβαθι κἠπιχαρίττα τῷδε τῷ ξένῳ*, vereor ne hoc ipsum, quod interposita *καὶ* particula non viderentur verba *τῷδε — τῷ ξένῳ* apte inter se coniungi posse, G. Dindorfium moverit, ut *καὶ* postpositum voci *τῷδε* putaret, cum debuisset anteponi, itaque si sententiam, non verba singula spectamus, dici quidem potest verba *τῷδε τῷ ξένῳ* coniungenda atque una intellegenda esse, si verborum explicationem, debemus mea quidem sententia hoc dicere, quod olim ipse dixi l. l. p. 403., Aristophanem, cum haec coniungere posset *τῷδε τῷ ξένῳ* atque dicere aut: *ἔκβαθι τῷδε τῷ ξένῳ κἠπιχαρίττα*, aut: *ἔκβαθι κἠπιχα-*

ριττα τῷδε τῷ ξένῳ., maluisse hanc notionem ita dividere, ut singulis enuntiati membris aliquid istorum verborum adtribueret et diceret:

> ἔκβαθι τῷδε κἠπιχαρίττα τῷ ξένῳ.

qua verborum collocatione τῷδε necessario adhaerescit priori imperativo, τῷ ξένῳ autem posteriori, ita tamen, ut et τῷδε et τῷ ξένῳ ad eandem personam pertineret. Sic saepe et Latini scriptores et Graeci orationem instituerunt. De Graecis iam olim posui Luciani *Gallum sive somnium* §. 3. ὡς Ἀλεκτρυών τις νεανίσκος φίλος γένοιτο τῷ Ἄρει καὶ συμπίνοι τῷ θεῷ., quo in loco qui coniungi potuit Ἄρης θεός, divisis singulis notionibus positus est in utroque enuntiati membro. Quamquam non nego aptius coniunctas esse istas notiones τῷδε — τῷ ξένῳ, quam hic τῷ Ἄρει — τῷ θεῷ. Sed eo tamen modo nata haec ratio dicendi videtur.

In Aeschyli *Prometheo* v. 51. explicando, ubi postquam Cratos haec dixit:

> Ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.
> ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

respondet Hephaestus:

> Ἔγνωκα τοῖσδε κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.

eo magis cum viro doctissumo consentio, quia eodem prorsus modo, quo nunc ille, iam l. l. novem abhinc annos ea verba interpretatus sum, adiuncto propter dativum τοῖσδε, qui pertinet ad verbum ἔγνωκα potius, quam ad illud quod sequitur vocabulum ἀντειπεῖν, Thucydidis loco de lib. I. cap. 8. γνωσθέντες τῇ σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ. Itaque hunc quoque locum recte censeo a M. Hauptio reiectum esse. Nec minus mihi probandum eius iudicium videtur in Aristophanis versu de *Pace* 417. explicando, ubi haec leguntur:

> Ναὶ μὰ Δία. πρὸς ταῦτ', ὦ φίλ' Ἑρμῆ, ξύλλαβε
> ἡμῖν προθύμως τήνδε καὶ ξυνέλκυσον.,

quo in loco τήνδε ad ξύλλαβε, non ad ξυνέλκυσον necessario pertinet.

In reliquis locis explicandis uno Sophoclis, uno etiam Euripidis, uno denique Aristophanis meum iudicium a sententia Hauptii discrepat. Et in Sophoclis quidem versu ex *Antigona* v. 718. ed. Brunck. credo ego nunc scripsisse Sophoclem aut:

Ἀλλ' εἶκε θυμοῦ καὶ μετάστασιν δίδου.

aut etiam, ut optumus liber Laurentianus primus scriptum exhibet:

Ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου.,

ut εἴκειν θυμῷ hoc loco non aliter dictum sit atque θυμῷ εἴκειν apud Homerum *Iliados* lib. IX. v. 597 sq. et v. 109 sqq. et lib. XXIV. v. 43 sq. atque *Odysseae* lib. V. v. 125 sq., qua de re quom accuratius explicaverim in *Nov. annal. philol. et paed.* vol. IV. p. 404 sqq. et rursus ibidem vol. XXI. p. 178 sqq., hic copiosius dicendum non est. In Euripidis autem *Medea* v. 181 sq., ut non comprobo G. Dindorfii opinionem, qui in verbis his:

Ἀλλὰ βᾶσά νιν
δεῦρο πόρευσον οἴκων
ἔξω φίλα καὶ τάδ' αὔδα.

putat καὶ particulam ei voci, quam effert, postpositam esse, sic ne Hauptii quidem rationem, qui φίλα pro φίλως adverbio dictum existumat, accipere possum. Videtur enim oratio ita interpungenda esse:

Ἀλλὰ βᾶσά νιν
δεῦρο πόρευσον οἴκων
ἔξω· φίλα καὶ τάδ' αὔδα.

atque ita intellegenda esse: *Sed ingredere eamque huc adduc extra aedes: amica haec quoque nuntia.*, quibus in verbis καὶ pertinet, ut ipsa particulae collocatio requirit, ad τάδε, omnia autem verba referuntur ad amicam istam hortationem, quam modo chori persona elocuta erat, quem ad modum in Euripidis *Phoenissis* v. 1450. dicitur:

ὥστε σημῆναι φίλα.

et alia alibi eius modi dicuntur. Restat Aristophanis locus de *Nubibus* v. 743 sqq., quem ego non mutans omnium librorum scripturam sic interpungendum esse arbitror:

Ἔχ' ἀτρέμα· κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
ἀφεὶς ἄπελθε· κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
κίνησον αὖθις· αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.

ut hoc dicatur: *Esto quieto animo: et cum quid eorum, quae cogitas, explicare non possis, dimitte ac discede: tum autem mentem rursus move, hoc ipsum etiam* c l a u s t r i s o c c l u s u m t e n e. Quibus in verbis καὶ nullo modo ad id, quod praecedit, vocabulum pertinet, sed ad verbum illud, quod sequitur, ζυγώθρισον. Nam quom quasi ab ea voce, qua

ante usus erat: ἀφεὶς ἄπελθε, quasi adscensio fiat ad verbum ζυγρώθρισον, quod diligentissumam cogitationis occlusionem significat, recte ad hoc verbum adiuncta est καὶ particula, veluti p. 425. in Euripidis *Bacchis* v. 572.

Ταῦτα καὶ καθύβρισ᾽ αὐτόν κτἑ.

dictum vidimus. Ne quis autem in pronomine αὐτὸ primo loco posito offendat, commemoro de industria videri Aristophanem non simpliciter dicere voluisse: *id etiam claustris occlusum tene,* sed voluit ille hoc ipsum, quod e repetita deliberatione evenisset, paullo accuratius significare, itaque ante posuit αὐτό, ut esset: *id ipsum* aut *ipsum hoc.* De ceteris scriptoribus, de quibus praeterea disseruit Hauptius l. l., disputare est alienum ab hoc loco.

Sequitur et dicamus de iis particulis, quibuscum καὶ particula ita composita est, ut ex ea consociatione certa quaedam nasceretur significatio. Quo in ordine primum commemoranda est coniunctio particularum

Καὶ γάρ. Καὶ γάρ, quae particulae proinde ut καὶ particula aut coniunctivam vim habet aut emphaticam, Latine per *etenim* et *nam etiam* reddendae sunt. De priore genere conferri *etenim.* potest Xenophontis *Expeditio Cyri* lib. II. cap. 5. §. 4. Ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι οὔτε σὲ αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ τε σαφῶς οἶδα ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ᾽ ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοὶ ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. Καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ καὶ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κατὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. et ibidem paullo post cap. 6. §. 9. Τοῦτο μὲν ἐποίει ἐκ τοῦ χαλεπὸς εἶναι. Καὶ γὰρ ὁρᾶν στυγνὸς ἦν καὶ τῇ φωνῇ τραχὺς κτἑ. vel Sophoclis *Antigona* v. 327 sqq.

Ἀλλ᾽ εὑρεθείη μὲν μάλιστ᾽· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ᾽ ἐλθόντα με.
Καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ᾽ ἐμῆς
σωθεὶς, ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.

Neque enim quidquam res discriminis habet, sive statim sequitur καὶ particula sive etiam interiecta aliqua voce. De *Καὶ γάρ, nam etiam.* altero genere conferatur Xenophon l. l. lib. III. cap. 3. §. 4. Ἐκ τούτου ἐπειρᾶτο Μιθριδάτης διδάσκειν ὡς ἄπορον εἴη βασιλέως ἄκοντος σωθῆναι. Ἔνθα δὴ ἐγι-

γνώσκετο ὅτι ὑπόπεμπτος εἴη· καὶ γὰρ τῶν Τισσαφέρνους τις οἰκείων παρηκολούθει πίστεως ἕνεκα. et quae ad eum locum adnotavit Krügerus, et rursus ibidem lib. V. cap. 8. §. 18. Ἁπλοῦς μοι, ἔφη, ὁ λόγος· ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασά τινα, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. Καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. cum eiusdem Krügeri adnotatione. Multi enim critici in eius modi locis requisiverant, quod *καὶ γὰρ etenim* significare putarent: καὶ γὰρ καί. Eodem modo loquitur Demosthenes *De rebus Chersonesi* §. 18. ed. Bekk. p. 94, 11. ed. Reisk. Τί δ' ἂν ἀπελθὼν ἐκ Θρᾴκης καὶ μηδὲ προσελθὼν Χεῤῥονήσῳ μηδὲ Βυζαντίῳ — καὶ γὰρ ταῦτα λογίζεσθε — ἐπὶ Χαλκίδα ἢ Μέγαρα ἥκῃ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἐπ' Ὠρεὸν πρῴην, πότερον κρεῖττον ἐνθάδε αὐτὸν ἀμύνεσθαι καὶ προσελθεῖν τὸν πόλεμον πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἐᾶσαι, ἢ κατασκευάζειν ἐκεῖ τιν' ἀσχολίαν αὐτῷ; ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο., quo in loco non satis caute Schaeferus: καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λογίζεσθε, coniectavit.

Ad particulas καὶ γὰρ rursus aliae particulae adiunctae leguntur, quae etsi per se difficiles explicatu non sunt, tamen propter quasdam formulas inde natas dignae commemoratione videntur. Ac primum quidem saepe numero καὶ γὰρ αὖ dictum est, quod est: *nam etiam rursus*, aut etiam: *etenim rursus*. Id dicitur saepe adiuncto pronomine neutrius generis: Καὶ γὰρ αὖ τοῦτο, vel: καὶ γὰρ αὖ τόδε, ut ea vox per se constet atque id, quod deinceps commemoratur, commonstret, veluti apud Demosthenem *de falsa legatione* §. 314. ed. Bekk. p. 442. ed. Reisk. legitur: Εἶτα γεωργεῖς ἐκ τούτων καὶ σεμνὸς γέγονας. καὶ γὰρ αὖ τοῦτο· πρὸ μὲν τοῦ πάντα κακὰ εἰργάσθαι τὴν πόλιν ὡμολόγει γεγραμματευκέναι καὶ χάριν ὑμῖν ἔχειν τοῦ χειροτονηθῆναι κτέ. et apud eundem *contra Mediam* §. 167. ed. Bekk. p. 568. ed. Reisk. Καὶ γὰρ αὖ τοῦτο· τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐπιδόντων τριηράρχων παραπεμπόντων ἡμᾶς — μόνος οὗτος οὐ παρέπεμπεν κτέ. Id dicitur etiam καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε, ut prioris particulae καὶ vis non adauctiva, sed coniunctiva sit, veluti in Luciani *dialogo deorum* XX. §. 5. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε· ταύτην μὲν εἶναι συμβέβηκε τοῦ Διὸς ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα, ταύτας δὲ θυγατέρας. et apud eundem *Pro imaginibus* §. 7. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε· πάνυ, ἔφη, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς δεισιδαιμόνως καὶ ψοφοδεῶς ἔχω., quem univer-

Καὶ γὰρ αὖ.

Καὶ γὰρ αὖ καί.

sum locum rectissume tractavit Fr. Volcm. Fritzschius in *Lect. Lucianeis* p. 32 sq.

Καὶ γὰρ δή, et Καὶ δὴ γάρ. Tum dicitur καὶ γὰρ δή, quod est: *etenim iam*, vel: *nam etiam iam*, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VII. cap. 5. §. 11. dicitur: Καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι. Id dicitur alio quodam modo etiam καὶ δὴ γάρ, in qua formula καὶ δὴ aptius coniunctae particulae sunt, veluti in Aristophanis *Vespis* v. 1224. dicitur:

Ἐγὼ εἴσομαι· καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων.,

quo de loco vide quae infra in particulis καὶ δὴ dicentur.

Καὶ γὰρ οὖν. Porro si ratiocinationis notio his particulis accedit, dicitur καὶ γὰρ οὖν, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 8. §. 16 sq. dicitur: Ἄλλον δέ γε ἴσως ὑπολειπόμενόν που διὰ ῥαστώνην καὶ κωλύοντα καὶ ὑμᾶς τοὺς πρόσθεν καὶ ἡμᾶς τοὺς ὄπισθεν πορεύεσθαι, ἔπαισα πύξ, ὅπως μὴ λόγχῃ ὑπὸ τῶν πολεμίων παίοιτο. Καὶ γὰρ οὖν νῦν ἔξεστιν αὐτοῖς σωθεῖσιν, εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον παρὰ τὸ δίκαιον, δίκην λαβεῖν.

Καὶ γάρ τοι. Sed omnium fere frequentissume et maxume quidem ab oratoribus dicitur καὶ γάρ τοι, quod est: *etenim profecto*. Exempla ubivis facile inveniuntur, veluti in Lysiae *oratione funebri* §. 79. ed. Bekk. p. 198. ed. H. Steph. Καὶ γάρ τοι ἀγήρατοι μὲν αὐτῶν αἱ μνῆμαι, ζηλωταὶ δὲ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱ τιμαί· οἳ πενθοῦνται μὲν διὰ τὴν φύσιν ὡς θνητοί, ὑμνοῦνται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου κτἑ. et ibidem §. 20. ed. Bekk. p. 192. ed. H. Steph. Καὶ γάρ τοι καὶ φύντες καλῶς καὶ γνόντες ὅμοια, πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστὰ οἱ πρόγονοι τῶν ἐνθάδε κειμένων εἰργάσαντο κτἑ. Sic etiam Demosthenes saepe locutus est, veluti in oratione *contra Philippum* tertia §. 58. ed. Bekk. p. 125, 23. ed. Reisk. si dicitur: Καὶ γάρ τοι πέμψας Ἱππόνικον ὁ σύμμαχος καὶ φίλος αὐτοῖς Φίλιππος καὶ ξένους χιλίους, τὰ τείχη περιεῖλε τοῦ Πορθμοῦ καὶ τρεῖς κατέστησε τυράννους κτἑ., ad quem locum tamen non satis caute dixit G. H. Schaeferus in *Apparat.* vol. I. p. 593. idem καὶ γάρ τοι significare, quod τοιγάρτοι, appellans Hesychium: Καὶ γάρ τοι· τοιγαροῦν. Nam καὶ aliquantum differt a τοὶ particula, τοὶ enim habet monstrationem rei antecedentis, καὶ autem ita id, quod sequitur, adiungit, quasi hoc praeter aliud accedat. Quam ob rem etiam id probare non possum, quod idem Schaeferus

in Demosthenis orat. *de falsa legatione* §. 137. ed. Bekk. p. 383, 22. ed. Reisk. *καὶ γάρ τοι* particulas interpretatur auctore Iurino *itaque*. Nam quae ibi dicuntur: *Τί δ' ἦν ὃ ἐκεῖνος ἐποίησεν; ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ Τιμαγόρου καὶ τετταράκοντα τάλαντα, ὡς λέγεται, δεδωκὼς αὐτῷ, ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν ἐπύθετο αὐτὸν τεθνεῶτα καὶ οὐδὲ τοῦ ζῆν ὄντα κύριον αὐτῷ βεβαιῶσαι, μή τί γ' ἃ ἐκείνῳ τόθ' ὑπέσχετο πρᾶξαι, ἔγνω τὴν τιμὴν οὐχὶ τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων δεδωκώς. Καὶ γάρ τοι πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πάλιν ὑμετέραν δούλην κατέστησεν κτἑ.*, ea quidem fortasse ita enuntiari poterant, ut pro *καὶ γάρ τοι* diceretur *ὥστε πρῶτον μὲν κτἑ.*, sed, ut nunc leguntur, aliam tamen significationem habent. Nam ita dicuntur, ut aptius cum antecedentibus cohaereant, quasi dicas: *Etenim sane*, vel nostra lingua: *Denn er hat ja doch u. s. w.* Eademque ratio est omnium locorum, quos G. H. Schaeferus multos non satis recte explicavit in *Apparatu crit. et exegetico*, quos indicat accuratus index Seileri p. 48., qui ipse quoque veriorem interpretationem earum particularum adnotavit.

De particulis *καί — γὲ* supra dictum est in *γὲ* particula p. 315 sqq. Et his quidem particulis interdum etiam *δὴ* subiungitur, ut dicatur: *καὶ — γὲ δή*, veluti in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 372. ed. Bekk. p. 173 E. ed. H. Steph. *Ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δὴ ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω.*, vide quae supra in particulis *γὲ δὴ* explicavimus p. 338 sq. *Καί — γέ.* *Καί — γὲ δή.*

Porro iniuria praetermisit Devarius particularum *καὶ δὲ* coniunctionem, quae etiam si tantum modo ab epicis poetis non interposita alia voce dicuntur, tamen interposita aliqua voce saepe numero apud omnes scriptores Graecos habentur, ut etiam si utrique particulae sua vis constet, tamen notionis quandam consociationem habeant, quem ad modum etiam Latinae particulae *et vero* vel *et — vero* dicuntur. Neque enim recte negavit Porsonus ad Euripidis *Orestem* v. 614. apud poetas tragicos eas particulas in uno membro inveniri coniunctas. Dicitur enim apud Aeschylum et in *Prometheo* v. 972 sq. *Καὶ δέ, et Καί — δέ.*

Χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
ἐχθροὺς ἴδοιμι· καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω.

et in *Eumenidibus* v. 64 sqq.

Οὔτοι προδώσω· διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ
ἐγγὺς παρεστὼς καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν,
ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων.

Praeterea conferantur quae adtulit Vigerus p. 545. et G. Hermannus in adnotatione p. 847., tum G. H. Schaeferus ad Long. p. 350. cum Abreschio Lect. Aristaenet. p. 252. et ad Aeschyli Eumenid. 409., denique Fr. Ellendt. *Lex. Soph.* vol. I. p. 884. et Hartung. vol. I. p. 181 sq.

Καὶ δή. De particulis *καὶ δή*, quae aut *et iam* aut *iam etiam* significant, disputavit quidem Devarius vol. I. p. 115 sq. separatim, sed ita disputavit, ut unam tantum earum particularum significationem obtineret. Qua re haec ego adiiciam.

Καὶ δή, et iam. Primum *καὶ δή* dicitur, ut id simpliciter respondeat particulis Latinis *et iam*, qua aliquid adiungitur ita ad antecedentia, ut nunc ex ordine rerum iam etiam hoc ad alia accedere dicatur. Quibus in locis cum *δή* particula plerumque singularem quandam notionem efferat, fere dicitur *καὶ — δή* interposita ea voce, quae effertur, qua de re vide quae supra p. 414 sqq. explicavimus, aut si premitur ipsa notio *δή* particulae, plerumque pleniore forma *καὶ ἤδη* dicitur, quae particulae quem ad modum intellegendae sint non poterit obscurum esse.

Καὶ δή, continuo. Deinde saepe numero *καὶ δή* ita dictum est, ut *καὶ* non tam coniunctivam vim haberet, sed maiorem istam *etiam* prae se ferret. Id Latino sermone dicas *continuo*, *so eben*, qua de re vide quae praeter Devarium l. l. explicavit G. Hermannus ad Vigerum p. 829. et p. 837. ed. tert., tum Hartungius vol. I. p. 253 sqq. Et maxume quidem in responsione eae particulae usurpatae sunt, veluti in Aristophanis *Avibus* v. 179 sqq. Pisthethaero dicenti:

> *Ἀληθές, ὦ σκαιότατον εἰρηκὼς ἔπος,*
> *βλέψον κάτω.*

respondet Epops:

> *Καὶ δὴ βλέπω.*

et eodem modo in iis locis, quos posuit Devarius p. 115.

Tum in apodosi saepe numero eae particulae locum habent, uti in Xenophontis *Historia Graeca* lib. VI. cap. 4. §. 13. *Ἐπεὶ δὲ ἤρξατο ἄγειν —, καὶ δὴ οἱ ἱππεῖς συνεβεβλήκεσαν.* et in eiusdem *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 10. §. 10. *Ἐν ᾧδε ταῦτα ἐβουλεύοντο, καὶ δὴ βασιλεὺς παραμειψάμενος εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα ὥσπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει.*

Denique *καὶ δή* particulae saepe a Graecis ibi ponuntur, ubi aliquid, quod nondum est, iam factum esse ponimus, veluti in Euripidis *Medea* v. 380.

> *Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;*

quod est: *fac mortuos esse*, ad quem locum plura collegit P. Elmsleius p. 146. ed. Lips., veluti Aeschyli *Eumenidum* v. 897.

Καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;

et rursus in *Medea* v. 1076. quod dicitur:

Καὶ δὴ γὰρ ἅλις βιοτόν θ' εὗρον
σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων
χρηστοί τ' ἐγένοντ'· εἰ δὲ κυρῆσαι
δαίμων οὗτος, φροῦδος ἐς Ἅιδην
Θάνατος προφέρων σώματα τέκνων.

cf. quae explicavit praeterea G. Hermannus ad *Vigerum* p. 839. ed. tert. Valckenarius ad Herodoti lib. VII. c. 184. Markland. ad Eurip. *Supplices* p. 129. B.

Saepe etiam particulae *καὶ δὴ καὶ* coniunguntur, quod ubi fit, sua cuique particulae constat vis, ut hoc dicatur: *et iam etiam, atque iam etiam*, ut illud posterius pertineat ad singularem, quae sequitur, vocem. In quam rem Hoogeveenus haec adtulit exempla Platonis e *Phaedro* Part. I. v. I. p. 96. ed. Bekk. p. 274. ed. H. Steph. *Τοῦτον δὲ πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα.* et ex eodem dialogo p. 67. ed. Bekk. p. 260. A. ed. H. Steph. *Οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος εἶναι δεῖ, ὦ Φαῖδρε, ὃ ἂν εἴπωσι σοφοί, ἀλλὰ σκοπεῖν μή τι λέγωσι. Καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν λεχθὲν οὐκ ἀφετέον.* et e libro IV. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 467. ed. Bekk. p. 420. ed. H. Steph. *Ὦ θαυμάσιε, μὴ οἴου δεῖν ἡμᾶς οὕτω καλοὺς ὀφθαλμοὺς γράφειν, ὥστε μηδὲ ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι μηδ' αὖ τἄλλα μέρη, ἀλλ' ἄθρει εἰ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδιδόντες τὸ ὅλον καλὸν ποιοῦμεν· καὶ δὴ καὶ νῦν μὴ ἀνάγκαζε ἡμᾶς τοιαύτην εὐδαιμονίαν τοῖς φύλαξι προσάπτειν κτἑ.* Etenim in omnibus his locis, quos distribuit Hoogeveenus in diversa genera, una eademque significatio istarum particularum est. *Καὶ δὴ καί.*

Denique etiam adiuncta *οὖν* particula *καὶ δὴ οὖν* dicitur, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 17. ed. Bekk. p. 235. A. ed. H. Steph. *Τῷ γὰρ ῥητορικῷ αὐτοῦ μόνῳ τὸν νοῦν προσεῖχον, τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν οἴεσθαι ἱκανὸν εἶναι· καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοξεν, ὦ Φαῖδρε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, τρὶς καὶ τρὶς ταὐτὰ εἰρηκέναι κτἑ.* *Καὶ δὴ οὖν.*

Καὶ μὲν δή.

Καὶ μὲν δή. Porro dicitur *καὶ μὲν δὴ* eodem modo, quo supra p. 59 sqq. dici vidimus *ἀλλὰ μὲν δή*, ut *καὶ* coniungendi vim, *μὲν δὴ* autem particulae asseverationem habeant, ut id sit: *et iam sane*, vel: *et profecto iam*, quem ad modum Plato locutus est in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 11. ed. Bekk. p. 231. ed. H. Steph. *Ὥστε πῶς ἂν εὖ φρονήσαντες ταῦτα καλῶς ἔχειν ἡγήσαιντο, περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βούλονται; Καὶ μὲν δή, εἰ μὲν ἐκ τῶν ἐρώντων τὸν βέλτιστον αἱροῖο, ἐξ ὀλίγων ἄν σοι ἡ ἔκλεξις εἴη κτἑ.*, quod Latine dicas: *atque adeo*. et rursus in eodem *Phaedro* p. 12. ed. Bekk. p. 232. B. ed. H. Steph. dicitur: *Καὶ μὲν δὴ εἴ σοι δέος παρέστηκεν ἡγουμένῳ χαλεπὸν εἶναι φιλίαν συμμένειν κτἑ.* Eodem modo in Lysiae oratione *contra Eratosthenem* §. 35. ed. Bekk. p. 123. ed. H. Steph. dicitur: *Δεῖ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, Ἐρατοσθένην δυοῖν θάτερον ἀποδεῖξαι, ἢ ὡς οὐκ ἀπήγαγεν αὐτόν, ἢ ὡς δικαίως τοῦτ' ἔπραξεν. Οὗτος δὲ ὡμολόγηκεν ἀδίκως συλλαβεῖν, ὥστε ῥᾳδίαν ὑμῖν τὴν διαψήφισιν περὶ αὐτοῦ πεποίηκε. Καὶ μὲν δὴ πολλοὶ καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων ἥκουσιν εἰσόμενοι τίνα γνώμην περὶ τούτων ἕξετε.*, quod est: *Atque adeo multi etc.*

Καὶ μὲν δὴ καί. Quibus in locis saepe *καὶ* particula, quo magis etiam efferatur singularis enuntiati notio, adiecta est, veluti in illo loco ex Isocratis *Panegyrico* §. 40. ed. Bekk. p. 48. ed. H. Steph., quo iam Devarius vol. I. p. 107. usus est, quo in loco orator postquam dixit: *Πρώτη γὰρ καὶ νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν κατεστήσατο*, et verbis: *δῆλον — ἐποιήσαντο.* eius rei caussam reddidit, sic pergit: *Καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὑροῦσα τὰς δὲ δοκιμάσασα χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις παρέδωκεν.*, quod est: *Atque adeo etiam artium etc.* Neque aliter locutus Plato est in *Phaedro*, quem modo excitavi, p. 15. ed. Bekk. p. 233. D. ed. H. Steph., ubi haec dicit: *Ἔτι δὲ εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις μάλιστα χαρίζεσθαι, προσήκει καὶ τοῖς ἄλλοις μὴ τοὺς βελτίστους, ἀλλὰ τοὺς ἀπορωτάτους εὖ ποιεῖν· μεγίστων γὰρ ἀπαλλαγέντες κακῶν πλείστην χάριν αὐτοῖς εἴσονται. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις οὐ τοὺς φίλους ἄξιον παρακαλεῖν, ἀλλὰ τοὺς προσαιτοῦντας καὶ τοὺς*

δεομένους πλησμονῆς κτἑ. Neque quidquam impedit quo minus eandem illam vocem, quae effertur per *καὶ* particulam, etiam adiecta nova acuas, quod fit interdum e. gr., apposita *γὲ* particula, ut sic dicatur: *Καὶ μὲν δὴ καὶ — γέ*, uti in Platonis *Gorgia* Part. II. vol. I. p. 131. ed. Bekk. p. 507. A. ed. H. Steph. *Τὸν δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοντα ἀνάγκη δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι; Ἔστι ταῦτα. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη;* *Καὶ μὲν δὴ καὶ — γέ.*

Καὶ μέν τοι.

Etiam particulae: *καὶ μέν τοι*, si quando coniunctae leguntur, difficilem explicatum non habent, sed ita dicuntur, uti particulae *ἀλλὰ μέν τοι*, de quibus vide quae supra p. 60 sq. explicata sunt. *Μὲν* enim ad coniunctionem *καὶ* adfert adseverationem, *τοὶ* autem, dum modum quo aliquid sit aut fiat incertum relinquit, rem tamen, quoquo modo id fiat, ita, quem ad modum dicitur, sese habere indicat, ut etiam ea particula habeat adfirmationem, sed ut facile tamen hinc evadat quaedam oppositionis significatio. Exempla multa exhibuit Hartungius vol. II. p. 395 sq., rem tamen nimium subtiliter distinguens. Ponamus haec Platonis e *rei publicae* libro I. Part. III. vol. I. p. 11 sq. ed. Bekk. p. 331. D. ed. H. Steph. *Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὑπολαβὼν ὁ Πολέμαρχος, εἴ πέρ γέ τι χρὴ Σιμωνίδῃ πείθεσθαι. Καὶ μέν τοι, ἔφη, ὁ Κέφαλος, καὶ παραδίδωμι ὑμῖν τὸν λόγον· δεῖ γάρ με ἤδη τῶν ἱερῶν ἐπιμεληθῆναι.* tum Xenophontis e *Disciplina Cyri* lib. III. cap. I. §. 27. *Καὶ μέν τοι, ἔφη, ἡμᾶς μὲν ἕξεις οὐδέν τι τούτοις μέγα λυπουμένους κτἑ.* *Καὶ μέν τοι.*

Quod si ita dicitur, ut ea vox, quae magis effertur, interposita legatur, tum magis suae cuique particulae constat vis, veluti in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. IV. cap. 7. §. 4. *Ἐκέλευε δὲ καὶ ἀστρολογίας ἐμπείρους γίγνεσθαι, καὶ ταύτης μέν τοι μέχρι τοῦ νυκτός τε ὥραν καὶ μηνὸς καὶ ἐνιαυτοῦ δύνασθαι γιγνώσκειν ἕνεκα πορείας τε καὶ πλοῦ κτἑ.*, quod recte quidem interpretatus est Kühnerus p. 467. ed. Goth. *et huius quidem*, sed tamen aliquid oppositionis eis particulis adhaerescit. Nam multo aliud esset, si diceret: *καὶ ταύτης γε*, aliud nunc dicitur, cum dixit: *καὶ ταύτης μέντοι*. Eadem ratio est in eiusdem scriptoris *Graeca historia* lib. V. cap. 4. §. 63. ubi postquam dixit: *Ἐδεήθησαν οἱ Θηβαῖοι τῶν Ἀθηναίων* *Καὶ — μέν τοι.*

περὶ Πελοπόννησον στράτευμα πέμψαι κτἑ., sic pergit: *Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μέν τοι ὀργιζόμενοι τοῖς Λακεδαιμονίοις — προθύμως ἐξέπεμψαν περὶ τὴν Πελοπόννησον.*

Καὶ μέν τοι καί. Neque quidquam habet difficultatis res, si quando ad particulas *καὶ μέν τοι* accedit alia particula, veluti *καί*, ut dicatur: *καὶ μέν τοι καί*, quod superius *καὶ* habet coniunctionis vim, posterius, uti Grammatici loquuntur, superaddendi. Locos eius modi posuit Hartungius vol. II. p. 397. Sic dicitur in Plutarchi *Vita Demosthenis* cap. 10. p. 850. ed. Francof. *Ὁ δ' αὐτὸς φιλόσοφος Πολύευκτον ἱστορεῖ τὸν Σφήττιον, ἕνα τῶν τότε πολιτευομένων Ἀθήνησιν, ἀποφαίνεσθαι, μέγιστον μὲν εἶναι ῥήτορα Δημοσθένη, δυνατώτατον δ' εἰπεῖν Φωκίωνα· πλεῖστον γὰρ ἐν βραχυτάτῃ λέξει νοῦν ἐκφέρειν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν Δημοσθένη φασὶν αὐτόν, ὁσάκις ἀντερῶν αὐτῷ Φωκίων ἀναβαίνοι, λέγειν πρὸς τοὺς συνήθεις κτἑ.* cf. eiusdem *Vitam Aristidis* cap. 27. p. 335. ed. Francof., ubi aliis rebus expositis pergitur: *Καὶ μέντοι καὶ τάφος ἐστὶν αὐτοῦ Φαληροῖ δεικνύμενος κτἑ.* Alium Galeni locum posuit Devarius ipse vol. I. p. 107.

Καὶ μέν τοι — μέν. Sic etiam *μὲν* post eas particulas infertur, ut id pertineat ad singularem enuntiati vocem, veluti in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 509 sqq.

> *Καὶ μέντοι σὺ μὲν*
> *ταύτας κατευτρέπιζ'· ἐγὼ δὲ βούλομαι*
> *εἴσω παρερπύσασα κτἑ.*

Vide quae alia huius modi exempla posuit Hartungius vol. II. p. 397.

Καὶ μήν.

Καὶ μήν, et sane. *Καὶ μὴν* particulae, quarum prior copulationem habet, altera adseverationem, saepe coniunctae leguntur, et respondent fere Latinis particulis *et vero, et profecto, et sane*, in quibus si interdum aliquid adversativi inest, natum id est, ut in aliis particulis multis, e graviore illa adseveratione. Copulatio plane exstat in eius modi locis, qualis est Xenophontis de *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 5. §. 14. *Καὶ νῦν — ὠνούμενοι εἴχομεν τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἀνθ' ὧν ἐτίμησαν ἡμᾶς καὶ ξένια ἔδωκαν τῇ στρατιᾷ, ἀντετιμῶμεν αὐτούς· καὶ μὴν εἴ τις αὐτοῖς φίλος ἦν τῶν βαρβάρων, τούτων ἀπειχόμεθα.*, quo in loco *καὶ μὴν* particulae adscensum quendam atque exaggerationem rei efficiunt,

conferantur quos Krügerus ad l. c. excitavit Xenophontis locos de *Graeca historia* lib. IV. cap. 2. §. 16. *Πρὸς δὲ τούτοις ἱππεῖς μὲν Λακεδαιμονίων περὶ ἑξακοσίους, Κρῆτες δὲ τοξόται ἠκολούθουν ὡς τριακόσιοι, καὶ μὴν σφενδονῆται Μαργανέων καὶ Λετρίνων καὶ Ἀμφαδόλων οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων.* et *Convivii* cap. IV. §. 15. *Διὰ γὰρ τὸ ἐμπνεῖν τι ἡμᾶς τοὺς καλοὺς τοῖς ἐρωτικοῖς ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ποιοῦμεν εἰς χρήματα, φιλοπονωτέρους δὲ καὶ φιλοκαλωτέρους ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ μὴν αἰδημονεστέρους τε καὶ ἐγκρατεστέρους, οἵ γε καὶ ὧν δέονται μάλιστα, ταῦτ' αἰσχύνονται.*

Facile autem ex illa copulatione nata est quaedam oppositio, si magis effertur adseveratio, quae inest in particula *μήν*, quod magis perspicuum erit posito aliquo exemplo. Etenim si in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. II. cap. 6. §. 27. dicitur: *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι, κἂν πολεμῇ τίς τινι, συμμάχων δεήσεται, καὶ τούτων πλειόνων, ἐὰν καλοῖς κἀγαθοῖς ἀντιτάττηται· καὶ μὴν οἱ συμμαχεῖν ἐθέλοντες εὖ ποιητέοι, ἵνα θέλωσι προθυμεῖσθαι.*, poterit *καὶ μὴν* verti *et sane*, sed tamen Latine potius dicas in eius modi locis *atqui*. Adde Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 1. §. 17. *Οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δῆλον ὅτι οὐ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι· ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲν ἀντεπιμελεῖται ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα. Καὶ μὴν εἰ ὑφησόμεθα καὶ ἐπὶ βασιλεῖ γενησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι;* Atque sic saepe etiam in responsionibus ponitur, veluti ibidem lib. VII. cap. 7. §. 51. *Ὁ δὲ πάλιν εἶπε· Ταῦτα μὲν ἔχειν οὕτως οὐχ οἷόν τε· ἀπόπεμπε δὲ ἡμᾶς. Καὶ μήν, ἔφη ὁ Σεύθης, καὶ ἀσφαλέστερόν γέ σοι οἶδα ὂν παρ' ἐμοὶ μένειν ἢ ἀπιέναι.* Omnem earum particularum usum recte explicavit Hoogeveenus p. 303 sqq. ed. Schütz., nisi quod singula nimium distinguit, exempla plura etiam copiosius tractavit ipse Devarius vol. I. p. 112—115. Commemoro hoc unum, saepe a scaenicis poetis istas particulas usurpatas esse in novae personae accessione, veluti in Euripidis *Oreste* v. 456 sq. dicitur: *Καὶ μήν, atqui.*

Καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἁμιλλᾶται ποδὶ
ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως μελάμπεπλος.

et rursus v. 1502 sq.

Καὶ μὴν ἀμείβει καινὸν ἐκ καινῶν τόδε·
ξιφηφόρον γὰρ εἰσορῶ πρὸ δωμάτων
βαίνοντ' Ὀρέστην ἐπτοημένῳ ποδί.

Καὶ μὴν — γέ. Adiungitur his particulis interposita ea voce, quae effertur per eam particulam, etiam particula γέ, ut dicatur: *Καὶ μὴν — γέ*, veluti in Aristophanis *Vespis* v. 548 sq.

> Καὶ μὴν εὐθύς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ ἧς ἀρχῆς ἀποδείξω
> τῆς ἡμετέρας ὡς οὐδεμιᾶς ἥττων ἐστὶν βασιλείας.

et in Sophoclis *Oedipo rege* v. 290. ed. Br.

> Καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη.

et in Platonis *de re publica* lib. I. Part. III. vol. I. p. 6. ed. Bekk. p. 328. E. ed. H. Steph. *Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κέφαλε, χαίρω γε διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις.*

Καὶ μὴν καί. Aut adiicitur alio quodam modo καὶ particula, ut dicatur: *καὶ μὴν καί, καὶ μήν που καί*, et quae sunt similia, veluti in initio *Convivii* Platonis Part. II. vol. II. p. 369. ed. Bekk. p. 172. ed. H. Steph. *Καὶ ὅς· Ἀπολλόδωρε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε ἐζήτουν βουλόμενος διαπυθέσθαι τὴν Ἀγάθωνος ξυνουσίαν καὶ Σωκράτους κτἑ.* et in eiusdem libro VI. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 276. ed. Bekk. p. 485. ed. H. Steph. *Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς, καὶ οὔτε σμικροῦ οὔτε μείζονος οὔτε τιμιωτέρου οὔτε ἀτιμοτέρου μέρους ἑκόντες ἀφίενται κτἑ.* et paullo post p. 277. ed. Bekk. p. 486. A. ed. H. Steph. *Καὶ μήν που καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν μέλλῃς φάσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή.*

De *καί περ* particula vide quae infra ad *πέρ* particulam dicuntur ad p. 187 sq.

Καὶ ταῦτα.

Ad has particulas, quas Devarius vol. I. p. 108. explicavit, nihil aliud habeo adnotare, nisi hoc, haud raro a posterioribus scriptoribus etiam postponi eas particulas pluribus verbis. Exemplum huius usus unum posuit Hoogeveenus p. 315. ed. Schütz. et ad Vigerum p. 177. ed. G. Herm. Aristidis e declamatione *Pro quattuor viris* p. 504. *Περικλέους δὲ οὐκ ἐφείσω, τεθνηκότος καὶ ταῦτα.* Addi possunt hi loci Luciani, quos collegit F. V. Fritzschius ad *Alexandrum* p. 231., et ex *Alexandro* quidem ipso §. 16. *Τεράστιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο ἐκ τοῦ τέως μικροῦ ἑρπετοῦ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι, ἀνθρωπόμορφον καὶ ταῦτα καὶ τιθασσόν.* et ex eiusdem *Saturnalibus* ep. III. §. 35. *Τὸ δὲ μέγι-*

στον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων φαλακροὶ ἐν ἀκορεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται ἐπὶ κατεαγότι καὶ ταῦτα τῷ ἀμφορεῖ. et ex *Encomio Demosthenis* §. 47. Ἀλλὰ δίκαιον γάρ, ἔφη, σοὶ τῶν τραγωδιῶν μνημονεύειν, οὐ σεμνὸν τὸ λεχθέν·

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως,
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,

κόρη καὶ ταῦτα.

Denique non debebat Devarius ut singulare quiddam adnotare, quod legitur apud Basilium initio *homiliae nonae in hexaëmeron*: Οὐδὲ γὰρ Ἐλισσαῖον ὡς φαῦλον ἑστιάτορα παρῃτοῦντο οἱ τότε, καὶ ταῦτα λαχάνοις ἀγρίοις ἑστιῶντα τοὺς φίλους. Nam ibi quoque sua ac propria vis mansit istis particulis.

Καίτοι.

De καίτοι particulis iam uberius explicavit ipse Devarius vol. I. p. 108—112., ad cuius disputationem perpauca adiiciam. Et primum quidem non exposuit ille quem ad modum καίτοι particulae, quae per se nihil aliud significant nisi: *et aliquo modo, et quodam modo, et nescio quo modo*, adversativam vim acceperint. Quod factum est ea lege, qua fere omnes adseverationes ipsa verborum ratione interna eam vim nactae sunt. Nam καίτοι proprie erat, si magis premimus utramque vocem: *et sane, und doch*, tum autem coniunctiva particulae vis ipsa loquendi consuetudine in aliis exemplis plus, in aliis etiam minus exstat, ut illae fere nostrae particulae: *wie wohl*, responderent, quod ita factum est, quod καί non coniungeret, sed superadderet, ut proprie esset: *etiam aliquo modo, etiam profecto*, veluti si dicas: καίτοι ἀγαθὸς ὢν ὅμως ἐποίησε τοῦτο, quod est fere: *etiam profecto cum bonus esset, tamen hoc fecit.* Καίτοι.

De singulis hoc primum adnoto, recte iam G. Hermannum omnia ad unam illam ac primariam earum particularum vim rettulisse, ut καίτοι *quamquam* significaret, ut oppositionis vis semper agnoscenda esset, veluti in eo loco Aristophanis e *Pluto* v. 531., in quo *qua re* dixit Devarius καί τοι significare:

Καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστὶν πάντων τούτων ἀποροῦντας;

quod est: *Quamquam quid lucri est divites esse etc.*, quod nostra lingua dicas: *Wiewohl*, vel: *Und doch*, aut si magis

accedere vis ad propriam vim Graecarum particularum: *Und gewissermaassen was nützt es u. s. w.*

Sic etiam in illo Isocratis loco e *Panegyrico* §. 25. ed. Bekk. p. 45. ed. H. Steph., quem tractavit Devarius vol. I. p. 111. *καίτοι* particulae respondent nostris particulis: *und doch.* Quod non minus est ita in illis locis, in quibus indignationem eae particulae indicant, qua de re dixit idem Devarius eadem pagina.

Quod denique Devarius e Budaei commentariis adtulit, interdum Latine reddi posse eas particulas: *et quidem*, laudans Cic. *Philipp.* II. cap. 3. *Et quidem cuius temperantiae fuit de M. Antonio dicentem maledicto abstinere.*, id si primam verborum originem spectamus, falsum non est. Nam etiam Latinae particulae: *et quidem*, significant fere idem, quod nostra vox: *und gewissermaassen*, cui respondere particulas Graecas *καί τοι* diximus, sed usu tamen ipso et dicendi consuetudine aliquantum inter se discrepant istae particulae.

Καίτοι — γέ. Ad particulam *καίτοι* accessit saepe numero *γὲ* particula, quod si ita fit, ut aliqua voce interposita dicatur: *καίτοι — γέ*, id nullam poterit offensionem habere, quia istud *γὲ* certam habet vocem, quam efferat, veluti si in Euripidis *Oreste* v. 75. dicitur:

> *Καίτοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον,*
> *ἐμῆς ἀδελφῆς.*

quod est: *quamquam ingemisco quidem etc.*, sed dicitur *Καίτοι γε.* etiam alia voce non interposita *καίτοι γε*, ut ipsa particularum notio eo modo acuatur, quasi Latine dicas: *Quamquam quidem.* Conf. Xenophontis *Memorab. Socratis* lib. I. cap. 2. §. 2 sq. *Ἀλλ᾽ ἔπαυσε μὲν τούτων πολλοὺς ἀρετῆς ποιήσας ἐπιθυμεῖν καὶ ἐλπίδας παρασχών, ἂν ἑαυτῶν ἐπιμελῶνται, καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἔσεσθαι. Καίτοι γε οὐδεπώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι τούτου κτέ.* et ibidem lib. IV. cap. 2. §. 7. *Καίτοι γε τοσούτῳ ταῦτα ἐκείνων δυσκατεργαστότερα φαίνεται, ὅσῳ περ πλειόνων περὶ ταῦτα πραγματευομένων ἐλάττους οἱ κατεργαζόμενοι γίγνονται.* et eiusdem *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 38. *Διαφθείρειν αὐτὸν ἔφη ἐμέ. Καίτοι γ᾽, ἔφη, ὦ Κῦρε, οὕτω καλὸς κἀγαθὸς ἦν ἐκεῖνος κτέ.* tum Aristophanis *Acharnensium* v. 610 sq.

> *Ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν; ἐνί,*
> *ἀνένευσε· καίτοι γ᾽ ἐστὶ σώφρων κἀργάτης.,*

quem locum olim P. Elmsleius summa iniuria sollicitaverat. Nam etiam in Aristophanis *Nubibus* v. 875. rectissime nuper G. Hermannus ex libris Ravennate et Veneto edidit:

Καίτοι γε ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος.

et in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 702 sq. ed. Matth. recte se habet:

Ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν δέ πω
μάντευμα, καίτοι γ' ἐγγὺς ἕστηκας φόνου.

Conferantur quae praeter C. Reisigium in *Coniectaneis ad Aristoph.* lib. I. p. 296. et G. Hermannum ad *Vigerum* p. 840. ed. tert. atque ad Aristophanis *Nubes* p. 115. et p. 170. ed. sec. et G. H. Schaeferum in *App. crit. et exeg. ad Demosth.* vol. III. p. 539. vol. IV. p. 406. vol. V. p. 21. nuper adtulit R. Kühnerus ad Xenophontis *Memorab. Socratis* p. 61. ed. Goth., quamquam quod idem adtulit Ciceronis locum *de legibus* lib. II. cap. 6. §. 14. *Quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse video: quamquam quidem illi non studii et delectationis, sed rei publicae caussa leges civitatibus suis perscripserunt.*, in eo res admodum incerta est propter librorum auctoritatem. Plerumque enim a Latinis interposita alia voce dicitur: *quamquam* — *quidem*.

Κἄν.

De *κἄν* particula, quae quidem est pro *καὶ ἄν*, conferantur praeter ea, quae Devarius vol. I. p. 116 sq. adnotavit, quae supra p. 139 sqq. explicata a nobis sunt. *Κἄν, καὶ ἄν.*

De *κἄν* particula, quae contracta est ex particulis *καὶ ἐάν*, vel *καὶ ἄν*, quae dicitur etiam *κἤν*, contracta ex particulis *καὶ ἤν*, vide quae supra in *ἐὰν* particula ea nobis disputata sunt p. 451 sqq. *Κἄν, καὶ ἐάν.*

De *κἂν εἰ* particulis, quae sunt dissolvendae *καὶ ἂν εἰ*, facilis existumatio est. Dicuntur enim talia elliptice, ut ad particulas *κἂν* ex omni enuntiatione aliqua sententia supplenda sit. Neque vero solum cum indicativo et optativo particulae *κἂν εἰ* constructae sunt, verum saepe etiam cum coniunctivo, non in illo quidem Demosthenis loco *de falsa legatione* §. 51. ed. Bekk. p. 530. ed. Reisk. — nam ibi libri non *καταγινώσκῃ*, id quod Devarius habet, sed *καταγιγνώσκοι* exhibent —, sed aliis locis, quos multos supra posui, in *εἰ* particula p. 506. Neque alia caussa est particularum *κἂν εἰ μή*, quas ad finem commemoravit Devarius. *Κἂν εἰ, καὶ ἂν εἰ.*

CAPUT XIII.

De particula μὲν et compositis.

Μέν. Μὲν particulam, ut graviorem formam μήν, per se non habere nisi vim adfirmativam iam supra aliquoties significavimus, uti in ἀλλὰ μὲν particulis p. 56 sq. Hanc vim si obtinemus in singulis locis explicandis, vix quidquam poterit obscurum esse. Nam quotiescumque μὲν ad singularem notionem accedit, cui subiicitur semper, cum de ea notione in maiorem modum adseverat, indicat quandam quasi alterius rei comparationem exspectari. Etenim *si de singulari re in maiorem modum adfirmo, necessario cogitanda alia res est, de qua idem illud minus adfirmatur.* Itaque recte docuit G. Hermannus ad *Vigerum* p. 824 sq. ed. tert., si diceres: Σὺ μὲν φῄς, exspectari oppositionem, veluti: ἐγὼ δ' οὔ, aut simile quippiam.

Sed tamen necesse non est istam oppositionem semper ipso verbo indicatam esse: saepe enim tacita cogitatione istud, quod opponatur, supplendum est, non declaratum legitur in scriptoris verbis, cuius rei plura exempla posuit Devarius vol. I. p. 122., qui omnino universam vim ac potestatem eius particulae recte atque ordine explicavit, ut quoniam singula, quae de singulis locis separatim praecipi solent, si ipsam particularum naturam ac veram vim spectamus, ad unum eundemque fontem facile referantur, de singulis orationis formis, quae hac particula efficiuntur, copiosius post Devarium non videatur dicendum esse.

Μὲν — δέ. De reliquis autem particulis quibuscum componitur μὲν particula, sic existumandum videtur. Cum particula μέν, ut praediximus, requirat quodam modo natura sua quandam comparationem aut, si mavis, oppositionem, factum est, ut ei particulae plerumque opponeretur δὲ particula, quae ipsa quoque, ut supra explicatum est in ea ipsa particula, ex adseveratione nacta est adversativam significationem. Eaque particularum μὲν et δὲ inter eas responsio pene legituma facta est, non quidem interiore vi aliqua, sed usu et loquendi consuetudine. Exempla eius rei plura posuit iam Devarius et ubivis inveniuntur plurima.

Μὲν—μέν, δὲ—δέ. Etiam id iam indicavit Devarius, interdum duo μὲν praemitti, quibus respondeant duo δέ. Quod saepe factum

est, si tota enuntiatio ita erat comparata, ut sententia difficilis ad intellegendum non esset. Loco a Devario posito addi poterit Demosthenis oratio *contra Aristocratem* §. 208. ed. Bekk. p. 689. ed. Reisk. *Νῦν δ' ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῳ τῶν τὰ κοινὰ πραττόντων τοσαύτη περιουσία ἐστίν, ὥστε τινὲς μὲν αὐτῶν πολλῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας τὰς ἰδίας κατεσκευάκασιν οἰκίας, γῆν δ' ἔνιοι πλείω πάντων ὑμῶν τῶν ἐν τῷ δικαστηρίῳ συνεώνηται· δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιᾶτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν.* et eiusdem oratio *de corona* §. 214. ed. Bekk. p. 299. ed. Reisk. *Ἃ δ' ἡμεῖς πρὸς ταῦτα ἀντείπομεν, τὰ μὲν καθ' ἕκαστα ἐγὼ μὲν ἀντὶ παντὸς ἂν τιμησαίμην εἰπεῖν τοῦ βίου, ὑμᾶς δὲ δέδοικα, μὴ παρεληλυθότων τῶν καιρῶν — μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε· ἃ δ' οὖν ἐπείσαμεν ἡμεῖς, καὶ ἃ ἡμῖν ἀπεκρίναντο, ἀκούσατε.*

Et in his quidem locis respondet priori *μὲν* posterius *δέ*, posteriori *μὲν* prius *δέ*, ut haec orationis forma sit:

μὲν — μὲν — δὲ — δέ.

Sed id factum etiam ita est, ut priori *μέν*, interposito alio *μέν*, responderet prius *δέ*, posteriori *μέν*, interposito *δὲ* illo, quod priori *μὲν* responderet, posterius *δέ*, hac forma orationis:

μὲν — μὲν — δὲ — δέ.

Sic dicitur in Demosthenis quae fertur oratione *de foedere cum Alexandro* §. 18. ed. Bekk. p. 216. extrema ed. Reisk. *Ἆρά γε δοκεῖ δίκαια γίγνεσθαι, κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν κατὰ τῆς πόλεως ἐν τοῖς ὅρκοις, τοῦτο μὲν ἰσχυρὸν ἀεὶ ποιήσουσιν· ἐὰν δέ τι ὑμέτερον ᾖ καὶ ἐκείνων ἅμα δίκαιον καὶ συμφέρον, πρὸς τοῦτο δὲ διαμαχουμένους οὐδέποτε παύσασθαι οἰήσονται δεῖν ἑαυτούς;* cf. Platonis *Defensio Socratis* Part. I. vol. II. p. 113. ed. Bekk. p. 28. E. ed. H. Steph., in quo loco eadem particularum inter eas responsio est, vide quae explicavit G. H. Schaeferus in Meletematis criticis p. 111. Aug. Matthiae in gr. Gr. ampl. §. 622. C. G. Krügerus ad Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. III. cap. I. §. 43. ed. ampl.

Sunt etiam aliae harum particularum inter se compositiones, quae, si vim adfirmationis et oppositionis, quae continetur in his particulis, recte teneas, facilem habebunt explicationem, veluti in illo Platonis loco *Phaedri* p. 256. ed. H. Steph., de quo uberius explicavit Hoogeveenus p. 338 sq.

ed. Schütz. Nam interdum saepius *μὲν* ponitur, interdum saepius *δέ*, vide quae praeter Hoogeveenum l. l. exposuit Hartungius vol. I. p. 187 sqq.

Μὲν — ἀλλά, μὲν — ἀτάρ κτέ. Particulae *μὲν* si quando aliae particulae opponuntur, veluti *ἀλλά, ἀτάρ, αὖ, γὲ μήν, μέν τοι, εἶτα, ἔπειτα* et quae sunt eius modi, videtur sententia potius ipsa spectari quam accurata externae constructionis responsio, veluti in Demosthenis oratione *contra Aristocratem* §. 208. ed. Bekk. p. 389. ed. H. Steph. *Δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιᾶτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν· ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν ὅ, τι κοινῇ κτησάμενοι καταλείψετε, ὥσπερ ἐκεῖνοι Χεῤῥόνησον, Ἀμφίπολιν, δόξαν ἔργων καλῶν;* conferantur quae supra explicata sunt in *ἀλλὰ* particula p. 3 sqq. De particula autem *ἀτάρ*, praegressa *μὲν* particula, vide quae adtulimus supra p. 195 sq.

Μὲν — αὖ, μὲν — αὖθις. De particula *αὖ*, praecedente *μέν*, vide explicata a nobis supra p. 210. itemque de *αὖθις* particula, quae sequitur interdum *μὲν* particulam, p. 214.

De particulis *μὲν — εἶτα*, si quando excipiunt inter se, conferas ea, quae supra posita sunt in *εἶτα* particula p. 539. de *ἔπειτα* autem vide p. 557.

Μὲν — μέντοι. Nec difficilis explicatu res est, si quando praecedente *μὲν* particula ponitur *μέντοι*, quod si fit, maiore quadam vi nascitur oppositio, quam adfert posterior particula, veluti in Demosthenis oratione *Midiana* §. 141 sq. ed. Bekk. p. 560, 20. ed. Reisk. dicitur: *Ἐγὼ δὲ δι' ἃς μὲν προφάσεις ἕκαστος ἀφίσταται τοῦ βοηθεῖν ἑαυτῷ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι νομίζω· καὶ γὰρ ἀσχολία καὶ ἀπραγμοσύνη καὶ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν καὶ ἀπορία καὶ μύρι' ἐστὶν αἴτια· προσήκειν μέντοι τούτῳ μὴ ταῦτα λέγειν ἡγοῦμαι νυνί, ἀλλ' ὡς κτέ.*, ad quem locum vide quae Marklandus ac Taylorus adnotarunt in G. H. Schaeferi *Apparat.* vol. III. p. 430. Nam in eadem oratione paullo post §. 153 sq. ed. Bekk. p. 564. ed. Reisk. haec habentur: *Εἰ μέν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ λειτουργεῖν τοῦτο, τὸ ἐν ὑμῖν λέγειν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πανταχοῦ »ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, ἡμεῖς οἱ πλούσιοί ἐσμεν«, εἰ τὸ τὰ τοιαῦτα λέγειν, τοῦτ' ἔστι λειτουργεῖν, ὁμολογῶ Μειδίαν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει λαμπρότατον γεγενῆσθαι· ἀποκναίει γὰρ ἀηδίᾳ δήπου καὶ ἀναισθησίᾳ καθ' ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν ταῦτα λέγων· εἰ μέντοι τί ποτ' ἐστὶν ἃ λειτουργεῖ τῇ ἀληθείᾳ δεῖ σκοπεῖν, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ.* cf. eiusdem orationis §. 189. ed. Bekk. p. 575 extr. ed. Reisk. denique §. 192. ed. Bekk. p. 576 extr. ed.

Reisk. Ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτο ποιῶ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ· Μειδίαν μέντοι μηδὲν ἐσκέφθαι πώποτ' ἐν παντὶ τῷ βίῳ δίκαιον εἰκός ἐστιν. Etenim dicitur μὲν — μέντοι etiam tum, si paullo aptius coniuncta oratio est, veluti in Aristotelis *Politicorum* lib. I. cap. 2. §. 19. ed. Stahr. cap. 6. ed. Bekk. ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται. Vide Devarium vol. I. p. 125.

Respondet particulae μὲν etiam plenior forma μὴν veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 85. ed. Bekk. p. 268. E. ed. H. Steph. dicitur: Ὦ ἄριστε, ἀνάγκη μὲν καὶ ταῦτ' ἐπίστασθαι τὸν μέλλοντα ἁρμονικὸν ἔσεσθαι, οὐδὲν μὴν κωλύει μηδὲ σμικρὸν ἁρμονίας ἐπαΐειν τὸν τὴν σὴν ἕξιν ἔχοντα. Μὲν — μήν.

De particulis πλὴν ἀλλά, μὲν particulam excipientibus, hoc posuit exemplum Hoogeveenus p. 341. ed. Schütz. ex Heliodori *Aethiopicis* lib. VI. cap. 7. Ἀνδρῶν συντυχίαν δυστυχῶν μέν, πλὴν ἀλλ' Ἑλλήνων πρυτανεύσασα. Μὲν — πλὴν ἀλλά.

Denique in hoc genere etiam dicitur μὲν — τοίνυν, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 1. §. 6. Πρῶτον μὲν τὰ ἐπιτήδεια δεῖ πορίζεσθαι ἐκ τῆς πολεμίας, quibus verbis respondent quae deinceps §. 8. leguntur: Ἔτι τοίνυν ἀκούσατε καὶ τάδε κτἑ. et ibidem lib. VII. cap. 7. §. 16 sq. Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ἔφη, λέγω κτἑ., cui voci deinceps redditur: Ἡμεῖς τοίνυν, ἔφασαν οἱ Λάκωνες, ἀπίοιμεν ἂν κτἑ. cf. G. H. Schaeferus in Apparat. crit. et exeg. ad Demosth. vol. IV. p. 459. Μὲν — τοίνυν.

Tum si μὲν particulam excipiunt coniunctivae particulae, uti καί, τὲ et quae sunt eius modi, ea non est iam constructio dicenda, sed quaedam quasi legituma orationis ἀνακολουθία. Nam inde ab Homero Graeci scriptores ita haud raro locuti sunt. Et Homerus quidem in *Iliados* lib. I. v. 267. dicit: Μὲν — καί, μὲν — τέ.

> Κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο.

et Sophocles in *Trachiniis* v. 689 sqq. ed. Herm.

> Ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ
> μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην
> κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
> κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὥσπερ εἴδετε.

Cf. quae praeterea adtulit Hartungius vol. II. p. 410 sq. De particulis μέν — τέ vide Euripidis *Orestem* v. 1302 sq. ed. Matth.

Πάλιν κατάστηθ' ἡσύχῳ μὲν ὄμματι,
χρόᾳ τ' ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων πέρι.

Nam quod olim scripsit R. Porsonus: χρόᾳ δ' ἀδήλῳ κτἑ., id nemo hodie comprobabit. Vide quae G. Hermannus ad *Vigerum* p. 836. p. 841. p. 932. ed. tert. adnotavit, quo extremo loco recte ille explicavit Pindari locum, qui legitur in carm. *Pythio* IV. v. 443 sq.

Κτεῖνε μὲν γλαυπῶπα τέχναις
ποικιλόνωτον ὄφιν,
Ἀρκεσίλα, κλέψεν τε Μηδεί-
αν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.

Sequitur ut eas particulas consideremus, quae cum μὲν particula in una eademque enuntiatione aptius coniunguntur. Ac primum quidem dicitur

Μὲν ἄρα. *Μὲν ἄρα*, ita ut μὲν de una notione singulari adseveret eademque ratione fortasse etiam omnem confirmet sententiam, ἄρα autem eo quo supra explicatum est modo ratiocinationem quandam contineat, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* fit lib. II. cap. 1. §. 3 sq. Ἀτάρ, ἔφη, δέῃ τι αὐτῶν; ἢ μάτην ἐφοβήθης, οἱ δὲ πολέμιοι οὐκ ἔρχονται; Ναὶ Δί', ἔφη, καὶ πολλοί γε. Πῶς τοῦτο σαφές; Ὅτι, ἔφη, πολλοὶ ἥκοντες αὐτόθεν, ἄλλος ἄλλον τρόπον, πάντες ταὐτὰ λέγουσιν. Ἀγωνιστέον μὲν ἄρα ἡμῖν πρὸς τοὺς ἄνδρας., quo in loco cum de hostibus appropinquantibus audivisset, ita dicit: Ἀγωνιστέον μὲν ἄρα ἡμῖν πρὸς τοὺς ἄνδρας, ut μὲν efferat notionem τοῦ ἀγωνιστέον, ἄρα autem respiciat ad ea, quae ante transacta erant, quasi dicas: *Pugnandum quidem est rebus ita comparatis*, quamquam aliquanto lenius Graeca particula ἄρα eam rem designat. Alia vide apud Hartungium vol. I. p. 450.

Μὲν γάρ. Porro saepe μὲν γὰρ particulae coniunctae leguntur, ut μὲν in his locis ipsis quoque ad singularem pertineat notionem, γὰρ autem totam enuntiationem per istam ratiocinationem, quae continetur in ea particula, aptius cum ea, quae antecessit, oratione connectat, veluti in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. III. cap. 10. §. 1. si haec dicuntur: Ἀλλὰ μὴν καὶ εἴ ποτε τῶν τὰς τέχνας ἐχόντων καὶ ἐργασίας ἕνεκα χρωμένων αὐταῖς διαλέγοιτό τινι, καὶ τούτοις ὠφέλιμος ἦν· εἰσελθὼν μὲν γάρ ποτε πρὸς Παῤῥάσιον τὸν ζωγράφον καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ· Ἆρα, ἔφη, ὦ Παῤῥάσιε κτἑ. Et in his quidem locis quamquam utraque particula facile suum tuetur locum, ut vix separatim de earum coniunctione dicendum esse videatur, tamen iam Try-

pho grammaticus quasi unam particulam μὲν γὰρ esse putavit, in eius modi sententiis, qualem finxit ipse: Ἐγὼ μὲν καὶ Διονύσιος ἐδειπνοῦμεν, σὺ μὲν γὰρ οὐ παρεγένου, vide Apollonium Alex. *de coni.* p. 507 sq. et quae rectissume de ea re explicavit Hartungius vol. II. p. 414.

Aptius connexae videntur μέν γε particulae, quae fere Latinis particulis *certe quidem* respondent, ut γὲ ad praecedentia confirmationis caussa referatur, μὲν autem ad illud ipsum, de quo sermo est, spectet, ut G. Hermanni verba ad *Vigerum* p. 827. mea faciam. Rem enucleavi atque exemplis satis multis declaravi supra p. 335 sq. Μέν γε.

De particulis μὲν δὴ iam aliquoties dicendi locus fuit, p. 58 sq. p. 341 sq. neque omnino opus est multis verbis earum particularum vim ac potestatem declarare, quia etiam eae particulae ita usurpantur, ut sua cuique constet potestas. Nam μὲν eam confirmat notionem, quam in ordine verborum excipit, δὴ autem rem quasi iam transactam dimittit, veluti in Aeschyli *Prometheo* v. 500. dicitur: Μὲν δή.

Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

et saepe apud Platonem aliosque scriptores notissuma illa formula: καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, habetur, et quae sunt similia. Sic μὲν δὴ non sine alacritate quadam transitum ab una re ad alteram parat aut potius dicam uberiorem positae rei explicationem introducit, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 2. §. 1. ita dicitur: Πατρὸς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσεω Περσῶν βασιλέως κτέ., quod antecesserunt exeunte capite priore: Ὅσα μὲν οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ ᾐσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι. atque sic etiam in Aeschyli *Persis* v. 412. sqq. dicitur:

Τὰ πρῶτα μὲν δὴ ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ
ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
ἤθροιστ᾽, ἀρωγὴ δ᾽ οὔτις ἀλλήλοις παρῆν κτέ.,

quamquam in omnibus his locis, quia μὲν in sequentibus habet δὲ particulam cui sespondeat, nihil nisi δὴ illam vim continet, quae connectat antecedentia cum sequentibus, ut earum particularum usus ad simplicem δὴ particulam solam pertinere videatur. Aptius tantum modo in eius modi locis illae particulae coniunctae esse videntur, si dicitur ἀλλὰ μὲν δή, ἦ μὲν δή, οὐ μὲν δή, καὶ μὲν δή, γὲ μὲν δή, quibus in locis fuerunt qui etiam μενδὴ una voce pronuntiari vellent, qua de re vide quae supra in ἀλλὰ particula explicavi p. 59. Et de ἀλλὰ μὲν δὴ ibidem explicavi, de Ἀλλὰ μὲν δή, καὶ μὲν δή, οὐ μὲν δή, γὲ μὲν δή.

γὲ μὲν δὴ autem p. 340 sq. De οὐ μὲν δὴ conferri poterit Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 9. Τί δέ; ἔφη, οἶσθα, ὁπόσα αὐτῷ ἐστι; Μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ μὲν δή. De καὶ μὲν δὴ vide Platonis *Phaedrum* Part. I. vol. I. p. 11. ed. Bekk. p. 231. ed. H. Steph. Καὶ μὲν δὴ εἰ μὲν ἐκ τῶν ἐρώντων τὸν βέλτιστον αἱροῖο, ἐξ ὀλίγων ἄν σοι ἡ ἔκλεξις εἴη. et quae supra in καὶ particula posita sunt.

Μὲν δὴ — γέ. Et his quidem particulis saepe numero etiam γὲ particula ita accedit, ut ea ad singularem notionem efferendam faciat, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 1118. ed. Herm. dicitur:

Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς.

et in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 39. ed. Bekk. p. 75. A. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι κτέ. et in *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 65. ed. Bekk. p. 259. B. ed. H. Steph. Οὐ μὲν πρέπει γε φιλόμουσον ἄνδρα τῶν τοιούτων ἀνήκοον εἶναι. De καὶ μὲν δὴ — γὲ conferas Platonis *Convivium* Part. II. vol. II. p. 416, 17. ed. Bekk. p. 197. A. ed. H. Steph. Καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων ποίησιν πάντων τίς ἐναντιώσεται μὴ οὐχὶ Ἔρωτος εἶναι σοφίαν, ᾗ γίγνεταί τε καὶ φύεται πάντα τὰ ζῷα; Id dicitur etiam quo magis ea vox, quam circumscribunt istae particulae, efferatur καὶ μὲν δὴ **Καὶ μὲν δὴ καὶ — γέ.** καὶ — γέ, veluti in Platonis *Protagora* Part. I. vol. I. p. 161, 13. ed. Bekk. p. 315. C. ed. H. Steph. Καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰσεῖδον.

Μὲν δὴ οὖν. Denique adiuncta οὖν particula dicitur μὲν δὴ οὖν, ut μὲν eam rem, de qua sermo est, confirmet, δὴ rem quasi iam transactam ac certam demonstret, οὖν autem conclusionem ex antecedentibus deducat, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 58 sq. ed. Bekk. p. 256. A. ed. H. Steph. dicitur: ὁ δὲ ὁμόζυξ αὖ μετὰ τοῦ ἡνιόχου ταῦτα μετ' αἰδοῦς καὶ λόγου ἀντιτείνει. Ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας ἀγαγόντα, μακάριον μὲν καὶ ὁμονοητικὸν τὸν ἐνθάδε βίον διάγουσιν κτέ.

Μὲν οὖν.

Μὲν οὖν. De μὲν οὖν particulis ita exposuit Devarius vol. I. p. 125—127., ut nihil fere addendum esse videatur, nisi hoc, μὲν οὖν particulas, si propriam ac veram earum vim spe-

στον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων φαλακροὶ ἐν ἀκορεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται ἐπὶ κατεαγότι **καὶ ταῦτα** τῷ ἀμφορεῖ. et ex *Encomio Demosthenis* §. 47. Ἀλλὰ δίκαιον γάρ, ἔφη, σοὶ τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, οὐ σεμνὸν τὸ λεχθέν·

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως,
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,

κόρη **καὶ ταῦτα**.

Denique non debebat Devarius ut singulare quiddam adnotare, quod legitur apud Basilium initio *homiliae nonae in hexaëmeron*: Οὐδὲ γὰρ Ἐλισσαῖον ὡς φαῦλον ἑστιάτορα παρῃτοῦντο οἱ τότε, καὶ ταῦτα λαχάνοις ἀγρίοις ἑστιῶντα τοὺς φίλους. Nam ibi quoque sua ac propria vis mansit istis particulis.

Καίτοι.

De καίτοι particulis iam uberius explicavit ipse Devarius vol. I. p. 108—112., ad cuius disputationem perpauca adiiciam. Et primum quidem non exposuit ille quem ad modum καίτοι particulae, quae per se nihil aliud significant nisi: *et aliquo modo*, *et quodam modo*, *et nescio quo modo*, adversativam vim acceperint. Quod factum est ea lege, qua fere omnes adseverationes ipsa verborum ratione interna eam vim nactae sunt. Nam καίτοι proprie erat, si magis premimus utramque vocem: *et sane*, *und doch*, tum autem coniunctiva particulae vis ipsa loquendi consuetudine in aliis exemplis plus, in aliis etiam minus exstat, ut illae fere nostrae particulae: *wie wohl*, responderent, quod ita factum est, quod καί non coniungeret, sed superadderet, ut proprie esset: *etiam aliquo modo*, *etiam profecto*, veluti si dicas: καίτοι ἀγαθὸς ὢν ὅμως ἐποίησε τοῦτο, quod est fere: *etiam profecto cum bonus esset, tamen hoc fecit.* Καίτοι.

De singulis hoc primum adnoto, recte iam G. Hermannum omnia ad unam illam ac primariam earum particularum vim rettulisse, ut καίτοι *quamquam* significaret, ut oppositionis vis semper agnoscenda esset, veluti in eo loco Aristophanis e *Pluto* v. 531., in quo *qua re* dixit Devarius καί τοι significare:

Καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστιν πάντων τούτων ἀποροῦντας;

quod est: *Quamquam quid lucri est divites esse etc.*, quod nostra lingua dicas: *Wiewohl*, vel: *Und doch*, aut si magis

Καὶ μέντοι σὺ μὲν ταύτας κατευτρέπιζ᾽· ἐγὼ δὲ βούλομαι εἴσω παρερπύσασα κτἑ.

Μὴ μέντοι. Tum dicitur *μὴ μέντοι*, uti in Aristophanis *Pluto* v. 554 sq.

Τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα, περιγίγνεσθαι δ᾽ αὐτῷ μηδέν, μὴ μέντοι μηδ᾽ ἐπιλείπειν.

Οὐ μέντοι, idemque in interrogatione. et *οὐ μέντοι*, uti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 5. §. 31. *Οὐ μέντοι ἔγωγε σοὶ ὅμοιος δύναμαι γενέσθαι κτἑ.*, id quod saepe etiam in interrogatione locum habet, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 7, 2. ed. Bekk. p. 229. ed. H. Steph. *Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι;* Cui respondet Socrates: *λέγεται γάρ.* Et ibidem p. 70. ed. Bekk. p. 261. ed. H. Steph. *Σὺ δ᾽ εἰπέ, ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί δρῶσιν; Οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι; ἢ τί φήσομεν;* Cf. Hartungium vol. II. p. 398. De particulis *γὲ μέντοι* supra dictum est p. 342 sq. de *ὅμως γε μέντοι* ibidem p. 343.

Μέντοι — γὲ et μέντοι γε. Restat ut dicamus de coniunctis particulis *μέντοι — γὲ* et *μέντοι γε*, quae haud raro apud optumos scriptores leguntur. Et *μέντοι — γὲ* nos non poterit morari, quia *γὲ* non adfert suam vim nisi ad singularem notionem, quae interposita legitur, veluti in Thucydidis lib. IV. cap. 72. dicitur: *Οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ βεβαίως οἱ δέτεροι τελευτήσαντες ἀπεκρίθησαν.* et ibidem cap. 78. *Ἔλεγε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Βρασίδας — νῦν τε ἀκόντων ἐκείνων οὐκ ἂν προελθεῖν, οὐδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι, οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἴργεσθαι.* Alio quodam modo dicitur *μέντοι γε*, quod si fit, *γὲ* adhaerescit ita *μέντοι* particulae, ut ad totam enuntiationem faciat, quasi Latine dicas: *tamen certe.* Exemplis ab Hermanno ad *Vigerum* p. 842 sq. ed. tert. positis addi hi Xenophontis loci possunt, *Disciplinae Cyri* lib. I. cap. 6. §. 8. *Ὅταν μέντοι γε πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν κατανοήσω — πάνυ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι, τὸ τοιούτους ὄντας ὑποπτῆξαι κτἑ.* et eiusdem scripti lib. V. cap. 5. §. 11. *Τὸ μέντοι σε θυμοῦσθαι οὐ θαυμάζω· εἰ μέντοι γε δικαίως ἢ ἀδίκως αὐτοῖς χαλεπαίνεις, παρήσω τοῦτο κτἑ.* et §. 24. *Τούτων δὲ εἴ τι κακόν σοι ἢ εἴ τι μὴ ἀγαθόν, μαθεῖν μὲν ἔγωγε βούλεσθαι οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἂν εἴποιμι· ἀκοῦσαι μέντοι γε οὐδὲν κωλύει.* tum *Expeditionis Cyri* lib. I. cap. 9. §. 14.

στον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων φαλακροὶ ἐν ἀκορεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται ἐπὶ κατεαγότι καὶ ταῦτα τῷ ἀμφορεῖ. et ex *Encomio Demosthenis* §. 47. Ἀλλὰ δίκαιον γάρ, ἔφη, σοὶ τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, οὐ σεμνὸν τὸ λεχθέν·

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως,
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,

κόρη καὶ ταῦτα.

Denique non debebat Devarius ut singulare quiddam adnotare, quod legitur apud Basilium initio *homiliae nonae in hexaëmeron*: Οὐδὲ γὰρ Ἐλισσαῖον ὡς φαῦλον ἑστιάτορα παρῃτοῦντο οἱ τότε, καὶ ταῦτα λαχάνοις ἀγρίοις ἑστιῶντα τοὺς φίλους. Nam ibi quoque sua ac propria vis mansit istis particulis.

Καίτοι.

De καίτοι particulis iam uberius explicavit ipse Devarius vol. I. p. 108 — 112., ad cuius disputationem perpauca adiiciam. Et primum quidem non exposuit ille quem ad modum καίτοι particulae, quae per se nihil aliud significant nisi: *et aliquo modo, et quodam modo, et nescio quo modo*, adversativam vim acceperint. Quod factum est ea lege, qua fere omnes adseverationes ipsa verborum ratione interna eam vim nactae sunt. Nam καίτοι proprie erat, si magis premimus utramque vocem: *et sane, und doch*, tum autem coniunctiva particulae vis ipsa loquendi consuetudine in aliis exemplis plus, in aliis etiam minus exstat, ut illae fere nostrae particulae: *wie wohl*, responderent, quod ita factum est, quod καὶ non coniungeret, sed superadderet, ut proprie esset: *etiam aliquo modo, etiam profecto*, veluti si dicas: καίτοι ἀγαθὸς ὢν ὅμως ἐποίησε τοῦτο, quod est fere: *etiam profecto cum bonus esset, tamen hoc fecit.* Καίτοι.

De singulis hoc primum adnoto, recte iam G. Hermannum omnia ad unam illam ac primariam earum particularum vim rettulisse, ut καίτοι *quamquam* significaret, ut oppositionis vis semper agnoscenda esset, veluti in eo loco Aristophanis e *Pluto* v. 531., in quo *qua re* dixit Devarius καί τοι significare:

Καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστὶν πάντων τούτων ἀποροῦντας;

quod est: *Quamquam quid lucri est divites esse etc.*, quod nostra lingua dicas: *Wiewohl*, vel: *Und doch*, aut si magis

Οὔπω νόημα κομψότερον ἤκουσ᾽ ἐγώ,

dixit poeta, quo concinnior esset oratio quoque magis negandi ratio exstaret:

μὴ ᾿γὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω.,

quasi in illa nominum appellatione contineretur talis aliqua sententia, qualis est *non verendum est etc.* Haec eadem constructio in aliis locis multis habetur, veluti in eiusdem Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 999 sq.

Μὰ τὴν ᾿Αφροδίτην, ἥ μ᾽ ἔλαχε κληρουμένη,
μὰ ᾿γὼ σ᾽ ἀφήσω.

et in *Lysistrate* v. 927 sq.

Μὰ τὸν ᾿Απόλλω, μή σ᾽ ἐγώ,
καίπερ τοιοῦτον ὄντα, κατακλινῶ χαμαί.

Quibus in locis omnibus propterea μὴ positum est, non οὐ, quod ille, qui loquitur, non rem ipsam spectat, sed potius cogitationem rei, quam volt ex animo audientis amovere. Neque alia ratio est loci illius Homerici, in quo maxume nititur Hartungius vol. II. p. 103. Nam si in *Iliados* lib. XV. v. 41 sq., postquam permulta deorum nomina, per quos iurat, posuit Iuno, ita pergit:

Μὴ δι᾽ ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ᾽ ἀρήγει·
ἀλλά που αὐτὸν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει κτέ.,

haec denique non alia constructio est ac si quis dicat: μὴ δέδιθι, μὴ ἐκπέφευγε, et quae sunt similia, hoc uno discrimine, quod in illis locis, quod hic aperte declaratum est, id in uno illo iuris iurandi carmine continetur. Hinc credo apparebit non satis recte Devarium l. l. docuisse, absolute interdum poni μὴ particulam, et vera illa esse, quae G. Hermannus ad *Vigerum* p. 804. ed. tert. et Fr. Frankius l. l. p. 4 sq. exposuerunt.

Μὴ in interrogatione directa. Eadem caussa est, si μὴ particula in interrogatione directa ponitur, veluti in iis locis, quos tractavit Devarius p. 128. Nam eas interrogationes recte iam Hartungius vol. II. p. 159 sq. ad obliquam interrogationem revocavit.

Μὴ cum indicativo. De indicativo a μὴ particula suspenso vide praeter illa, quae explicavit Devarius vol. I. p. 128 sq. ea, quae G. Hermannus ad *Vigerum* adnotavit p. 810. ed. tert.

Μὴ cum imperativo. De imperativo μὴ particulae iuncto vide G. Hermannum in *Opusc.* vol. I. p. 270 sqq. eundemque ad *Vigerum* p. 809. ed. tert., qui recte adnotavit Atticos scriptores vix

unquam imperativum aoristi iunxisse μὴ particulae, sed coniunctivum, excepta tertia persona, veluti in Aeschyli *Septem adv. Thebas* v. 1044 sq. dicatur: μὴ δοκησάτω τινί. De iis autem locis, qui singulare istuc habent, vide Gisb. Koenium et G. H. Schaeferum ad *Gregor. Corinth.* p. 15 sq.

Neque difficilis ea caussa est, si μὴ in optatione iungitur optativo. Namque in his locis proprie μὴ cum optativo nihil commune habet: ponitur enim is tum quoque, ubi in positiva quidem optatione abest negatio. Aptum exemplum est Sophoclis ex *Oedipo Coloneo* v. 864, — *Μὴ in optatione cum optativo.*

Μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς ἔτι.

Vide de hoc quoque loco G. Hermannum ad *Vigerum* l. l.

Quod autem Devarius p. 129. dixit in verbis his Demosthenis: Ἐμειδή με μὴ πείθοιεν, optativo servire μὴ particulam, is vero error est. Nam in eo quidem loco μὴ nihil prorsus commune habet cum optativo, qui eo quo supra p. 549 sq. explicavimus modo suspensus est ab ἐπειδὴ particula, quod res ad cogitationem refertur.

De tribus istis modis, quibus μὴ particula coniungitur cum coniunctivo, recte iam explicavit Devarius vol. I. p. 129 sq. Nam aut est vetantis, veluti si dicas: μὴ εἴπῃς, aut finalem significationem habet, ut in iis locis, quos Devarius posuit p. 130., quibus in locis si res ad solam cogitationem refertur, quod fit, si rem praeteritam narras, recte dixit Devarius poni solere optativum post μὴ particulam, quamquam etiam hic certis condicionibus retineri potest coniunctivus, qua de re quom uberius explicatum sit in ἵνα particula p. 618 sqq., hic dicendi locus non amplius erit. Pro exemplo poterit esse Isaei locus, quem adtulit Devarius. — *Μὴ cum coniunctivo.*

Ab hoc genere non abhorret tertia illa ratio, qua μὴ post verba ea, quae aliquem timorem aut sollicitudinem significant, ponitur, qua de re explicavit Devarius p. 130. Nam si coniunctivus per μὴ particulam ab eis verbis suspensus est aut omnino, non praecedente tali verbo, ita tamen positus, ut eius modi sensus supplendus esse videatur, habet semper aliquam prohibendi vim, quasi dicas nostra lingua: *siehe zu, dass diess nicht so sei,* ὅρα μὴ τοῦτο οὕτως ἔχῃ. Quod contra si indicativus positus est, nihil iam eius modi adhaerescit et tantum modo de facto quaeritur, quam rem accurate enucleavit G. Hermannus ad *Vigerum* p. 810. ed. tert.

Μὴ cum coniunctivo et optativo.

Atque in eius modi locis etiam optativus pro coniunctivo ponitur, si quidem in narratione rei cogitatio magis quam eventus spectatur, quo in genere etiam factum est, ut in una eademque enuntiatione et optativus et coniunctivus ponerentur, veluti in Euripidis *Hecuba* v. 1107 sqq. ed. Herm. dicitur:

Ἔδεισα μή σοι πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν·
γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινά,
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ' εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.,

ad quem locum recte adnotavit Pflugkius coniunctivis usum videri poetam, quod vereretur Polymestor ne Troia restitueretur, optativis autem, quod coniecturam faceret, haud esse veri dissimile Achivos redituros. Vide Fr. Frank*ium in* Diariis Darmstad. anni MDCCCXXXIX. p. 1248., qui recte etiam Platonis locum *Phaedonis* Part. II. vol. III. p. 67. ed. Bekk. p. 88. C. ed. H. Steph. tutatus est, ubi haec leguntur: *Ὅτι — ἐδόκουν ἀναταράξαι καὶ εἰς ἀπιστίαν καταβαλεῖν οὐ μόνον τοῖς προειρημένοις λόγοις, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ὕστερον μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, μὴ οὐδενὸς ἄξιοι εἶμεν κριταὶ ἢ καὶ τὰ πράγματα αὐτὰ ἄπιστα ᾖ.* Nam hoc quoque loco eodem discrimine primum optativus, tum coniunctivus positus esse videtur.

Μὴ cum futuro.

Denique componitur *μὴ* particula in prohibendo interdum etiam cum futuro, quod dicendi genus recte G. Hermannus ad *Vigerum* p. 801. ed. tert. ad interrogationem revocasse videtur, veluti in Sophoclis *Aiace* v. 75. dicitur:

Οὐ σῖγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;

et in *Trachiniis* v. 1183.

Οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;

Μὴ post quaedam verba abundans.

Ad p. 131. De abundantia *μὴ* particulae post quaedam verba negativae vel prohibitivae facultatis vide praeter ea, quae G. H. Schaeferus habet ad Vigerum p. 810 sq. ed. Herm. tert., illa, quae adtulit C. Wexius ad Sophoclis *Antigonam* v. 264. p. 140 sqq.

De re autem ita existumandum est, non otiosam esse negationem in eius modi locis, sed ita poni infinitivum, ut non res, quae prohibenda videatur, intellegatur, sed quae vi ac potestate istius prohibitionis iam non fiat. Nam si quando rem tantum modo significare vis, ad quam pertineat

ista prohibitio, omittitur etiam negatio, vide quae G. Hermannus ad *Vigerum* adnotavit p. 811. ed. tert. De formula *τί μέλλομεν μὴ ποιεῖν;* vide eundem Hermannum ad Euripidis Medeam ab Elmsleio editam v. 1209. p. 394. ed. Lips.

Denique verbo commemorandum videtur *μὴ* saepe ita usurpari, ut deprecetur aliquid, ut tamen plena sententia non sit, sed praeter accusativum, qui rem, de qua cogitemus, designet, et dativum interdum, quem dicunt ethicum, nihil ponatur, et verbum omnino omissum sit, veluti in notissuma illa formula *μή μοι τὸν Διονύσιον,* sc. *λέγε* et quae sunt similia, veluti in Aristophanis *Vespis* v. 1179. dicitur:

Μή μοί γε μύθους.

et in Demosthenis orat. *Philippica* I. §. 19. ed. Bekk. p. 45. ed. Reisk. *Μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται.* Vide Hermogenem p. 187. Bergler. ad Aristophanis *Acharnens.* v. 344. Musgrav. ad Sophoclis *Antigonam* v. 583. L. Bosium in Ellips. p. 636. ed. Schaef. Hartungium l. l. vol. II. p. 153. et quae in particulis *μὴ ὅπως, μὴ ὅτι κτέ.* dicta sunt.

Μήν.

Dictum iam aliquoties est *μὴν* particulam maiorem quandam adseverationem in se continere, et Latino *vero* ita respondere, quod haud raro etiam adversativam vim accepisset, vide quae supra in *ἀλλὰ μήν, γὲ μήν, καὶ μὴν* particulis explicata sunt p. 61 sqq. p. 343 sqq. p. 650 sq. In aliis vero locis adseveratio illa, quam dixi, in aliis autem adversativa particulae vis magis exstat, veluti si in Platonis libro V. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 244 sq. ed. Bekk. p. 465. A. ed. H. Steph. dicitur: *Καὶ γὰρ τόδε ὀρθὸν ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, οὗτος ὁ νόμος· εἴ πού τίς τῳ θυμοῖτο, ἐν τῷ τοιούτῳ πληρῶν τὸν θυμὸν ἧττον ἐπὶ μείζους ἂν ἴοι στάσεις. Πάνυ μὲν οὖν. Πρεσβυτέρῳ μὴν νεωτέρων πάντων ἄρχειν τε καὶ κολάζειν προστετάξεται. Δῆλον.* Et paullo post: *Πανταχῇ δὴ ἐκ τῶν νόμων εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἄξουσιν; Πολλήν γε. Τούτων μὴν ἐν ἑαυτοῖς μὴ στασιαζόντων οὐδὲν δεινὸν μή ποτε ἡ ἄλλη πόλις — διχοστατήσῃ.* et ibidem lib. VI. p. 277. ed. Bekk. p. 485. E. ed. H. Steph. maior Μήν.

nascitur adseveratio in verbis his: σώφρων μὴν ὅ γε, τοιοῦτος καὶ οὐδαμῇ φιλοχρήματος κτέ. Quibus in locis recte observavit Hartungius l. l. vol. II. p. 380. μὴν Latine per particulam *quidem* reddi posse, veluti in Cic. ep. ad fam. lib. XIV. ep. 4. diceretur: *Huic utinam aliquando gratiam referre possimus? Habebimus quidem semper.* Id recte reddi poterit: ἕξομεν μὴν ἀεί.

Adseverationem habet etiam in iis locis, ubi nova accedens persona in fabula per eam particulam significatur, uti in Sophoclis *Antigona* v. 626 sq.

> Ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν
> νέατον γέννημα.

et saepius etiam in compositis particulis καὶ μήν, de quibus supra dictum est suo loco.

Ex adfirmatione autem nata est illa vis *adversativa*, quam recte iam explicavit Devarius p. 132.

Μὴν in interrogatione. De μὴν in interrogatione posito, quam rem attigit iam ipse Devarius, vide Platonis *de re publica* lib. IV. p. 277. ed. Bekk. p. 485. D. ed. H. Steph. Ἀλλὰ μὴν ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν, ἴσμεν που ὅτι εἰς τἆλλα τούτῳ ἀσθενέστεραι, ὥσπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀπωχετευμένων. Τί μήν; et Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 28. Πῶς μήν, ἔφη, παῖδας ὄντας ὑμᾶς καὶ ἐφήβους τἀναντία τούτων ἐδιδάσκετε; et ibidem paullo post §. eadem: Τίνος μὴν ἕνεκα, ἔφη, ἐμανθάνετε τοξεύειν; vide Hartungium vol. II. p. 375. et huius operis vol. I. p. 203.

Μὴν in hortatione. Ponitur simili modo etiam in hortatione, veluti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 178.

> Ἕπεο μάν,

ad quos locos recte Hartungius assimulavit Latinam particulam *vero*. Nam eodem modo dicitur in P. Terentii *Adelphis* act. II. sc. 4. v. 3.

> *In tuto est omnis res; omitte vero tristitiem tuam.*

et in *Phormione* act. II. sc. 3. v. 88.

> *DE. Te oblectet: tibi habe. PH. Minue vero iram.*

Δὲ μήν. Componitur μὴν particula saepe etiam cum aliis particulis, qua de re suo loco dictum est. In hoc genere tamen de coniunctis particulis δὲ μὴν dubitatum est, et C. G. Krügerus quidem ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. II. cap. 4. §. 6., ubi haec leguntur: Οὐ μὲν δή, ἂν μάχεσθαι

δέῃ, ἱππεῖς εἰσὶν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσὶν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι· ὥστε νικῶντες μέν, τίνα ἂν ἀποκτείναιμεν; ἡττωμένων δὲ μὴν οὐδένα οἷόν τε σωθῆναι., negavit sibi Graecam videri eam particularum δὲ μὴν coniunctionem, in qua re aliquid veri vidisse videtur, ut tamen nihil in isto loco mutandum esse videatur. Nam δέ, quod respondet praecedenti μέν, nihil commune habet per se cum μὴν particula, quae facit potius ad confirmandum verbum ἡττωμένων, ut δὲ μὴν particularum coniunctio fortuita in hoc loco esse videatur, quae eo minus erat evitanda, quod similiter etiam οὐδὲ μὴν et alia huiusce modi dicuntur. Praeterea conferantur quae in particulis ἀλλὰ μὴν supra p. 61 sqq. γὲ μὴν p. 343 sq. ἦ μὴν vol. I. p. 100 sq. καὶ μὴν supra p. 650 sqq. οὐδὲ μὴν vol. I. p. 172. οὐ μὴν ibid. p. 176 sq. in οὐ μὴν ἀλλὰ ibidem p. 180. οὐ μήν πω ibid. p. 181. explicata sunt. Οὐδὲ μήν.

Μὴ γάρ.

De universa significatione μή γὰρ particularum recte iam Devarius p. 132 sq. explicavit, cui de Demosthenis loco orat. *pro Ctesiph.* §. 200. ed. Bekk. p. 295. ed. Reisk. oblocutus quidem est G. H. Schaeferus in *Apparatu critico et exegetico* vol. II. p. 271., ut tamen contra meliores libros in illo loco μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεώς γε recipiendum non existumem. Quamquam aliquoties a Graecis non solum μὴ γὰρ δή, quod iam explicavit Devarius, verum etiam μὴ γὰρ δὴ — γὲ dictum est in eius modi locis, veluti in Euripidis *Troasin* v. 210 sqq. ed. Matth. dicitur: Μὴ γάρ. Μὴ γὰρ δὴ — γέ.

Τὰς κλεινὰς εἴθ' ἔλθοιμεν
Θησέως εὐδαίμονα χώραν·
μὴ γὰρ δὴ δίναν γ' Εὐρώτα
τὰν ἐχθίσταν θεράπναν Ἑλένας.

Vide quae G. H. Schaeferus ad l. l. adtulit.

Tum in simili caussa dixerunt etiam μὴ γὰρ οὖν, veluti in Euripidis *Oreste* v. 1140. ed. Matth. Μὴ γὰρ οὖν.

Μὴ γὰρ οὖν ζῴην ἔτι,
εἰ μὴ 'π' ἐκείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν;

Praeterea μὴ γὰρ alio quodam modo dicitur, ut μὴ sit coniunctiva particula et γὰρ per quandam orationis brevitatem interponatur, veluti in illo Aristophanis loco de *Acharnensibus* v. 221.

Οἴχεται· διωκτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγχάνῃ ποτέ κτέ.

vide quae supra p. 257. explicavimus. Ceterum Aristotelis locum e *Politicorum* lib. II. cap. 2, §. 6. ed. Stahr., quem posuit Devarius vol. I. p. 133. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀμύθητον ὅσον διαφέρει τὸ νομίζειν ἴδιόν τι· μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος, ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικόν., in quo olim Schneiderus et Coraës ediderant ἔχῃ, recte nuper etiam tutatus est Adolphus Stahrius.

Μὴ δή.

Μὴ δή. De coniunctis particulis μὴ δή vide quae supra p. 416. explicavimus.

Μὴ δή που. Id dicitur etiam adiuncta enclitica particula πού μὴ δή που, veluti in Demosthenis oratione *adv. Zenothemin* §. 23. ed. Bekk. p. 888, 20. ed. Reisk. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν καὶ δεινὸν ἂν γένοιτο, εἰ Κεφαλῆνες μέν, ὅπως τοῖς Ἀθηναίοις σωθῇ τὰ χρήματα, δεῦρο πλεῖν τὴν ναῦν ἔκριναν, ὑμεῖς δ' ὄντες Ἀθηναῖοι τὰ τῶν πολιτῶν τοῖς καταποντίσαι βουληθεῖσι δοῦναι γνοίητε, καὶ ἃ μὴ καταπλεῖν ὅλως οὗτος δεῦρο ἔπραττε, ταῦτ' εἰσαγώγιμα τούτῳ ψηφίσαισθε; μὴ δή που, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί., quo in loco iniuria G. H. Schaeferus in *Apparatu* vol. IV. p. 502. ex libro Augustano necessario scribendum fuisse dixit: μὴ δῆτα. Nam eodem iure, quo in oratione *Leptinea* §. 167. ed. Bekk. p. 508, 17. ed. Reisk. dixit per adfirmationem: θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστιν ἡ ζημία, τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. οὐ δή πού γ', ὦ Ζεῦ καὶ θεοί., poterat etiam, si prohibitive loqui vellet, dicere: μὴ δή που. Nam illae particulae δή που, de quibus supra p. 427 sqq. accuratius explicavimus, nihil quidquam in se continent, quod adversetur prohibitioni, et si saepe in eius modi locis μὴ δῆτα dictum est, non sequitur inde semper ita dicendum esse.

Μὴ δῆτα.

Μὴ δῆτα. De particulis μὴ δῆτα praeter ea, quae exposuit Devarius vol. I. p. 133 sq., conferantur quae supra in δῆτα particula p. 436. et p. 442. explicata sunt.

Μὴ μόνον.

Dicitur porro μὴ μόνον, ut sequatur ἀλλὰ vel ἀλλὰ καὶ eo quo supra p. 9 sq. significatum est discrimine, plane uti οὐ μόνον, nisi quod deprecatio illa adhaerescit, quae inest in μὴ particula, veluti in Aeschinis oratione *contra Ctesiphontem* §. 65. ed. Bekk. p. 63. ed. H. Steph. Δεύτεροι δ᾽ ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον κτἑ. et paullo post: ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς μὲν παρακαλοῦντας ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἴκοι δὲ μὴ μόνον εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν ἐψηφισμένους ποιεῖσθαι. Vide etiam Xenophontis *Memorabilia Socratis* lib. I. cap. 4. §. 1. ibique Krügeri adnotationem p. 123. ed. Goth. Μὴ μόνον.

Μὴ ὅπως.

Neque difficile explicatu est, si quando μὴ ὅπως dicitur, quod apertam habet alicuius rei deprecationem, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 10. legitur: λέγων δὲ ἕκαστος ὑμῶν τὴν ἑαυτοῦ ῥώμην, ἐπεὶ ἀνασταίητε ὀρχησόμενοι, μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε. Μὴ ὅπως.

Μὴ ὅτι.

Similem deprecationem habent particulae μὴ ὅτι, de quibus praeter ea, quae explicavit Devarius vol. I. p. 134., conferri possunt quae habet L. Bosius in *Ellips.* p. 775. ed. Schaef. Μὴ ὅτι.

Id dicitur etiam adiunctis aliis particulis μὴ ὅτι γε et μὴ ὅτι δή, tum etiam coniunctis his duabus particulis μὴ ὅτι γε δή. Praeter id exemplum, quod adtulit Devarius vol. I. p. 134. Gregorii, quod habetur p. 479., conferas Heliodori *Aethiop.* lib. VII. cap. 11. Οὐ γὰρ θέμις μὴ ὅτι γε θύειν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπιβαίνειν τοῦ νεώ., et de μὴ ὅτι δὴ Platonis *Phaedrum* Part. I. vol. I. p. 28. ed. Bekk. p. 240. D. ed. H. Steph. ἃ καὶ λόγῳ ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ ἀνάγκης ἀεὶ προσκειμένης μεταχειρίζεσθαι. Tum de μὴ ὅτι γε δὴ audaciter testem huc vocaverim Demosthenem *adv. Cononem* §. 17. ed. Bekk. p. 1262. ed. Reisk. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τελοῦντες ἀλλή- Μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι δή, μὴ ὅτι γε δή.

λους τῷ ἰθυφάλλῳ καὶ τοιαῦτα ποιοῦντες ἃ πολλὴν αἰσχύνην ἔχει καὶ λέγειν, μὴ ὅτι γε δὴ ποιεῖν ἀνθρώπους μετρίους., tametsi G. H. Schaeferus in *Apparatu crit. et exeget.* vol. V. p. 377. ita hunc locum mutatum volt ut scribatur: μή τί γε δή. Nam recte etiam in hac formula particulae γὲ δὴ componi potuerunt, de quibus vide quae supra p. 338 sqq. exposita a nobis sunt.

Μὴ γὰρ ὅτι. Praeterea μὴ γὰρ ὅτι, cuius formulae testem Devarius Galenum fecit, saepissume apud scriptores Atticos habetur, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 1. §. 28. Ἐτεκμαίρετο δὲ τοῦτο οὕτως ἕξειν ἐκ τοῦδε· μὴ γὰρ ὅτι ἄρχοντα, ἀλλὰ καὶ οὓς οὐ φοβοῦνται, μᾶλλον τοὺς αἰδουμένους αἰδοῦνται τῶν ἀναιδῶν οἱ ἄνθρωποι.

Μὴ οὐ et μὴ οὐκ.

Μὴ οὐ et μὴ οὐκ. Ad p. 134 — 136. De μὴ οὐ particulis vide quae accurate de usu earum particularum explicavit G. Hermannus ad *Vigerum* p. 796 — 803., qui quom singula quaeque accurate persecutus sit, nihil est quod ego adiiciendum putem.

Μή ποτε.

Μή ποτε. Miro modo vituperavit Hoogeveenus p. 391. ed. Schütz. Devarium, quod dixisset, sibi videri in formula μή ποτε, si dubitative decernendi vim haberet, ποτὲ pene otiosum esse, quod in quibusdam locis etiam sine ea particula μὴ eodem modo usurparetur. *Nam, ut maxume,* inquit, *μὴ ibi explicari debeat per μή ποτε, quis negabit τὸ ποτὲ per ellipsin intellegi?* Etenim ut Devario concedere non possumus ποτὲ in eius modi formula pene otiosum videri — adfert enim suam indefiniti temporis significationem ad eam formulam —, sic illud nullo modo Hoogeveeno concedendum est, si μὴ solum positum sit, ποτὲ per ellipsin intellegendum videri, quasi si quis contendat, quod *ne forte* saepe dicatur in quibusdam formulis, si quando in eisdem formulis *ne* simplex positum esset, intellegendum videri *forte*. Sed talia non opus est confutari nostro tempore. Providerat etiam ipse Devarius ne quae ipse brevitatis caussa dixisset, sibi vitio verterentur, vide eius praefationem p. XI. ed. nostrae.

Quod autem Devarius dixit p. 137. μή ποτε, praecedente negatione οὐ, dici pro οὔ ποτε, id eo discrimine

dicitur, quo οὐ μὴ differt ab οὐ simplici, qua de re vide οὐ μὴ particulas vol. I. p. 175 sq.

Μήπω.

Μήπω particulas vix commemorarem hoc loco, quod in his locis μὴ particula suam vim facile tuetur et πὼ adverbialem tantum modo significationem habet, nisi quaedam formulae inde natae essent. Et μήπω ita respondet Latino *nondum*, nisi quod μὴ deprecationem habet, *non* simplicem per se negationem, veluti in Platonis *Cratylo* Part. II. vol. II. p. 117. ed. Bekk. p. 438. ed. H. Steph. Ἐκ ποίων οὖν ὀνομάτων ἢ μεμαθηκὼς ἢ εὑρηκὼς ἦν τὰ πράγματα, εἴπερ τά γε πρῶτα μήπω ἔκειτο κτἑ. Μήπω.

Id dicitur etiam infiniti temporis significatione adiuncta μή πώ ποτε, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 37. Ἀπάγου τὴν σήν· οὐδὲ γὰρ εἰλῆφθαι ἔγωγε αἰχμάλωτον ταύτην νομίζω, σοῦ γε μή πώ ποτε φυγόντος ἡμᾶς., quod est proprie: *cum tu nondum ullo tempore nos deserueris*. Id videtur etiam inverso ordine verborum dictum esse πώποτε μή, ut illa notio, quam adferunt πώποτε particulae, magis exstaret. Certe in Isocratis *Panegyrico* §. 4. ed. Bekk. p. 42. princ. ed. H. Steph. optumus liber Urbinas sic scriptum habet: ἀλλ' ἅμα μὲν ἐλπίζων τοσοῦτον διοίσειν ὥστε πώποτε μηδὲν τοῖς ἄλλοις δοκεῖν εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν κτἑ. Μή πώ ποτε πώποτε μή.

Tum dicitur μήπω γε, quod nullam difficultatem habet, et fere est: *saltem nondum*, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 176. Μήπω γε.

Δικ. Χαῖρ', Ἀμφίθεε. Αμφ. Μήπω γε, πρὶν ἂν στῶ τρέχων.

et eodem fere modo in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 31, 10. ed. Bekk. p. 242. A. ed. H. Steph. ΣΩΚ. Κἀγὼ τὸν ποταμὸν τοῦτον διαβὰς ἀπέρχομαι, πρὶν ὑπὸ σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι. ΦΑΙ. Μήπω γε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ.

Μήτι.

De particulis μή τί γε et μή τι δή, tum μή τί γε δή, vel μή τι δὴ — γὲ et μή τί γε — δή conferantur quae G. Hermannus adnotavit ad *Vigerum* p. 803 sq. et quae G. H. Schaeferus Devarii praeceptum defendens prudenter contra Hermannum disputavit in *Apparatu crit. et exeg. ad De-* Μή τί γε, μή τι δή, μή τί γε δή, μή τι δὴ — γε, μή τί γε — δή.

mosthenem vol. I. p. 265., ubi etiam plura Demosthenis exempla cognoscere poteris, tum quae Hartungius vol. I. p. 267. et vol. II. p. 153 sqq. exposuit.

Μηδὲ et *μήτε.*

Μηδὲ et *μήτε.* De particulis *μηδὲ* et *μήτε*, quod nihil nisi negationis vi differunt ab *οὐδὲ* et *οὔτε*, vide ea, quae in illis particulis dicentur.

CAPUT XV.

De particulis *μόνον οὐ*, et *μόνον οὐκ*, *ναί*, *νὴ Δία*.

Μόνον οὐ. Quoniam de particulis *μόνον οὐ* Graeca exempla non posuit Devarius vol. I. p. 139., recte formulam ipsam explicans, ego quaedam addam, ut Demosthenis orat. pro *Phormione* §. 47. ed. Bekk. p. 959. ed Reisk. *Εἰς μέσον ἄγεις, δεικνύεις, ἐλέγχεις, μόνον οὐκ ὀνειδίζεις οἷον ὄντα σὲ ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι.* et orat. *Olynthiacae* I. §. 2. ed. Bekk. p. 9. ed. Reisk. *Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς ὅτι τῶν πραγματων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἐπιληπτέον ἐστὶ κτἑ.* tum Aristophanis in *Vespis* v. 516 sq.

> *Καταγελώμενον μὲν οὖν*
> *οὐκ ἐπαΐεις ὑπ' ἀνδρῶν, οὓς σὺ μόνον οὐ προσκυνεῖς.*

Μῶν.

Μῶν. De *μῶν* particula, de qua rectissume explicavit Devarius vol. I. p. 139 sq., conferantur etiam quae G. Hermannus ad *Vigerum* adnotavit p. 788 sq.

Μῶν οὖν. Huic particulae, etsi haud dubie nata est ex *μὴ* et *οὖν* particulis, tamen denuo adiungitur *οὖν* particula, ut *μῶν οὖν* dicatur, veluti in Euripidis *Andromacha* v. 81. legitur:

Μῶν οὖν, δοκεῖς σου φροντίσαι τίν' ἀγγέλων;

quod etiam in aliis particulis saepius factum esse aliquoties supra vidimus.

Tum adiiciuntur ad μῶν particulam eae particulae, quae etiam ad οὖν particulam adiungi possunt, veluti δή, δῆτα et quae sunt eiusmodi, conferas Aristophanis *Plutum* v. 845. Μῶν δή, μῶν δῆτα.

Μῶν ἐνεμυήϑης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;

cf. supra p. 418. p. 446.

Νῦν, νύν.

Νῦν particula vix commemoranda est hoc loco, quod naturalis eius vis vix usquam obscura erit, nisi dicendum esset de discrimine νῦν et νὺν formarum. Nam non nunquam illa particula ita destituitur vi sua, ut enclitica fiat et alii voci sic adhaerescat, ut tenuem tantum modo suae potestatis significationem retineat. Et in his quidem locis νῦν particula praesentis temporis monstrationem habet, sed eam talem, ut pene ad solam eam vocem, cui per enclisin adhaerescit particula, pertineat eamque ad praesentem rerum statum sine ulla maiore vi revocet, veluti si in Euripidis *Hecuba* v. 970. ed. Herm. dicitur: Νῦν, νύν.

Σῶσόν νυν αὐτόν, μηδ' ἔρα τοῦ πλησίον.,

ubi νὺν particula fere Latino *igitur*, quod interdum sine maiore vi accedit ad imperativos, aut si encliticam mavis vocem, Latino *dum* respondet, ut si dicitur: *dicdum*, et quae sunt similia. Ac sic multis sane locis usurpata illa particula est, ut in *Oreste* Euripidis v. 1093. ed. Herm.

Πιϑοῦ νυν· ἀνάμεινον δὲ φασγάνου τομάς.

aut in *Trachiniis* Sophoclis v. 92.:

Χώρει νῦν, ὦ παῖ.

Conferas tamen quae supra in δή particula explicata sunt p. 416 sqq., quo loco ego etiam explicavi quo discrimine dicatur νῦν δή et δή νῦν. De νῦν ἤδη et ἤδη νῦν vide quae supra p. 603. exposuimus. Νῦν δή, νῦν ἤδη.

De νῦν δὲ satis accurate exposuit Devarius vol. I. p. 142 sq.

CAPUT XVI.

De ὅ articulo pro οὗτος pronomine accepto, de eius compositis et aliis quibusdam.

Οἴμοι. Pleraque, quae in hoc capite tractantur, non spectant ad particularum doctrinam. De οἴμοι autem vide P. Elmsleii disputationem ad Euripidis *Medeam* v. 1277. p. 306. ed. Lips. et eundem ad Sophoclis *Aiacem* 900., in *Mus. crit. Cantabr.* tom. I. p. 471.

Ὅμως.

Ὅμως. Propriam ac primam vim et potestatem ὅμως particulae supra explicavimus in ἀλλ' ὅμως particulis p. 72 sq., usu autem et consuetudine dicendi ubivis fere componi potest cum Latina particula *tamen*, ut haec res non egeat explicatione.

Ἀλλ' ὅμως, δ' ὅμως. Interdum etiam cum aliis particulis ὅμως aptius coniungitur et primum quidem dicitur ἀλλ' ὅμως, qua de re dictum est supra p. 72 sq. et δ' ὅμως, qua de re vide supra p. 371.

Ὅμως γε μέντοι. Tum aliae particulae haud raro adiiciuntur post ὅμως particulam et dicitur ὅμως γε μέντοι, quode vide supra p. 343.

Ὅμως γε μήν. Deinde dicitur etiam ὅμως γε μήν, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 626 sqq. ed. Herm.

Οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα,
οὐδ' ἄπορον οὐδὲ σκαιὸν οὐδ' ἐπιλήσμονα· —
. . . . ὅμως γε μήν
αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.

Ὅμως δέ. Tum saepe numero dicitur ὅμως δέ, quod fere Latinis particulis *verum tamen* respondet, veluti Euripides in *Medea* v. 459. dicit:

Κἀγὼ μὲν ἀεὶ βασιλέων θυμουμένων
ὀργὰς ἀφῄρουν καί σ' ἐβουλόμην μένειν·
σὺ δ' οὐκ ἀνίεις μωρίας, λέγουσ' ἀεὶ
κακῶς τυράννους· τοιγὰρ ἐκπεσεῖ χθονός·
ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
ἥκω κτέ.

et ibidem v. 499 sqq.

Ἄγ', ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοὶ κοινώσομαι,
δοκοῦσα μέν τι πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;
ὅμως δ'· ἐρωτηθεὶς γὰρ αἴσχίων φανεῖ.

quod fere dicas Latine: *Age, iam quasi amicum te participem faciam consiliorum meorum: quamquam quid a te quidem boni expectans? verum tamen: interrogatus enim turpior eris.* Et alio quodam modo legitur in Platonis ep. III. Part. III. vol. III. p. 411. ed. Bekk. p. 316. E. ed. H. Steph. *Καὶ μόγις μέν, ὅμως δ' ὡμολογήθη νῷν πλεῦσαι μὲν οἴκαδε ἐμέ κτἑ.*

Id dictum est etiam adiuncta οὖν particula ὅμως δ' οὖν, veluti in eadem Platonis epistola p. 413. ed. Bekk. p. 317. ed. H. Steph. Ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα χαίρειν ἐάσας ἦλθον, διανοηθεὶς ὡς κτἑ. Quibus in locis ὅμως δ' οὖν particulae spectant ad antecedentia neque per se ullo modo cum participio, quod sequitur, cohaerent: id enim non ponitur nisi explicationis caussa. Neque ego credo concedi posse G. H. Schaefero in Demosthenis oratione *adv. Callippum* §. 15. ed. Bekk. p. 1240, 10. ed. Reisk. scribendum potius ὅμως καίπερ esse, ut id sit: *tametsi,* quam ὅμως, καίπερ, ut sua utrique particulae vis maneat, in verbis his: Ἐπιτρέψαντος δὲ τοῦ πατρός, ὃν μὲν χρόνον ἔζη ὁ πατήρ, ὅμως, καίπερ οἰκείως ἔχων τούτοις, ὁ Λυσιθείδης οὐκ ἐτόλμα οὐδὲν εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνειν. Ὅμως δ' οὖν. Ὅμως, καίπερ.

CAPUT XVII.

De particulis ὅπη, ὅπου, ὁπόταν et ὅπως.

De ὅπη particula conferantur ea, quae supra p. 571. in ᾗ particula dicta sunt. Nam ut ᾗ et οἷ, sic differunt ὅπη et ὅποι. Praeterea de formulis ὅπη δή ποτε, ὅπη οὖν et similibus, vide quae Devarius explicavit vol. I. p. 64. et nos supra p. 425. posuimus, tum quae in οὖν particula infra dicentur ad p. 182. Ὅπη.

De ὅπου particula, si quando ratiocinationem in se continet, vide quae Devarius vol. I. p. 94 sqq. exposuit. Ὅπου.

Ὁπότε. De ὁπότε particula, quae non differt ab ὅτε nisi vi correlativa, vide ὅτε particulam.

Ὁπόταν. Ὁπόταν particula eandem constructionem recipit quam ὅταν et ἐὰν particulae, itaque de universo eius particulae usu comparari ea possunt, quae supra in ἐὰν particula p. 451 sqq. explicata sunt. Ponam igitur hoc loco tantum modo ea, quae singularia sunt, ut confirmatione etiamnunc egere videantur. In his illud est, quod supra dixi: non minus quam ἐὰν particulam, de qua vide p. 458 sqq., etiam ὅταν et ὁπόταν poni cum optativo, si id quod ponitur quasi ex alterius hominis cogitatione dicatur. In eam rem de particula ὁπόταν iam aliquot locos adferam, praesertim cum recentissumi critici etiam nunc de eo usu dubitare videantur. Ac primum quidem Plato videtur aliquoties ea constructione usus esse, veluti in *Convivio* Part. II. vol. II. p. 461, 18. ed. Bekk. p. 219. E. ed. H. Steph. qui habetur locus, is ita scribendus esse videtur e libris tantum non omnibus: *Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς πόνοις οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· ὁπόταν ἀναγκασθείημεν ἀπολειφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν.*, quo in loco optumi libri eam, quam repraesentavimus, scripturam tuentur, nisi quod deteriores quidam libri ὁπότ' ἀναγκασθείημεν offerunt, quia ὁπόταν sequente ἂν syllaba facile extrema parte privari potuit. Neque enim opus est eo loco γοῦν particula, quam libri non habent, sed asyndeton satis convenit istis verbis, quae nihil aliud continent, nisi antecedentis enuntiati explicationem. *Timaei* loco Part. III. vol. II. p. 39, 12. ed. Bekk. p. 39. C. ed. H. Steph. non utar hoc loco, quod plurumi libri iam coniunctivum obtulerunt. Sed conferri poterit qui Platoni tribuitur *Alcibiades* II. Part. I. vol. II. p. 287, 22. ed. Bekk. p. 146. A. ed. H. Steph. *Φαίης γε ἄν, οἶμαι, ὁπόταν ὁρῴης ἕνα ἕκαστον αὐτῶν φιλοτιμούμενόν τε καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος κτὲ.*, quo in loco nullam video librorum discrepantiam enotatam e libris mss., quae me impedit, quominus huc referam ex eodem dialogo p. 293, 9. ed. Bekk. p. 148. D. ed. H. Steph. *ὡς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις διαφορᾶς γενομένης ξυνέβαινεν ἀεὶ τῇ πόλει ἡμῶν ὥστε καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ὁπόταν μάχη γένοιτο, δυστυχεῖν καὶ μηδέποτε δυνασθαι κρατῆσαι.*, quod ibi quattuor Bekkeri libri ὁπότε pro ὁπόταν efferunt. Sed conferri poterunt porro hi Xenophontis loci de *Disciplina Cyri* lib. VIII. cap. 1. §. 44. *Καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦ-*

σιν εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων οὐδενί., quamquam ibi quoque cod. Altorfinus ὁπότε pro ὁπόταν scriptum exhibet, quod tamen de industria ab librario potest repositum esse. Adde *Agesilai* cap. IX. §. 2. et quae G. H. Schaeferus ad Dionysium *de compositione verborum* p. 402 sq. G. Hermannus ad *Vigerum* p. 792. ed. tert. idemque *de particula* ἄν lib. III. cap. 4. p. 147 sqq. tum A. Matthiae *gr. Gr. ampl.* p. 1007. ed. sec. G. Bernhardy *de synt. Gr. ling.* p. 413. adtulerunt.

Ὅπως.

De ὅπως adverbio vix hoc loco dicendum est. Nihil enim significat nisi *quomodo*, et easdem constructiones recipit quas reliqua pronomina aut adverbia relativa. Ὅπως.

Ὅπως particula autem dupliciter dicitur, ut eodem modo, quo Latina particula *ut*, et ad tempus describendum et ad consilium designandum adhibeatur, quae utraque ratio facile ex prima ac propria vocabuli significatione deducitur. Nam si dico ὅπως εἶδον, est hoc quidem proprie *quomodo vidi*, sed tamen ut Latinum: *ut vidi*, ratio haec transfertur ad temporis descriptionem, quem ad modum id factum est in iis locis, quos tractavit Devarius vol. I. p. 150. Et hoc quidem modo ὅπως eandem recipit constructionem, quam εἰ, ἐπεί, ὅτε particulae, ut de hoc quidem loco amplius dicendum non esse videatur. Contra si illud *quo modo*, quod continetur in ὅπως particula, translatum est ad consilium atque finem actionis designandum, non minus respondet Latino *ut*. Nam si dico: ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόντιζε, proprie hoc dico: *cogita* (*eum modum*), *quo modo pugnabis*, quod denique nihil aliud est nisi: *cogita ut pugnes*. Et de finali ὅπως, quoniam de constructione particularum finalium iam accuratius a nobis dictum est in ἵνα particula supra p. 615 sqq., vix dicendum esset hoc loco, nisi ὅπως quasdam reciperet constructiones, quas non habet ἵνα particula. Construitur enim non solum cum futuro, de quo plura iam adtulit Devarius vol. I. p. 151., verum etiam apponitur haud raro ἄν particula, quam supra p. 628. vidimus in hac quidem caussa non recipere ἵνα particulam.

Ὅπως de tempore.

Ὅπως de consilio actionis.

Et primum quidem eadem condicione qua ἵνα particula, de qua supra p. 616 sqq. explicavimus, ponitur post ὅπως particulam coniunctivus, si ipse eventus, qui in actione tamquam futurus esse existumatur, indicandus est, quod maxume fit

Ὅπως cum coniunctivo.

in praesenti caussa, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 2. §. 3. dicitur: Ὅμως δὲ δεῖ ἐκ τῶν παρόντων ἄνδρας ἀγαθούς τε ἐλθεῖν καὶ μὴ ὑφίεσθαι, ἀλλὰ πειρᾶσθαι, ὅπως, ἢν μὲν δυνώμεθα, καλῶς νικῶντες σώζώμεθα· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ καλῶς γε ἀποθνήσκωμεν, ὑποχείριοι δὲ μή ποτε γενώμεθα ζῶντες τοῖς πολεμίοις. In his enim locis verus eventus olim futurus spectatur, quod fit etiam tum, si alia verbi forma posita, tamen praesens omnis caussa est, veluti in Thucydidis lib. I. cap. 31. dicitur: Οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ τὸ Ἀττικὸν προσγενόμενον ἐμπόδιον γένηται κτἑ. Hic enim etsi praeteritum est ἦλθον tamen is, qui ponitur finis ad tempus futurum pertinet. Sed ponitur etiam tum coniunctivus post ὅπως particulam in narratione rei praeteritae, si res quidem ipsa plane praeterita est, sed tamen eventus, quem spectarunt in actione, non ex eorum, qui egerunt, mente, sed simpliciter quasi futurus eo, quo egerunt, tempore describitur, uti in Thucydidis lib. I. cap. 65. dicitur: Ἀριστεὺς δὲ — ξυνεβούλευε μὲν πλὴν πεντακοσίων ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις ἐκπλεῦσαι, ὅπως ἐπὶ πλέον ὁ σῖτος ἀντισχῇ κτἑ. Vide quae supra de simili constructione ἵνα particulae p. 617 sqq. explicavimus. Quamquam in ista particula illa constructio aliquanto frequentius admissa esse videtur, quam in ὅπως particula, quod mirum non est. Nam cum ἵνα indicativum futuri non adsciscat, is autem saepe cum ὅπως particula coniungatur et vicem quasi gerat illius constructionis, non potuit fieri quin rarius diceretur in simili caussa ὅπως cum coniunctivo quam ἵνα. Tametsi ne sic quidem ita rara est illa constructio, ut in suspicionem vocari queat. Nam non pauci loci iique certissumi inveniuntur, quibus haec constructio confirmetur. Exemplis supra positis adde locum Aristophanis ex *Ecclesiazusis* v. 116 sq.

Οὐκοῦν ἐπίτηδες ξυνελέγημεν ἐνθάδε,
ὅπως προμελετήσωμεν ἀκεῖ δεῖ λέγειν.,

quo in loco omnes libri προμελετήσωμεν recte tuentur, quod est falso in προμελετήσαιμεν mutatum. Habet enim praesentis temporis notionem verbum ξυνελέγημεν, non minus quam in Thucydidis loco modo posito lib. I. cap. 31. sub fin. Iam conferri poterit eiusdem Thucydidis locus lib. VI. cap. 96., ubi coniunctivus post optativum infertur: Καὶ οἱ μὲν — ἐξέτασίν τε ὅπλων ἐποιοῦντο

καὶ ἑξακοσίους λογάδας τῶν ὁπλιτῶν ἐξέκριναν πρότερον — ὅπως τῶν τε ἐπιπολῶν εἴησαν φύλακες, καὶ ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ, ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται.

Nec difficilior constructio est ὅπως particulae cum optativo, cuius constructionis rationem videas in ἵνα particula p. 621 sq. Is enim ponitur, si res ad cogitationem tantum modo revocatur, veluti in Aeschyli *Eumenidum* v. 297 sq. dicitur: "Ὅπως cum optativo.

Ἔλθοι, κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός,
ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.

Et saepius etiam hoc factum est, si in rei praeteritae narratione non eventus ipse, qui exspectatus est, sed eventus cogitatio ponitur, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 1. §. 9. dicitur: *Ἐκάλεσε γάρ τις αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν, ὅπως ἴδοι τὰ ἱερὰ ἐξῃρημένα· ἔτυχε γὰρ θυόμενος.* Neque alia caussa est, si quando praegresso praesenti historico ponitur post ὅπως optativus, uti in eodem scripto lib. IV. cap. 7. §. 19. dicitur: *Ἐκ ταύτης ὁ τῆς χώρας ἄρχων τοῖς Ἕλλησιν ἡγεμόνα πέμπει, ὅπως διὰ τῆς ἑαυτῶν πολεμίας χώρας ἐπάγοι αὐτούς.* Sed haec in ἵνα particula satis accurate declarata sunt p. 621 sqq.

Dicam de iis, quae ὅπως particulae magis propria sunt et in ἵνα particula nondum exposita. Ac primum quidem saepe numero ponitur illa particula cum indicativo temporis futuri, si res neque ad verum eventum neque ad cogitationem revocatur, sed sine ulla dubitatione aut eventus exspectati significatione simpliciter factum, quod sequetur eam rem, indicatur. Et sic quidem non videtur id, quod actionem secuturum esse significatur, apte cum ipsa actione cohaerere, interna quidem constructionis connexio nulla est, verum tamen ex oratione externa denique etiam consilium, quod quis in agendo habuisse videatur, colligi potest. Etenim si dicit Xenophon in scripto laudato lib. III. cap. 1. §. 15. *Οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δῆλον ὅτι οὐ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι· ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲν ἀντεπιμελεῖται, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα.*, proprie hoc dicit: *nostrum vero nemo quidquam vicissim prospicit, quo modo quam optume pugnabibus.*, quibus in verbis interna sententiarum coniunctio non est, quae erit, si dices: *quo modo quam optume pugnemus*, vel Graeca oratione: ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιζώμεθα. Nihilo minus etiam sic ὅπως consilium indicat. Nam qui prospicit, quo modo pugnabit optume, is consi- "Ὅπως cum indicativo futuri.

lium quoque habere videtur, ut optume pugnet, quamquam verbis ipsis hoc non declaratur. Eodemque modo dicitur ibidem lib. III. cap. 1. §. 14. Ὅπως δὲ ἀμυνούμεθα οὐδεὶς παρασκευάζεται οὐδ' ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ κατακείμεθα ὥσπερ ἐξὸν ἡσυχίαν ἄγειν., quo in loco ipsa verborum collocatio primam formulae originem melius declarat. Sed, ut dixi, prima haec ratio tamen ita mox evanuerat, ut ὅπως coniunctum cum indicativo futuri non minus quam compositum cum coniunctivo aut cum optativo consilium et finem actionis declarare videretur: multique grammatici olim eo processerunt, ut eadem consilii significatione cum quibusdam verbi formis indicativum futuri, cum aliis coniunctivum aut optativum a Graecis usurpari contenderent. Hinc illa regula Dawesiana nata est, proposita ab illo in *Miscellaneis criticis* p. 227. 459., ὅπως particulam non poni cum coniunctivo aoristi primi activi et medii, sed tum semper indicativum futuri poni, ut cum recte dici possit: ποιῶ τοῦτο ὅπως εἰδῇς, vitiose dicatur: ποιῶ τοῦτο, ὅπως σὺ ἐκεῖνο μὴ ποιήσῃς, pro eo, quod dici deberet: ὅπως σὺ ἐκεῖνο μὴ ποιήσεις. De hac regula quamquam ipso usu id comprobari videtur, saepius, ubi verbi forma ita comparata esset, ut eadem facilitate et coniunctivus aoristi prioris et indicativus futuri ab eodem verbo *deduci posset*, maluisse Graecos ponere futurum quam coniunctivum aoristi prioris, si quidem ipsa sententia et hanc consilii significationem reciperet et illam, tamen ubi eventus exspectati significatio magis debebat exstare, ibi etiam coniunctivum aoristi prioris post ὅπως particulam adiunxerunt, id quod Aug. Matthiae in *Gr. gr. ampl.* §. 519. p. 999 sq. multis iisque satis idoneis exemplis confirmavit, ut mihi actum agere videar, si eandem rem multis exemplis vellem declarare. Indicabo quo discrimine dicatur coniunctivus duobus Demosthenis locis, falso a multis criticis mutatis, quorum prior est in *Olynthiaca* oratione I. §. 2. ed. Bekk. p. 9. ed. Reisk. Ἐστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε καὶ μὴ πάθητε ταυτὸν ὅπερ καὶ πρότερον, πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέσται τοῖς πράγμασι κτἑ., quo in loco si scriptum esset ab oratore: ὅπως ἐνθένδε βοηθήσετε, tantum modo ratio ac via spectaretur, qua illud futurum esse videatur, quod in multis locis ad consilium actionis significandum satis esse supra vidimus, sed totus hic locus ita comparatus est, ut orator vel maxume debeat ipso verbi modo consilium declarare, quod fit magis eventus exspe-

ctati declaratione, quam rationis ac viae significatione, qua aliquid fiet. Eadem caussa est etiam alterius Demosthenici loci, qui habetur in oratione *Philippica* I. §. 20. ed. Bekk. p. 45. ed. Reisk. *Ξένους μὲν λέγω — καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν κτέ.*, quo in loco ipso quoque facile apparet aptius dici: *ὅπως μὴ ποιήσητε*, quam: *ὅπως μὴ ποιήσετε.*

Denique significandum est quem habeat *ὅπως* cum indicativo futuri iunctum in narratione locum. Nam post praesens inferri ex exemplis supra positis satis apparet. Sed ponitur eadem constructio etiam post praeteritum in narratione non raro, quia Graeci minus, quam Latini, praesens tempus, quo narratur res, sed id potius ipsum tempus, quo fit aliquid, in consilii significatione respicere solent. Itaque et Xenophon dixit in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 1. *Ἀεὶ μὲν οὖν ἐπεμέλετο ὁ Κῦρος, ὁπότε συσκηνοῖεν, ὅπως εὐχαριστότατοί τε ἅμα λόγοι ἐμβληθήσονται καὶ παρορμῶντες εἰς τἀγαθόν.*, ad quem locum vide quae adnotavit Ern. Poppo p. 115 sq., et Thucydides lib. III. cap. 4. *Καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν Λακεδαίμονα ταλαιπώρως διὰ τοῦ πελάγους κομισθέντες αὐτοῖς ἔπρασσον ὅπως τις βοήθεια ἥξει.* Ὅπως cum indicativo futuri in narratione rei praeteritae.

Postremo post *ὅπως* particulam eadem commutatio modorum interdum facta est, quae post *ἵνα* aliasque particulas, in quam rem adtulit Aug. Matthiae l. l. p. 999. Platonis locum e *Timaeo* Part. III. vol. II. p. 6. ed. Bekk. p. 18. E. ed. H. Steph. *Ὅπως δὲ δὴ κατὰ δύναμιν εὐθὺς γίγνοιντο ὡς ἄριστοι τὰς φύσεις, ἆρ᾽ οὐ μεμνήμεθα, ὡς τοὺς ἄρχοντας ἔφαμεν καὶ τὰς ἀρχούσας δεῖν εἰς τὴν τῶν γάμων ξύνερξιν λάθρᾳ μηχανᾶσθαι κλήροις τισὶν ὅπως οἱ κακοὶ χωρὶς οἵ τ᾽ ἀγαθοὶ ταῖς ὁμοίαις ἑκάτεροι ξυλλήξονται καὶ μή τις αὐτοῖς ἔχθρα διὰ ταῦτα γίγνηται, τύχην ἡγουμένοις αἰτίαν τῆς ξυλλήξεως;*

Sed aliud restat explicandum in *ὅπως* particula, quod ipsum vidimus non cadere in *ἵνα* particulam, si quidem consilium actionis denotaret, ut *ἂν* particula adiiceretur; quod si fit, exspectatus ille eventus, qui significatur per coniunctivum, per *ἂν* particulam revocatur ad experientiam rei, veluti in Platonis lib. IV. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 173, 17. ed. Bekk. p. 424. B. ed. H. Steph. *Ὡς τοίνυν διὰ βραχέων εἰπεῖν, τούτου ἀνθεκτέον τοῖς ἐπιμεληταῖς τῆς πόλεως, ὅπως ἂν αὐτοὺς μὴ λάθῃ διαφθαρέν, ἀλλὰ παρὰ πάντα αὐτὸ φυλάττωσι, τὸ μὴ νεωτερίζειν περὶ γυμναστικὴν τε καὶ μουσικὴν κτέ.* et Ὅπως ἂν cum coniunctivo.

ibidem lib. VI, p. 282, 7. ed. Bekk. p. 488. C. ed. H. Steph, δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ κτἑ. et saepe alias. Locos plures posuit Hartungius vol. II, p, 289, et Aug. Matthiae *gr. Gr. ampl.* p. 1003. ed. sec. Vide etiam Devarium vol. I, p. 153., quamquam ille non recte existumat in eo, quod dicit ἂν pertinere ad verbum, quod vel maxume pertinet in his quidem locis ad ὅπως particulam.

Ὅπως ἂν cum optativo. Alia caussa est, si post ὅπως infertur ἂν cum optativo, veluti in illo loco Gregorii, quem posuit Devarius p. 153. In his enim locis ἂν aptius cum ipso verbo coniungendum est, ut cogitatio alicuius rei ad experientiam revocetur, quo fit ut non iam consilium denotet ὅπως particula, sed propria ac sua vi dicatur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1, §. 7. ἀλλ᾽ αὐτὸς κρίνας ἰτέον εἶναι τοῦτο ἐπυνθάνετο, ὅπως ἂν κάλλιστα πορευθείη. Quamquam in multis locis utrumque recte dicitur, prouti sententiam animo concipias, ut in Platonis *Euthyphrone* Part. I. vol. I. p. 373, 17. ed. suae, p. 11. E. ed. H. Steph. non recte correxisse videatur Imm. Bekkerus: Ἐπειδὴ δέ μοι δοκεῖς σὺ τρυφᾶν, αὐτός σοι ξυμπροθυμήσομαι δεῖξαι ὅπως ἄν με διδάξαις περὶ τοῦ ὁσίου· καὶ μὴ προαποκάμῃς, pro eo, quod secundum reliquos *libros* omnes excepto libro Clarkiano, qui habet διδάξῃ pro διδάξῃς, tutius edetur: ὅπως ἄν με διδάξῃς περὶ τοῦ ὁσίου καὶ μὴ προαποκάμῃς. Nam eodem iure, quo res ad cogitationem referri poterit, potuit etiam eventus poni exspectatus.

De reliquis vide Devarium.

C A P U T XVIII.

De ὅς articulo relativo et ὅσον, ὅσος, τόσος.

Ad p. 155. De isto loco Aristophanis e *Nubium* initio:

> Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον
> ἀπέραντον.

conferas ea, quae disputavimus in *Annal. philol. et paedag.* vol. IV. p. 441. Dicitur ibi ὅσον eo loco, quo exspectari

potuit ὡς, sed tamen maiore vi, ut fere nostrae respondeat voci: *wie sehr ist sie doch unendlich*, quod differt ab eo, quod dici solet: *wie unendlich ist sie doch*. Sic dicitur ab Hesiodo in *Operibus et diebus* v. 40 sq.

> Οὐδὲ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
> οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

vide quos G. Dindorfius adtulit ad Aristophanis l. l. Plutarchum in *Moral.* p. 790. A. Τὸν γοῦν Σάλευκον ἑκάστοτε λέγειν ἔφασαν, εἰ γνοῖεν οἱ πολλοὶ τὸ γράφειν μόνον ἐπιστολὰς τοσαύτας καὶ ἀναγινώσκειν ὅσον ἐργῶδές ἐστιν, ἐῤῥιμμένον οὐκ ἂν ἑλέσθαι διάδημα. et Gorgiam *Declam.* vol. III. p. 100. ed. Reisk. vol. V. p. 61. ed. Bekk. Oxon. Ἡ δὲ τῶν ἀνδριάντων ποίησις καὶ ἡ τῶν ἀγαλμάτων ἐργασία ὅσον ἡδεῖαν παρέσχετο τοῖς ὄμμασιν ὄψιν.

Ὅτε, ὁπότε.

Ad p. 157. De ὅτε, si quando ibi positum est, ubi etiam ὅτι mutata aliquantum loci sententia dici potuit, vide quae R. Porsonus et G. H. Schaeferus ad Euripidis *Hecubam* v. 109. p. 13. ed. Lips. adtulerunt, tum Demosthenis orat. *pro Corona* §. 291. ed. Bekk. p. 322, 26. ed. Reisk., ubi adsentior G. H. Schaefero in *Apparatu crit. et exeget.* vol. II. p. 366. hanc optumorum librorum scripturam commendanti: ἓν μάλιστ' ἐθαύμασα πάντων, ὅτε τῶν συμβεβηκότων τότε τῇ πόλει μνησθεὶς οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην κτἑ. denique eiusdem Demosthenis orat. *de falsa legatione* §. 209. ed. Bekk. p. 406. ed. Reisk. τὸ τοίνυν τελευταῖον ἴστε δήπου πρῴην ἐν Πειραιεῖ, ὅτ' αὐτὸν οὐκ εἰᾶτε πρεσβεύειν, βοῶντα ὡς εἰσαγγελεῖ με καὶ γράψεται καὶ ἰοὺ ἰού.

Ceterum ὅτε easdem habet constructiones, quas reliquae particulae relativae, de quibus quoniam in εἰ, in ἐπεὶ aliisque particulis copiosius explicatum est supra p. 487 sq. et p. 543 sqq., hic eo breviores esse possumus. Et de ὅτε maxume εὖτε particula comparari potest, quam huic simillumam esse supra vidimus p. 562.

De ὅτε cum indicativo vide exempla supra a nobis et a Devario posita.

Tum construitur ὅτε cum optativo, si quando res ad cogitationem revocatur, quod maxume fit in repetita actione, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 6. §. 3. Ὅτε cum optativo.

dicitur: *Μέμνημαι γάρ, ἔφη, ἀκούσας ποτέ σου, ὅτι εἰκότως ἂν καὶ παρὰ θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων, ὅστις μή, ὁπότε ἐν ἀπόροις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ' ὅτε ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῷτο κτἑ.* et ibidem lib. II. cap. 1. §. 30. *Ἐκάλει δὲ καὶ εἵμα ὁπότε τινὰς ἴδοι τοιοῦτό τι πράττοντας, ὃ πάντας ἐβούλετο ποιεῖν.* Sed totus hic locus facilis est ad explicandum multisque exemplis confirmari potest.

Ὅτε cum coniunctivo. Contra si res non ad cogitationem refertur et eventus tantum modo spectatur, dubitari non potest quin etiam coniunctivus, quem ad modum id in ceteris particulis relativis factum est, ad *ὅτε* particulam adiungi possit. Eius rei quia satis certum exemplum e scriptis Atticorum notatum non habeo, ponam testem Homerum, qui universum certe usum Graecae linguae monstrat. Is igitur in *Iliados* lib. XXI. v. 322 sq. haec habet:

> *Αὐτοῦ οἱ καὶ σῆμα τετεύξεται οὐδέ τί μιν χρεὼ*
> *ἔσται τυμβοχοῆς, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.*

De Atticis scriptoribus huc vocari quodam modo potest Aeschyli locus de *Septem adv. Theb.* v. 338 sq., quem supra posuimus in *εὖτε* particula p. 563., tum satis usum testatur id, quod in ceteris particulis relativis, ut dixi, etiam Attici haud raro coniunctivum sine *ἂν* particula usurpant.

Ὁπότ' ἂν et *ὅτ' ἄν*, *ὁπόταν* et *ὅταν*. Omnium autem frequentissumum est, *ὅτε* et *ὁπότε*, adiuncta *ἂν* particula construi cum coniunctivo, ut id sit: *ὅταν* et *ὁπόταν*, quamquam multis locis in veterrumis et optumis libris etiam sic *ὅτ' ἂν* et *ὁπότ' ἂν* scriptum invenias, qua de re conferri poterit R. Porsonus ad Euripidis *Hecubam* v. 193. p. 39. ed. Lips. G. H. Schaeferus ad Demosthenem vol. II. p. 626. idemque in *Indice ad Gregor. Corinth.* p. 1014. Sed hoc ad orthographiam tantum modo pertinet, illud etiam ad ipsam sententiam facit, quod praeceperunt quidam grammatici *ὅτ' ἂν* et *ὁπότ' ἂν* diremptis vocibus tam scribendum videri, si quando cum aliis adververbiis eae formulae ita consociatae essent, ut quaedam oppositionis ratio deberet exstare, veluti in his Demosthenis locis, *orationis Leptineae* §. 91. ed. Bekk. p. 484, 25. ed. Reisk. *Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολιτευομένων τινὲς δυνηθέντες, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν ὅτ' ἂν τις βούληται καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον, τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι σφίσιν αὐτοῖς εἰσὶ νόμοι κτἑ.*, ad quem locum vide quae adnotavit Schaeferus vol. III. p. 192. *orationis Midianae* §. 170. ed. Bekk. p. 569, 20. ed.

Reisk. Ἀλλ' ὅμως οὐδενὶ πώποτε τούτων ἐδώκατε τὴν δωρεὰν ταύτην οὐδ' ἂν δοίητε, ἐξεῖναι τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ὑβρίζειν αὐτῶν ἑκάστῳ, ὁπότ' ἂν βούληται καὶ ὃν ἂν δύνηται τρόπον., quo in loco, quod libri Bekkeri ΣΥς et pr. Π. scriptum exhibent: ὅποι ἐάν, in eo nihil aliud credo ego contineri nisi ὁπότε ἄν. Sed si illa oppositionis ratio nulla est, dicitur coniunctim et ὅταν et ὁπόταν eodem plane modo quo ἐάν, ἐπάν, ἐπειδὰν et quae sunt similia, ut eventus ad experientiam revocatus indicetur, veluti in Sophoclis *Electra* v. 59. dicitur:

> Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ' ὅταν λόγῳ θανὼν
> ἔργοισι σωθῶ κἀξενέγκωμαι κλέος;

quem locum propterea posui, quoniam ad illud genus pertinet, quod explicavit Devarius vol. I. p. 157. in ὅτε particula. Et de coniunctivo alia dicenda non sunt.

Sed interdum, ubi res ad cogitationem revocatur, fit ut post ὅταν vel ὁπόταν particulam etiam optativus inferatur, cuius rei exemplum ex Aeschyli *Persis* v. 450 sqq. supra in ἐὰν particula posuimus p. 458. et plura etiam apud scriptores Graecos inveniuntur, quamquam grammatici veteres plerumque mutatos eos locos voluerunt, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 3. §. 47., quo in loco modo ipso verbo indicatur ex alius hominis mente ea dici, modo ea verbi forma, quae cogitationem indicat, id est, optativo. Leguntur ibi haec: Ὁ δὲ Κῦρος ἐπιμελείᾳ τοῦτο ἐποίει· πάνυ γὰρ αὐτῷ ἐδόκει θαυμαστὸν εἶναι εἰ οἱ μὲν βάναυσοι ἴσασι τῆς ἑαυτοῦ τέχνης ἕκαστος τῶν ἐργαλείων τὰ ὀνόματα καὶ ὁ ἰατρὸς δὲ οἶδε καὶ τῶν ὀργάνων καὶ τῶν φαρμάκων, οἷς χρῆται, πάντων τὰ ὀνόματα· ὁ δὲ στρατηγὸς οὕτως ἠλίθιος ἔσοιτο, ὥστε οὐκ εἴσεται τῶν ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα, οἷς ἀνάγκη ἐστὶν αὐτῷ ὀργάνοις χρῆσθαι, καὶ ὅταν καταλαβεῖν τι βούληται, καὶ ὅταν φυλάξαι, καὶ ὅταν θαῤῥῦναι, καὶ ὅταν φοβῆσαι, καὶ ὅταν τιμῆσαι δέ ποτέ τινα βούλοιτο, πρέπον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι ὀνομαστὶ προσαγορεύειν., quo in loco tamen alii libri aliam scripturam habent, sed vide quae Ern. Poppo ad eum locum et ad lib. I. cap. 3. §. 11. p. 26 sq. adnotavit. Neque ego in suspicionem vocare velim Xenophontis *Oeconomicum* cap. 12. §. 14. Οὔτε γὰρ ἐλπίδα οὔτ' ἐπιμέλειαν ῥᾴδιον εὑρεῖν τῆς τῶν παιδικῶν ἐπιμελείας· οὐδὲ μὴν ὅταν παρείη τὸ πρακτέον, τιμωρίαν χαλεπωτέραν εὐπετές ἐστι τοῦ ἀπὸ τῶν ἐρωμένων κωλύεσθαι. Nam quamquam ibi oratio obliqua vera non est, tamen id, quod saepe in Latina oratione factum est, "Οταν cum optativo.

si coniunctivus rem ab alio cogitatam indicat, propterea optativus post ὅταν illatus est, quod condicio ista quasi ex eius mente declaratur, de quo cetera praedicantur. Et sic etiam defensitari potest quod legitur in Luciani *Timone* §. 39. *Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο;* Neque enim abhorrent ab hoc loco illi loci, in quibus ὅταν in repetitione rei ponitur: nam ibi quoque, ut iam saepe diximus, tantum modo propterea ponitur optativus, quod res ut cogitata refertur, veluti in Hesiodi *operibus et diebus* v. 131 sqq.

> *Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,*
> *παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες*
> *ἀφραδίαις.*

Vide G. Bernhardy *synt. Gr. ling.* p. 413. G. Hermannum *de particula ἂν* lib. III. cap. 4. p. 147 sqq. et quae supra a nobis tradita sunt p. 459 sqq.

Ὅταν cum indicativo. *Ὅταν* particulam interdum etiam cum indicativo positam videri supra indicavimus in ἐὰν particula p. 468 sqq. Locis ibi positis addi potest quem Hoogeveenus p. 436. ed. Schütz. e *tabula Cebetis* p. m. 229. adfert. *Οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι.* Nam etsi ibi quoque facile indicativus in coniunctivum mutari potest, tamen is quoque locus ita *comparatus* est, ut pene necessario requirat indicativum, quod omnis vis constat in ὅταν particula ideoque incerti significatio, quam habet ἂν particula, penitus adhaerescit relativae voculae, quod quem ad modum intellegendum sit melius apparebit, si acuas voce ὅταν et sic recites hunc locum: ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι., quod differt ab eo, quod dici poterat: ὅταν μὴ ἐπιστῶνται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι., quem ad modum in sermone nostro discrimen est, dicasne: *wenn sie den Reichthum nicht zu brauchen wissen*, an ita hoc pronunties: *wenn sie den Reichthum nicht zu brauchen wissen.* Sed haec tamen singularia sunt et non prius videntur commissa esse a bonis scriptoribus, quam quaedam rei necessitas hoc requireret. Posteriores autem scriptores, uti ἐάν, sic etiam ὅταν et ὁπόταν saepe cum indicativo coniunxerunt, ut quae hic et supra de antiquiorum scriptorum consuetudine dicendi explicavimus eo fiant probabiliora.

Praeterea de ὅτε γε et ὅταν γε vide quae supra in γὲ particula explicata sunt p. 309 sqq. et de ὅτε δή, quae in particula δὴ p. 406 sq. De ὅτεπερ autem vide πὲρ particulam vol. I. p. 187 sq. et quae infra ad eum locum dicentur.

CAPUT XIX.

De particulis ὅτι et compositis.

De ὅτι particula pleraque recte tradidit Devarius vol. I. p. 158 sqq., nisi quod p. 159. significare videtur saepius post ὅτι, si quando alterius oratio introducatur per eam particulam, optativum quam indicativum poni. Nam saepe admodum in eius modi locis indicativus habetur et maxume quidem, ut recte observasse videtur C. G. Krügerus in Indice ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* p. 513., in futuro, cuius rei exempla plura ibidem posuit vir doctissumus, veluti e lib. IV. cap. 7. §. 20. Ἐλθὼν δ᾽ ἐκεῖνος λέγει ὅτι πέντε ἡμερῶν ἄξει αὐτοὺς εἰς χωρίον ὅθεν ὄψονται θάλατταν. et e lib. V. cap. 1. §. 10. Εἰ μὲν ἠπιστάμεθα σαφῶς ὅτι ἥξει πλοῖα Χειρίσοφος ἄγων ἱκανά, οὐδὲν ἂν ἔδει ὧν μέλλω λέγειν., quo tamen loco duo libri non mali habent ἥξοι. Sed vide ibidem cap. 2. §. 9. Οἱ γὰρ μάντεις ἀποδεδειγμένοι ἦσαν ὅτι μάχη μὲν ἔσται, τὸ δὲ τέλος καλὸν τῆς ἐξόδου. Et haec quidem ex uno eodemque scripto, ut appareat non infrequentem hunc usum indicativi esse aut deteriorem optativo. Ὅτι.

Quod deinde Devarius dixit per quandam orationis abundantiam inferri eam particulam interdum post aliam particulam similis significationis, veluti post ὡς particulam, id ille recte adnotavit, sed talia fere per ἀνακολουθίαν aliis interpositis verbis dicuntur. Verum saepe numero etiam haec constructio apud optumos scriptores Graecos habetur, ut post ὅτι particulam illatus sit infinitivus, quasi illa antea posita non esset et accusativus cum infinitivo usitato more dicendi diceretur, quibus tamen in locis ὅτι particula recte relationem indicat, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 4. §. 15. Ἀκούω γὰρ ὅτι καὶ συνθηρευτάς τινας τῶν παίδων δοι γενέσθαι αὐτοῦ, ὥστε ἴσως ἂν καὶ πάλιν ἔλθοιεν πρός σε. et antea lib. I. cap. 6. §. 18. Λέγεις σύ, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτι ὥσπερ οὐδὲ γεωργοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ σρατηγοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος εἶναι. et rursus lib. VII. cap. 4. §. 7. Ὁ δὲ Ἀδούσιος ἀπεκρίνατο ὅτι καὶ τῇ παρούσῃ ἔχειν ἀλλαχόσε χρῆσθαι στρατιᾷ. Idque ita frequens est in omnibus scriptis Graecorum, ut ea constructio non tam ad Ὅτι cum infinitivo.

genus quoddam ἀνακολουθίας referendum esse videatur, sed ad usitatam dicendi rationem, qua ὅτι nullam vim nisi monstrandi habeat. Conferas eiusdem Xenophontis scripti lib. II. cap. 1. §. 23., ubi similis particula ὡς ita dicitur, et lib. IV. cap. 4. §. 1. Ἐκ δὲ τοῦ Γαδάτα ἱππικοῦ τῶν δυνατῶν τις ἀνδρῶν, ἐπεὶ ἑώρα αὐτὸν ἀφεστηκότα ἀπὸ τοῦ Ἀσσυρίου, ἐνόμισεν, ὅτι, εἴ τι οὗτος πάθοι, αὐτὸς ἂν λαβεῖν παρὰ τοῦ Ἀσσυρίου πάντα τὰ Γαδάτα., quo in loco pro eo, quod dici poterat: ὅτι — αὐτὸς ἂν λάβοι, eadem dicendi ratione positus est infinitivus. Eodem modo reliqui quoque scriptores locuti sunt, qua de re cum copiosius exposuerit Carolus Foertschius in *Observationibus criticis in Lysiae orationes* p. 77 sqq., hic plura non addam, conferas praeterea eos grammaticos, quos laudavit Foertschius l. l. p. 79. Sed eius iudicium tamen comprobare non potui in loco quodam Demosthenis ex oratione *contra Androtionem* §. 61. ed. Bekk. p. 611. extrema ed. Reisk., ubi haec habentur verba in libris omnibus: Πότερ' οὖν οἴεσθε τούτων ἕκαστον μισεῖν καὶ πολεμεῖν αὐτῷ διὰ τὴν εἰσφορὰν ταύτην ἢ τὸν μὲν αὐτῶν ὅτι πάντων ἀκουόντων ὑμῶν ἐν τῷ δήμῳ δοῦλον ἔφη καὶ ἐκ δούλων εἶναι καὶ προσήκειν αὐτῷ τὸ ἕκτον μέρος εἰσφέρειν μετὰ τῶν μετοίκων, τῷ δ' ὅτι παῖδας ἐκ πόρνης εἶναι, τοῦ δὲ τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι, τὸν δὲ ἀπογράφειν ὅσα ὑφείλετο ἐξ ἀρχῆς, τὸν δὲ τὸ δεῖνα, τὸν δὲ ὁμοῦ ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κακά, ἑξῆς ἅπαντας., quo in loco elliptice dicuntur haec, ut plena oratio sit: τῷ δ' ὅτι παῖδας ἔφη ἐκ πόρνης εἶναι., et id dicatur pro eo, quod dici poterat: τὸν δὲ μισεῖν ὅτι αὐτῷ παῖδας ἔφη ἐκ πόρνης εἶναι. Vide quae ego uberius de hoc loco exposui in *Quaestionum criticarum* lib. I. p. 13 sq.

Ὅτι in oratione per ellipsin pendenti.

Locus, quem Devarius vol. I. p. 59. posuit ex Isocratis *Panegyrico* §. 176. ed. Bekk. p. 77. ed. H. Steph. Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες., ipse quoque per ellipsin explicandus est, sed alio fere modo, ut tamen ὅτι propriam vim retineat. Est enim hoc ita explicandum: Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, τοῦτ' ἔστιν ὅτι — τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. cf. Zeunium ad *Vigerum* p. 551. ed. Herm. tert.

Ὅτι γε.

Si quando ad ὅτι aliae particulae accedunt, facilis earum formularum explicatio est et de plerisque in aliis particulis iam dictum est, veluti de ὅτι γε vide quae supra p. 314. in γὲ particula posita sunt. Et sic etiam ὅτι γε

Ὅτι γε δή.

δή et similia dicta sunt, qua de re vide quae supra in μὴ ὅτι γε δή particulis posita sunt p. 673 sq.

Ὅτι δή. De ὅτι δή vide δή particulam et quae supra in μὴ ὅτι δή particulis posita sunt p. 673. Vide etiam ea, quae mox adferentur in formula ὅτι τί;

Ὅτι μή.

Ὅτι μή. De ὅτι μή particulis dixit quidem Devarius vol. I. p. 163., sed ita dixit, ut rationem rei non redderet, quo in loco explicando etiam Hoogeveenus p. 451 sq. ed. Schütz. et Zeunius ad *Vigerum* p. 552. ed. Herm. et G. Hermannus ipse ad l. l. p. 849. frustra laboraverunt. Et Hermannus quidem certe hoc recte vidit ὅτι, si unquam, in hoc loco propriam vim suam retinere, quam traxit ex eo, quod proprie erat: ὅ, τι. Sed tamen quam rationem explicandae huius formulae ingressus est, ea, verum ut fatear, mihi nimis artificiosa esse videtur. Mihi videtur illa simplicissuma oratio esse, ut dicamus per quandam dicendi brevitatem ad reliquam orationem adiici iam explicationem ὅ, τι μή, ut e reliquis verbis aliquid verbi ad hanc vocem adsumendum sit, veluti in illo Thucydidis loco e lib. IV. cap. 26. si dicitur: *Οὐ γὰρ ἦν κρήνη ὅτι μὴ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου καὶ αὕτη οὐ μεγάλη κτέ.*, hoc sic dicitur: *Non enim erat fons, quod non unus in ipsa arce Pyli et hic non magnus etc.*, ubi *quod* pronomen relativum est, quasi plene dicas: *Non enim erat fons, quod non erat unus etc.* Sic nos quoque dicere possumus: *Nichts besass er, was nicht an Gold und Edelsteinen, und zwar auch nur wenig.* Sic etiam in illo Herodoti loco, quem iam excitavit Devarius e lib. I. cap. 143. (non 193.) *Ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον.*, quod est proprie: *Quod enim non Athenae erant, erat nulla alia civitas clara.*, quasi nostro sermone dicas: *Denn was nicht etwa Athen war, so war keine andre Stadt bekannt.*, quod denique nihil est aliud nisi: *Ausgenommen Athen, so war keine andre Stadt bekannt.* Sed Graeci tamen semel inventa initaque hac ratione ὅτι μή dixerunt, quasi ea esset quaedam usitata exceptio, veluti in illo Platonis loco, quo usi iam sunt interpretes ad *Vigerum* l. l. e *Critone* Part. I. vol. II. p. 163. ed. Bekk. p. 52. B. ed. H. Steph. *Οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε, καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι*

μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν (quasi nostro sermone dicas: *was nicht einmal nach dem Isthmus war*), οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος κτἑ. Adde Platonis *Phaedrum* Part. I. vol. I. p. 95. ed. Bekk. p. 274. A. ed. H. Steph. Οὐ γὰρ δὴ ἄρ', ὦ Τισία, φασὶν οἱ σοφώτεροι ἡμῶν, [δούλοις] ἢ ὁμοδούλοις δεῖ χαρίζεσθαι μελετᾶν τὸν νοῦν ἔχοντα, ὅτι μὴ πάρεργον, ἀλλὰ δεσπόταις ἀγαθοῖς τε καὶ ἐξ ἀγαθῶν., quibus in locis Imm. Bekkerus primae formulae originis non immemor scripsit etiam ὅ, τι μή, quod per se quidem verum, non tamen imitandum esse arbitror, quod Graeci ὅτι μὴ quasi εἰ μὴ dixerunt, ipsi parum primae originis recordantes.

Ὅτι τί;

Ὅτι τί; Admodum usitata est formula ὅτι τί; quae ex eo more Graecorum enata est, quo is, qui caussam alicuius rei volt audire ex altero, quasi ex eius ipsius mente pergere incipit per caussalem particulam ad reliquam narrationis partem, ut ex altero eliciat caussam, quam ob rem aliquid factum sit, sed mox omisso isto alienae orationis explendae conatu e persona sua quaerit quid illud sit, quod pro caussa adferri possit, quasi nostro sermone dicas: *weil was geschehen war?* et quae sunt eius modi. Sic oratio facile explicari potest in Luciani *Charonte*, §. 6., quo in loco ubi Charon dixit: Οἶσθα οὖν, ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται, ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ καὶ τὴν Οἴτην καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν; respondet Mercurius: Ὅτι τί; quod est proprie: *Quia — quid? weil — was geschah?* Vide quos ad eum locum adsimulavit Luciani locos C. Iacobitzius e *Catapl.* §. 13. ΜΕΓ. Καὶ μὴν ἐν τῇ προεδρίᾳ καθέζεσθαί με δεῖ. ΚΛΩΘ. Ὅτι τί; ΜΕΓ. Ὅτι κτἑ. et e *Fugitiv.* §. 32. ΔΕΣΠ. Ὁ δεσπότης ἐγὼ ἑκὼν ἀφίημι αὐτὸν ἀπολωλέναι. ΕΡΜ. Ὅτι τί; ΔΕΣΠ. Ὅτι δεινῶν τῶν ὑποσάθρων ἐστί. Conf. Demosthenis orat. *contra Aristocratem* §. 214. ed. Bekk. p. 691, 21. ed. Reisk. Ὑμεῖς δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάσης τῆς πόλεως μεταδόντες αὐτῷ καὶ τετιμηκότες ἄλλοις ἔτι καὶ τοῦτ' αὐτῷ προσθήσετε; Ὅτι τί; ad quem locum G. H. Schaeferus in *Apparatu critico et exegetico* vol. IV. cap. 154. accurate huius usus rationem enucleavit, recte comparans etiam formulam non minus usitatam: ἵνα τί; adde etiam πρὶν τί; Denique etiam G. Her-

mannus rectius quam ad *Vigerum* p. 849. ed. tert. locutionem explanavit ad Aristophanis *Nubium* v. 754. p. 95. ed. alt.

Et in hac formula saepe etiam producta forma ὁτιὴ pro ὅτι ponitur, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 783., ubi postquam Socrates dixit: 'Οτιὴ τί;

Ὑθλεῖς· ἄπεῤῥ' οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.

reddit Strepsiades:

Ὁτιὴ τί; ναὶ σὲ πρὸς θεῶν, ὦ Σώκρατες.

Et in hac quidem formula usitato more dicendi, quem supra p. 398 sqq. explicavimus, adiicitur ad interrogationem saepe etiam δὴ particula et dicitur ὅτι τί δή; uti in Luciani *Encomio Demosthenis* §. 22. ΛΥΚ. Σὺ γάρ, ἔφην, ἀγνοεῖς οἶμαι τὸ παρὸν ἄπορον, εἶτα ἰατροῦ δίκην τὸ τοῦ νοσοῦντος σαθρὸν ἀγνοήσαντος ἄλλο θερυπεύεις. ΘΕΡΣ. Ὅτι τί δή; ΛΥΚ. Σὺ μὲν — ἐπεχείρησας ἰᾶσθαι κτἕ. et ὁτιὴ τί δή; veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 754., ubi postquam Strepsiades dixit: Ὅτι τί δή; Ὁτιὴ τι δή;

Ὅ, τι;
Εἰ μηκέτ' ἀνατέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
οὐκ ἂν ἀποδοίην τοὺς τόκους.

pergit Socrates:

Ὁτιὴ τί δή;

cui reddit Strepsiades:

Ὁτιὴ κατὰ μῆνα τἀργύρια δανείζεται.

CAPUT XX.

De particulis οὐ, οὐκ et compositis.

Ad p. 164. Οὐ simpliciter negantis esse, μὴ vetantis iam supra in μὴ particula p. 665 sq. vidimus, ut de ipsa vi, quam habet οὐ particula, nihil iam amplius dicendum esse videatur. Οὐ.

Quod autem de geminata particula οὐ praecepit Devarius vol. I. p. 164., id hoc modo se habet. Si duplex ne- Geminatum.

gatio in una eademque sententia ponitur, in Graeca non minus quam in Latina oratione altera alterius vim tollit, veluti in illo loco e Xenophontis *Convivio* cap. I. §. 9. *Πρῶτον μὲν γὰρ ὥσπερ ὅταν φέγγος τι ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προσάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τότε τοῦ Αὐτολύκου τὸ κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν. ἔπειτα τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου.*, quod plane Latinae voci: *nemo non commotus est animo per eum*, respondet. Sed Graeci tamen tum demum hac dictione usi sunt, ubi de vera significatione dubitatio nulla esse poterat: saepius id dixerunt duobus orationis membris, veluti si quis dicat: *Οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου.*

Οὐ repetitum. Sed saepe tamen factum est ut a Graecis negatio ita geminaretur, ut altera alterius vim non tolleret, quod fit ubi aut propter maiorem quandam orationis vim vel perspicuitatis caussa repetitur negatio aut oratio ita comparata est, ut plures enuntiationes contineat una enuntiatio et, si solvantur, singulae, non binas, sed singulas habeant negationes.

Ad prius genus pertinet is locus, quem Demosthenis adtulit Devarius vol. I. p. 164. ex oratione *de falsa legat.* §. 186. ed. Bekk. p. 399. ed. Reisk., cui addas licet alium e Demosthenis quae fertur oratione *contra Philippum IV.* §. 62. ed. Bekk. p. 147, 28. ed. Reisk. *Καὶ μὴν οὐχ ὑπὲρ τῶν ἴσων ὑμῖν τε καὶ τισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ κίνδυνος· οὐ γὰρ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος ὑμῶν, οὔ, ἀλλ' ὅλως ἀνελεῖν.* Et his quidem in locis repetita negatio *οὔ* quasi unam per se efficit enuntiationem, quod, nuda illa negatio ita ponitur, ut etiam tota sententia antea posita denuo cogitanda sit, quibus in locis quoniam *οὔ* negatio maiore quadam vi adiungitur, etiam per se pronuntiatione efferenda est, ut iure in his locis littera paragogica *κ* careat, vide G. H. Schaeferi adnotationem ad posteriorem Demosthenis locum in *Apparatu crit. et exeg.* vol. I. p. 653. Hoc idem fit interdum magis etiam, ut videtur, perspicuitatis gratia, veluti in Sophoclis *Antigona* v. 4 sqq.

Οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ,
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον ἔσθ' ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.,

quo in loco quod prius *οὔ* aptius erat coniunctum cum pronomine relativo *ὁποῖον*, deinceps ante verbum *ὄπωπα*, ne hic, ubi maxume opus erat, de negatione obscurum esset, repetita illa legitur, quod eo minus offensioni esse debet,

quod interpositis verbis τῶν σῶν τε κάμῶν quasi bipartita oratio est. Persimilis locus est Aeschyli ex *Agamemnone* v. 1616 sqq. ed. Well.

> Ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσῃ,
> ὃς οὐκ ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
> δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως;

Adde Aeschinis orationem *adversus Timarchum* cap. 27. ed. Brem. *Τίς οὐ τοῖς τούτων κώμοις καὶ μοιχείαις περιτυχὼν οὐκ ἠχθέσθη ὑπὲρ τῆς πόλεως;* Et vide Fr. Volcm. Fritzschii *Quaestt. Lucianeas* p. 153.

Id saepe numero etiam ita factum est, ut alia negationis forma ante posita, veluti *οὐδὲ* et quae sunt eius modi, rursus ad verbum poneretur negatio, veluti in Aristophanis loco de *Lysistrate* v. 61 sqq.

> Οὐδ' ἃς προσεδόκων κἀλογιζόμην ἐγὼ
> πρώτας παρέσεσθαι δεῦρο τὰς Ἀχαρνέων
> γυναῖκας, οὐχ ἥκουσιν.,

quo in loco quoniam negatio magis secundariae enuntiationi adhaerescere videbatur, ante verbum perspicuitatis caussa repetita legitur. Persimilis est huic loco Luciani locus in *Somnio* §. 17. *Οὐδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἐδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ τὰ ἄλλα — ἴστε γάρ —, οὐχ ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν οὐδὲ ὡς φλυαρεῖν ἐγνωκὼς αὐτὰ διεξῄει.* et *Isaei* locus ex oratione *de hereditate Philoctemonis* §. 11. ed. Bekk. p. 57. ed. H. Steph. *Εὐκτήμονι γάρ, ὦ ἄνδρες, τῷ Φιλοκτήμονος πατρὶ τοὺς μὲν ὄντως γενομένους παῖδας, Φιλοκτήμονα καὶ Ἐργαμένην καὶ Ἡγήμονα καὶ δύο θυγατέρας καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν ἣν ἔγημεν ὁ Εὐκτήμων Ἀληξιάδου Κηφισιέως θυγατέρα πάντες οἱ προσήκοντες ἴσασι καὶ οἱ φράτορες καὶ τῶν δημοτῶν οἱ πολλοὶ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν· ὅτι δ' οὐδ' ἄλλην τινὰ ἔγημε γυναῖκα ἐξ ἧστινος οἵδε αὐτῷ ἐγένοντο, οὐδεὶς τὸ παράπαν οἶδεν οὐδ' ἤκουσε πώποτε ζῶντος Εὐκτήμονος.*, de quo loco vide quae uberius explicavi ipse in *Quaestt. critt.* lib. I. p. 96.

Sed omnium frequentissume duplex negatio habetur in eo locorum genere, in quibus, posita simplici negatione, quae ad universam sententiam spectat, dein ad singula enuntiationis membra adhaerescit rursus negatio, quod, si rem enucleamus, non unam, sed plures enuntiationes omnis oratio in se continere videatur, ut si dicas: *Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οὔτε τῶν ἀστῶν οὔτε τῶν ξένων.*, qua in enun-

tiatione ita repetita est negatio, quod unum quodque orationis membrum, quia eo amplificabatur sententia, quasi per se stare videbatur. Sed huius usus quom ubivis facile exempla reperiantur totaque caussa satis expedita sit, non est quod plura commemorem.

Μᾶλλον ἢ οὔ, ubi negatio supervacanea videtur. Quod autem eadem pag. 164. Devarius alio quodam modo supervacaneam negationem οὔ esse dixit, si quando post μᾶλλον ἢ poneretur ibi, ubi adfirmativam sententiam exspectasses, in iis locis intumam sententiam potius Graeci spectavisse videntur quam externam orationis constructionem, veluti in Thucydidis loco lib. III. cap. 36. *Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀναλογισμὸς ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους*, quo in loco quoniam si omnis civitas potius quam ei, qui culpam sustinent, puniuntur, civitas punitur, singuli, qui culpam sustinent, non puniuntur, ipsam sententiam tenens *οὐ* posuit scriptor ante *τοὺς αἰτίους*, ut in eo quidem loco enuntiationis non tam comparationem ipsam quam eventum comparationis ante oculos habuisse videatur. Et hunc quidem Thucydidis locum iam commemoravit Gregorius Corinthius *de dialecto Attica* p. 102. ed. Schaef., ad quem locum plura exempla interpretes adtulerunt, in his Demosthenis locum ex oratione *contra Polyclem* §. 66. ed. Bekk. p. 1226, 22. ed. *Reisk.* *Εὖ δ' ἴστε ὅτι οὐ περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσασθε Πολυκλέα, ἢ οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν κτέ.* Vide G. H. Schaeferum in *Apparatu crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. V. p. 284., qui recte commemoravit etiam Gallos nunc *ne* ponere post *plus que* et Italos *non* post *più che*, poterat etiam commemorare Latinos, qui raro quidem eadem constructione usi sunt, cuius rei luculentum exemplum habemus in M. Tullii oratione *pro P. Sestio* cap. 20. §. 46. *Quom vero — alii — alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum otiumque odissent et ob hasce caussas tot tamque varias me unum deposcerent, depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem?*, quo in loco quom alii *non* particulam tollere vellent, ego eam tutatus sum in M. Tullii *Oration.* vol. III. p. 1005 sq.

Οὐ γάρ.

Οὐ γάρ; per se positum. De *οὐ γάρ* coniunctis particulis quamquam satis accurate exposuit ipse Devarius vol. I. p. 165—167., tamen

addendus ille usus est earum particularum, si quando ita interpositae enuntiationi sunt, ut solae per sese pronuntiatum interrogativum efficiant, quo adsensus eius, quocum loquare, eliciatur, ut nostris particulis *nicht wahr?* quae eodem modo saepe aliis verbis interseruntur, veluti in Demosthenis oratione *de corona* §. 136. ed. Bekk. p. 272, 14. ed. Reisk. Ἓν μὲν τοίνυν τοῦτο τοιοῦτο πολίτευμα τοῦ νεανίου τούτου ὅμοιόν γε, οὐ γάρ; οἷς ἐμοῦ κατηγορεῖ· ἕτερον δὲ ἀναμιμνήσκεσθε; et in oratione *de falsa legatione* §. 253. ed. Bekk. p. 421, 2. ed. Reisk. Ἄξιόν γε, οὐ γάρ; ἦν Σόλωνος αὐτῷ μεμνῆσθαι. tum *contra Androtionem* §. 73. ed. Bekk. p. 616, 16. ed. Reisk. Ὅμοιόν γε, οὐ γάρ; τοῦτο τοῖς προτέροις ἐπιγράμμασιν ἢ φιλοτιμίαν ἴσην ἔχον ὑμῖν. et *contra Aristocratem* §. 161. ed. Bekk. p. 673, 19. ed. Reisk. Καλά γε, οὐ γάρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γεγραμμένα καὶ χάριτος πολλῆς ἄξια, εἴ γ' ἦν ἀληθῆ. Vide *Apparat. crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. II. p. 668. vol. IV. p. 123. ed. Schaef. De universa autem caussa vide quae in γὰρ particula explicavimus supra p. 243 sqq.

Οὐ γὰρ δή.

De coniunctis particulis οὐ γὰρ δὴ vide omnino quae disputavimus in particulis γὰρ δὴ supra p. 259 sqq. Nam ex iis, quae ibi disputavimus, ne haec quidem formula obscura esse poterit, verum tamen commemorandum est non solum dictum esse a Graecis adiuncta γὲ particula οὐ γὰρ δὴ — γέ, ut aliqua vox interponeretur, sed interdum etiam, quom aptius inter se istae particulae coniungerentur, et unam quasi notionem efficerent, οὐ γὰρ δή γε, veluti in Demosthenis quae fertur oratione *contra Theocrinem* §. 22. ed. Bekk. p. 1328. ed. Reisk. Οὐ γὰρ δή γε προσδοκᾶν δεῖ Θεοκρίνην αὐτὸν ὁμολογήσειν ὀφείλειν ὑμῖν τῷ δημοσίῳ καὶ δικαίως ἐκδεδεῖχθαι φήσειν κτέ., quo in loco quod unus liber Bekkeri r exhibet: οὐ γὰρ δὴ προσδοκᾶν γε, pro: οὐ γὰρ δή γε προσδοκᾶν, id neque G. Dindorfius in praef. p. XIV. neque G. H. Schaeferus in *Appar. crit. et exeget.* vol. V. p. 488. debebant unice verum putare. Nam quom δή γε particulae in quibusdam formulis non interposita alia voce coniungantur, quid impedit quo minus hoc etiam in his particulis factum putemus? Vide quae supra in γὲ particula p. 337 sq. et in particula δὴ p. 406. p. 407. p. 408. p. 411. explicavimus. Sed dicitur id alio quodam modo. Nam si γὲ continuo

Οὐ γὰρ δή.

Οὐ γὰρ δή — γὲ et οὐ γὰρ δή γε.

adiicitur ad particulas, adfirmatur omnis eius enuntiationis condicio; si post singulare aliquod verbum γὲ accedit, illud potissumum effertur. Hoc quoniam saepius fere solet fieri, raro γὲ ad ipsas particulas adiunctum est, ut qui locos numerarent, non rationem eorum considerarent, omnino hoc factum esse negarint.

Οὐ γὰρ δή που. Dicitur sic etiam adiuncta ποὺ particula οὖ γὰρ δή που, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 17. *Οὐ γὰρ ἂν δή που, εἴ γε φρόνιμον δεῖ γενέσθαι τὸν μέλλοντα σώφρονα ἔσεσθαι, παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο.* Vide quae supra dicta sunt p. 262 sq., quo adtulimus etiam exemplum coniunctarum

Οὐ γὰρ δή που — γέ. particularum: οὐ γὰρ δή που — γὲ p. 263. Vide etiam Devarium vol. I. p. 168.

Οὐ δή που.

Οὐ δή που; De οὖ δή που interrogativo conferas Aristophanis *Acharnenses* v. 122.

> Ὁδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δή που Στράτων;

Οὐ δή που — γέ; et Sophoclis *Antigonam* v. 381 sqq. ed. Brunck., *ubi* οὐ δή που — γὲ habetur:

> Τί ποτ'; οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
> τοῖς βασιλείοις παράγουσι νόμοις,
> καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

Vide quae supra in δή που particulis p. 428 sq. explicavimus.

Οὐ δή πού γε. Sed dicitur etiam sine interrogatione οὖ δή πού γε, si quando aliquam rem negare vis *unquam* et *usquam*, id est, ulla condicione fieri posse totumque enuntiatum adfirmare per γὲ particulam. Sic in illo Demosthenis loco orationis *Leptineae* §. 167. ed. Bekk. p. 508. ed. Reisk. *Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία, τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. Οὐ δή πού γ', ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.*

Οὐ γὰρ ἀλλά.

Οὐ γὰρ ἀλλὰ καί. Rectissume de his particulis exposuit Devarius vol. I. p. 169. 170., ut nihil aliud adiungendum habeam nisi hoc,

apposita καὶ particula, quae singularem notionem efferret, dictum esse etiam οὐ γὰρ ἀλλὰ καί, veluti in Platonis lib. VI. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 290. ed. Bekk. p. 492. E. ed. H. Steph. dicitur: Οὐ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἄνοια.

De particulis οὐ γὰρ οὐδὲ conferenda sunt quae infra in οὐδὲ γὰρ οὐδὲ particulis adferentur p. 702. Οὐ γὰρ οὐδέ.

De particulis autem οὐ γὰρ οὖν vix singulatim hoc loco dicendum esset, quoniam in γὰρ οὖν particulis supra p. 263 sqq. earum vis explicata est, nisi in responsione quidem saepe numero legerentur, ut unam formulam efficerent, veluti in Platonis *Phaedone* Part. II. vol. III. p. 78. ed. Bekk. p. 93. E. ed. H. Steph., ubi Socrati quaerenti: Τοῦτο δέ γε πεπονθυῖα οὐδὲν πλέον ἀναρμοστίας οὐδὲ ἁρμονίας μετέχοι ἄν; respondet Simmias: Οὐ γὰρ οὖν, et paullo post p. 100. ed. Bekk. p. 104. ed. H. Steph. eidem Socrati dicenti: Οὐδὲ μὴν — ἐναντίον γ' ἐστὶ δυὰς τριάδι. reddit Cebes: Οὐ γὰρ οὖν., qua in responsione ratiocinatio ad praesentem rem refertur et id significatur ex rebus ita comparatis hoc fere negandum videri, quasi Latine dicas: *Non videlicet.* Οὐ γὰρ οὖν.

Neque difficilis caussa est particularum οὐ γάρ τοι, si ea conferas, quae supra in γάρ τοι particulis explicavimus p. 268 sqq. Exemplum earum particularum recte iam explicavit Devarius vol. I. p. 170. Οὐ γάρ τοι.

Οὐδ' εἰ.

Οὐδ' εἰ particulae si quando pro simplici οὐδὲ positae esse videntur, uti in illo Aristophanis loco, quem ex Aristophanis *Vespis* v. 352. posuit Devarius vol. I. p. 170., res ita se habet ut per quandam ellipsin haec dicantur et tota enuntiatio sic fere declaretur: οὐ δ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι δοκεῖ. Isocratis autem locus e *Panegyrico* §. 139. ed. Bekk. p. 69. ed. H. Steph. ad id genus abundantis negationis pertinet, de quo supra explicatum est p. 476 sq. Οὐδ' εἰ.

Οὐδέν τι μᾶλλον.

De hac formula comparare licet Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. VII. cap. 1. §. 6. Ὁ δὲ Κῦρος ὁρῶν ταῦτα οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίστατο, ἀλλ' ὡσαύτως ἡγεῖτο., quod est *nihilo magis abstitit etc.* Quibus in locis tamen τὶ post Οὐδέν τι μᾶλλον.

οὐδὲν non est supervacaneum, sed est fere, si verbum verbo reddideris: *nequaquam quidquam magis*.

Οὐδὲ γὰρ οὐδέ.

Οὐδὲ γὰρ οὐδέ. Coniunctae particulae οὐδὲ γὰρ οὐδὲ sic dicuntur, ut prius οὐδὲ ad totam enuntiationem eiusque aut oppositionem aut coniunctionem cum antecedentibus spectet, alterum autem οὐδὲ ad singularem enuntiationem efferendam quae sequitur faciat, uti in illa voce Homerica:

Οὐδὲ γάρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν.,

quam recte mutata verborum collocatione exposuit Eustathius: Οὐδὲ γὰρ ἐξέφυγεν οὐδὲ αὐτός. Alia videas in particulis οὐ μὴν οὐδέ. Tum si μὲν particula interponitur, veluti in Homerica voce:

Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικε.

μὲν ut prius οὐδὲ ad universam enuntiationem adfirmandam facit, οὐδὲ autem posterius ita effert vocem ἔοικε, ut supplemento aliquo necessario amplificanda sit oratio, quale est: *ne aequom quidem est, nedum ut possit fieri*, et quae sunt similia.

Οὐδὲ μήν.

Οὐδὲ μήν. Μὴν particulam graviorem quandam adfirmationem in se continere supra vidimus, ubi de ea ipsa particula explicavimus p. 669 sqq., ea adfirmatio ita adiungitur ad οὐδὲ particulam, ut ea non sine quadam oppositionis significatione connectat orationem. Coniunctiva autem particulae vis in aliis locis magis conspicua, uti in Platonis *Convivio* Part. II. vol. II. p. 370. ed. Bekk. p. 177. E. ed. H. Steph. Οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, ὅς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτε πού Ἀγάθων καὶ Παυσανίας οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης κτἑ. quod Latine dicas: *neque vero Aristophanes etc.*, in aliis minus, uti in illis locis, in quibus respondet quis alterius orationi per eas particulas, ut tamen etiam sic connectatur oratio, uti in Aristophanis *Ranis* v. 263., quo loco postquam dixit Dionysus:

Τούτῳ γὰρ οὐ νικήσετε.

reddunt ranae:

Οὐδὲ μὴν ἡμᾶς σὺ πάντως.,

quod est: *neque vero nos tu omnino*, scil. *vinces.* cl. *Ecclesiazusarum* v. 1075.

ΓΡΑΥΣ Γ. Ὡς οὐκ ἀφήσω οὐδέ ποτέ σ'. ΓΡ. Β. Οὐδὲ μὴν ἐγώ.

Plura habet Hartungius vol. I. p. 381. Et his quidem in locis οὐδὲ μὴν non potest idem significare quod ἀλλ' οὐδέ, qua in opinione fuit Devarius vol. I. p. 172., quia dicitur etiam ἀλλ' οὐδὲ μήν, cuius rei exemplum adfert ipse Devarius eadem p. 172. extrema. Ἀλλ' οὐδὲ μήν.

Οὐ δῆτα.

De particulis οὐ δῆτα, praeter illa, quae adnotavit Devarius vol. I. p. 172 sq., conferas ea, quae supra dicta sunt p. 442. Οὐ δῆτα.

Οὐκοῦν et οὔκουν.

De particulis οὐκοῦν et οὔκουν praeter ea, quae habet Devarius vol. I. p. 173 sqq., conferas G. Hermannum ad *Vigerum* p. 794 sqq. ed. tert. Οὐκοῦν et οὔκουν.

Οὐ μέν.

Οὐ μὲν particulae in illis Homeri locis, quos posuit Devarius vol. I. p. 175., ita dicuntur, ut μὲν levem adseverationem adferat ad negationem. Οὐ μέν.

De οὐ μὲν δὴ particulis praeter Xenophontis locum e *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 22., quo usus est Devarius vol. I. p. 175., conferas quae supra in ἀλλὰ — μὲν δὴ et ἀλλὰ μὲν δὴ p. 58 sqq. et rursus in γὲ μὲν δὴ p. 341 sq. tum in μὲν δὴ particulis p. 661 sq. explicata sunt. Οὐ μὲν δή.

Id dicitur etiam apposita γὲ particula οὐ μὲν δὴ — γέ, ut singularis aliqua vox, cui postponitur γὲ particula, efferatur, veluti in Platonis *Phaedro* Part. V. vol. I. p. 65. ed. Bekk. p. 259. B. ed. H. Steph. *Οὐ μὲν δὴ πρέπει γε φιλόμουσον ἄνδρα τῶν τοιούτων ἀνήκοον εἶναι.* Οὐ μὲν δὴ — γέ.

Οὐ μὲν οὖν sive οὐμενουν.

Οὐ μὲν οὖν, οὐμενουν. Porro si ad particulas οὐ μὲν accedit οὖν particula, ut dicatur οὐ μὲν οὖν vel, ut grammatici veteres scribendum praeceperunt οὔμενουν, ad praesentem caussam res revocatur per οὖν particulam, ut id proprie sit: *Non quidem igitur*, sed deinceps universam quandum negationem declaret: *non ita profecto, non sane.* Cf. Demosthenis oratio *de corona* §. 140. ed. Bekk. p. 274. ed. Reisk. Ἆρ᾽ οὖν οὐδ᾽ ἔλεγεν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἔγραφεν, ἡνίκα ἐργάσασθαί τι δέοι κακὸν ὑμᾶς; Οὐ μὲν οὖν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ. et rursus in eadem oratione §. 316. ed. Bekk. p. 330. ed. Reisk. Πότερον κάλλιον καὶ ἄμεινον τῇ πόλει διὰ τὰς τῶν πρότερον εὐεργεσίας, οὔσας ὑπερμεγέθεις, οὐ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἡλίκας, τὰς ἐπὶ τὸν παρόντα βίον γιγνομένας εἰς ἀχαριστίαν καὶ προπελακισμὸν ἄγειν, ἢ πᾶσιν ὅσοι τι μετ᾽ εὐνοίας πράττουσι, τῆς παρὰ τούτων τιμῆς καὶ φιλανθρωπίας μετεῖναι;

Οὐ μὲν οὖν, ἀλλά. Sic dicitur etiam elliptica dicendi ratione: οὐ μὲν οὖν, ἀλλά, veluti in Luciani *dialogo mortuorum* XII. §. 1., ubi postquam Alexander dixit: Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαι σοῦ, ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι., respondet Hannibal: Οὐ μὲν οὖν, ἀλλ᾽ ἐμέ. id est: *Non sane te oportet anteferri, verum me.*

Οὐ μέντοι.

Οὐ μέντοι. Particulas οὐ μέντοι recte explicavit Devarius vol. I. p. 175. Ad has adiungitur etiam γὲ particula non solum interposita aliqua voce, sed etiam ita, ut statim post eas particulas sequatur, quod tum fit, ubi vis γὲ particulae ad totam enuntiationem potius quam ad singularem vocem pertinet, veluti in Demosthenis oratione *contra Philippum* I. §. 49. ed. Bekk. p. 54. ed. Reisk. Ἐγὼ δ᾽ οἶμαι μὲν — ἐκεῖνον μεθύειν — καὶ — ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ, — οὐ μέντοι γε μὰ Δί᾽ οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν, ὥστε κτἑ., ad quem locum vide G. H. Schaef. in *Apparatu crit. et exeg.* vol. I. p. 379.

Οὐ μή.

Οὐ μή. De οὐ μὴ particulis pleraque iam recte administravit Devarius vol. I. p. 175 sq., quas apparet ita dici, ut ex οὐ

particula pendeat μή, quod quasi unam plenam per se enuntiationem efficit prior particula, id quod ad omnia locorum genera pertinet, nisi quod externa sententiarum ratio quibusdam in locis diversa est. Nam quae priore loco commemoravit exempla, in quibus dixit οὐ μὴ negationem esse cum prohibitione, si primam originem spectas huius formulae, nullo modo a reliquis locis differunt et prohibitivam vim tantum modo eo in se continent, quod mox per oppositionis rationem hoc efficitur, ut aliquid prohiberi videatur, veluti in Aristophanis *Nubibus* v. 296 sq. dicitur:

Οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι·
ἀλλ' εὐφήμει.

eo, quod dicitur: *Non est verendum ne irrideas —, sed bona verba facito*, quia in oppositione adhortatio est, fit ut οὐ μὴ particulae prohibitionem in se continere videantur. Et sic etiam in reliquis Aristophanis locis e *Ranis* v. 462. et v. 524.

Ceterum, utrum post οὐ μὴ particulas ponas coniunctivum an futurum, id pertinet ad eam quaestionem, quae supra in μὴ et ὅπως μὴ particulis agitata est. Vide etiam Hartungium vol. II. p. 157., qui recte coniunctivum in compluribus locis tutatus est.

CAPUT XXI.

De particula οὕτως, οὐ μὴν οὐδέ, et harum similibus.

Quod Devarius vol. I. p. 178. disputavit de inverso ordine particularum οὕτως ὥστε, id ipsum non rettulisse nisi ad intumam enuntiationis sententiam, minume vero ad externam orationis conformationem vix est quod commemorem. Sic autem res non pertinet ad doctrinam particularum. Οὕτως ὥστε.

Οὐ μὴν οὐδέ.

Particulae οὐ μὴν οὐδέ, quarum usum recte exposuit Devarius vol. I. p. 179 sq., proprie significant *neque vero* Οὐ μὴν οὐδέ.

ne — quidem, et plerumque post eam vocem, quae effertur per *οὐδὲ* particulam quasi quiddam singulare, adiungitur etiam particula *γέ*, uti in illo Xenophontis loco, quem e *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 2. §. 5. posuit Devarius, tum in Demosthenis oratione *Olynthiaca* III. §. 14. ed. Bekk. p. 32. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν δεῖ κτέ.* Simpliciter *οὐ μὴν οὐδὲ* habetur in Isocratis *Panegyrico* §. 139. ed. Bekk. p. 69. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν οὐδ' εἰ συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὡς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γιγνώσκουσιν.* et in Platonis lib. VI. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 278. ed. Bekk. p. 486. C. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν οὐδὲ τόδε παραλείψεις, ὡς ἐγῷμαι.*

Οὐ μὴν ἀλλά.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καί. Ad p. 180 sq. Particulis *οὐ μὴν ἀλλὰ* saepe subiungitur *καὶ* particula, uti in Isocratis adhortatione *ad Demonicum* §. 9. ed. Bekk. p. 3. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρήσεις ἀναμνησθεὶς οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ σοι λεγομένων.* aut effertur etiam singularis aliqua vox post eas particulas per *γὲ* particulam, uti in Isocratis *adhortatione Nicoclis* §. 8. ed. Bekk. p. 16. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν ἀλλὰ — γέ.* *Οὐ μὴν ἀλλὰ τό γε ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις.* Etiam dicitur *οὐ μὴν ἀλλά που καί*, cuius rei exemplum Hoogeveenus p. 485. hoc posuit e Platonis *legum* lib. IV. Part. III. vol. II. p. 366. ed. Bekk. p. 722. A. ed. H. Steph. *Οὐ μὴν ἀλλά που καί.* *Οὐ μὴν ἀλλά που καὶ Κλεινίᾳ τῷδ' ἀρέσκειν δεῖ τὰ νῦν νομοθετούμενα.*, quo tamen nihil mutatur in significatione, nisi quod limitatio quaedam fit per *πού* particulam.

Οὐδέ.

Οὐδέ. *Οὐδὲ* et *οὔτε* ita differunt quem ad modum *δὲ* et *τὲ* particulae, nisi quod *οὐδὲ* ipso usu et loquendi consuetudine aliquanto magis coniunctivam vim nacta esse videtur quam simplex *δέ*. Quem ad modum autem *δὲ* semper ad priora spectat aut ad ea, quae ut antecedentia ponuntur, sic etiam *οὐδὲ* semper ad priora respicit. Hinc illud factum est, quod iam Devarius vol. I. p. 181. recte perspectum habuit, ut cum *οὔτε*, quia is usus est particularum *τὲ — τέ*, et

ad priora respicere posset, et ad sequentia, aptior connexio esset singulorum membrorum per eas particulas, multo autem dissolutior et fortuita magis coniunctio membrorum per οὐδὲ — οὐδὲ particulas, quia prius οὐδὲ nunquam respicit ad ea, quae sequuntur, sed ad priora aut significata aperte aut tacita cogitatione supplenda, alterum autem οὐδὲ per aliquam oppositionis rationem, quam habet δὲ particula, sequentia adiungit prioribus, non apte connexa, sed potius fortuito concursu accedentia.

Ponam primum simplicissuma. In Demosthenis igitur oratione *Olynthiaca* I. §. 8. ed. Bekk. p. 11. ed. Reisk. si haec dicuntur: *Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε.*, quo in loco postquam aliquid, quod non esset committendum, positum erat, perrexit orator ita ad alterum, quod ipsum quoque committendum non sit, ut hoc per quandam oppositionis rationem adiungeret ad prius, neque ullam internam sententiarum conglutinationem ei rei quaereret. Neque alia caussa est, si ad singulas voces οὐδὲ particula pertinet aut non praecedente negatione dicitur, veluti in Sophoclis *Electra* v. 929. ed. Brunck.

Κατ' οἶκον ἡδύς, οὐδὲ μητρὶ δυσχερής.

Sed in his locis tamen aliquid adest, cui accedat id, quod per οὐδὲ particulam opponitur. Sed saepe numero ne positum quidem est quidquam, ad quod istud οὐδὲ referri possit, ut aliquid extrinsecus adsumendum sit, cui id, quod per οὐδὲ particulam infertur, opponatur. Cui formae orationis cum aliae gentes certam formulam adhibere soleant, etiam Graecae particulae οὐδὲ et μηδέ, si quando ita positae sunt, certam quandam significationem, diversam a propria ac vera notione, habere visae sunt, et *ne — quidem* vel *nicht einmal* significare dictae sunt, ut si in Demosthenis oratione *Olynthiaca* I. §. 27. ed. Bekk. p. 16. ed. Reisk. haec dicuntur: *Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι.*

Ex his autem principiis facile universus usus particulae οὐδὲ explicari poterit. Ac primum quidem si quando bis aut pluries ponitur οὐδὲ non praecedente alia negatione aut alio orationis membro, quo referri commode possit, priore loco habet eam vim, quam modo explicavimus, ut adsumpta extrinsecus aliqua sententia explicandum sit atque *auch nicht*, vel: *nicht einmal, ne — quidem*, significet, posteriore loco aut si saepius ponatur, tantum modo fortuitam illam, quam

Οὐδὲ — οὐδέ.

Οὐδὲ — οὐδὲ — οὐδὲ κτέ.

dixi, novae rei, de qua negatur, adiunctionem efficiat. Sic in illo Platonis loco lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 117. ed. Bekk. p. 391. C. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μηδὲ *) τάδε πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς Πειρίθους τε Διὸς ὥρμησεν, οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγάς μηδέ τιν' ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι κτέ., quem locum contra Imm. Bekkerum et G. Stallbaumium recte ita tutatus est Schneiderus, ut primum μηδὲ *ne* — *quidem* significare diceret. Neque dissimilis huic loco est ille Lysiae locus, quem Hartungius vol. I. p. 206. ipsum quoque sine idonea caussa mutatum voluit. Legitur is in oratione *de adfectata tyrannide* §. 16. ed. Bekk. p. 172. ed. H. Steph. Οὐ τοίνυν οὐδ' εἰς τὸν κατάλογον Ἀθηναίων καταλέξας οὐδένα φανήσομαι, οὐδὲ δίαιταν καταδιαιτησάμενος οὐδενός, οὐδὲ πλουσιώτερος ἐκ τῶν ὑμετέρων γεγονὼς συμφορῶν. Hoc in loco si οὐδέ, quod primo loco positum est, *ne* — *quidem* intellegas, nulla poterit difficultas esse. Id Hartungium non intellexisse eo magis miror, quod similes locos recte explicaverat eadem pagina, veluti quod in Euripidis *Medea* legitur v. 368 sqq.

Δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν.

et in eiusdem Euripidis *Hippolyto* v. 1052 sq.

Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν οὐδὲ μάντεων
φήμας ἐλέγξας ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;

aut in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1. §. 27. Ὦ θαυμάσιε ἄνθρωπε, σύ γε οὐδ' ὁρῶν γιγνώσκεις οὐδ' ἀκούων μέμνησαι. et in Isocratis oratione *de pace* p. 168. Ὥστε οὐδὲ τῶν συμμάχων οὐδὲ τῶν εὐεργετῶν ἀπέσχοντο. Sed haec, si quis recte rem reputaverit, difficilia non erunt ad explicandum.

Οὔτε. Converto me ad οὔτε particulam, qua multo aptiorem rerum connexionem effici supra dixi. Nam quoties aliquid accedit per οὔτε particulam, non est iam haec externa aut fortuita rerum coniunctio, sed intuma potius dicenda, ex similitudine condicionis nata, qua duae aut plures etiam

*) Illud enim iam supra diximus in μηδὲ et μήτε particulis summam inter οὐδὲ et μηδέ, οὔτε et μήτε particulas intercedere similitudinem, ut in explicanda earum particularum constructione perinde illis formis uti possimus.

res ponuntur. Et quom etiam simplex particula τὲ saepissume bis ponatur aut saepius, ut eas res, quae eadem condicione ponantur, indicet, tum etiam οὔτε particula fere usitato more dicendi plerumque duplicata est, ut aptissumam plurium rerum aut plurium membrorum inter se responsionem denotaret. Quamquam non satis recte hoc contenderis, semper bis aut saepius ponendam esse eam particulam. Nam quom duae res una eademque condicione ponuntur, fit etiam, ut simplici negatione praegressa adiiciatur aliquid per οὔτε aut μήτε particulam. Qui loci quia per rei naturam, ut modo dixi, rari sunt, a quibusdam criticis omnes pro corruptis habiti sunt. Sic in illo Aristotelis loco e *Politicorum* lib. I. cap. 3. §. 16. ed. Stahr. c. 9. ed. Bekk. retinenda est omnium librorum scriptura in verbis his: *Ὁτὲ δὲ πάλιν λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα καὶ νόμος παντάπασι, φύσει δ' οὐθέν, ὅτι μεταθεμένων τε τῶν χρωμένων οὐθενὸς ἄξιον οὔτε χρήσιμον πρὸς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ καὶ νομίσματος πλουτῶν πολλάκις ἀπορήσει τῆς ἀναγκαίας τροφῆς.* Nam etiam si illud, quod Imm. Bekkerus e coniectura reposuit: *οὐδὲ χρήσιμον*, per se falsum non est, tamen nihil caussae est quam ob rem mutetur librorum scriptura, quae est etiam aptior, quoniam neque per se illae notiones *οὐθενὸς ἄξιον* et *χρήσιμον πρὸς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων* differunt et huic loco aptior illorum membrorum connexio magis accommodata esse videtur. Neque vero sine exemplo hoc dixit Aristoteles. Nam multi ante eum scriptores eodem prorsus modo locuti erant, in his Plato, veluti in lib. *de re publica* III. Part. III, vol. I. p. 129. ed. Bekk. p. 398. A. ed. H. Steph. *Προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν — εἴποιμεν δ' ἄν, ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει παρ' ἡμῖν οὔτε θέμις ἐγγενέσθαι.*, quo loco primus Schneiderus recte *οὔτε* particulam, pro qua Imm. Bekkerus et G. Stallbaumius falso e coniectura intulerant *οὐδέ*, defendit. Nam ideo recte se habet *οὔτε* hoc loco, quod aptissuma earum rerum debet esse coniunctio. Neque alia caussa est Sophoclis loci in *Aiace* v. 428 sq. ed. Brunck.

Οὐ — οὔτε, μὴ — μήτε.

Οὔτοι σ' ἀπείργειν οὐθ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα,

quem iure tutatus est G. Hermannus. Conferas eiusdem Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 450 sq. Brunck.

Ἀλλ' οὔτι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου
οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ
ὄνησις ἥξει.

et ibidem v. 495 sq. ed. Brunck.

Ἐμοὶ μὲν οὐχ ὑδωτά. λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν δυοῖν κακοῖν.

Οὐ — οὔτε — οὔτε. Ac sic haud raro etiam hoc factum est, ut, posita simplici negatione οὐ, post inferretur bis οὔτε — οὔτε ita tamen, ut tria aequabilia orationis membra essent, veluti in Euripidis *Medea* v. 1354 sqq. dicitur:

Σὺ δ' οὐκ ἔμελλες τἄμ' ἀτιμάσας λέχη
τερπνὸν διάξειν βίοτον ἐγγελῶν ἐμοὶ
οὔθ' ἡ τύραννος οὔθ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους
Κρέων ἀνατεὶ τῆσδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός,

quo in loco quia Iason, Glauce, Creon rex eadem prorsus condicione ponuntur, recte dicitur: οὐκ — οὔτε — οὔτε, quod secus esset, si quasi fortuitum quiddam adiiceretur, οὐδὲ — οὐδὲ positae essent particulae. Aptum eius rei exemplum habetur in Homeri *Odyssea* lib. IV. v. 566.

Οὐ νιφετός, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολύς, οὔτε πότ' ὄμβρος.

Et in his locis recte observavit G. Hermannus id membrum, quod primo loco infertur per οὐ simplicem particulam, ita pronuntiandum videri, ut voce tua distributionem iubeas exspectari, quo facto, οὔτε quod mox infertur, nullam poterit offensionem habere. Neque alia caussa est eorum locorum, in quibus, posita οὔτε particula, quae aptiorem illam connexionem membrorum effectura esset, Οὔτε — οὐ. dein non οὔτε, sed οὐ simplex infertur. Nam in his quoque locis alterum illud οὐ cum membro suo ita efferendum est voce, ut appareat haec coniunctim cogitari, veluti in Euripidis *Medea* v. 1347 sqq. haec habentur:

Ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὸν δαίμον' αἰάζειν πάρα,
ὃς οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι,
οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην,
ἕξω προσειπεῖν ζῶντας, ἀλλ' ἀπώλεσα.

aut in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 971 sqq. ed. Brunck. haec:

Πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί,
ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός,
οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦν;

vel in eiusdem *Antigona* v. 249 sq.

Οὐκ οἶδ'· ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῆδος ἦν
πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή.

Denique sic etiam factum est, ut post οὔτε — οὐ rursus οὔτε inferretur, veluti in *Prometheo* Aeschyli v. 489 sq. Οὔτε — οὐ — οὔτε.

Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστόν, οὔτε πιστόν.

vel in Euripidis *Oreste* v. 46.

Ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις,
μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ
μητροκτονοῦντας.

Ac sic etiam factum est, ut bis posita particula οὔτε inferretur οὐ simplex, veluti in Herodoti lib. I. cap. 138. Ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορέωσι, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς μάλιστα. Quae omnia iis, qui vere harum particularum caussam perspectam habent, nullam adferent difficultatem. Illud recte in hoc loco Hartungius vol. I. p. 199. commemoravit videri hanc constructionem maxume a poetis frequentatam esse, sed tamen non corrigendus est propterea Lysiae locus ex oratione *de adfectata tyrannide* §. 14. ed. Bekk. p. 172. ed. H. Steph., sed potius explicandus. Leguntur ibi haec: Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐγενόμην· ἢ τῶν κατηγόρων ὁ βουλόμενος παρελθὼν προσελεγξάτω· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐπειδὴ οἱ δέκα κατέστησαν, οὐδείς με ἀποδείξει οὔτε βουλεύσαντα οὔτε ἀρχὴν οὐδεμίαν ἄρξαντα. Facile apparet hoc loco οὔτε et quod sequitur οὐ τοίνυν non ita inter se respondere, sicuti in illis locis, quos supra posuimus, sed recte tamen se haec verba habent. Lysias enim voluit bis ponere οὔτε particulam, ut talem aliquam efficere responsionem orationis: Ἐγὼ γὰρ — οὔτε ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐγενόμην — οὔτ' ἐπειδὴ οἱ δέκα κατέστησαν, οὐδείς με ἀποδείξει κτἑ., sed tamen fecit id, quod saepissume in his ipsis particulis factum est, aliis interpositis verbis reliquit inchoatam constructionem et ita conformavit orationem, ut per ἀνακολουθίαν penderet superius membrum. Οὔτε — οὔτε — οὐ.

Denique ad hanc eandem constructionem particularum οὐ — οὔτε pertinent ii loci, in quibus proposito οὐδέ, quod significat *ne — quidem*, dein sequitur οὔτε, quoniam illud δέ, quod adhaeret οὐ priori, ad sequens membrum nihil pertinet, veluti in illo Isaei loco *de hereditate Philoctemonis* §. 14. ed. Bekk. p. 57. ed. H. Steph. Ἀφελόντι οὖν ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ ὑπολείπεται πλείω ἢ τριάκοντα ἔτη, ὥστ' οὐδ' ἐπιτροπεύεσθαι προσήκει Οὐδὲ — οὔτε.

τὴν Καλλίππην ἔτι, τριακοντοῦτίν γε οὖσαν, οὔτε ἀνέκδοτον καὶ ἄπαιδα εἶναι κτἑ. Nam quod hoc loco edidit Imm. Bekkerus οὔτ' ἐπιτροπεύεσθαι, non est in libris. Alia vide apud Hartungium vol. I. p. 201 sq.

Οὔτε vel μήτε semel positum, ubi bis exspectaveris.

Etenim propero ad aliam constructionem, quae ipsa quoque ex intuma vi ac potestate οὔτε et μήτε particularum nata est ideoque huc necessario pertinet. Illam dico constructionem, si quando οὔτε ita ponitur, ut negatio quidem praecedat nulla, sed ad prius membrum, quia οὔτε particula, ut vidimus, aptissumam plurium rerum connexionem efficit et plures res aequabiles monstrat, negativa vis ex altero membro adsumenda sit, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 770 sq. ed. Br.

Ἐφίεμαι
ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, μηδέ τῳ τέχνῃ
κείνοις μεθεῖναι ταῦτα κτἑ.,

quem locum recte iam Eustathius p. 1694, 7. ita explanavit, ut diceret positum esse pro μήτε ἑκόντα μήτ' ἄκοντα. Sic saepe etiam Pindarus, uti in *Pyth.* X. v. 29 sq. ed. Boeckh. (46 sq.)

Ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις
ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν.

et ibidem v. 41 sq (65 sq.)

Νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον κέκραται
ἱερᾷ γενεᾷ

et in *Pythio* carmine VI. v. 47 sq.

Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει,
ἄδικον οὔθ' ὑπέροπλον ἥβαν δρέπων κτἑ.

Id recte observavit G. Hermannus ad Sophoclis *Philoctetam* v. 771 Br. fieri non posse in οὐδὲ particula, quia illa non tam aptam membrorum coniunctionem efficit, ut ex uno membro concludi de altero possit. Sed quod idem Hermannus ad Euripidis *Medeam* v. 4 sq p. 333. ed. Lips. (Opusc. vol. III. p. 155.) hoc dictionis genus, quod ipsum quoque magis poetarum proprium esse videtur, transtulit etiam ad duo Isaei locos, in eo facile doceri poterit erravisse virum summum, ut mirer ne in opusculis quidem retractatum ab eo hunc errorem esse. Et e priore quidem *Isaei* loco *de hereditate Philoctemonis* e p. 132. ed. Reisk. haec verba affert Hermannus: παραδοῦναι οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν, ut, si quis ipsum locum non evolvat, facile in eius opinionem adduci possit. Verum tamen Imm. Bekkerus §. 16. ed.

suae, p. 57 extrema ed. H. Steph. totum locum ex optumis libris suis nunc ita constituit: Ἀποδεῖξαι τοίνυν ἡμῶν κελευόντων ὅστις οἶδε τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων ἢ συνοικήσασαν ἐκείνῳ τινὰ ἢ Καλλίππην ἐπιτροπευομένην, καὶ παρὰ τῶν ὄντων θεραπόντων τὸν ἔλεγχον ποιεῖσθαι, ἤ εἴ τις τῶν παρ' αὐτοῖς οἰκετῶν φάσκει ταῦτα εἰδέναι, ἡμῖν παραδοῦναι, οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν οὔθ' ἡμῖν παραδοῦναι., qua recepta scriptura, quae G. Hermannus verba traxit ad sequentia haec ἡμῖν παραδοῦναι, eam ad priora pertinent, ut ea constructio, quam sibi repperisse visus est vir optumus, iam nulla in hoc loco sit. Nec magis huc facit alter Isaei locus, quem huc vocavit G. Hermannus. Legitur is in eadem oratione §. 47. ed. Bekk. p. 61. ed. H. Steph. Τοὐναντίον τοίνυν συμβέβηκεν ἢ ὡς ὁ νόμος γέγραπται· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἔστι νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, Ἀνδροκλείδης δὲ καὶ Ἀντίδωρος οἴονται δεῖν κτέ. Sic libri hunc locum scriptum exhibent, sed voluit Hermannus pro μηδὲ νόθῃ scribere: μήτε νόθῃ, ut ex hoc μήτε vis negativa etiam ad prius membrum pertinere possit. Iniuria. Neque enim orator facile hac orationis forma utetur et librorum scriptura μηδὲ νόθῃ recte defendi potest. Primum enim omnia, omisso illo membro μηδὲ νόθῃ, sic procedunt: Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἔστι νόθῳ — εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Nam non opus est propter eas, quae sequuntur, negativas particulas μήτε — μήτε ad prius νόθῳ negatione, et illud, quod adiectum est, μηδὲ νόθῃ dici poterat etiam adfirmative, καὶ μὴν νόθῃ. Nunc autem, quia tamen negativam sententiam ante oculos habuit orator, usitato more dicendi, ubi νόθῃ adiecit, dixit μηδὲ νόθῃ, adversativa illa et magis fortuita compositione negativorum membrorum.

Nunc iam reliqua videamus, quae de his particulis adnotatione digna esse videantur praeter ea, quae hucusque de vera earum particularum natura iam disputata sunt, quae iam strictim tractari poterunt. Ac primum quidem saepe numero οὔτε — τὲ particulae inter se respondent, quod non maiorem poterit offensionem habere quam Latinae particulae *neque* — *et*. Pari enim loco duo membra ponantur, nisi quod in altero negatio accedit. Exempla videas haec Euripidis *Hecubae* v. 1199 sqq. *Οὔτε — τέ.*

Νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται, παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε.

Xenophontis de *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 2. §. 8. *Καὶ ὤμοσαν οἵ τε Ἕλληνες καὶ ὁ Ἀριαῖος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι μήτε προδώσειν ἀλλήλους σύμμαχοί τε ἔσεσθαι.* et quos locos ad eum locum comparavit Krügerus lib. IV. cap. 3. §. 6. *οὔτε ἐν τῷ ὕδατι τὰ ὅπλα ἦν ἔχειν — ἐπί τε τῆς κεφαλῆς τὰ ὅπλα εἴ τις φέροι, γυμνοὶ ἐγίγνοντο πρὸς τὰ τοξεύματα καὶ τὰ ἄλλα βέλη.* lib. IV. cap. 5. §. 28. lib. VII. cap. 7. §. 48. lib. III. cap. 1. §. 30. cap. 2. §. 23. cf. Hartungium vol. I. p. 193., qui recte

Οὔτε — καί. observavit minus frequentem esse particularum *οὔτε — καὶ* coniunctionem, uti in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 578.

> *Εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσμενὴς*
> *καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὖς κἀγὼ θέλω.*

Quamquam posteriores scriptores saepius ea constructione usi sunt, veluti Ioannes Euangelista cap. 4. §. 11. *Οὔτε ἄντλημα ἔχεις καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ.*

Οὔτε — οὐδέ. Saepe etiam post *οὔτε* particulam infertur *οὐδὲ* aut simplex *δὲ* particula, quae tamen omnia per quoddam *ἀνακολουθίας* genus dicuntur, etsi tales *ἀνακολουθίαι* admodum usitatae sunt, ut quae ex eis nata est constructio, paene legitima esse videatur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 7. §. 11. dicitur: *Ὁ δὲ Ἀγασίας — οὔτε τὸν Ἀριστώνυμον πλησίον ὄντα παρακαλέσας οὐδὲ Εὐρύλοχον τὸν Λουσιέα, ἑταίρους ὄντας, οὐδ᾽ ἄλλον οὐδένα, χωρεῖ αὐτὸς καὶ παρέρχεται πάντας.* aut in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1139 sqq. ed. Brunck.

> *Οὔτ᾽ εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,*
> *τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε θαυμάσας ἔχω,*
> *οὐδ᾽ εἰ πρὸ τοῦ ᾽μοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ᾽ ἔπη.,*

ad quem locum vide quae rectissume de hac sententiarum conformatione explicavit G. Hermannus p. 229.

Οὔτε — δέ. Contra *οὔτε* particulam sequitur *δέ*, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 1. §. 16. ed. Krüg. *Ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν οὔτε πλοῖα ἔστιν οἷς ἀποπλευσούμεθα· μένουσι δὲ αὐτοῦ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἔστι τὰ ἐπιτήδεια.* aut in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 112. ed. Bekk. p. 388. E. ed. H. Steph. *Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, ἀποδεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς.* Tum in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 421 sqq. ed. Brunck.

> *Ἀλλ᾽ οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην*
> *ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ᾽ ἐμοὶ τέλος*
> *αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι κτέ.*

Hae fere sunt varietates, quae in his particulis notatione dignae videantur. Nam quae praeterea restant, eae ad aliquod earum, quas explicavimus, genus referendae sunt. Sed adnotandum praeterea videtur non solum terminatione has particulas variari, verum etiam ipsa vi negativa, ut οὔτε sequatur μήτε et inverso ordine μήτε excipiatur ab οὔτε particula, veluti in Demosthenis oratione *de rebus Chersonesi* §. 68. ed. Bekk. p. 106, 22. ed. Reisk. leguntur haec: Ἐγὼ δὲ θρασὺς μὲν καὶ βδελυρὸς καὶ ἀναιδὴς οὔτ᾽ εἰμὶ μήτε γενοίμην, ἀνδρειότερον μέντοι πολλῷ πάνυ τῶν ἰταμῶς πολιτευομένων παρ᾽ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι. et apud eundem in oratione *de falsa legatione* §. 149. ed. Bekk. p. 387, 13. ed. Reisk. Ὑμῖν δὲ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὔτ᾽ ἦν μήτε γένοιτο τοῦ λοιποῦ. et in Euripidis *Medea* v. 616 sq. Οὔτε — μήτε.

Οὔτ᾽ ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ᾽ ἄν,
οὔτ᾽ ἄν τι δεξαίμεσθα, μηδ᾽ ἡμῖν δίδου.

Ac sic inverso ordine etiam μήτε — οὔτε dictum est, veluti in Demosthenis oratione *de rebus Chersonesi* §. 51. ed. Bekk. p. 102, 22. ed. Reisk. Διαφέρει δὲ τί; ὅτι ἐστὶν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνθρώπῳ μεγίστη ἀνάγκη ἡ ὑπὲρ τῶν γιγνομένων αἰσχύνη, καὶ μείζω ταύτης οὐκ οἶδ᾽ ἥντιν᾽ ἂν εἴποι τις· δούλῳ δὲ πληγαὶ καὶ ὁ τοῦ σώματος αἰκισμός, ἃ μήτε γένοιτ᾽ οὔτε λέγειν ἄξιον. Vide G. H. Schaeferi *Meletemata critica* p. 91. et *Apparat. crit. et exeg. ad Demosth.* vol. I. p. 527 sq. vol. II. p. 568. Μήτε — οὔτε.

Praeterea si ad has particulas aliae particulae ita accedunt, ut aptior quaedam earum coniunctio nascatur, uti si οὐδ᾽ ἄρα et οὔτ᾽ ἄρα, vel οὐδ᾽ οὖν vel οὔτ᾽ οὖν dicatur, id nullam poterit difficultatem habere. Vide quae in particulis ἄρα et δὲ et nominatim in δ᾽ ἄρα p. 381 sq. et δ᾽ οὖν vol. I. p. 67 sq. et vol. II. p. 447 sqq. dicta sunt et in τὲ et οὖν infra dicentur, de οὔτ᾽ ἄρα et οὔτ᾽ οὖν conferri etiam possunt, quae in εἴτε particula explicata sunt p. 534 sqq. Eadem enim prorsus harum particularum atque illarum ratio est. Οὐδ᾽ ἄρα, οὔτ᾽ ἄρα, οὐδ᾽ οὖν et οὔτ᾽ οὖν.

Et οὐδ᾽ ἄρα in Graeca lingua frequentissimum est inde ab Homero, cuius vide *Iliados* lib. V. v. 674 sq. Οὐδ᾽ ἄρα.

Οὐδ᾽ ἄρ᾽ Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μόρσιμον ἦεν,
ἴφθιμον Διὸς υἱὸν ἀποκτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ.

De οὔτ᾽ ἄρα autem conferri poterit Platonis locus supra propter aliam caussam a nobis positus e lib. II. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 112. ed. Bekk. p. 388. E. ed. H. Steph. Οὔτ᾽ ἄρα.

Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, ἀποδεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς.

Οὐδ' οὖν. De οὐδ' οὖν porro conferatur eiusdem Platonis lib. VII. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 290. ed. Bekk. p. 492. E. ed. H. Steph. Οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονεν οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε.

Οὔτ' οὖν. De οὔτ' οὖν, quod et priore loco ponitur et posteriore, conferas Euripidis *Andromacham* v. 328 sq. ed. Herm.

Οὐκ ἀξιῶ
οὔτ' οὖν σὲ Τροίας οὔτε σοῦ Τροίαν ἔτι.

et Aeschyli *Agamemnonem* v. 459 sqq. ed. Well.

Μήτ' εἴην πτολιπόρθης
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλ-
λων βίον κατίδοιμι.

Οὐδὲ γάρ. Omnium frequentissume dicitur οὐδὲ γάρ, quod habet negationem cum maiore asseveratione quam οὐ γάρ, hoc enim est: *non enim*, illud: *neque enim*, vel: *nec enim vero*. Vide quae supra in οὐδὲ γὰρ οὐδὲ particulis exposita sunt ad p. 171 sq.

Οὔτε γάρ. Οὔτε γὰρ saepe ita legitur, ut οὔτε spectet aliud membrum, quod sequitur, id quod minume pertinet ad haec disputationem, sed tamen etiam factum est, ut huic οὔτε nihil responderet in sequentibus et coniunctae particulae οὔτε γὰρ Latinae voci *etenim* respondere viderentur, qua de re vide quae G. H. Schaeferus explicavit ad Dionysium Halicarn. de comp. verb. p. 409 sq. cl. *Apparat. crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. I. p. 636. vol. V. p. 554. et quae infra in τὲ γὰρ particulis dicentur. Scilicet qui οὔτε γὰρ dixit, voluisse videtur dividere orationem in plures partes, aut certe ita rem eloquitur quasi plures res ponere possit.

Οὐδὲ δή. De οὐδὲ δὴ vide quae in particula δὴ explicata sunt vol. I. p. 60. p. 63 sq. et vol. II. p. 382 sqq.

Οὔτε δή. De οὔτε δὴ vide δὴ particulam vol. II. p. 419. Pertinet enim omnis haec disputatio ad τὲ δὴ particulas.

Οὔτε μήν. De οὐδὲ μὴν dixit separatim Devarius vol. I. p. 172. Neque οὔτε μὴν ullam poterit difficultatem habere. Adseveratio enim et ad coniunctivam et ad adversativam particulam similiter adiici potest. Exemplum habes apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 3. §. 12. Οὔτε γὰρ τοξεύειν ἡμῖν μαθητέον, ὥσπερ τοῖς παισί· προεπιστάμεθα γὰρ τοῦτο· οὔτε μὴν ἀκοντίζειν κτἑ.

De οὐδ' αὖ particulis non minus quam de οὔτ' αὖ dubitari poterit, conferantur quae supra in αὖ particula p. 209 sq. posita sunt. Οὔτ' αὖ legitur in Demosthenis oratione I. *contra Aphobum* §. 49. ed. Bekk. p. 829. ed. Reisk. Οὔτε γὰρ ὡς ὀφείλοντά με κατέλιπεν ὁ πατὴρ ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπέφηνεν — οὔτ' αὖ τὸν ἀριθμὸν τῶν χρημάτων εἰς τοὺς συνεπιτρόπους ἐπανέφερεν κτἑ. Οὐδ' αὖ et οὔτ' αὖ.

Οὖν.

Οὖν particulam ex antiqua participii verbi substantivi forma natam videri et praesentis rei rationem habere, iam aliquoties a nobis dictum est. Revocat igitur illa lectorem ad rem praesentem, id est, quae nunc cum maxume agitur eodem prorsus modo, quo Latina particula *igitur*. Ea autem relatio, quam efficit οὖν particula, duplex est, ut aut ad ea, quae antea revera posita sunt, lectorem revocet, quod si fit, aperte vim collectivam prae se fert particula, aut ut lectorem revocet ad id ipsum, quod nunc agitur, unde vim reflexivam habere visa atque adeo ad eandem originem, quo pronomen αὐτός, ab Hartungio falso quidem relata est. Οὖν.

Neutra huius particulae significatio est difficilis ad explicandum, sed dicam primum de ea, quae magis sese ostendit, id est, de vi vere collectiva, de qua, ne quis falso mea verba intellegat, hoc pronuntiandum videtur: Graecos habere duas particulas, quibus leviore quodam modo ex iis, quae posita sunt, aliquid colligant. Eae formae sunt ἄρα et οὖν, quarum prior tamen ad internam potius caussam spectat, altera magis ad externam. Hinc factum est, ut etiam si ἄρα intumam unius rei cum altera quasi necessitudinem indicaret, quasi nostrum *ja* in simili caussa ponitur, οὖν autem externam magis ac fortuitam per sese, hoc ἄρα tamen leviorem quandam ratiocinationem efficeret, οὖν autem graviorem. Qua re evenit ut ἄρα magis in vita communi usurparetur et in leviore connexione rerum, οὖν autem a philosophis et in apertiore conclusione, vide quae supra p. 173. de earum particularum discrimine tradita sunt. Οὖν et ἄρα.

Exemplis ad hunc usum particulae declarandum vix opus erit. Nam nos quoque et Latini similiter loquimur, ut Graeci. Sic Demosthenes in oratione *Olynthiaca* I. §. 2. ed. Bekk. p. 9. ed. Reisk., ubi posuit instar prooemii universam quandam sententiam, sic pergit: Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιλη-

πτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε., quibus in verbis apparet οὖν plane Latino *igitur* respondere. Nam id quoque similiter auditorem ab una re ad alteram traducit. Commemorabo potius quae in hoc genere magis singularia esse videntur.

Οὖν post parenthesin. Ac primum quidem οὖν, ut Latinorum *igitur*, nostrum *also*, saepe post parenthesin ponitur, ut orationem intermissam reprehendat, veluti si in Demosthenis quae fertur oratione *contra Neaeram* §. 99. ed. Bekk. p. 1378 sq. ed. Reisk. haec dicuntur: Καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο καὶ εἶδον οὐ πολλοὺς ὄντας τοὺς Θηβαίους, ἀλλὰ τοὺς πρώτους αὐτῶν εἰσεληλυθότας· ὕδωρ γὰρ γενόμενον τῆς νυκτὸς πολὺ ἐκώλυσεν αὐτοὺς πάντας εἰσελθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς μέγας ἐῤῥύη καὶ διαβῆναι οὐ ῥάδιον ἦν, ἄλλως τε καὶ νυκτός· ὡς οὖν εἶδον οἱ Πλαταιεῖς τοὺς Θηβαίους ἐν τῇ πόλει καὶ ἔγνωσαν ὅτι οὐ πάντες πάρεισιν, ἐπιτίθενται κτἑ., ad quem locum contra Fr. Aug. Wolfium, qui ad Xenophontis *Graecam historiam* lib. I. cap. 3. §. 20. p. 115. rarius sic οὖν ab Atticis usurpari dixisset, recte G. H. Schaeferus monuit, sibi hunc particulae usum satis frequenter occurrisse. Conferas Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 6. §. 15. Ἐγὼ μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἀκούω Δέξιππον λέγειν πρὸς Κλέανδρον ὡς οὐκ ἂν ἐποίησεν Ἀγασίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέλευσα, ἐγὼ οὖν ἀπολύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας καὶ Ἀγασίαν κτἑ. vide ibidem lib. I. cap. 5. §. 14. Ὁ δὲ Πρόξενος, ἔτυχε γὰρ ὕστερος προσιὼν καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν, εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων ἔθετο τὰ ὅπλα κτἑ. et quae adtulit ad eum locum Krügerus, tum quae Hartungius adtulit vol. II. p. 22 sq. Pertinet autem quod de parenthesi dixi, ad universum genus epanalepseos.

Οὖν in apodosi. Tum saepe οὖν particula adiuvat etiam apodosin, eo, quod complexum quasi earum rerum, quas protasis continet, monstrat collectiva vi sua, in quo genere miror Ernestum Popponem, cum in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 17. recte usum particulae in apodosi agnovisset in verbis his: Ἐπειδὴ δ' ἔγνω τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ ἄνομον βίαιον, σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευεν ἀεὶ τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι, tamen postea lib. II. cap. 2. §. 4. titubasse rursus. Erat enim is locus sine ulla dubitatione optumorum librorum indicio ita constituendus: Ὡς δ' ὁ τρίτος ἔλαβε, καὶ ἔδοξεν αὐτὸν μεῖζον ἑαυτοῦ λαβεῖν, κατέβαλεν οὖν, ὃ ἔλαβεν, ὡς ἕτερον ληψόμενος. Nam quod iste narrat οὖν particulam mancorum locorum indicem

esse, id ego in eis quidem exemplis, quae commemoravit, non agnosco. Nam etiam lib. I. cap. 2. §. 11. sine dubio *οὖν* particula reponenda erat in verbis his: *Καὶ θηρῶντες μὲν οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν, ἢν μή τι δεήσῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι ἢ ἄλλως ἐθελήσωσι διατρῖψαι περὶ τὴν θύραν· τὸ οὖν ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου.*, cf. quae Hartungius l. l. suppeditat.

Satis frequenter habetur *οὖν* etiam in interrogatione, quod si fit, prima particulae vis facile apparet. Nam in interrogatione hoc saepe fit, ut rei praesentis ratio habenda sit, et ut, posita alia re, iam certior fieri de aliqua caussa velis. Adiungitur autem illa particula non solum ad omnes voculas interrogativas, verum etiam per se quasi fulcrum interrogationis est saepissume. Sic ut aliquot certe exempla ponam, in lib VI. Platonis *de re publica* haud procul ab initio p. 484. B. ed. H. Steph. primum dicitur: *Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν;* et paullo post: *Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν;* et ibidem sub littera C. *Ἠ οὖν δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν κτἑ.* sed non multo post sub litt. D. dicitur: *Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα, ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας μηδ᾽ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦντας;*

Οὖν in interrogatione.

Et in his quidem locis omnibus vera ac propria vis *οὖν* particulae satis perspicua est, sed dicitur saepe etiam ibi *οὖν*, ubi res minus patet et magis in se ipsa praesens caussa ea particula colligi videatur, ut tamen si veram particulae vim exquiras, eadem illa sit, quae in reliquis locis.

Ad hoc genus primum pertinent illi loci, in quibus *οὖν* adiuvat aposiopesin, veluti in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 111. ed. Bekk. p. 388. B. ed. H. Steph. *Πολὺ δ᾽ ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μήτοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους —· εἰ δ᾽ οὖν θεούς, μήτοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι κτἑ.*, quo in loco etsi sententia constaret, si diceretur simpliciter: *εἰ δὲ θεούς*, tamen intellegentia loci multum eo adiuvatur, quod *οὖν* particula apposita est, quae dum nos ad praes ntem rerum statum revocat et positum iam aliquid monstrat, etiam de eo recte edocet, quod volt scriptor dicere. Neque tamen *οὖν* in eius modi locis semper adseverationem adiuvat, sed interdum etiam id, quod contrarium est, veluti si in Sophoclis *Antigona* dicitur v. 719 sqq. ed. Brunck.

Οὖν in aposiopesi.

Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ,
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.,

quo in loco modestia quadam ducitur Haemon, quod non apertius coram patre loquitur. Vide quae supra in δ' οὖν particulis posita sunt p. 447 sqq. et in particulis εἰ μὲν οὖν p. 523.

Ἀλλ' οὖν. Neque prima ac vera vis particulae οὖν obsolevit, si ad alias particulas adiuncta legitur, veluti si dicitur ἀλλ' οὖν, qua de re vide quae in ἀλλὰ particula p. 16 sq. dicta

Ἀτὰρ οὖν. sunt, et ἀτὰρ οὖν, quode vide p. 198 sq.

Γὰρ οὖν. Porro dicitur γὰρ οὖν, qua de re vide supra p. 263 sqq.

Γὲ — οὖν, γ' οὖν et γοῦν. et γὲ — οὖν et γὲ οὖν, quod vel γ' οὖν diremptis vocabulis vel γοῦν dicitur, vide supra p 349 sqq.

Δ' — οὖν et δ' οὖν. De δὲ — οὖν, vel δ' οὖν dictum est supra p. 447 sqq.

Δὴ οὖν et οὖν δή. Aliquoties etiam δὴ οὖν et οὖν δὴ dictum est, vide supra p. 418 sq.

Εἶτ' οὖν. De εἴτ' οὖν vide quae supra p. 535 sqq. explicata sunt, de εἴτ' ἄρ' οὖν autem, quae p. 534.

Ἐπειδὴ οὖν. De ἐπειδὴ οὖν vide p. 552.

Μὲν οὖν. De μὲν οὖν conferantur quae supra p. 662 sq. adlata sunt in μὲν οὖν particulis, et quae ipse Devarius disputavit vol. I. p. 125 sqq.

Μὴ οὖν. s. μῶν, μῶν οὖν. De μὴ οὖν sive μῶν, et μῶν οὖν vide quae supra p. 676 sq. explicata sunt in μὴ et μῶν particulis.

Οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν. De οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν vide supra p. 715 sq.

Ὡς οὖν, ὅπως οὖν κτέ., ὅστις οὖν κτέ. Neque prorsus obscurata est illa prima vis particulae οὖν in eis locis, in quibus adverbiis vel adiectivis relativis ita adiuncta est, ut prorsus eis adhaerescat, veluti si ὡς οὖν, ὥσπερ οὖν, ὅπως οὖν, ὅπῃ οὖν, ὅστις οὖν, οἷόσπερ οὖν et quae sunt similia dicuntur. Nam in eius modi locis hoc indicamus per eam particulam, nos ceteras res iam nihil curare, et hoc, quod iam significatur, quasi iam per ea, quae antecesserunt aut antecessisse significantur, confirmatum ponere, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 33. ed. Bekk. p. 242. C. ed. H. Steph. dicitur: Εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη. Id si Ficinus Latine reddidit: *ut certe est*, sententiam Graecam recte tenuit, quamquam οὖν per se non habet adfirmationem, sed tantum modo rei praesentis aut dicam condicionis rerum rationem habet, quasi Latine dicas:

Si vero est, quem ad modum, si rem spectas, aut dicam: *pro rerum condicione est, deus vel quid divinum Amor, nihil mali sit.* tum si in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 27. legitur: *Εἰ οὖν, ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὄντων ὑμῶν, μηδ' ὅντινα οὖν μισθὸν προσαιτήσας Σεύθην σύμμαχον ὑμῖν προσέλαβον, ἔχοντα καὶ ἱππέας καὶ πελταστάς, ὧν ὑμεῖς προσεδεῖσθε, ἦ κακῶς ἂν ἐδόκουν ὑμῖν βεβουλεῦσθαι πρὸ ὑμῶν;* quod est proprie: *neque quamcunque igitur mercedem.*, qua ratione vis ac significatio pronominis *ὅστις* ita deprimitur, ut ne minumam quidem mercedem sibi quaesivisse videatur is, qui loquitur. Rem accurate explicavit Aug. Matthiae in *gr. Gr. ampl.* §. 625. p. 1274 sq. ed. sec.

Rem praesentem in maiorem modum monstrat *οὖν* particula etiam in formula quadam saepe ab Herodoto usurpata, raro ab Atticis scriptoribus posita, si quando ad ipsum actionem, quae posita est in verbo, ita accedit illa particula, ut verbo prorsus inhaerescat, quapropter etiam praepositionem inter et verbum collocatur in eius modi locis, cuius modi est Aristophanis in *Ranis* v. 1046 sq. *Κατ' οὖν ἔβαλε.*

Ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθῆτο,
ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν.

Vide Herodoti lib. II. cap. 70. et cap. 85. et quae Hartungius vol. II. p. 18. posuit, qui recte nostras formulas *ohne Weiteres, mir nichts dir nichts*, quibus sententiam certe Graecorum locorum adsequi possumus, comparavit.

De collocatione particulae denique hoc adnotandum videtur, hanc particulam uno alterove verbo semper postponendam esse, sed haud raro factum esse, ut etiam post plura poneretur verba, veluti in Demosthenis oratione *contra Euergum et Mnesibulum* §. 23. ed. Bekk. p. 1146, 1. ed. Reisk. rectius videtur e libro Parisino optumo G. Dindorfius edidisse: *Ἐξ ἀνάγκης ἦν οὖν μοι παραλαμβάνειν κτἑ.*, quam ceteri editores: *Ἐξ ἀνάγκης οὖν ἦν μοι κτἑ.* et in eiusdem Demosthenis oratione *contra Polyclem* §. 35. ed. Bekk. p. 1217, 21. ed. Reisk. *Τίς ἂν δύναιτ' οὖν, ἔφη, τὴν σὴν μανίαν καὶ πολυτέλειαν ὑπομεῖναι κτἑ.* Vide G. H. Schaeferum in *Apparatu* vol. V. p. 224. et p. 310. Saepe etiam inter praepositionem et nomen ponitur, veluti in Demosthenis oratione *Olynthiaca* II. §. 29. ed. Bekk. p. 26. ed. Reisk. *Ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν.*, et quae sunt id genus alia.

τὴν Καλλίππην ἔτι, τριακοντοῦτίν γε οὖσαν, οὔτε ἀνέκδοτον καὶ ἄπαιδα εἶναι κτέ. Nam quod hoc loco edidit Imm. Bekkerus οὔτ' ἐπιτροπεύεσθαι, non est in libris. Alia vide apud Hartungium vol. I. p. 201 sq.

Οὔτε vel μήτε semel positum, ubi his exspectaveris.

Etenim propero ad aliam constructionem, quae ipsa quoque ex intuma vi ac potestate οὔτε et μήτε particularum nata est ideoque huc necessario pertinet. Illam dico constructionem, si quando οὔτε ita ponitur, ut negatio quidem praecedat nulla, sed ad prius membrum, quia οὔτε particula, ut vidimus, aptissumam plurium rerum connexionem efficit et plures res aequabiles monstrat, negativa vis ex altero membro adsumenda sit, veluti in Sophoclis *Philocteta* v. 770 sq. ed. Br.

> Ἐφίεμαι
> ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, μηδέ τῳ τέχνῃ
> κείνοις μεθεῖναι ταῦτα κτέ.,

quem locum recte iam Eustathius p. 1694, 7. ita explanavit, ut diceret positum esse pro μήτε ἑκόντα μήτ' ἄκοντα. Sic saepe etiam Pindarus, uti in *Pyth.* X. v. 29 sq. ed. Boeckh. (46 sq.)

> Ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις
> ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν.

et ibidem v. 41 sq. (65 sq.)

> Νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον κέκραται
> ἱερᾷ γενεᾷ

et in *Pythio* carmine VI. v. 47 sq.

> Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει,
> ἄδικον οὔθ' ὑπέροπλον ἥβαν δρέπων κτέ.

Id recte observavit G. Hermannus ad Sophoclis *Philoctetam* v. 771 Br. fieri non posse in οὐδὲ particula, quia illa non tam aptam membrorum coniunctionem efficit, ut ex uno membro concludi de altero possit. Sed quod idem Hermannus ad Euripidis *Medeam* v. 4 sq p. 333. ed. Lips. (Opusc. vol. III. p. 155.) hoc dictionis genus, quod ipsum quoque magis poetarum proprium esse videtur, transtulit etiam ad duo Isaei locos, in eo facile doceri poterit erravisse virum summum, ut mirer ne in opusculis quidem retractatum ab eo hunc errorem esse. Et e priore quidem *Isaei* loco *de hereditate Philoctemonis* e p. 132. ed. Reisk. haec verba adfert Hermannus: παραδοῦναι οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν, ut, si quis ipsum locum non evolvat, facile in eius opinionem adduci possit. Verum tamen Imm. Bekkerus §. 16. ed.

sinae, p. 57 extrema ed. H. Steph. totum locum ex optumis libris suis nunc ita constituit: Ἀποδεῖξαι τοίνυν ἡμῶν κελευόντων ὅστις οἶδε τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων ἢ συνοικήσασαν ἐκείνῳ τινὰ ἢ Καλλίππην ἐπιτροπευομένην, καὶ παρὰ τῶν ὄντων θεραπόντων τὸν ἔλεγχον ποιεῖσθαι, ἢ εἴ τις τῶν παρ' αὐτοῖς οἰκετῶν φάσκει ταῦτα εἰδέναι, ἡμῖν παραδοῦναι, οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν οὐθ' ἡμῖν παραδοῦναι., qua recepta scriptura, quae G. Hermannus verba traxit ad sequentia haec ἡμῖν παραδοῦναι, eam ad priora pertinent, ut ea constructio, quam sibi repperisse visus est vir optumus, iam nulla in hoc loco sit. Nec magis huc facit alter Isaei locus, quem huc vocavit G. Hermannus. Legitur is in eadem oratione §. 47. ed. Bekk. p. 61. ed. H. Steph. Τοὐναντίον τοίνυν συμβέβηκεν ἢ ὡς ὁ νόμος γέγραπται· ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, Ἀνδροκλείδης δὲ καὶ Ἀντίδωρος οἴονται δεῖν κτέ. Sic libri hunc locum scriptum exhibent, sed voluit Hermannus pro μηδὲ νόθῃ scribere: μήτε νόθῃ, ut ex hoc μήτε vis negativa etiam ad prius membrum pertinere possit. Iniuria. Neque enim orator facile hac orationis forma utetur et librorum scriptura μηδὲ νόθῃ recte defendi potest. Primum enim omnia, omisso illo membro μηδὲ νόθῃ, sic procedunt: Ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι νόθῳ — εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Nam non opus est propter eas, quae sequuntur, negativas particulas μήτε — μήτε ad prius νόθῳ negatione, et illud, quod adiectum est, μηδὲ νόθῃ dici poterat etiam adfirmative, καὶ μὴν νόθῃ. Nunc autem, quia tamen negativam sententiam ante oculos habuit orator, usitato more dicendi, ubi νόθῃ adiecit, dixit μηδὲ νόθῃ, adversativa illa et magis fortuita compositione negativorum membrorum.

Nunc iam reliqua videamus, quae de his particulis adnotatione digna esse videantur praeter ea, quae hucusque de vera earum particularum natura iam disputata sunt, quae iam strictim tractari poterunt. Ac primum quidem saepe numero οὔτε — τὲ particulae inter se respondent, quod non maiorem poterit offensionem habere quam Latinae particulae *neque* — *et*. Pari enim loco duo membra ponuntur, nisi quod in altero negatio accedit. Exempla videas haec Euripidis *Hecubae* v. 1199 sqq. Οὔτε — τέ.

Νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται, παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε.

Xenophontis de *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 2. §. 8. *Καὶ ὤμοσαν οἵ τε Ἕλληνες καὶ ὁ Ἀριαῖος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι μήτε προδώσειν ἀλλήλους σύμμαχοί τε ἔσεσθαι.* et quos locos ad eum locum comparavit Krügerus lib. IV. cap. 3. §. 6. *οὔτε ἐν τῷ ὕδατι τὰ ὅπλα ἦν ἔχειν — ἐπί τε τῆς κεφαλῆς τὰ ὅπλα εἴ τις φέροι, γυμνοὶ ἐγίγνοντο πρὸς τὰ τοξεύματα καὶ τὰ ἄλλα βέλη.* lib. IV. cap. 5. §. 28. lib. VII. cap. 7. §. 48. lib. III. cap. 1. §. 30. cap. 2. §. 23. cf. Hartungium vol. I. p. 193., qui recte

Οὔτε — καί. observavit minus frequentem esse particularum *οὔτε — καὶ* coniunctionem, uti in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 578.

Εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσμενὴς
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὺς κἀγὼ θέλω.

Quamquam posteriores scriptores saepius ea constructione usi sunt, veluti Ioannes Euangelista cap. 4. §. 11. *Οὔτε ἄντλημα ἔχεις καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ.*

Οὔτε — οὐδέ. Saepe etiam post *οὔτε* particulam infertur *οὐδὲ* aut simplex *δὲ* particula, quae tamen omnia per quoddam *ἀνακολουθίας* genus dicuntur, etsi tales *ἀνακολουθίαι* admodum usitatae sunt, ut quae ex eis nata est constructio, *pene* legituma esse videatur, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. IV. cap. 7. §. 11. dicitur: *Ὁ δὲ Ἀγασίας — οὔτε τὸν Ἀριστώνυμον πλησίον ὄντα παρακαλέσας οὐδὲ Εὐρύλοχον τὸν Λουσιέα, ἑταίρους ὄντας, οὐδ' ἄλλον οὐδένα, χωρεῖ αὐτὸς καὶ παρέρχεται πάντας.* aut in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 1139 sqq. ed. Brunck.

Οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε θαυμάσας ἔχω,
οὐδ' εἰ πρὸ τοῦ 'μοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.,

ad quem locum vide quae rectissume de hac sententiarum conformatione explicavit G. Hermannus p. 229.

Οὔτε — δέ. Contra *οὔτε* particulam sequitur *δέ*, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 1. §. 16. ed. Krüg. *Ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν οὔτε πλοῖα ἔστιν οἷς ἀποπλευσούμεθα· μένουσι δὲ αὐτοῦ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἔστι τὰ ἐπιτήδεια.* aut in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 112. ed. Bekk. p. 388. E. ed. H. Steph. *Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, ἀποδεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς.* Tum in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 421 sqq. ed. Brunck.

Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην
ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος
αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι κτέ.

Hae fere sunt varietates, quae in his particulis notatione dignae videantur. Nam quae praeterea restant, eae ad aliquod earum, quas explicavimus, genus referendae sunt. Sed adnotandum praeterea videtur non solum terminatione has particulas variari, verum etiam ipsa vi negativa, ut οὔτε sequatur μήτε et inverso ordine μήτε excipiatur ab οὔτε particula, veluti in Demosthenis oratione *de rebus Chersonesi* §. 68. ed. Bekk. p. 106, 22. ed. Reisk. leguntur haec: Ἐγὼ δὲ θρασὺς μὲν καὶ βδελυρὸς καὶ ἀναιδὴς οὔτ' εἰμὶ μήτε γενοίμην, ἀνδρειότερον μέντοι πολλῷ πάνυ τῶν ἰταμῶς πολιτευομένων παρ' ὑμῖν ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι. et apud eundem in oratione *de falsa legatione* §. 149. ed. Bekk. p. 387, 13. ed. Reisk. Ὑμῖν δὲ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὔτ' ἦν μήτε γένοιτο τοῦ λοιποῦ. et in Euripidis *Medea* v. 616 sq. Οὔτε — μήτε.

Οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἄν,
οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα, μηθ' ἡμῖν δίδου.

Ac sic inverso ordine etiam μήτε — οὔτε dictum est, veluti in Demosthenis oratione *de rebus Chersonesi* §. 51. ed. Bekk. p. 102, 22. ed. Reisk. Διαφέρει δὲ τί; ὅτι ἐστὶν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνθρώπῳ μεγίστη ἀνάγκη ἡ ὑπὲρ τῶν γιγνομένων αἰσχύνη, καὶ μείζω ταύτης οὐκ οἶδ' ἥντιν' ἂν εἴποι τις· δούλῳ δὲ πληγαὶ καὶ ὁ τοῦ σώματος αἰκισμός, ἃ μήτε γένοιτ' οὔτε λέγειν ἄξιον. Vide G. H. Schaeferi *Meletemata critica* p. 91. et *Apparat. crit. et exeg. ad Demosth.* vol. I. p. 527 sq. vol. II. p. 568. Μήτε — οὔτε.

Praeterea si ad has particulas aliae particulae ita accedunt, ut aptior quaedam earum coniunctio nascatur, uti si οὐδ' ἄρα et οὔτ' ἄρα, vel οὐδ' οὖν vel οὔτ' οὖν dicatur, id nullam poterit difficultatem habere. Vide quae in particulis ἄρα et δὲ et nominatim in δ' ἄρα p. 381 sq. et δ' οὖν vol. I. p. 67 sq. et vol. II. p. 447 sqq. dicta sunt et in τὲ et οὖν infra dicentur, de οὔτ' ἄρα et οὔτ' οὖν conferri etiam possunt, quae in εἴτε particula explicata sunt p. 534 sqq. Eadem enim prorsus harum particularum atque illarum ratio est. Οὐδ' ἄρα, οὔτ' ἄρα, οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν.

Et οὐδ' ἄρα in Graeca lingua frequentissimum est inde ab Homero, cuius vide *Iliados* lib. V. v. 674 sq. Οὐδ' ἄρα.

Οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μόρσιμον ἦεν,
ἴφθιμον Διὸς υἱὸν ἀποκτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ.

De οὔτ' ἄρα autem conferri poterit Platonis locus supra propter aliam caussam a nobis positus e lib. II. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 112. ed. Bekk. p. 388. E. ed. H. Steph. Οὔτ' ἄρα.

Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, ἀποδεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς.

Οὐδ' οὖν. De οὐδ' οὖν porro conferatur eiusdem Platonis lib. VII. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 290. ed. Bekk. p. 492. E. ed. H. Steph. Οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονεν οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε.

Οὔτ' οὖν. De οὔτ' οὖν, quod et priore loco ponitur et posteriore, conferas Euripidis *Andromacham* v. 328 sq. ed. Herm.

Οὐκ ἀξιῶ
οὔτ' οὖν σὲ Τροίας οὔτε σοῦ Τροίαν ἔτι.

et Aeschyli *Agamemnonem* v. 459 sqq. ed. Well.

Μήτ' εἴην πτολιπόρθης
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλ-
λων βίον κατίδοιμι.

Οὐδὲ γάρ. Omnium frequentissume dicitur οὐδὲ γάρ, quod habet negationem cum maiore asseveratione quam οὐ γάρ, hoc enim est: *non enim*, illud: *neque enim*, vel: *nec enim vero*. Vide quae supra in οὐδὲ γὰρ οὐδὲ particulis exposita sunt ad p. 171 sq.

Οὔτε γάρ. Οὔτε γὰρ saepe ita legitur, ut οὔτε spectet aliud membrum, quod sequitur, id quod minume pertinet ad hanc disputationem, sed tamen etiam factum est, ut huic οὔτε nihil responderet in sequentibus et coniunctae particulae οὔτε γὰρ Latinae voci *etenim* respondere viderentur, qua de re vide quae G. H. Schaeferus explicavit ad Dionysium Halicarn. de comp. verb. p. 409 sq. cl. *Apparat. crit. et exeg. ad Demosthenem* vol. I. p. 636. vol. V. p. 554. et quae infra in τὲ γὰρ particulis dicentur. Scilicet qui οὔτε γὰρ dixit, voluisse videtur dividere orationem in plures partes, aut certe ita rem eloquitur quasi plures res ponere possit.

Οὐδὲ δή. De οὐδὲ δὴ vide quae in particula δὴ explicata sunt vol. I. p. 60. p. 63 sq. et vol. II. p. 382 sqq.

Οὔτε δή. De οὔτε δὴ vide δὴ particulam vol. II. p. 419. Pertinet enim omnis haec disputatio ad τὲ δὴ particulas.

Οὔτε μήν. De οὐδὲ μὴν dixit separatim Devarius vol. I. p. 172. Neque οὔτε μὴν ullam poterit difficultatem habere. Adseveratio enim et ad coniunctivam et ad adversativam particulam similiter adiici potest. Exemplum habes apud Xenophontem in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 3. §. 12. Οὔτε γὰρ τοξεύειν ἡμῖν μαθητέον, ὥσπερ τοῖς παισί· προεπιστάμεθα γὰρ τοῦτο· οὔτε μὴν ἀκοντίζειν κτἑ.

De οὐδ' αὖ particulis non minus quam de οὔτ' αὖ dubitari poterit, conferantur quae supra in αὖ particula p. 209 sq. posita sunt. Οὔτ' αὖ legitur in Demosthenis oratione I. *contra Aphobum* §. 49. ed. Bekk. p. 829. ed. Reisk. Οὔτε γὰρ ὡς ὀφείλοντά με κατέλιπεν ὁ πατὴρ ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπέφηνεν — οὔτ' αὖ τὸν ἀριθμὸν τῶν χρημάτων εἰς τοὺς συνεπιτρόπους ἐπανέφερεν κτἑ. Οὐδ' αὖ et οὔτ' αὖ.

Οὖν.

Οὖν particulam ex antiqua participii verbi substantivi forma natam videri et praesentis rei rationem habere, iam aliquoties a nobis dictum est. Revocat igitur illa lectorem ad rem praesentem, id est, quae nunc cum maxume agitur eodem prorsus modo, quo Latina particula *igitur*. Ea autem relatio, quam efficit οὖν particula, duplex est, ut aut ad ea, quae antea revera posita sunt, lectorem revocet, quod si fit, aperte vim collectivam prae se fert particula, aut ut lectorem revocet ad id ipsum, quod nunc agitur, unde vim reflexivam habere visa atque adeo ad eandem originem, quo pronomen αὐτός, ab Hartungio falso quidem relata est. Οὖν.

Neutra huius particulae significatio est difficilis ad explicandum, sed dicam primum de ea, quae magis sese ostendit, id est, de vi vere collectiva, de qua, ne quis falso mea verba intellegat, hoc pronuntiandum videtur: Graecos habere duas particulas, quibus leviore quodam modo ex iis, quae posita sunt, aliquid colligant. Eae formae sunt ἄρα et οὖν, quarum prior tamen ad internam potius caussam spectat, altera magis ad externam. Hinc factum est, ut etiam si ἄρα intumam unius rei cum altera quasi necessitudinem indicaret, quasi nostrum *ja* in simili caussa ponitur, οὖν autem externam magis ac fortuitam per sese, hoc ἄρα tamen leviorem quandam ratiocinationem efficeret, οὖν autem graviorem. Qua re evenit ut ἄρα magis in vita communi usurparetur et in leviore connexione rerum, οὖν autem a philosophis et in apertiore conclusione, vide quae supra p. 173. de earum particularum discrimine tradita sunt. Οὖν et ἄρα.

Exemplis ad hunc usum particulae declarandum vix opus erit. Nam nos quoque et Latini similiter loquimur, ut Graeci. Sic Demosthenes in oratione *Olynthiaca* I. §. 2. ed. Bekk. p. 9. ed. Reisk., ubi posuit instar prooemii universam quandam sententiam, sic pergit: Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιλη-

πτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε., quibus in verbis apparet *οὖν* plane Latino *igitur* respondere. Nam id quoque similiter auditorem ab una re ad alteram traducit. Commemorabo potius quae in hoc genere magis singularia esse videntur.

Οὖν post parenthesin. Ac primum quidem *οὖν*, ut Latinorum *igitur*, nostrum *also*, saepe post parenthesin ponitur, ut orationem intermissam reprehendat, veluti si in Demosthenis quae fertur oratione *contra Neaeram* §. 99. ed. Bekk. p. 1378 sq. ed. Reisk. haec dicuntur: *Καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο καὶ εἶδον οὐ πολλοὺς ὄντας τοὺς Θηβαίους, ἀλλὰ τοὺς πρώτους αὐτῶν εἰσεληλυθότας· ὕδωρ γὰρ γενόμενον τῆς νυκτὸς πολὺ ἐκώλυσεν αὐτοὺς πάντας εἰσελθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς μέγας ἐῤῥύη καὶ διαβῆναι οὐ ῥᾴδιον ἦν, ἄλλως τε καὶ νυκτός· ὡς οὖν εἶδον οἱ Πλαταιεῖς τοὺς Θηβαίους ἐν τῇ πόλει καὶ ἔγνωσαν ὅτι οὐ πάντες πάρεισιν, ἐπιτίθενται κτἑ.*, ad quem locum contra Fr. Aug. Wolfium, qui ad Xenophontis *Graecam historiam* lib. I. cap. 3. §. 20. p. 115. rarius sic *οὖν* ab Atticis usurpari dixisset, recte G. H. Schaeferus monuit, sibi hunc particulae usum satis frequenter occurrisse. Conferas Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 6. §. 15. *Ἐγὼ μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἀκούω Δέξιππον λέγειν πρὸς Κλέανδρον ὡς οὐκ ἂν ἐποίησεν Ἀγασίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέλευσα, ἐγὼ οὖν ἀπολύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας καὶ Ἀγασίαν κτἑ.* vide ibidem lib. I. cap. 5. §. 14. *Ὁ δὲ Πρόξενος, ἔτυχε γὰρ ὕστερος προσιὼν καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν, εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων ἔθετο τὰ ὅπλα κτἑ.* et quae adtulit ad eum locum Krügerus, tum quae Hartungius adtulit vol. II. p. 22 sq. Pertinet autem quod de parenthesi dixi, ad universum genus epanalepseos.

Οὖν in apodosi. Tum saepe *οὖν* particula adiuvat etiam apodosin, eo, quod complexum quasi earum rerum, quas protasis continet, monstrat collectiva vi sua, in quo genere miror Ernestum Popponem, cum in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 17. recte usum particulae in apodosi agnovisset in verbis his: *Ἐπειδὴ δ' ἔγνω τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ ἄνομον βίαιον, σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευεν ἀεὶ τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι*, tamen postea lib. II. cap. 2. §. 4. titubasse rursus. Erat enim is locus sine ulla dubitatione optumorum librorum indicio ita constituendus: *Ὡς δ' ὁ τρίτος ἔλαβε, καὶ ἔδοξεν αὐτὸν μεῖζον ἑαυτοῦ λαβεῖν, κατέβαλεν οὖν, ὃ ἔλαβεν, ὡς ἕτερον ληψόμενος.* Nam quod iste narrat *οὖν* particulam mancorum locorum indicem

esse, id ego in eis quidem exemplis, quae commemoravit, non agnosco. Nam etiam lib. I. cap. 2. §. 11. sine dubio οὖν particula reponenda erat in verbis his: *Καὶ θηρῶντες μὲν οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν, ἢν μή τι δεήσῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι ἢ ἄλλως ἐθελήσωσι διατρῖψαι περὶ τὴν θύραν· τὸ οὖν ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου.*, cf. quae Hartungius l. l. suppeditat.

Satis frequenter habetur *οὖν* etiam in interrogatione, quod si fit, prima particulae vis facile apparet. Nam in interrogatione hoc saepe fit, ut rei praesentis ratio habenda sit, et ut, posita alia re, iam certior fieri de aliqua caussa velis. Adiungitur autem illa particula non solum ad omnes voculas interrogativas, verum etiam per se quasi fulcrum interrogationis est saepissume. Sic ut aliquot certe exempla ponam, in lib VI. Platonis *de re publica* haud procul ab initio p. 484. B. ed. H. Steph. primum dicitur: *Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν;* et paullo post: *Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν;* et ibidem sub littera C. *Ἠ οὖν δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν κτέ.* sed non multo post sub litt. D. dicitur: *Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα, ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦντας;* Οὖν in interrogatione.

Et in his quidem locis omnibus vera ac propria vis *οὖν* particulae satis perspicua est, sed dicitur saepe etiam ibi *οὖν*, ubi res minus patet et magis in se ipsa praesens caussa ea particula colligi videatur, ut tamen si veram particulae vim exquiras, eadem illa sit, quae in reliquis locis.

Ad hoc genus primum pertinent illi loci, in quibus *οὖν* adiuvat aposiopesin, veluti in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 111. ed. Bekk. p. 388. B. ed. H. Steph. *Πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μήτοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους —· εἰ δ' οὖν θεούς, μήτοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι κτέ.*, quo in loco etsi sententia constaret, si diceretur simpliciter: *εἰ δὲ θεούς*, tamen intellegentia loci multum eo adiuvatur, quod *οὖν* particula apposita est, quae dum nos ad praes ntem rerum statum revocat et positum iam aliquid monstrat, etiam de eo recte edocet, quod volt scriptor dicere. Neque tamen *οὖν* in eius modi locis semper adseverationem adiuvat, sed interdum etiam id, quod contrarium est, veluti si in Sophoclis *Antigona* dicitur v. 719 sqq. ed. Brunck. Οὖν in aposiopesi.

> Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
> πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ,
> φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
> εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
> καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.,

quo in loco modestia quadam ducitur Haemon, quod non apertius coram patre loquitur. Vide quae supra in δ' οὖν particulis posita sunt p. 447 sqq. et in particulis εἰ μὲν οὖν p. 523.

Ἀλλ' οὖν. Ἀτὰρ οὖν. Neque prima ac vera vis particulae οὖν obsolevit, si ad alias particulas adiuncta legitur, veluti si dicitur ἀλλ' οὖν, qua de re vide quae in ἀλλὰ particula p. 16 sq. dicta sunt, et ἀτὰρ οὖν, quode vide p. 198 sq.

Γὰρ οὖν. Porro dicitur γὰρ οὖν, qua de re vide supra p. 263 sqq.

Γὲ — οὖν, γ' οὖν et γοῦν. et γὲ — οὖν et γὲ οὖν, quod vel γ' οὖν diremptis vocabulis vel γοῦν dicitur, vide supra p 349 sqq.

Δὲ — οὖν et δ' οὖν. De δὲ — οὖν, vel δ' οὖν dictum est supra p. 447 sqq.

Δὴ οὖν et οὖν δή. Aliquoties etiam δὴ οὖν et οὖν δὴ dictum est, vide supra p. 418 sq.

Εἴτ' οὖν. De εἴτ' οὖν vide quae supra p. 535 sqq. explicata sunt, de εἴτ' ἄρ' οὖν autem, quae p. 534.

Ἐπειδὴ οὖν. De ἐπειδὴ οὖν vide p. 552.

Μὲν οὖν. De μὲν οὖν conferantur quae supra p. 662 sq. adlata sunt in μὲν οὖν particulis, et quae ipse Devarius disputavit vol. I. p. 125 sqq.

Μὴ οὖν. s. μῶν, μῶν οὖν. De μὴ οὖν sive μῶν, et μῶν οὖν vide quae supra p. 676 sq. explicata sunt in μὴ et μῶν particulis.

Οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν. De οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν vide supra p. 715 sq.

Ὡς οὖν, ὅπως οὖν κτέ., ὅστις οὖν κτέ. Neque prorsus obscurata est illa prima vis particulae οὖν in eis locis, in quibus adverbiis vel adiectivis relativis ita adiuncta est, ut prorsus eis adhaereseat, veluti si ὡς οὖν, ὥσπερ οὖν, ὅπως οὖν, ὅπῃ οὖν, ὅστις οὖν, οἱόσπερ οὖν et quae sunt similia dicuntur. Nam in eius modi locis hoc indicamus per eam particulam, nos ceteras res iam nihil curare, et hoc, quod iam significatur, quasi iam per ea, quae antecesserunt aut antecessisse significantur, confirmatum ponere, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 33. ed. Bekk. p. 242. C. ed. H. Steph. dicitur: Εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη. Id si Ficinus Latine reddidit: *ut certe est*, sententiam Graecam recte tenuit, quamquam οὖν per se non habet adfirmationem, sed tantum modo rei praesentis aut dicam condicionis rerum rationem habet, quasi Latine dicas:

Si vero est, quem ad modum, si rem spectas, aut dicam: *pro rerum condicione est, deus vel quid divinum Amor, nihil mali sit.* tum si in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 27. legitur: *Εἰ οὖν, ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὄντων ὑμῶν, μηδ᾽ ὅντινα οὖν μισθὸν προσαιτήσας Σεύθην σύμμαχον ὑμῖν προσέλαβον, ἔχοντα καὶ ἱππέας καὶ πελταστάς, ὧν ὑμεῖς προσεδεῖσθε, ἦ κακῶς ἂν ἐδόκουν ὑμῖν βεβουλεῦσθαι πρὸ ὑμῶν;* quod est proprie: *neque quamcunque igitur mercedem.*, qua ratione vis ac significatio pronominis *ὅστις* ita deprimitur, ut ne minumam quidem mercedem sibi quaesivisse videatur is, qui loquitur. Rem accurate explicavit Aug. Matthiae in *gr. Gr. ampl.* §. 625. p. 1274 sq. ed. sec.

Rem praesentem in maiorem modum monstrat *οὖν* particula etiam in formula quadam saepe ab Herodoto usurpata, raro ab Atticis scriptoribus posita, si quando ad ipsum actionem, quae posita est in verbo, ita accedit illa particula, ut verbo prorsus inhaerescat, quapropter etiam praepositionem inter et verbum collocatur in eius modi locis, cuius modi est Aristophanis in *Ranis* v. 1046 sq. *Κατ᾽ οὖν ἔβαλε.*

Ἀλλ᾽ ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ ᾽πικαθῆτο,
ὥστε γε καὐτόν σε κατ᾽ οὖν ἔβαλεν.

Vide Herodoti lib. II. cap. 70. et cap. 85. et quae Hartungius vol. II. p. 18. posuit, qui recte nostras formulas *ohne Weiteres, mir nichts dir nichts*, quibus sententiam certe Graecorum locorum adsequi possumus, comparavit.

De collocatione particulae denique hoc adnotandum videtur, hanc particulam uno alterove verbo semper postponendam esse, sed haud raro factum esse, ut etiam post plura poneretur verba, veluti in Demosthenis oratione *contra Euergum et Mnesibulum* §. 23. ed. Bekk. p. 1146, 1. ed. Reisk. rectius videtur e libro Parisino optumo G. Dindorfius edidisse: *Ἐξ ἀνάγκης ἦν οὖν μοι παραλαμβάνειν κτἑ.*, quam ceteri editores: *Ἐξ ἀνάγκης οὖν ἦν μοι κτἑ.* et in eiusdem Demosthenis oratione *contra Polyclem* §. 35. ed. Bekk. p. 1217, 21. ed. Reisk. *Τίς ἂν δύναιτ᾽ οὖν, ἔφη, τὴν σὴν μανίαν καὶ πολυτέλειαν ὑπομεῖναι κτἑ.* Vide G. H. Schaeferum in *Apparatu* vol. V. p. 224. et p. 310. Saepe etiam inter praepositionem et nomen ponitur, veluti in Demosthenis oratione *Olynthiaca* II. §. 29. ed. Bekk. p. 26. ed. Reisk. *Ἐπ᾽ οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὑτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν.*, et quae sunt id genus alia.

CAPUT XXII.

De particulis πάνυ γε, πάνυ τοι, et aliis quibusdam.

Πάνυ γε, πάνυ μενοῦν. Ad p. 185. De πάνυ γε conferas quae in γὲ particula supra p. 272 sqq. dicta sunt. De πάνυ μενοῦν vide vol. I. p. 125 sqq. vol. II. p. 662 sq.

Πάνυ τοί. De πάνυ τοὶ vide vol. I. p. 207. et quae infra ad eum locum dicentur.

Πάλιν. De πάλιν autem praeter ea, quae Devarius adnotavit ipse, conferantur illa, quae supra in αὖ particula a nobis addita sunt p. 212 sq.

Πέρ.

Πέρ. Πὲρ particulam, cognatam cum praepositione περί, ambitum rei maiorem vel quamvis maxumum significare iam aliquoties pronuntiavimus, recteque cum hac Graeca particula iam Hartungius vol. I. p. 331. Latinam *per* composuit, quae est in formulis: *parumper*, *paullisper*, *aliquantisper*, *nuper*, *semper etc.* Nostro sermone, si vim ipsam spectamus, respondet fere voci: *noch so sehr.* Ea vox, prouti illa comparata est sententia, cui subiicitur, poterit aut augere aut etiam deprimere rem. Hinc illa diversitas explicationis nata est, quam posuit Devarius vol. I. p. 187 sq., non tam ipsam significationem πὲρ particulae spectans quam interpretationes, quae singulis adhiberi possunt formulis. Neque enim per se πὲρ idem valet, quod καὶ ταῦτα, sed in illo Homeri loco, quo usus est Devarius: ἔχοντά περ ἄλγεα θυμῷ, est proprie: *noch so sehr Schmerzen im Herzen tragend.* Et sic omnes Homeri loci, quos posuit Devarius, explicandi sunt. Attici scriptores non videntur usurpasse simplicem particulam πὲρ nisi in certis quibusdam formulis, sed eo frequentius posuerunt καίπερ et οὐδέπερ vel μηδέπερ, de quibus mox dicitur.

Nam qui huc vocari possit Platonis locus e *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 18, 12. ed. Bekk. p. 235. B. ed. H. Steph., in eo loco pro volgato Πλῆρές περ iam Imm.

Bekkerus e libris suis omnibus scripsit: *Πλῆρές πως, ὦ δαιμόνιε, τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι, παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω.*, ut Hoogeveeni suspicione non inscita illa quidem non opus sit, qui p. 520. ed. Schütz. haec a poeta petita videri posse observavit. Quod autem Aeschylus scripsit in *Agamemnone* v. 1054. ed. Well.

Μένει τὸ θεῖον δουλίᾳ περ ἐν φρενί.

et ibidem v. 1550.

Ἐθέλω δαίμονι τῷ Πλεισθενιδᾶν
ὅρκους θεμένῃ, τάδε μὲν στέργειν,
δύσκλητά περ ὄντα,

id ille ex antiquo sermone retinuerat, ut inde nihil peti possit testimonii.

Καίπερ contra saepe ab Atticis positum est, quod fere respondet nostro: *auch noch so sehr*, cui contrarium est *οὐδέπερ* vel *μηδέπερ*, quod tamen eodem modo praeterquam negative dicitur. Hae particulae plerumque cum participio ponuntur, veluti in Thucydidis lib. IV. cap. 10. dicitur: *Τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δέ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος.*, quod dicas Latine: *quamvis licet arduum sit.*, conferatur Xenophon in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 6. §. 10. *Οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν, καὶ τότε προσεκύνησαν, καίπερ εἰδότες ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο.*, et quae supra in *ὅμως* particula posita sunt p. 679. Id dicitur etiam *καὶ — πὲρ* interposita ea voce, quae effertur hac ipsa constructione, veluti in Euripidis *Oreste* v. 667 sq. ed. Herm. *Καίπερ.*

Κἀγὼ δ᾽ ἱκνοῦμαι καὶ γυνή περ οὖσ᾽ ὅμως
τοῖς δεομένοισιν ὠφελεῖν.

vel in Aeschyli *Agamemnone* v. 1176. ed. Well.

Μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος;

De negativis particulis conferas locum iam aliquoties de alia caussa positum Aristophanis ex *Acharnensibus* v. 221 sq.

Οἴχεται· διωκτέος δέ, μή γάρ ἐγχάνῃ ποτὲ
μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας.

tum Euripidis *Phoenissas* v. 1636 sq. ed. Herm.

Τὸ γὰρ ἐμόν ποτ᾽ εὐγενὲς
οὐκ ἂν προδοίην, οὐδέπερ πράσσων κακῶς.

Πὲρ post pronomina, adverbia, particulas relativas.

Omnium frequentissume ab Atticis scriptoribus πὲρ particula adiungitur pronominibus et adverbiis ac particulis relativis et dicitur ὅσπερ, ὅστισπερ, ὅσοσπερ, οἱόσπερ; οὗπερ, ὅπουπερ, οἷπερ, ὅποιπερ, ὅθενπερ, ὅθιπερ, ἵναπερ, ἔνθαπερ; ὥσπερ; ᾗπερ; εἴπερ, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ; ὅτεπερ, ἡνίκαπερ, πρίνπερ, ἕωσπερ, ἔστεπερ et quae sunt alia id genus multa. Quibus in formulis adiuncta πὲρ particula hoc significatur, id, quod praedicatur, vel maxume pertinere ad illam rem, quam describit vox relativa. Sic in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 6. §. 11. si haec dicuntur: Ἐπεὶ δὲ εἶδον αὐτὸν οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν, καὶ τότε προσεκύνησαν, καίπερ εἰδότες ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο., proprie hoc dicitur: *Postquam autem viderunt eum qui maxume (potissumum) prius eum venerabantur, etiam tum venerati sunt, etc.*, non ut *maxume* aut *potissumum* in eius modi locis potissumum faciat ad verbi vim, sed pertinet hoc πὲρ vel maxume ad pronomen relativum et hoc modo interdum nihil aliud sibi volt illa particula, nisi ut acuat eam notionem, cui subiecta est. Sic illud οἵπερ etiam verti potest *qui quidem* aut *ii qui*, sed tamen ut hoc meminerimus aliam vim proprie esse πὲρ particulae, aliam harum Latinarum *formularum*. Singulae formulae e Lexicis peti possunt, de quibusdam etiam iam dictum est, veluti de ἐάνπερ, ἄνπερ, ἤνπερ supra p. 483 sq. de εἴπερ vol. I. p. 75 sq. supra p. 528 sq. et de ἐπείπερ γε quidem p. 310 sq , de εἰ μή περ p. 527. de ἐπείπερ p. 553. de ἐπειδήπερ p. 552. de ἕωσπερ p. 570.

Πῆ.

Πῆ.

De hac interrogativa voce conferantur ea, quae supra in ᾗ explicata sunt p. 579.

Πλήν.

Πλήν.

Πλὴν particula, quidquid obloquitur Hartungius vol. II. p. 30., non potest dubitari quin comparationis vim habeat, quippe cum cognata sit cum forma πλεῖν vel πλέον.

Πλὴν ἤ.

Et comparationis vis exstat etiam in quibusdam formulis ita, ut manu prehendi queat, veluti si πλὴν ἢ et quae sunt similia dicuntur. Sic in illis locis, qualis est Platonis in *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 140. ed. Bekk.

p. 42. A. ed. H. Steph. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. Ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ, quod plane nostro *ausser als* respondet, quia nostra vox *ausser* ipsa quoque vim comparativam in se continet, et si quando dicitur πλὴν ἀλλ' ἤ; veluti in Aristotelis *Metaphysicis* lib. I. cap. 1. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκὸς κτέ., hoc proprie est *magis aliter quam etc.* Hinc denique etiam factum est, ut πλὴν genitivum adsciceret, uti in illis exemplis quae posuit Devarius vol. I. p. 188. Πλὴν cum genitivo.

Sed mox prima significatione amissa πλήν, ut nostrum *ausser*, adverbii vicem obtinuit, ut neque ἢ adsciceret neque genitivum, uti in illis locis quos Aristotelis et Xenophontis posuit p. 188 sq. idem Devarius, quibus addas licet Platonis *Phaedonem* Part. II. vol. III. p. 26. ed. Bekk. p. 68. ed. H. Steph. Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι. Πλὴν sine casu.

Hinc nata est etiam adversativa illa vis πλὴν particulae, ut locum ἀλλὰ particulae obtinere videatur, qua ratione fere nostro *abgesehen davon* respondet. Id adeo magis apparet, si quando πλὴν ἀλλὰ particulae coniunguntur, quod haud raro factum est apud optumos scriptores Graecos, veluti in Luciani *Timone* §. 24 dicitur: Πλὴν ἀλλὰ τί πράττεις καταπεμφθείς; quod est: *Abgesehen davon was thust du aber, nachdem du herabgesandt worden bist?* cf. ibidem §. 26. §. 45. Πλὴν simplex adversativam vim habet in eodem Luciani dialogo §. 9. Πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε καὶ θορύβου πολλοῦ — πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ' ἀπέβλεψα εἰς τὴν Ἀττικὴν κτέ. et ibidem §. 10. Πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν. Πλὴν adversativum.

Cetera sunt facilia et iam satis significata a Devario vol. I. p. 188—190.

De πλήν γε conferas supra p. 313. tum de πλήν γε δὴ p. 339 sq. Πλήν γε.

πτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε., quibus in verbis apparet οὖν plane Latino *igitur* respondere. Nam id quoque similiter auditorem ab una re ad alteram traducit. Commemorabo potius quae in hoc genere magis singularia esse videntur.

Οὖν post parenthesin. Ac primum quidem οὖν, ut Latinorum *igitur*, nostrum *also*, saepe post parenthesin ponitur, ut orationem intermissam reprehendat, veluti si in Demosthenis quae fertur oratione *contra Neaeram* §. 99. ed. Bekk. p. 1378 sq. ed. Reisk. haec dicuntur: Καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο καὶ εἶδον οὐ πολλοὺς ὄντας τοὺς Θηβαίους, ἀλλὰ τοὺς πρώτους αὐτῶν εἰσεληλυθότας· ὕδωρ γὰρ γενόμενον τῆς νυκτὸς πολὺ ἐκώλυσεν αὐτοὺς πάντας εἰσελθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς μέγας ἐῤῥύη καὶ διαβῆναι οὐ ῥᾴδιον ἦν, ἄλλως τε καὶ νυκτός· ὡς οὖν εἶδον οἱ Πλαταιεῖς τοὺς Θηβαίους ἐν τῇ πόλει καὶ ἔγνωσαν ὅτι οὐ πάντες πάρεισιν, ἐπιτίθενται κτἑ., ad quem locum contra Fr. Aug. Wolfium, qui ad Xenophontis *Graecam historiam* lib. I. cap. 3. §. 20. p. 115. rarius sic οὖν ab Atticis usurpari dixisset, recte G. H. Schaeferus monuit, sibi hunc particulae usum satis frequenter occurrisse. Conferas Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. III. cap. 6. §. 15. Ἐγὼ μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἀκούω Δέξιππον λέγειν πρὸς Κλέανδρον ὡς οὐκ ἂν ἐποίησεν Ἀγασίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέλευσα, ἐγὼ οὖν ἀπολύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας καὶ Ἀγασίαν κτἑ. vide ibidem lib. I. cap. 5. §. 14. Ὁ δὲ Πρόξενος, ἔτυχε γὰρ ὕστερος προσιὼν καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν, εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων ἔθετο τὰ ὅπλα κτἑ. et quae adtulit ad eum locum Krügerus, tum quae Hartungius adtulit vol. II. p. 22 sq. Pertinet autem quod de parenthesi dixi, ad universum genus epanalepseos.

Οὖν in apodosi. Tum saepe οὖν particula adiuvat etiam apodosin, eo, quod complexum quasi earum rerum, quas protasis continet, monstrat collectiva vi sua, in quo genere miror Ernestum Popponem, cum in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 3. §. 17. recte usum particulae in apodosi agnovisset in verbis his: Ἐπειδὴ δ' ἔγνω τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ ἄνομον βίαιον, σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευεν ἀεὶ τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι, tamen postea lib. II. cap. 2. §. 4. titubasse rursus. Erat enim is locus sine ulla dubitatione optimorum librorum indicio ita constituendus: Ὡς δ' ὁ τρίτος ἔλαβε, καὶ ἔδοξεν αὐτὸν μεῖζον ἑαυτοῦ λαβεῖν, κατέβαλεν οὖν, ὃ ἔλαβεν, ὡς ἕτερον ληψόμενος. Nam quod iste narrat οὖν particulam mancorum locorum indicem

esse, id ego in eis quidem exemplis, quae commemoravit, non agnosco. Nam etiam lib. I. cap. 2. §. 11. sine dubio οὖν particula reponenda erat in verbis his: *Καὶ θηρῶντες μὲν οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν, ἢν μή τι δεήσῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι ἢ ἄλλως ἐθελήσωσι διατρῖψαι περὶ τὴν θύραν· τὸ οὖν ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου.*, cf. quae Hartungius l. l. suppeditat.

Satis frequenter habetur οὖν etiam in interrogatione, quod si fit, prima particulae vis facile apparet. Nam in interrogatione hoc saepe fit, ut rei praesentis ratio habenda sit, et ut, posita alia re, iam certior fieri de aliqua caussa velis. Adiungitur autem illa particula non solum ad omnes voculas interrogativas, verum etiam per se quasi fulcrum interrogationis est saepissume. Sic ut aliquot certe exempla ponam, in lib VI. Platonis *de re publica* haud procul ab initio p. 484. B. ed. H. Steph. primum dicitur: *Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν;* et paullo post: *Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν;* et ibidem sub littera C. *Ἦ οὖν δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν κτἑ.* sed non multo post sub litt. D. dicitur: *Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα, ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦντας;* — *Οὖν in interrogatione.*

Et in his quidem locis omnibus vera ac propria vis οὖν particulae satis perspicua est, sed dicitur saepe etiam ibi οὖν, ubi res minus patet et magis in se ipsa praesens caussa ea particula colligi videatur, ut tamen si veram particulae vim exquiras, eadem illa sit, quae in reliquis locis.

Ad hoc genus primum pertinent illi loci, in quibus οὖν adiuvat aposiopesin, veluti in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 111. ed. Bekk. p. 388. B. ed. H. Steph. *Πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μήτοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους —· εἰ δ' οὖν θεούς, μήτοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι κτἑ.*, quo in loco etsi sententia constaret, si diceretur simpliciter: *εἰ δὲ θεούς*, tamen intellegentia loci multum eo adiuvatur, quod οὖν particula apposita est, quae dum nos ad praes ntem rerum statum revocat et positum iam aliquid monstrat, etiam de eo recte edocet, quod volt scriptor dicere. Neque tamen οὖν in eius modi locis semper adseverationem adiuvat, sed interdum etiam id, quod contrarium est, veluti si in Sophoclis *Antigona* dicitur v. 719 sqq. ed. Brunck. — *Οὖν in aposiopesi.*

Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ,
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.,

quo in loco modestia quadam ducitur Haemon, quod non apertius coram patre loquitur. Vide quae supra in δ' οὖν particulis posita sunt p. 447 sqq. et in particulis εἰ μὲν οὖν p. 523.

Ἀλλ' οὖν. Neque prima ac vera vis particulae οὖν obsolevit, si ad alias particulas adiuncta legitur, veluti si dicitur ἀλλ' οὖν, qua de re vide quae in ἀλλὰ particula p. 16 sq. dicta

Ἀτὰρ οὖν. sunt, et ἀτὰρ οὖν, quode vide p. 198 sq.

Γὰρ οὖν. Porro dicitur γὰρ οὖν, qua de re vide supra p. 263 sqq.

Γὲ — οὖν, γ' οὖν et γοῦν. et γὲ — οὖν et γὲ οὖν, quod vel γ' οὖν diremptis vocabulis vel γοῦν dicitur, vide supra p 349 sqq.

Δ' — οὖν et δ' οὖν. De δὲ — οὖν, vel δ' οὖν dictum est supra p. 447 sqq.

Δὴ οὖν et οὖν δή. Aliquoties etiam δὴ οὖν et οὖν δὴ dictum est, vide supra p. 418 sq.

Εἶτ' οὖν. De εἶτ' οὖν vide quae supra p. 535 sqq. explicata sunt, de εἶτ' ἄρ' οὖν autem, quae p. 534.

Ἐπειδὴ οὖν. De ἐπειδὴ οὖν vide p. 552.

Μὲν οὖν. De μὲν οὖν conferantur quae supra p. 662 sq. adlata sunt in μὲν οὖν particulis, et quae ipse Devarius disputavit vol. I. p. 125 sqq.

Μὴ οὖν, s. μῶν, μῶν οὖν. De μὴ οὖν sive μῶν et μῶν οὖν vide quae supra p. 676 sq. explicata sunt in μὴ et μῶν particulis.

Οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν. De οὐδ' οὖν et οὔτ' οὖν vide supra p. 715 sq.

Ὡς οὖν, ὅπως οὖν κτλ., ὅστις οὖν κτλ. Neque prorsus obscurata est illa prima vis particulae οὖν in eis locis, in quibus adverbiis vel adiectivis relativis ita adiuncta est, ut prorsus eis adhaerescat, veluti si ὡς οὖν, ὥσπερ οὖν, ὅπως οὖν, ὅπῃ οὖν, ὅστις οὖν, οἷόσπερ οὖν et quae sunt similia dicuntur. Nam in eius modi locis hoc indicamus per eam particulam, nos ceteras res iam nihil curare, et hoc, quod iam significatur, quasi iam per ea, quae antecesserunt aut antecessisse significantur, confirmatum ponere, veluti in Platonis *Phaedro* Part. I. vol. I. p. 33. ed. Bekk. p. 242. C. ed. H. Steph. dicitur: Εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη. Id si Ficinus Latine reddidit: *ut certe est*, sententiam Graecam recte tenuit, quamquam οὖν per se non habet adfirmationem, sed tantum modo rei praesentis aut dicam condicionis rerum rationem habet, quasi Latine dicas:

Si vero est, quem ad modum, si rem spectas, aut dicam: pro rerum condicione est, deus vel quid divinum Amor, nihil mali sit. tum si in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 27. legitur: *Εἰ οὖν, ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὄντων ὑμῶν, μηδ' ὅντινα οὖν μισθὸν προσαιτήσας Σεύθην σύμμαχον ὑμῖν προσέλαβον, ἔχοντα καὶ ἱππέας καὶ πελταστάς, ὧν ὑμεῖς προσεδεῖσθε, ἦ κακῶς ἂν ἐδόκουν ὑμῖν βεβουλεῦσθαι πρὸ ὑμῶν;* quod est proprie: *neque quamcunque igitur mercedem.*, qua ratione vis ac significatio pronominis ὅστις ita deprimitur, ut ne minumam quidem mercedem sibi quaesivisse videatur is, qui loquitur. Rem accurate explicavit Aug. Matthiae in *gr. Gr. ampl.* §. 625. p. 1274 sq. ed. sec.

Κατ' οὖν ἔβαλε. Rem praesentem in maiorem modum monstrat *οὖν* particula etiam in formula quadam saepe ab Herodoto usurpata, raro ab Atticis scriptoribus posita, si quando ad ipsum actionem, quae posita est in verbo, ita accedit illa particula, ut verbo prorsus inhaerescat, quapropter etiam praepositionem inter et verbum collocatur in eius modi locis, cuius modi est Aristophanis in *Ranis* v. 1046 sq.

> *Ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθῆτο,*
> *ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν.*

Vide Herodoti lib. II. cap. 70. et cap. 85. et quae Hartungius vol. II. p. 18. posuit, qui recte nostras formulas *ohne Weiteres, mir nichts dir nichts*, quibus sententiam certe Graecorum locorum adsequi possumus, comparavit.

De collocatione particulae denique hoc adnotandum videtur, hanc particulam uno alterove verbo semper postponendam esse, sed haud raro factum esse, ut etiam post plura poneretur verba, veluti in Demosthenis oratione *contra Euergum et Mnesibulum* §. 23. ed. Bekk. p. 1146, 1. ed. Reisk. rectius videtur e libro Parisino optumo G. Dindorfius edidisse: *Ἐξ ἀνάγκης ἦν οὖν μοι παραλαμβάνειν κτἑ.*, quam ceteri editores: *Ἐξ ἀνάγκης οὖν ἦν μοι κτἑ.* et in eiusdem Demosthenis oratione *contra Polyclem* §. 35. ed. Bekk. p. 1217, 21. ed. Reisk. *Τίς ἂν δύναιτ' οὖν, ἔφη, τὴν σὴν μανίαν καὶ πολυτέλειαν ὑπομεῖναι κτἑ.* Vide G. H. Schaeferum in *Apparatu* vol. V. p. 224. et p. 310. Saepe etiam inter praepositionem et nomen ponitur, veluti in Demosthenis oratione *Olynthiaca* II. §. 29. ed. Bekk. p. 26. ed. Reisk. *Ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν.*, et quae sunt id genus alia.

CAPUT XXIV.

De σχολῇ adverbio et de articulis τὸ μὲν et τὸ δὲ adverbialiter acceptis, et τοὔτ' ἐκλειπτικῶς.

Σχολῇ. *Σχολῇ* voculam omnino recte explanavit Devarius, sed quod adtulit Luciani locum e *Parasito* §. 26., in quo dixit *σχολῇ facile* vel *facili negotio* significare, is vero error videtur esse. Nam si vera scriptura est illius loci Lucianei, quam posuit Devarius, non poterit aliter explicari ille locus, nisi ut *σχολῇ* dicas ibi ironice poni, quod est sane aptissumum isti loco, praesertim quom apposita formula *δηλονότι*. quae Latinae voci: *videlicet*, vel: *scilicet*, respondet, egregie adiuvet ironiam. Quod si ita statuimus, eadem significatio manebit voci *σχολῇ* et tamen apta sententia erit. Idque eo probabilius est, quod in simili caussa etiam *τάχυ* haud raro per ironiam ponitur pro *σχολῇ*, qua de re vide Devarium vol. I. p. 201. Sed liber Gorlicensis dicitur σχολῇ in eo loco plane omittere.

Ceterum cum *σχολῇ* negationem quodam modo in se contineat, factum est ut eodem prorsus modo quo negativa particula in compositione verborum usurparetur, itaque non solum *σχολῇ γε*, ut *οὔ γε*, *σχολῇ γάρ ἄν*, ut *οὐ γάρ ἄν* dictum est, cuius modi locos iam adtulit Devarius vol. I.

Σχολῇ ποτε. p. 197., verum etiam *σχολῇ ποτε*, ut *οὔ ποτε*, uti in Sophoclis *Antigona* v. 389 sqq. ed. Brunck. dicitur:

> *Ψεύδει γάρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην· ἐπεὶ*
> *σχολῇ ποθ'. ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγώ,*
> *ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς αἷς ἐχειμάσθην τότε.*,

Hoc enim *σχολῇ ποτε*, quod librorum optumorum auctoritas tuetur, nullo modo postponendum erit ei, quod cod. Dresd. a. et marg. Turnebi e correctione videlicet offerunt: *σχολῇ γάρ ἄν*.

De *τοῦτο μέν*, *τοῦτο δὲ* vide quae Devarius infra p. 206. adnotavit.

CAPUT XXV.

De adverbio πρὸ τοῦ.

Πρὸ τοῦ et πρὸ τούτου sic fere inter se differre videntur, quem ad modum Latinae voces *antea* et *antehac*, illud enim leviter monstrat, hoc aliquanto maiorem habet monstrationem. Ceterum vide Devarium. Πρὸ τοῦ et πρὸ τούτου.

CAPUT XXVI.

De ταύτῃ particula.

De adverbiali significatione vocabuli ταύτῃ praeter ea, quae adtulit Devarius vol. I. p. 200., conferri poterit usitata Graecis formula: οὐ ταύτῃ ταῦτα, quae aut elliptice dicitur, ut suppleas ἔσται, ἀποβήσεται vel quid simile, aut etiam addito verbo suo, in quam rem comparari potest Aeschylus in *Prometheo* v. 510.

> Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος
> κρᾶναι πέπρωται.

tum Aristophanes in *Equitibus* v. 839.

> Οὐκ, ὦ 'γαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ μὰ τὸν Ποσειδῶ.

et Euripides in *Medea* v. 365.

> 'Αλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα μὴ δοκεῖτέ πω.,

quem locum recte vertit Ennius apud M. Tullium *de natura deorum* lib. III. cap. 25. §. 65. *Nequaquam istuc istac ibit.* Vide quae ego dixi ad Euripidis *Medeam* l. l. in editione Pflugkiana altera p. 48.

CAPUT XXVII.

De nomine ταχὺ in adverbii naturam transeunte.

Ταχὺ γὰρ ἄν. De ταχὺ γὰρ ἂν ironice posito pro σχολῇ γὰρ ἂν conferas, quae Phil. Buttmannus adtulit ad Demosthenis orat. *Midianam* p. 109. Et Demosthenes quidem ea formula usus est et in oratione *Midiana* §. 209. ed. Bekk. p. 581, 28. ed. Reisk. Ταχύ γ᾽ ἂν χαρίσαιντο, οὐ γάρ; ἢ δεηθέντι τῳ τῶν πολλῶν προσσχοῖεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν κτἑ. et in orat. *contra Aristogitonem* I. §. 95. ed. Bekk. p. 789, 20. ed. Reisk. ὃς γὰρ — μηδὲ πώποθ᾽ ὑπεῖξε μηδὲ διετράπη, ταχύ γ᾽ ἂν φροντίσειε τοῦ παρ᾽ ἑνὸς λόγου. Sed in illo Aeschinis loco, quo usus est Devarius, libri scripti non ταχὺ γὰρ ἄν, sed ταχὺ γὰρ exhibent, quod I. Bekkerus non male in ταχύ γ᾽ ἂν mutavit: quamquam fortasse etiam librorum scriptura ταχὺ γὰρ defendi possit, ut tamen ironia eadem remaneat. Nam γὰρ particula eo, quo fecit Devarius, modo defendi potest.

De τάχα, quod propter τάχ᾽ ἂν huc vocari possit, vide quae supra in ἂν particula explicavimus p. 115 sq.

CAPUT XXVIII.

De nomine τί, interrogative accepto.

Τί; pro οὐδέν. Rectius quam Devarius Budaeus fecerat, qui in Demosthenis oratione *pro corona* §. 48. ed. Bekk. p. 241. ed. Reisk. Εἶτ᾽ ἐλαυνομένων καὶ ὑβριζομένων καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων., τί idem fere sibi velle dixerat quod οὐδέν, ut οὐδὲν — οὐχὶ πασχόντων denique eandem sententiam efficeret, quam requisivit Devarius: πᾶν κακὸν πασχόντων. Nam duplicem negationem etiam in Graeca lingua adfirmationem efficere supra in οὐ particula p. 695 sq. vidimus. Et

de τί, quod in interrogatione positum denique negationem efficit, conferas etiam Euripidis *Medeam* v. 499 sqq.

Ἄγ', ὡς φίλῳ γάρ ὄντι σοι κοινώσομαι,
δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;
ὅμως δ'· ἐρωτηθεὶς γὰρ αἰσχίων φανεῖ.,

et quae ad eum locum adnotavi in editione Pflugkiana altera p. 659. b.

CAPUT XXIX.

De τί nomine, δὲ coniunctioni praeposito, subsequente εἰ μὴ exceptiva.

De iis, quae hoc capite tractantur, aliis locis a nobis iam actum est, et de δὲ in interrogatione vide supra p. 368 sq. De εἰ μὴ autem post τί δὲ vel τί δ' ἄλλο vide supra p. 525. *Τί δέ, εἰ μή; τί δὲ ἄλλο, ἤ, τί δὲ ἄλλο, εἰ μή.*

Ac τί δὲ ἄλλο ἢ et τί δὲ ἄλλο εἰ μὴ sic differunt, quem ad modum in Latino sermone: *quid aliud quam*, et *quid aliud nisi*, quibus de formulis vide quae exposui in *Nov. annal. philol. et paed.* vol. XXII. p. 171 sq. vol. XXIII. p. 208. vol. XXXII. p. 286.

CAPUT XXX.

De particulis τί δή, τί μήν, et ποιός, oxytono.

De τί δὴ vide quae supra in δὴ particula dicta sunt p. 398 sq. de τί δὴ οὖν autem quae p. 419. *Τί δή;*

De τί μὴν vide supra μὴν particulam vol. I. p. 132. vol. II. p. 670.

CAPUT XXXI.

De pronomine τίς, et τὸ καὶ τό, τὸ μέν, τὸ δέ, aliisque horum similibus.

Τὶς i. e. μέγας τις. Ad p. 204. Demosthenis locus, in quo τὶς pronomen maiore vi positum est, ut fere sit μέγας τις, legitur in eius oratione *Midiana* §. 203. ed. Bekk. p. 582, 27. ed. Reisk. Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δοκεῖν τινὲς εἶναι δι' εὐπορίαν προσειληφότες ὑμῶν παρίασι δεησόμενοι. Sed in Ciceronis loco, quem Budaeus adtulerat ex *epist. ad Atticum* lib. III. ep. 15., paullo aliter dicitur: *velis esse aliquem.* Potius huc adferri potuit Iuvenalis locus *Sat.* I. v. 72 sq.

Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,
si vis esse aliquis.

τί, aliquid. In eadem formula Graeci etiam singularem neutri τὶ posuerunt, veluti Plato in *Defensione Socratis* Part. I. vol. II. p. 140. ed. Bekk. p. 42. A. ed. H. Steph. Καὶ ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι μηδὲν ὄντες, ὀνειδίζετε αὐτοῖς ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν κτἑ., quod Latine dicas: *aliquid esse*, uti M. Tullius in *Disp. Tusc.* lib. V. cap. 36. §. 104. *An quidquam stultius, quam quos singulos, sicut operarios barbarosque, contemnas, eos esse aliquid putare universos?*

Τοῦτο μέν, et τοῦτο δέ.

Τοῦτο μὲν — τοῦτ' αὖθις. Adde τοῦτο μὲν — τοῦτ' αὖθις e Sophoclis *Antigona* v. 165 sqq., quo loco usus sum supra in αὖθις particula p. 214. ac vide etiam μὲν particulam p. 658.

CAPUT XXXII.

De particulis τοί, τοίνυν, τοῦ et τῷ.

Iam saepe significavi me quoque duplicem formam particulae τοὶ statuere, sed alio modo, atque Hartungius hoc idem fecit. Ac prima quidem forma, gravior illa et accentu notata, fuit τοῖ, demonstrativum, cuius vestigia relicta sunt in particulis τοιγάρ, τοιγάρτοι et quae sunt eius modi, altera forma minus gravis est et accentu caret, hoc igitur τοὶ est idem quod τῷ vel τινί, et significat *aliquo modo, nescio quo modo.* Hoc autem *nescio quo modo* accepit vim adfirmationis, quia, si quid esse adseveramus, etiam si modum, quo sit, definire non possumus, eo tamen rem in maiorem modum adfirmare videmur, si dicimus esse aliquid aliquo modo. Vide quae supra in ἀλλά τοι particulis explicavi p. 68 sqq. Et hinc illud quoque factum videtur, ut τοὶ adseveratio, magis quam δή, adversativam vim ostenderet, etsi per se ne illa quidem vis inest in illa voce, qua de re itidem dictum est iam aliquoties, ut in γέ τοι particulis p. 346 sq., ut nihil fere reliquom esse videatur, nisi ut ipsam particulam per se positam paullisper contemplemur. **Τοί.**

Et prima quidem vis ac potestas maxume exstat, si τοὶ simplicem adfirmationem in se continet, veluti in Aristophanis *Pace* v. 934. dicitur:

Εὖ τοι λέγεις.,

quod est proprie: *Bene dicis nescio quo modo,* aut quod idem valet: *Bene sane narras, bene profecto dicis.,* aut si in Andocidis orat. I., quae est *de mysteriis,* §. 3. ed. Bekk, p. 1. ed. H. Steph. haec dicuntur: Ὁπόσοι μὲν γὰρ μὴ ἠθέλησαν ὑπομεῖναι καταγνόντες αὐτῶν ἀδικίαν, εἰκότως τοι καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γιγνώσκετε οἷάπερ καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔγνωσαν.. quem ad modum optumi libri locum scriptum habent. Et prima particulae significatio facillume etiam agnoscitur in sententiis communibus ac proverbiis, quia si sententiam communem aut proverbialem usurpamus, ponimus potius aliquid verum esse quam demonstramus, ut ista adseveratio, quae e formula: *nescio quomodo,* nata est, maxume tali loco conveniat, uti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VI. cap. 5. §. 24. Ἡδύ τοι ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν νῦν εἰπόντα καὶ ποιή- **Τοὶ in sententia communi vel proverbiali.**

σαντα μνήμην ἐν οἷς ἐθέλει παρέχειν ἑαυτοῦ., in quam rem quom Heindorfius ad Platonis *Protagoram* p. 597. permulta testimonia excitaverit, non est quod pluribus disputem.

Egregie etiam eam significationem, quam nos ut naturalem tribuimus *τοὶ* particulae, adiuvat illud ab Hartungio observatum, saepe verbis, quae animi perturbationem significant, adiungi eam particulam, cuius rei ille haec adfert exempla Euripidis ex *Iphigenia Aul.* v. 1589. Matth.

Ὡς ἥδομαί τοι ταῦτ' ἀκούσασ' ἀγγέλου,

et ex *Hippolyto* v. 341.

Ἐκ τοι πέπληγμαι· ποῖ προβήσεται λόγος;

Sophoclis ex *Electra* v. 928. Brunck.

Καὶ ποῦ 'στιν οὗτος; θαῦμά τοι μ' ὑπέρχεται.

Aeschyli ex *Agamemnone* v. 353 sq. Well.

Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντα κτέ.

et e *Septem adversus Thebas* v. 321.

Βαρέίας τοι τύχας προταρβῶ,

denique Aristophanis ex *Equitibus* v. 1355.

Αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.

Etenim si animi aliquam perturbationem describo, accuratam eius rei rationem reddere non possum, sed hoc unum scio, me illam perturbationem sentire, itaque in his potissumum locis dici poterit: *Ego nescio quo modo commotus animo sum*, quod fere erit Graece: *Ἔκ τοι πέπληγμαι*, quem ad modum locutus est Euripides l. l.

Τοὶ in responsione. Naturalis illa adseveratio particulae *τοὶ* apparet etiam, si in responsione usurpatur, veluti in Xenophontis *Memorabilibus Socratis* lib. I. cap. 2. §. 45 sq. dicuntur haec: *Καὶ ὅσα ἄρα τὸ πᾶν πλῆθος κρατοῦν τῶν τὰ χρήματα ἐχόντων γράφει μὴ πεῖσαν, βία μᾶλλον ἢ νόμος ἂν εἴη; Μάλα τοι, φάναι, τὸν Περικλέα, ὦ Ἀλκιβιάδη κτέ.*, aut si in

Τοὶ in apodosi. apodosi ponitur, veluti in Euripidis *Hippolyto* v. 1038 sqq. dicitur:

Καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ,
ἔκτεινά τοί σ' ἂν κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
εἴπερ γυναικὸς ἠξίους γ' ἐμῆς θιγεῖν.

vel in eius *Iphigenia Taurica* v. 110 sq.

> Ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,
> τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν
> ἄγαλμα, πάσας προσφέροντε μηχανάς.

aut in Sophoclis *Philocteta* v. 841 sqq. ed. Herm.

> Οἶσθα γὰρ ὧν αὐδῶμαι,
> εἰ ταύταν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,
> μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

Τοὶ post pronomina.

Omnium frequentissime illa confirmatio, quam habet τοὶ particula, adhaerescit pronominibus et demonstrativis et personalibus et relativis, quem locum cum copiosius exposuerit Hartungius vol. II. p. 345 sq., pauca tantum modo huc adferam. Conferatur quem iam Hartungius posuit Platonis locus *de re publica* lib. III. Part. III. vol. I. p. 383. ed. Bekk. p. 547. A. ed. H. Steph. Ταύτης τοι γενεῆς χρὴ φάναι εἶναι στάσιν, ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί., tum Xenophontis *Memorabilium Socratis* lib. I. cap. 6. §. 11. Ὦ Σώκρατες, ἐγώ τοι σὲ μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν. et ibidem lib. III. cap. 5. §. 1. Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Περίκλεις, ἐλπίδα ἔχω σοῦ στρατηγήσαντος ἀμείνω τε καὶ ἐνδοξοτέραν τὴν πόλιν εἰς τὰ πολεμικὰ ἔσεσθαι κτἑ. Aristophanis *Thesmophoriazusae* v. 899.

> Ὁπόσα τοι βούλει, λέγε.

Τοὶ adversativum.

Adversativa vis τοὶ particulae magis exstat in eius modi locis, qualis est ille versus apud Synesium Ep. 126.

> Οἴμοι· τί δ᾽ οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.,

quod est proprie: *Heu mihi! quid heu mihi? verum tamen humana passi sumus*, ut conquerendum non sit. Conferantur praeterea Euripidis *Medea* v. 1015.

> Θάρσει· κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.

et Sophoclis *Aiacis* v. 1353. Brunck.

> Παῦσαι· κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος.

Praeterea conferantur supra ἀλλά τοι et ἀλλὰ — τοὶ p. 68—72. γάρ τοι p. 268—272. γὲ μέντοι p. 342 sq. γέ τοι p. 346—348. δέ τοι p. 385. τοὶ δή p. 419. δή τοι p. 430 sq. εἴ τοι p. 531 sq. ἐπεί τοι vol. I. p. 81. vol. II. p. 553. ἤ τοι et ἦ τοι supra p. 608—612. μέντοι p. 663. cl. ἀλλὰ μέν τοι p. 60 sq. et μέντοι γε p. 664. οὔτοι vol. I. p. 183.

Τοίνυν. De τοίνυν coniunctis particulis encliticis iam uberius disputavit Devarius ipse vol. I. p. 207—209.

Ex altera τοὶ particulae forma, quae fuit demonstrativa et accentu notata suo, nata est formula

Τοιγάρ. *Τοιγάρ*, quae proprie significat *hac de caussa igitur*, veluti in Euripidis *Medea* v. 455 sqq. dicitur:

> *Κἀγὼ μὲν ἀεὶ βασιλέων θυμουμένων*
> *ὀργὰς ἀφῄρουν καί σ' ἐβουλόμην μένειν·*
> *σὺ δ' οὐκ ἀνίεις μωρίας, λέγουσ' ἀεὶ*
> *κακῶς τυράννους· τοιγὰρ ἐκπεσεῖ χθονός.*

Id est, *eapropter igitur eiicieris e terra.*, aut in Aeschyli *Choephoris* v. 892 sq.

> *Φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοιγὰρ ἐν ταὐτῷ τάφῳ*
> *κείσει· θανόντα δ' οὔτι μὴ προδῷς ποτέ.*

Τοιγαρ-οῦν. Saepe numero ad τοιγὰρ particulas accedit οὖν particula, quod si fit, syllogistica sententiae ratio magis exstat, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 9. §. 18. dicitur: *Ἀλλὰ μὴν εἴ τίς γέ τι αὐτῷ προστάξαντι καλῶς ὑπηρετήσειεν, οὐδενὶ πώποτε ἀχάριστον εἴασε τὴν προθυμίαν. Τοιγαροῦν κράτιστοι δὴ ὑπηρέται παντὸς ἔργου Κύρῳ ἐλέχθησαν γενέσθαι.* et in Aristotelis *Politicorum* lib. II. cap. 6. §. 22. ed. Stahr. (cap. 9. ed. Bekk.) postquam demonstratum erat perniciosum civitati esse, si omnia ad bellum referrentur, sic pergitur: *Τοιγαροῦν ἐσώζοντο μὲν πολεμοῦντες, ἀπώλλυντο δὲ ἄρξαντες διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι σχολάζειν κτέ.* conferantur quae et de hoc loco et de aliis quibusdam rectissume explicavit Hoogeveenus p. 567 sqq. ed. Schütz. et quae supra in γὰρ οὖν coniunctis particulis diximus p. 263 sqq.

Τοιγάρτοι. Alio quodam modo dicitur adiuncta τοὶ enclitica particula τοιγάρτοι, quod ubi fit, non tam collectivam vim quam adfirmativam adfert extrema syllaba, quasi Latine dicas: *quapropter sane.* Sic Aristophanes in *Acharnensibus* v. 643. postquam poetae de civitate promerita descripserat chorus, sic eum loquentem facit:

> *Τοιγάρτοι νῦν ἐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες*
> *ἥξουσιν, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες τὸν ποιητὴν τὸν ἄριστον κτέ.*

Neque alia vis inest in illis particulis in Demosthenis quae fertur oratione *Philippica* IV. §. 4. ed. Bekk. p. 132. ed. Reisk. in verbis his: *Τοιγάρτοι διεστηκότων εἰς δύο ταῦτα τῶν ἐν ταῖς πόλεσι κτέ.*, quo in loco Augero visae erant illae particulae indicare transitionem abruptam ab una re ad aliam, quem recte in viam revocavit Schaeferus in *Apparatu crit. et exeg.* vol. I. p. 613.

Appendix ad cap. XXXII.

De particula τέ.

Τέ.

Hoc loco adiungenda est, quae a Devario separatim tractata non est, τὲ particula, quae iure multis ex τοὶ particula enata esse visa est.

Τὲ in ὥστε, ἅτε, ἐφ' ᾧτε, ὥστε, οἷός τε κτέ.

Ac prima quidem vis eius particulae, ut fere idem quod τοὶ particula, quamquam paullo lenius, exprimat, ab Atticis scriptoribus non est retenta nisi in quibusdam formulis, uti in ὥστε, unde ἐφ' ᾧτε et ἅτε mansit, οἷός τε, ὥστε, de quibus suo loco a Devario dictum est. Efficit autem τὲ particula in eius modi locis nihil aliud nisi ut universa magis relativa vis, quae est in pronomine, esse videatur, ut cum ὡς sit *ut*, ὥστε proprie sit *ut quodam modo*. Quod tamen non ita dictum existumari volo, quasi ego putem tam gravem esse vim particulae τέ, quam Latinae vocis *quodam modo:* nam ne τοὶ quidem plenior forma tam gravem vocem, quam illa est, efficit: sed si retineas e Latina voce significationem vocis *quodam modo*, infringas autem eius vim ac penitus adsumas ad ipsam vim pronominis ὅς, fere nactus eris id, quod valet in his locis Graeca vox τέ, ut G. Hermannum non vituperandum, sed laudandum existumem, qui Latinam particulam *fere* assimulavit, quamquam ea ipsa gravior etiam est quam Graeca vox.

Τὲ — τέ.

Huic primae potestati τὲ particulae proxuma ea accedat, qua per eam particulam aliquid priore loco inducitur, cui deinceps aliud per aliam particulam aut repetitam τὲ particulam adiungatur, quo in genere fere legitumae constructiones sunt: τὲ — τέ, vel, quod idem est: οὔτε (μήτε) — τέ, aut τὲ — καί, vel, quod tamen haud frequenter legitur, οὔτε — καί. Et τὲ — τὲ particulae efficiunt lenem quidem, sed aptam et aequabilem duarum pluriumve rerum inter eas coniunctionem, cuius rei non opus est multa exempla proponere. Conferas Euripidis *Medeam* v. 952 sq.

Εὐδαιμονήσει, δ' οὐχ ἕν, ἀλλὰ μυρία,
ἀνδρός τ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὁμευνέτου,
κεκτημένη τε κόσμον, ὅν ποθ' Ἥλιος
πατρὸς πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.,

aut si in eadem *Medea* paullo ante v. 565. dicitur:

Σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;
ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ᾽ ὀνῆσαι.

Τὲ καί. Non minus apta, sed aliquanto gravior coniunctio est, si particulae τὲ — καὶ inter se respondent, veluti in eadem Euripidis *Medea* v. 1323. dicitur:

Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι
θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ᾽ ἀνθρώπων γένει.

et paullo post v. 1327 sq.

Καὶ ταῦτα δράσασ᾽ ἥλιόν τε προσβλέπεις
καὶ γαῖαν, ἔργον τλᾶσα δυσσεβέστατον.

et deinceps v. 1332.

Πατρός τε καὶ γῆς προδότιν, ἥ σ᾽ ἐθρέψατο.,

quibus in locis, eo, quod τὲ praeparat alterum membrum, καὶ autem fortius aliquanto alterum adiungit, et apta et gravis coniunctio rerum efficitur.

Οὔτε — τέ. De οὔτε — τέ, vide Platonis *Convivium* Part. II. vol. II. p. 468. ed. Bekk. p. 223. C. ed. H. Steph. Οὔτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς παραγενέσθαι ὑπονυστάζειν τε. Et in hoc loco id mihi observasse videor, fere semper Graecos negativum membrum anteposuisse adfirmativo, ut cum sescenties legas οὔτε — τέ, vix semel, fortasse nunquam invenias τὲ — οὔτε *), quod non debet offendere nos. Nam in eius modi locis, si post adfirmativum enuntiatum adiungitur negativum, fere nascitur quaedam oppositio: quod contra est, si negationi adiungitur adfirmatio, itaque in his locis saepe per quandam ἀνακολουθίας rationem dictum est: τὲ — οὐδέ, qua de re infra dicendi locus erit.

Οὔτε — καί. Recte autem iam Hartungius vol. I. p. 194. observavit raro dici οὔτε — καί, quod habetur apud Euripidem in *Iphigenia Taurica* v. 578.

Εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσγενὴς
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὖς κἀγὼ θέλω.

Sed praeter has quasi legitumas earum particularum coniunctiones sunt etiam aliae nonnullae illegitumae quidem, sed tamen non minus usitatae, quales sunt si τὲ — δὲ inter se respondent vel τὲ — οὐδέ, tum si post τὲ particulam infertur alia particula adversativa, etiam gravior, uti

---

*) Id de tragicis quidem poetis recte iam observavit P. Elmsleius ad Sophoclis *Oedipum Coloneum* v. 367. p. 148. ed. Lips.

ἀλλά, ἀτάρ, aut si omissa priore constructione ἅμα καί, ἔτι δὲ et quae sunt similia dicuntur in altero membro, vel etiam praeposita μὲν particula in priore membro, ut adversativam particulam in posteriore exspectes, infertur τὲ potius quam δέ. Harum rerum omnium aliquot exempla ponam. Est enim caussa eius modi, ut non egeat uberiore explicatione.

Ac primum quidem τὲ — δὲ dicitur, si lenis oppositio aliqua de caussa nascitur in altero membro, qua ductus scriptor ab inchoata ratione loquendi recedit, uti Xenophon fecit in *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 5. §. 8. Ἔπεμψεν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἡ τῶν Σινωπέων πόλις ἐπαινέσοντάς τε ὑμᾶς, ὅτι ἐνικᾶτε Ἕλληνες ὄντες βαρβάρους, ἔπειτα δὲ καὶ συνησθησομένους, ὅτι κτέ., ad quem locum recte Krügerus adsimulavit Sophoclis *Philoctetae* v. 1311 sq. ed. Brunck. Τὲ — δέ.

Ἀλλ' ἐξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ' ὅτ' ἦν
ἤκου' ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.

cum G. Hermanni adnotatione. Vide etiam Euripidis *Iphigeniam Tauricam* v. 1379 sq. ed. Matth.

Πόντου δ' ἀνάκτωρ Ἴλιόν τ' ἐπισκοπεῖ
σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.

et Xenophontis *Historiam Graecam* lib. VI. cap. 5. §. 30. Οἱ δὲ Ἀρκάδες τούτων τε οὐδὲν ἐποίουν, καταλιπόντες δὲ τὰ ὅπλα εἰς ἁρπαγὴν ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐτράποντο. Maxume autem oratores Graeci hoc faciunt, si oppositio ita comparata est, ut tamen factum, quod antea commemoratum est, continuetur, veluti si Plato dixit in lib. II. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 76. ed. Bekk. p. 367. C. ed. H. Steph. ἃ τῶν τε ἀποβαινόντων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὰ αὑτῶν κτέ., quo in loco oppositio πολὺ δὲ μᾶλλον tamen nullo modo excludit antecedens. Hinc factum est ut apud oratores Atticos saepe numero ἔτι δὲ vel ἔτι δὲ καί, ἅμα καί et quae sunt similia inveniantur, veluti in Demosthenis oratione *de Halonneso* §. 39. ed. Bekk. p. 98. ed. Reisk. Περὶ δὲ Χεῤῥονήσου ἅ τ' ἐπιστέλλει πρὸς ὑμᾶς ἄξιόν ἐστιν ἐξετάσαι, ἔτι δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι. cl. orat. *adversus epistolam Philippi* §. 16. ed. Bekk. p. 156, 18. ed. Reisk. cum adnot. G. H. Schaeferi in *App.* vol. I. p. 669. De ἅμα δὲ καὶ conferas Thucydidis lib. I. cap. 25. Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν

ἢ Κερκυραίων, ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. de ὡσαύτως δὲ καὶ Platonis *Convivium* Part. II. vol. II. p. 396. ed. Bekk. p. 186. E. ed. H. Steph. Ἥ τε οὖν ἰατρική, ὥσπερ λέγω, πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται, ὡσαύτως δὲ καὶ γυμναστικὴ καὶ γεωργία. Ab hac ratione etiam non alienum est, quod Plato in *Hippia maiore* Part. II. vol. III. p. 441. ed. Bekk. p. 295. E. ed. H. Steph. habet: Τά τε οὖν ἄλλα, ὦ Σώκρατες, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ἀτὰρ οὖν καὶ πολιτικά., et quae sunt id genus alia. Praeterea conferas G. H. Schaeferum ad Dionysium *de compos. verb.* p. 192 sq. G. Hermannum ad *Vigerum* p. 836. et qui diligenter de hac caussa exposuit Hartungium vol. I. p. 92 sqq.

Τὲ — οὐδέ. Non maiorem difficultatem habet, si quando τὲ — οὐδὲ particulae inter se opponuntur, quod haud raro factum est, uti in Sophoclis *Oedipo Coloneo* v. 367 sq.

> Πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως, Κρέοντί τε
> θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν κτέ.

et in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 680 sq. ed. Matth.

> Ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἄν, οὐδ' ἄπαις δόμος
> πατρῷος οὑμὸς ἐξαλειφθείη ποτ' ἄν.

tum in *Meleagro* fragm. X. vol. IX. p. 228. ed. Matth.

> Ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
> κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν, οὐδ' ἡμεῖς ἔτι.

Addidit Hartungius Pindarum *carm. Pyth.* VIII. v. 36 sq. (50 sq.) dicentem:

> Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνέων ματραδελφεοὺς
> Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνητον οὐ κατελέγχεις,
> οὐδὲ Κλειτομάχοιο νίκαν Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.

Vide G. Hermannum ad *Vigerum* p. 836. ed. tert. et in *Diario class.* vol. XXI. p. 357., tum P. Elmsleium ad Sophoclis *Oed. Col.* l. l. p. 193. ed. Lips.

Μὲν — τέ. Contra interdum τὲ infertur pro δὲ praecedente μὲν particula, qua de re vide quae supra diximus in μὲν particula p. 659 sq.

Τὲ — ἤ, ἢ — τέ. Interdum etiam τὲ — ἢ vel ἢ — τὲ particulae ita ponuntur, ut inter se quodam modo respondeant, quibus in locis qui loquitur ipsam potius sententiam ante oculos habet, quam externam orationis formam, ut si Pindarus in carmine *Isthmio* VII. v. 35 sq. (75 sq.) dicit:

> *Αἵ τε μισγομέναν*
> *ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν.*,

quo in loco quom ἢ secundo loco non excludat prius membrum, sed tantum modo ita aliquid novi adiungat, ut optio detur, quid velit auditor, recte illae particulae, si intumam spectas sententiam, compositae sunt. Eodem modo constituit Aug. Seidlerus Sophoclis locum de *Trachiniis* v. 445 sq.

> Ὥστ' εἴ τι τῷ 'μῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
> ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι,
> ἢ τῇδε τῇ γυναικί, τῇ μεταιτίᾳ
> τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινός.

Etiam in soluta oratione habetur haec ratio, sed plerumque pluribus interpositis verbis, veluti in *Theaeteto* Platonis Part. II. vol. I. p. 177. ed. Bekk. p. 143. C. ed. H. Steph. Ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ παρέχοιεν πράγματα αἱ μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὑτοῦ τε ὁπότε ὁ Σωκράτης, οἷον Κἀγὼ ἔφην ἢ Καὶ ἐγὼ εἶπον, ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι κτέ. et in eiusdem *Ione* Part. I. vol. II. p. 183. ed. Bekk. p. 535. D. ed. H. Steph. Ἔμφρονα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἂν κεκοσμημένος ἐσθῆτι ποικίλῃ καὶ χρυσοῖσι στεφάνοις κλάῃ τ' ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς, μηδὲν ἀπολωλεκὼς τούτων, ἢ φοβῆται, πλέον ἢ ἐν δισμυρίοις ἀνθρώποις ἑστηκὼς φιλίοις, μηδενὸς ἀποδύοντος ἢ ἀδικοῦντος;

Tum etiam ἢ — τὲ similiter dictum est non solum ab Homero *Iliados* lib. II. v. 289.

> Ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεαροί, χῆραί τε γυναῖκες,
> ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἶκόνδε νέεσθαι.,

verum etiam ab Aeschylo in *Eumenidum* v. 521 sqq.

> Τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει
> καρδίας ἀναστρέφων
> ἢ πόλις βρότος θ' ὁμοί-
> ως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;

Minus tamen huc pertinet Euripidis locus de *Electra* v. 1028 sqq., quem huc vocavit Hartungius. Ibi enim haec dicuntur:

> Κεἰ μὲν πόλεως ἅλωσιν ἐξιώμενος
> ἢ δῶμ' ὀνήσων τἄλλά τ' ἐκσώζων τέκνα,
> ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, συγγνώστ' ἂν ἦν.,

ut ἢ respiciat ad prius membrum et deinceps quasi novum quiddam addatur: τἄλλά τ' ἐκσώζων τέκνα.

Sed iam veniamus ad eos locos, in quibus τὲ tantum modo in altero membro ponitur, ut ex illa adseveratione, *Τὲ que significans.*

quam lenissumam retinuit τὲ particula ex pleniore forma τοί, nata sit quaedam ratio simpliciter coniungendae orationis, de cuius propria vi ac potestate rectissume iam explicavit G. Hermannus ad Euripidis *Medeam* v. 4 sq. p. 331 sq. ed. Lips. (in *Opusc.* vol. III. p. 152 sq.) Dixit enim per τὲ particulam adiungi aliquid ad priora, sed non coniungi cum antecedentibus, ut una eademque vis maneat prioribus, sive adiungatur aliquid sive non adiungatur. Sic in Euripidis *Medea* v. 734 sq. dicitur:

> *Πέποιθα· Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δ'μος*
> *Κρέων τε.*,

quibus in verbis quod inimicitiae domus Peliae iam per se satis magnum momentum habebant, etiam si cum Creontis ira non coniungerentur, recte illa particula usus est poeta in Creontis commemoratione, non tamen ut propterea minorem vim habeat Creon, quod eius nomen adiungitur, non coniungitur prioribus. Neque enim minus reformidandus erat Creon Medeae quam domus Peliae. Contra si poeta dixisset: *Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δόμος καὶ Κρέων*, hoc potius significaretur Peliae domum et Creontem coniunctos Medeae reformidandos esse quasi inimicos, quod alio quodam modo recte dici posset. Omnino enim tenendum est semper discrimen esse utrum τὲ an καὶ adhibeas ad coniungenda orationis membra, sed in plerisque tamen locis utramque particulam usurpari posse. Verbi caussa in Aristophanis *Ackarnensibus* v. 1061 sq. si dicitur:

> *ἵν' αὐτῇ δῷ μόνῃ,*
> *ὁτιὴ γυνή 'στι τοῦ πολέμου τ' οὐκ ἀξία.*,

ita hoc adiicitur: τοῦ πολέμου τ' οὐκ ἀξία, ut iam prius membrum: ὁτιὴ γυνή 'στι, per se satis faciat in hac caussa, quod contra si diceretur: ὁτιὴ γυνή 'στι καὶ τοῦ πολέμου οὐκ ἀξία, videretur ex coniunctis demum membris nasci illa caussa, qua Dicaeopolis ducitur. Id pertinet etiam ad eos locos, si totas enuntiationes adiungit illa particula. Sed haec res tamen per se difficilis non est: neque quidquam adiungendum a nobis videretur, nisi singularia quaedam etiam hic commemoranda essent.

Τὲ in responsione.

Ac primum quidem etiam in responsione locum habet τὲ adiunctiva particula, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1000 sq. ed. Brunck., ubi postquam nuntius dixit:

> *Η γὰρ τάδ' ὀκνῶν, κεῖθεν ἦσθ' ἀπόπτολις;*

respondet Oedipus:

Πατρός τε χρῄζων μὴ φονεὺς εἶναι, γέρον.,

quibus in verbis eo, quod adiungit hanc aliam caussam Oedipus per *τὲ* particulam, significat priorem caussam, de qua quaerit nuntius, iam per se satis idoneam sibi videri, sed esse tamen etiam aliam. Vide quae ad eum locum adnotavit G. Hermannus, et ad *Bacchas* v. 826. p. 99. eodemque modo in Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 789 sq. Iphigeniae dicenti:

Ἀλλ' ἡ Λάκαινα Τυνδαρίς σ' ἐγείνατο.,

respondet Orestes:

Πέλοπός τε παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ,

quod recte Aug. Matthiae vol. VII. p. 464. tutatus est. Cf. Hartungius vol. I. p. 106.

Multo difficilior illa quaestio est, si quando duae notiones de una persona ponuntur, possintne eae ita declarari, ut, posita notione priore, per *τὲ* particulam adiungatur altera, veluti in Euripidis *Medea* v. 969 sqq. in libris legitur omnibus: *Τὲ duo unius personae praedicata connectens.*

Ἀλλ', ὦ τέκν', εἰσελθόντε πλουσίους δόμους
πατρὸς νέας γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμὴν
ἱκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε μὴ φεύγειν χθόνα.

Id enim Elmsleius tum demum verum esse arbitratus est, si duae personae commemorarentur, una Iasonis nova nupta, altera domina Medeae, uti in Euripidis *Electra* v. 612. diceretur:

Κτανὼν Θυέστου παῖδα σήν τε μητέρα.,

de Aegistho scilicet et Clytaemnestra. In eandem sententiam permulti docti homines et eruditi concesserunt, Aug. Matthiae in *Gr. gr. ampl.* v. 1246 ed. sec. G. Hermannus ad *Medeam* v. 940. p. 382. ed. Lips. aliique multi. Contra C. Reisigius in *Coniect.* lib. I. p. 190. et Lentingius ad Euripidis *Andromacham* v. 24. illam loquendi rationem defenderunt, quorum rationem probo. Etenim ii, qui maxume negant, si solae illae notiones ponantur, eas connecti posse per *τὲ* particulam, tamen ipsi quoque concedunt recte, proposito personae nomine, duas eius notiones ita apponi posse, ut altera alteri per *τὲ* particulam accedat. Etenim in Sophoclis *Trachiniis* v. 404 sqq., ubi legitur:

Πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως
κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους, εἰ μὴ κυρῶ
λεύσσων μάταια, δεσπότιν τε τὴν ἐμήν.,

non offendit quisquam in recepta scriptura, et G. Hermannus commemorata cod. Flor. scriptura δάμαρθ' Ἡρακλέους, se ait, si plures libri eam offerrent, non dubitaturum esse, illam recipere, ut igitur Lichas Deianiram, Oenei filiam, δάμαρθ' Ἡρακλέους δεσπότιν τε τὴν αὐτοῦ diceret (*Herculis uxorem dominamque suam*). Hic propterea illa duarum notionum connexio nihil videtur offensionis habere, quod e nomine proposito apparet quem ad modum ea, quae sequuntur, intellegenda sint. Id autem in omnes eos locos cadit, in quibus cum totius loci ratio doceat unum subesse nomen duabus notionibus, eae notiones ita proponuntur, ut alteri altera per τὲ particulam accedat, etiam non proposito nomine, ad quod pertineant. Neque enim hoc mirandum est aut Graecae linguae contrarium, quod duae notiones sic proponuntur, sed illud potius, quod sic ibi proponuntur, ubi non declaratur aperte ambas ad unum nomen pertinere. Quod quom ita sit, nihil poterit contra istam rationem proferri aliud nisi hoc, obscure haec dici: ista autem obscuritas tum per se nulla est, si ex omni oratione apparet, quem ad modum res intellegenda sit. Quapropter et in illo *Medeae* loco rectissume dici credo a Medea:

πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμήν.,

de una illa persona, et in aliis haud paucis, quos ponam deinceps. Nam quod proposuit Elmsleius scribendum videri:

πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν δ' ἐμήν.,

id iure iam reprobavit G. Hermannus ad eum ipsum locum p. 382. ed. Lips. Quod autem hic ait scribi oportere:

πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν γ' ἐμήν.,

id non minus offensioni est. Neque enim vera est ratio horum verborum, quam proposuit Hermannus: *Orate novam patris uxorem, quae quidem hera mea est potestatemque habet concedendi, quod petetis.* Nam eo, quod Medeae domina dicitur Glauce, non potestas eius in liberos indicatur, sed nihil nisi acerbitas quaedam orationis est, qua Medea utitur hoc loco. Magis illud veri simile videretur, si de fuga Medeae deprecanda sermo esset, non vero de liberorum. Eadem caussa est illius loci, qui est in Euripidis *Andromacha* v. 24 sq.

Κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον,
πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ δεσπότῃ τ' ἐμῷ.,

quo in loco duo de una persona praedicata ita posita sunt, ut, si res et ratio pateretur, ad duas etiam personas perti-

nere possent, sed quom tota enuntiatio satis monstret, quem ad modum coniunctivus intellegendus sit, nemo tamen, nisi cavillans, quidquam in his verbis reprehendere poterit. Et qui δεσπότῃ γ' ἐμῷ reposuerunt, doceant prius quid sibi velit haec particula hoc loco. Neque enim satis est dicere esse hoc vertendum *domino quidem meo*. Non enim γὲ per se *quidem* significat, sed *certe*, et dici non poterit nisi aliquam oppositionem ante oculos habeas, quae hoc loco idonea nulla excogitari potest. Ut igitur non probarem Euripidis orationem, si ille scripsisset:

Πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ κἀμῷ δεσπότῃ.,

quod ita duae notiones coniungerentur, ut una valeret idem quod altera, sic mihi egregie satis facit haec oratio, quam nunc habemus, quod ita cum priore notione non ut par coniungitur altera, sed priori altera sic adiungitur, ut res ipsa iam constet satis et firma sit per verba: Πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί, reliqua autem verba quasi quaedam notatio uberior, apta tamen ad hunc locum, accedant, ut et ipsam personam et omnem caussam, cur cum ea rem habuerit Andromacha, accuratius significent, quod fit rectissume per τὲ particulam. Nec aliter in Euripidis *Iphigenia*, *quae est Aulide*, v. 1140 sq. ed. Matth. dicitur:

Καὶ τὼ Διός γε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω
ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην.,

quibus in verbis et καὶ — γὲ particulae, quas offerunt libri, aptissumae sunt, nec quidquam lucrabere, si scribas:

Καὶ τὼ Διός τε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω.,

quod ita etiam minus apte duae illae notiones efferuntur, recteque per τὲ particulam ad priorem notionem: τὼ Διὸς παῖδε, adiungitur altera quasi secundaria: ἐμώ τε συγγόνω, quae tamen ad omnem caussam rectius indicandam egregie confert. Adde Aeschyli *Agamemnonem* v. 1565 sqq. ed. Well.

Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατήρ,
πατέρα Θυέστην τὸν ἐμόν, ὡς τορῶς φράσαι,
αὑτοῦ τ' ἀδελφόν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει,
ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.,

quo in loco neque αὑτοῦ δ' ἀδελφὸν neque αὑτοῦ γ' ἀδελφὸν recte reponi potest. Denique huc facit ex *Iphigenia, quae est Aulide*, v. 1433. ed. Matth, ubi Iphigenia ad Clytaemnestram deprecans de patre hanc vocem emittit:

Πατέρα γε τὸν ἐμὸν μὴ στύγει πόσιν τε σόν.,

ut duo praedicata ad unam personam pertineant. Nam quod ibi quoque panchrestum illud γὲ ita reponere voluerunt, ut scriberetur:

Πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν γε σόν.,

id mihi videtur vix idoneam habere sententiam. Id enim esset: *Noli in odio habere patrem meum, maritum certe tuum,* quasi minus certo Iphigeniae pater esset quam maritus Clytaemnestrae. Facilius enim est dicere hoc esse: *maritum scilicet tuum*, quam demonstrare veram caussam ac rationem γὲ particulae in hoc loco. *Videlicet* enim nunquam significat γέ. Nam quod afferunt, ut in his locis γὲ tueantur, Euripidis *Andromacham* v. 248. ed. Matth.

Ἑλένη νιν ὤλεσ', οὐκ ἐγώ, μήτηρ γε σή.,

et libri ibi omnes praeter Aldum exhibent μήτηρ δὲ σή, nominatim Flor. A. 2. 10. 15. Taur. Gu. Hav. Lasc., et, si γὲ defendi velis, quod nolim factum esse nuper a G. Hermanno, tamen quaedam oppositionis ratio fortasse excogitari poterit. Nam alterum locum Euripidis e *Bacchis* v. 920. ed. Herm., ubi haec leguntur:

Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν,
ἢ τὴν Ἀγαυῆς ἑστάναι μητρός γ' ἐμῆς;

hoc non facere vix est quod verbo significem. Etenim cum Elmsleius γὲ *utpote* significare dixisset hoc loco, Hermannus autem negasset hoc fieri posse, sed esse *adeo*, opposuit Aug. Matthiae: *Γὲ Hermannus explicat* adeo, *cuius usus exemplum aliud mihi non innotuit. Nec* adeo *h. l. aptum videtur:* utpote *convenit, quo significat non mirum esse, quod eodem modo consistat, cum illa mater sua sit.* Recte sententiam loci perspexit Aug. Matthiae, sed tamen *utpote* verti nunquam potest γέ, sed est *certe: ut certe matris meae condicionem imiter, Agavae, non Inus.* Vide quae supra p. 279 sqq. de γὲ particula exposita sunt, et quae de ipsa ratione illorum locorum adnotavi ad Euripidis *Medeam* v. 970. in editione Pflugkiana secunda p. 100.

Τὲ particulae collocatio. De collocatione particulae τὲ hoc adnotandum est, ut omnes particulas encliticas, sic hanc quoque semper ei verbo, quo referatur, postponi, et si quando haec regula neglecta esse videatur, aut per ἀνακολουθίαν orationis explicandos eos locos esse aut plura verba ita consociata esse, ut unam notionem efficiant, aut orationem pleniorem ab initio institutam esse ad aliumque finem perductam, qua de re quom diligentissume explicaverit Sommerus in *Nov. annal. philol.*

et paedag. vol. III. p. 397 sqq. hic amplius dicendi locus non est, videatur etiam Hartungius vol. I. p. 116 sqq.

Sequitur ut dicamus quibuscum particulis τὲ particula componatur. Et primum haud raro ad τὲ accedit αὖ, praesertim post repetitam τὲ particulam, ut dicatur: τὲ — τὲ αὖ, uti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 5. §. 9. οἵ τε λέγειν προθυμούμενοι δεινοὶ γενέσθαι — οἵ τε αὖ τὰ πολεμικὰ ἀσκοῦντες κτἑ. aut in Luciani *Gallo sive somnio* §. 21 sq., ubi οὔτε et τὲ αὖ inter se respondent: Σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς λόγος — ἐν εἰρήνῃ τε αὖ σὺ μὲν — τυραννήσεις τῶν πλουσίων. Vide adnotationem nostram ad eum locum p. 62. et quae supra in αὖ particula p. 210. explicata sunt. *Τὲ αὖ.*

In priore loco τὲ αὖ particulae ita positae sunt, ut alterum τὲ exspectes apud Platonem *de re publica* lib. II. Part. III. vol I. p. 86. ed. Bekk. p. 373. B. ed. H. Steph. vide quae ad eum locum adnotavit Schneiderus vol. I. p. 167.

Tum saepe numero dictum est etiam τὲ γάρ. Id si particula repetita τὲ sequitur, nullam habet offensionem, neque quidquam in eis locis particula γὰρ cum τὲ — τὲ particulis commune habet. Neque difficilior illa caussa est si quando τὲ γὰρ particulae in initio enuntiationis ita ponuntur, ut primum quidem videatur is, qui loquitur, voluisse orationem in duo membra dividere et utrumque per τὲ particulam proponere, tum vero ab inchoata constructione recessisse atque aliter conformasse orationem. Etenim de eius modi ἀνακολουθίαις iam satis supra a nobis dictum est. Legitur sic τὲ γάρ, ut aliquod simile membrum exspectes, in Platonis lib. VII. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 340. ed. Bekk. p. 522. B. ed. H. Steph., quo in loco ita videtur Socrates dicere: Αἵ τε γὰρ τέχναι βάναυσοί που ἅπασαι ἔδοξαν εἶναι., quasi velit pergere: καὶ οὐδὲν ἂν ἄλλων μαθημάτων ἔστι κτἑ., quod interposita Glauconis voce: Πῶς δ' οὔ; tum ita instituit per interrogationem: Καὶ μὴν τί ἔτ' ἄλλο λείπεται μάθημα, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς καὶ τῶν τεχνῶν κεχωρισμένον; Vide quae adnotavit Schneiderus ad *Civitatis* lib. II. p. 372. B. ed. H. Steph. vol. I. p. 167. *Τὲ γάρ.* *Τὲ γὰρ per ἀνακολουθίαν.*

Sed tamen haud raro etiam factum est, ut τὲ γὰρ particulae ita plane ponerentur, quem ad modum Latinae voces *etenim* vel *namque*, neque alterum membrum aut poneretur aut in reliqua orationis conformatione significaretur quoquam modo, quibus in locis rectissume G. Hermannus ad Sophoclis *Trachiniarum* v. 1015. p. 176. ait τὲ illud non co- *Τὲ γάρ.*

pulare, sed lenius adfirmare quam *τοί*, unde natum esset, ut Germanice per *ja* vel *wohl* exprimi posset. Et in his quidem locis is, qui loquitur, id per *τὲ γὰρ* particulas videtur velle significare, se cum plura commemorari possint, hoc, quod iam infert, per *γὰρ* particulam e pluribus rebus potissumum ponere, ut caussae redditio non sine quadam amplificatione fiat. cf. Homeri *Iliados* lib. XXIII. v. 277.

Ἀθάνατοί τε γάρ εἰσι.

In his locis quia *τέ*, id quod recte Hermannus observavit, ut *τοὶ* ponitur, veluti in epicorum sermone *ἀλλά τε* pro *ἀλλά τοι* et similia dicuntur, et Attici scriptores hanc *τὲ* particulae significationem non retinuerunt nisi in quibusdam formulis, de quibus supra p. 739. dictum est, facile explicari potest, cur Attici scriptores in scriptione non adeo saepe formula *τὲ γὰρ* usi sint, quamquam in coditiano sermone fortasse haud raro eam formulam usurpabant, quod inde quodam modo colligi potest, quod posteriore tempore inde ab Aristotele admodum frequentari ille harum particularum usus coeptus est. Ac de antiquioribus ne quis dubitet, conferat praeter Herodoti lib. VI. cap. 121. *Καλλίης τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων ἁπάντων ἐτόλμα, ὅκως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηνέων, τὰ χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημοσίου ὠνέεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔχθιστα ἐς αὐτὸν πάντα ἐμηχανᾶτο.*, quo tamen in loco et ipso nisi sententiae perturbationem facere velis, non poteris *τὲ* ad sequens *καὶ* ante *τὰ ἄλλα κτὲ.* referre. Adde Thucydidis lib. VI. cap. 17. *Τά τε οὖν ἐκεῖ ἐξ ὧν ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι τοιαῦτα, καὶ ἔτι εὐπορώτερα ἔσται· βαρβάρους τε γὰρ πολλοὺς ἕξομεν οἳ Συρακοσίων μίσει ξυνεπιθήσονται αὐτοῖς· καὶ τὰ ἐνθάδε οὐκ ἐπικωλύσει, ἢν ὑμεῖς ὀρθῶς βουλεύησθε.*, quibus in verbis *τὲ γὰρ* particulae ita circumsaeptae sunt per verba: *τά τε οὖν ἐκεῖ κτὲ.* et *καὶ τὰ ἐνθάδε κτὲ.*, ut necessario per se constent. Neque alia ratio est loci Thucydidei, qui habetur lib. VII. cap. 81. *Τὸ δὲ Νικίου στράτευμα ἀπεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν καὶ πεντήκοντα σταδίους· θᾶσσόν τε γὰρ ὁ Νικίας ἦγε, νομίζων οὐ τὸ ὑπομένειν ἐν τῷ τοιούτῳ ἑκόντας εἶναι καὶ μάχεσθαι σωτηρίαν, ἀλλὰ τὸ ὡς τάχιστα ὑποχωρεῖν, τοσαῦτα μαχομένους ὅσα ἀναγκάζονται.* Ac sic etiam nulla videtur esse posse dubitatio, quin e librorum plurumorum auctoritate, qui habent: *ὥστε γάρ*, in Thucydidis lib. VII. cap. 24. rescribendum sit: *Ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐξωγρήθησαν*

πολλοί, καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ξύμπαντα ἑάλω· ὥς τε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν, πολλὰ δὲ τριηράρχων, ἐπεὶ καὶ ἱστία τεσσαράκοντα τριήρων καὶ τἄλλα σκεύη ἐγκατελήφθη, καὶ τριήρεις ἀνειλκυσμέναι τρεῖς. Nam quod Poppo aliique e paucorum librorum auctoritate receperunt: ἅτε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι κτέ., si ἅτε pro ὡς accipias, falsum est, si referas ad participium χρωμένων et reddas *quippe* primum videtur nihil caussae fuisse cur non genitivi per se ipsi satis facerent sententiae, tum ut verba hoc loco collocata sunt vix etiam careas ὡς particula, ut sane optumum esse videatur in optumorum ac plurumorum librorum scriptura acquiescere. Vide quae supra in ἅτε particula dicta sunt p. 203. Sic recte etiam Sophoclis locum de *Trachiniis* v. 1013 sqq. ed. Brunck.

> Ὦ παῖ, τοῦδ' ἀνδρὸς τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει,
> ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε· σοί τε γὰρ ὄμμα
> ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.,

quem locum recte ita interpretatus est G. Hermannus p. 176 sq., ut diceret τὲ γὰρ particulas *namque* significare et ἢ suspensum esse a nomine ἔμπλεον, vide quae supra p. 586—591. de ἢ particula explicata sunt. Recte etiam G. Dindorfius hanc loci Sophoclei explicationem et omnino usum harum particularum agnovit ad Aristophanis *Pacem* v. 462., ad quem locum reposita e cod. Veneto hac scriptura:

> Κλέπται τε γὰρ νῦν μᾶλλόν εἰσιν ἢ προτοῦ.

»*Ego*«, inquit, »*non dubitavi libri Veneti scripturam praeferre volgatae. Τὲ γὰρ* namque, *quod Aristotelis aetate frequentari coepit, rarum est in veterum Atticorum scriptis. In tragicis unum exemplum est Sophoclis in Trachiniis v.* 1019«. His locis adde Demosthenis orationem *de falsa legatione* §. 159. ed. Bekk. p. 391. ed. Reisk. Καίτοι τοῦτο Φίλιππον ἁπάντων ἂν ἐτιμήσατο πλείστου τοῦτον τὸν τρόπον πραχθῆναι. Τήν τε γὰρ εἰρήνην οὐχὶ δυνηθέντων ὡς ἐπεχείρησαν οὗτοι τὸ πρῶτον, πλὴν Ἁλιέων καὶ Φωκέων, γράψαι, ἀλλ' ἀναγκασθέντος ὑφ' ὑμῶν τοῦ Φιλοκράτους ταῦτα μὲν ἀπαλεῖψαι, γράψαι δ' ἄντικρυς Ἀθηναίους καὶ τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους, οὐκ ἐβούλετο τοῦτον ὠμοκέναι τὸν ὅρκον οὐδένα τῶν αὑτοῦ συμμάχων κτέ., quo in loco τὲ γὰρ particulae aptius inter sese coniungendae sunt, quasi Latine dicas: *etenim*. tum Lycurgi orationem *contra Leocratem* §. 14. ed. Bekk. p. 149, 29.

ed. H. Steph., ubi ex omnibus Bekkeri libris reponendum est: Ἐπιφανής τε γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἐπαγγελίαν κτέ., quamquam hic locus fortasse alio modo explicari poterit. Praeterea conferas Aristotelis *Politicorum* lib. VII. cap. 13. §. 4. ed. Stahr. (cap. 14. ed. Bekk.) Ἔστι μὲν ἄρα ὡς τοὺς αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον, ἔστι δὲ ὡς ἑτέρους· ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἔστιν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον, ἔστι δ' ὡς ἑτέραν εἶναι. Τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον., ad quem locum rectius Reizius: *Usitatius erat*, inquit, καὶ γὰρ τὸν μέλλοντα κτέ., quam Coraës: Πλεονάζει ἅτερος τῶν συνδέσμων ὁπότερος οὖν. Vide Schneiderum ad eum locum p. 429. et ex eodem Aristotelis scripto lib. I. cap. 3. §. 3. ed. Stahr. (cap. 8. ed. Bekk.) Τῶν τε γὰρ θηρίων τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ σποραδικά ἐστιν κτέ., tum Pausaniae lib. I. cap. 17. §. 4. Ἐς δὲ τὴν τελευτὴν τὴν Θησέως πολλὰ ἤδη καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα εἴρηται· δεδέσθαι τε γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ἐς τόδε, ἕως ὑφ' Ἡρακλέους ἀναχθείη· πιθανώτατα δὲ ὧν ἤκουσα· Θησεὺς κτέ. Neque enim mihi τὲ ad sequentia πιθανώτατα δὲ ὧν ἤκουσα κτέ. referendum esse videtur, in qua opinione est Schneiderus ad Platonis *Civitatem* vol. I. p. 167. a. Ea enim verba potius ad praecedentem enuntiationem: πολλὰ ἤδη καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα εἴρηται, pertinere videntur. Ceterum conferantur Zellius in Creuzeri *Meletemat.* II. p. 100. G. H. Schaeferus in *Apparatu critico et exegetico ad Demosthenem* vol. I. p. 579. et ad Dionysium *de compositione verborum* p. 409 sq. et Ferd. Handius in *dissertatione de particula* τὲ II. (Ienae 1824) p. 17 sq. Aug. Matthiae *Gr. Gr. ampl.* p. 1279. ed. sec.

Τέ γε. De τέ γε coniunctis particulis vide quae supra in γὲ particula explicata sunt p. 332 sq.

Appendix ad caput XXXII. altera.

De τέως particula.

Τέως. Τέως particulam supra in ἕως particula p. 565. vidimus demonstrativam vim habere ac respondere ἕως particulae.

Τέως pro relativo. Sed ea tamen particula saepe numero etiam ita usurpata est, ut respondentem sibi ἕως aut aliam relativam for-

mam non haberet, sed, ut vocula *πρίν*, quae primum idem valeret, quod *πρότερον*, et respondentem sibi *ἤ* particulam postularet, tamen loquendi consuetudine etiam ibi poni coepta est, ubi relativam formam exspectares, sic *τέως* quoque ita poneretur, ut ipsa relativam vim nancisceretur, non quod ex Ionica dialecto hic usus maneret, sed quia dicendi consuetudo hoc invexit, ut nostrum *eher* pro *eher als*, *solange* pro *wie lange* et quae sunt similia.

Ac ne quis de hac re dubitet aut ea exempla, quae pro testimoniis adferuntur, improbanda putet, satis iam cautum est ab antiquioribus grammaticis. Etenim non solum grammaticus in Bekkeri *Anecdotis Graecis* p. 369, 23. haec habet: *Τέως — σημαίνει καὶ τὸ ἕως*, verum etiam Scholiasta Platonis ad *Hipparchum* p. 335. ed. Bekk. idem tradidit. De quorum grammaticorum testimoniis eo minus videtur posse dubitari, quod etiam optumi libri saepe numero *τέως* in eius modi locis tuentur, et facilius fuit in his locis *τέως* depravari in *ἕως* quam illud contra, *ἕως* in *τέως*. Et Demosthenes quidem, quem iam testificatus est scholiasta Platonis l. l., permultis locis *τέως* ita posuisse videtur, ut relativam vim haberet. Ac primum quidem de eius scriptis conferri potest oratio *Olynthiaca* II. §. 21. ed. Bekk. p. 24. ed. Reisk. *Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, τέως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται κτέ.*, quo in loco non solum omnes Demosthenis libri formam *τέως* tuentur, verum etiam Stobaei auctoritas p. 540. haec citantis. Satis certa etiam librorum auctoritas est in oratione *de symmoriis* §. 36. ed. Bekk. p. 188. ed. Reisk. *Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν αὐτῶν ὅτι τέως μὲν κοινὸν ἐχθρὸν ἐκεῖνον ὑπειληφότες ὡμονόουν ἀλλήλοις, πολλῶν ἀγαθῶν ἦσαν κύριοι, ἐπειδὴ δὲ κτέ.*, ubi libri quidem deteriores *ἕως* offerunt, procul dubio e correctione. Certior etiam scriptura atque aperte a scholiasta Platonis p. 335. ed. Bekk. confirmata est in oratione *de falsa legatione* §. 326. ed. Bekk. p. 446. ed. Reisk. *Ἀντὶ δὲ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι περὶ Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα, ὅ, τέως ἦσαν Φωκεῖς σῷοι, οὐπώποτ' ἐποιήσαμεν.* Neque in oratione *Leptinea* §. 91. ed. Bekk. p. 484, 22. ed. Reisk. ulla est librorum discrepantia in verbis his: *Καίγάρτοι τότε μέν, τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν, τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις ἐχρῶντο, καινοὺς οὐκ ἐτίθεσαν· ἐπειδὴ δὲ κτέ.* Neque vero de orationis *Midianae* §. 16. ed. Bekk. p. 519, 29. ed. Reisk. propter summam librorum

auctoritatem dubitari ullo modo poterit in verbis his: Ἱερὰν γὰρ ἔγωγε νομίζω πᾶσαν [ἐσθῆτα], ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάσηται, τέως ἂν χρησθῇ. In oratione *adversus Timocratem* §. 63. ed. Bekk. p. 721. ed. Reisk. paene par librorum auctoritas est in verbis his: ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως ἂν ἐκτίσῃ ὅ, τι ἂν αὐτοῦ καταγνωσθῇ., ut nihil intercedam, si quis e libris Σκrs., qui, τε ἕως offerunt τέως, ἕως scribendum existumet. Etiam in eiusdem orationis §. 80. et §. 81. ed. Bekk. p. 726. fluctuat librorum scriptura, ut tamen Bekkerus non vituperandus esse videatur, quod utroque loco retinuerit: φυλάττειν τέως ἂν καταστήσῃ τοὺς ἐγγυητάς. Verum certissuma est librorum auctoritas in Demosthenis oratione *adversus Dionysodorum* §. 14. ed. Bekk. p. 1288. ed. Reisk. Ἐπειδὴ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὲς παραγενόμενοι ἀπὸ ταυτομάτων συνεβούλευον ἡμῖν τὸ μὲν διδόμενον λαμβάνειν. περὶ δὲ τῶν ἀντιλεγομένων κρίνεσθαι, τοὺς δὲ εἰς Ῥόδον τόκους μὴ καθομολογεῖν τέως ἂν κριθῶμεν, ἡμεῖς μὲν ταῦτα συνεχώρουν κτέ., ubi unus tantum modo Bekkeri liber non bonus offert ἕως pro τέως. Denique conferatur *prooemium* 21. sub finem p. 614, 20. ed. Bekk. p. 1433, 1. ed. Reisk., ubi haec habentur in libris omnibus: Ἀλλ' ὡς ἂν δείξῃ τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ νυνὶ διαμεῖναι δυνήσεται, τέως ἂν ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν ἢ πεισθέντες διαλυσώμεθα τὸν πόλεμον.

Τέωσπερ ἄν. Ut igitur in his exemplis satis multis vidimus τέως, quasi relativa vi esset praeditum, usurpari et sic etiam ἂν particulam ad eam vocem adiungi, sic mihi ne illud quidem dubitari posse videtur quin recte sese habeat quod in Demosthenis quae fertur oratione *adversus Aristogitonem* I. §. 70. ed. Bekk. p. 791, 13. ed. Reisk. habetur τέωσπερ ἂν in verbis his: Εἰ μὲν οὖν ἀνῄρηται ταῦτα καὶ ἐξαλήλιπται τὸ ὄφλημα, ἡμεῖς ληροῦμεν, μᾶλλον δὲ ψευδόμεθα· εἰ δ' ἔτι ἔστι καὶ ἔσται τέωσπερ ἂν ἐκτίσῃ καὶ μενεῖ, οὗτος οὐδὲν ἀληθὲς λέγει κτέ. Nam quod Phil. Buttmannus in Indice ad orationem *Midianam* p. 187. suspicatur, in omnibus his locis τέως, ἕως rescribendum esse, id non magis verum est, quam illud, quod in Aristophanis loco de *Pace* v. 32. reponendum visum iri existumavit:

Τέως σεαυτὸν ἂν λάθῃς διαῤῥαγείς.,

qui esset merus soloecismus propter ἂν particulae collocationem. Et τέωσπερ, si semel τέως pro relativa particula

habita est, tamen eodem iure dici potuit quo πρίνπερ et similia dicta sunt. Conferas etiam ea, quae supra in ἕως particula explicavi p. 570.

CAPUT XXXIII.

De ὑπὲρ praepositione et φεῦ.

De interiectione φεῦ iure animadvertit Devarius p. 210. eos errare, qui dicerent ab ipsa illa particula regi casum, qui eam vocem sequeretur, sed quod ipse ait haec dici ἐλλειπτικῶς et, si quando diceretur exempli caussa φεῦ τῶν κακῶν, subaudiendam esse ἕνεκα particulam, quod fecit auctoritate veterum grammaticorum, in ea re ipse quoque falsus esse videtur. Etenim ea vis est ipsius casus genitivi, ut notet eam rem, de qua in voce φεῦ cogites, pertinere ad id nomen, quod casu genitivo appositum est. Itaque si dicis: φεῦ τῶν κακῶν, proprie hoc dicis: *Heu, quantum res ad haec mala pertinet.* Sic in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 1. §. 39. Φεῦ τοῦ ἀνδρός., aut in Aeschyli *Septem adv. Thebas* v. 599 sq. Φεῦ.

> Φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθος βροτοῖς
> δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστάτοις.

Res eo minus eget explicatione, quod etiam sine ulla interiectione haud raro genitivus sic ponitur, veluti in *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 3. Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Ex parte recte iam hunc locum explicavit Aug. Matthiae *gr. Gr. ampl.* §. 371. p. 685. ed. sec., quamquam ipse rationem primae genitivi casus significationis nullam habuit.

In illo autem loco Procopii, quem posuit Devarius, propter similitudinem εὖ vocis positum est φεῦ pro adverbio, ut malam vitae condicionem significaret.

CAPUT XXXIV.

De ὦ particula et ὧν.

Ὦ. Ad p. 212. Si quando ὦ vel ὢ cum casu genitivo coniungitur, ut dicatur verbi caussa: ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, eadem caussa est, quam modo in φεῦ particula vidimus, ut amplius haec quaestio agitanda non videatur.

Ὧν. Quod autem Devarius p. 213. dixit ὧν ipsum quoque elliptice dici, ut ἕνεκα intellegendum sit, veluti in voce: ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, vix opus est me hodie verbo significare illum genitivum a nomine ὀργὴν suspensum esse, ut etiam hic nulla ellipsis agnosci queat.

CAPUT XXXV.

De ὥς adverbio, et omnino de voce ὡς.

Non est huius loci de forma adverbiali ὥς multis verbis explicare. Id enim est merum adverbium et ab Atticis

Ὥς, καὶ ὥς, οὐδ' ὥς κτέ. quidem plerumque in certis quibusdam formulis usurpatur, ut si dicitur: καὶ ὥς, οὐδ' ὥς, ἀλλ' ὥς, ὧς δέ, ὢς οὖν vel ὡς —, ὥς et quae sunt eius modi. Conferatur praeter Valckenarium ad Euripidis *Phoenissas* v. 841. vol. I. p. 322. ed. Lips. et Heindorfium ad Platonis *Protagoram* p. 326. D. ed. H. Steph. C. G Krügerus ad Xenophontis *Expeditionem Cyri* lib. I. cap. 8. §. 21., qui has formulas diligentissume composuit p. 70. ed. ampl.

Neque magis huc pertinet ὡς praepositio, quam commemoravit Devarius p. 214., de cuius usu conferantur in-

Ὡς praepositio. terpretes ad Thucydidis lib. VIII. cap. 103. et eos quidem grammaticos, qui de ea voce egerunt, nominavit pene omnes Fr. Goellerus ad Thucydidem vol. II. p. 489., quibus addi poterunt quae G. Hermannus ad Sophoclis *Trachinias* v. 365. p. 78 sq. adnotavit et quae nuper R. Kühnerus ad Xenophontis *Memorabilia Socratis* lib. II. cap. 7. §. 2. p. 250. ed. Goth.

De ὡς autem particula, cuius usus longissume patet, haec universe significanda videntur, cum sit ὡς nihil aliud nisi adverbium pronominis ὅ, quod antiquo tempore et demonstrativum fuit et idem relativum, etiam ὥς, ut modo vidimus, monstrationem in quibusdam formulis retinuit, quibus in locis cum gravior eius vis sit ipsumque pronuntiatione efferatur, sonum suum habuit, sed longe saepissume ὡς ita usurpatum est, ut relativam vim haberet, quibus in locis cum aptius coniungeretur cum sequentibus, amisit sonum suum et caruit accentu. Ὡς particula.

Et in his locis omnibus ὡς per se nihil aliud significat nisi Latinum *ut* vel *quomodo*, *quam*, nostrum *wie*, quamquam, si loquendi consuetudinem aliarum linguarum spectamus, aliis in locis aliter reddenda vox est, ut pene innumerabiles significationes esse videantur quae huic voculae tribui possint. Neque hoc loco opus est omnia persequi, quae ad hanc adverbialem vocis ὡς vim spectant, sed ea tantum modo commemoranda videntur, quae certas quasdam formulas efficiunt, ut non ubivis statim agnoscas primam ac veram vim particulae. Ὡς *ut* vel *quomodo*.

Ad primam quidem particulae vim ac potestatem facile revocari illi loci possunt, si ὡς ad augendam superlativi gradus vim positum est, qua de re disputavit Devarius vol. I. p. 217. Nam si verbi caussa in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 4. §. 5., quo loco iam Devarius usus est, dicitur: Ἐγὼ δ᾽, ἔφη, ἐβουλόμην σε ὡς λαμπρότατον φανῆναι., proprie hoc dicitur: *Ego vero, inquit, volebam te ita, ut splendidissumum, videri esse*, quod Latini itidem dicunt brevius: *Ego vero — te volebam quam splendidissumum videri*. Nec difficilior illa caussa est, si quando dicitur ὡς ὅτι cum superlativo, uti in Aeliani *Variis historiis* lib. II. cap. 13. Δῆλα γὰρ δὴ ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτόν, ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες, quem usum adtigit Devarius ibidem. Id enim proprie est: *eum ut quod pulcherrume imitati*, vel dicam paullo plenius: *eum sic uti id, quod pulcherrume* (nempe *imitabantur*) *imitati*. Ὡς cum superlativo.

Neque magis obscura res est, si ὡς ad positivum gradum accedit, ut eius vim si non augeat tamen totam caussam magis efferat, ut si dicitur ὡς ἀληθῶς, ubi exspectari simpliciter ἀληθῶς poterat. Est enim hoc proprie: *sic ut vere*, veluti in Platonis *Defensione Socratis* Part. I. vol. I. p. 138. ed. Bekk. p. 41. A. ed. H. Steph. Εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς Ἅιδου, εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστὰς κτἑ. Neque id solum in hac formula factum est, sed Graeci omnino Ὡς ἀληθῶς.

hoc habuerunt, ut in isto genere quaedam plenius dicerent, quam nos facere solemus, ut ea res, quam ponerent, gravior esse videretur. Itaque non satis recte locus quidam Isaei volgo mutatus est *de hereditate Cleonymi* §. 14. ed. Bekk. p. 36. ed. H. Steph. *Καὶ οὐχ οὕτως ὡς ἀσθενῶν διακείμενος, ἀλλ' ἔτι πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων ἐξαπίνης τῆς νυκτὸς ταύτης ἀπέθανεν.* Eo enim, quod plenius haec dicuntur: *καὶ οὐχ οὕτως, ὡς ἀσθενῶν, διακείμενος,* pro eo, quod dici poterat brevius: *καὶ οὐκ ἀσθενῶς διακείμενος*, efficitur, ut ipsa vis eorum verborum magis exstet. Et quid impedit quo minus Latine dicas: *Et non sic se habens, ut aegrotans*, aut nostra lingua: *Und nicht so, wie ein Kranker* (vel *Altersschwacher*) *sich befindend* et quae sunt similia. Et sic etiam illa omnia offensioni esse non possunt, si quando *ὡς ἑτέρως. ὡς σφόδρα* aliaque id genus multa dicuntur, quem locum adtigit Devarius p. 217. Vide Weiskii *Pleonasmos Graecos* p. 207.

Ὡς circiter. Neque prima particulae *ὡς* vis ac potestas obscura est, si quando ad numeros ita accedit, ut Latine *circiter* vel *fere* reddenda sit. Nam in his quoque locis proprie *wie* significat et Latini interdum etiam *quasi* eodem modo usurpant, id quod recte iam Devarius vol. I. p. 217. agnovit, quia *ὡσεὶ* compositam particulam comparavit. Id maxume intellegitur ex eius modi locis, qualis est Xenophontis in *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 6. §. 1. *Ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος· εἰκάζετο δὲ εἶναι ὁ στίβος ὡς δισχιλίων ἵππων.* Nam in eius modi locis recte dici poterit etiam Latine: *quasi bis mille equorum.*

Ὡς post comparativum. Neque alia ratio est eius particulae, si quando post comparativum ibi ponitur, ubi exspectari poterat *ἢ* particula, veluti in Aeschyli *Prometheo* v. 630. dicitur:

Μή μοι προκήδου μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

aut in Lysiae oratione *de olea sacra* §. 12. ed. Bekk. p. 109. ed. H. Steph. *Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλή, ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ ἠγανάκτουν ἄν, ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι, ὥς μοι προσῆκε κτέ.* et in eadem oratione §. 31. ed. Bekk. p. 111. ed. H. Steph. *Ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην.* Et in his quidem locis idem fit, quod etiam nostrates in vita cotidiana interdum committunt, ut *wie* ponant pro *als*. Eoque minus de vera *ὡς* particulae vi in eius modi locis dubitandum est, quod *ὥσπερ* eodem modo usurpatum est, veluti in Xenophontis *Graeca historia* lib. II. cap. 3. §. 16. *Εἰ δέ, ὅτι τριάκοντά ἐσμεν καὶ*

οὐχ εἷς, ἧττόν τι οἴει, ὥσπερ τυραννίδος ταύτης, τῆς ἀρχῆς χρῆναι ἐπιμελεῖσθαι, εὐήθης εἶ. cf. I. H. Bremi ad Lysiae *orat. select.* p. 46. sq. ed. Goth.

Sed haec et quae sunt similia, si veram particulae vim recte perceperis, facile agnoscuntur, persequar potius illa, quae magis ad omnem orationis constructionem faciant.

Nam constructio ὡς particulae, si simplicem comparationem efficit, difficilis non est. Etenim fere semper cum indicativo componitur aut cum eo modo, qui in reliqua oratione dominatur: raro cum coniunctivo, si solus eventus ponitur, veluti in Euripidis *Hecuba* v. 998 sq. ed. Herm.

Ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν
λέχριος ἐκπέσῃ φίλας καρδίας.

conferantur quae G. Hermannus et ad eum locum p. 113. ed. sec. adnotavit et in *Opusc.* vol. I. p. 206. tum ad Euripidis *Bacchas* v. 1059. p. 123. et ad Sophoclis *Trachinias* v. 115. p. 27. Cum optativo autem ὡς construitur, si id, quod in comparatione ponitur, cogitatur tantum modo, veluti in Aristophanis *Avibus* v. 180.

Ὥσπερ εἴποι τις τόπος.

Et huic ὡς, si cum coniunctivo ponitur, etiam ἂν accedit, eodemque modo, si cum optativo, vide quae infra in compositis particulis ὡς ἂν dicentur et in particula ὥστε.

Ac primum quidem ὡς particula eodem modo, quo Latina vox *ut*, nostra *wie*, ad temporis significationem adhibita est, qua de re Devarius vol. I. p. 214 sq. recte explicavit, et de ὡς τάχιστα conferas etiam quae supra in ἐπειδὴ particula dicta sunt p. 552. Hoc ὡς debebat plane eandem constructionem habere, quam particulae ἐπεὶ vel ἐπειδή, sed tamen recte fecerunt Attici scriptores, quod, cum Herodotus et optativum et coniunctivum adiunxisset ad ὡς particulam in eius modi locis, veluti lib. I. cap. 17. Ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέβαλλε οὔτε ἐνεπίμπρη οὔτε θύρας ἀνέσπα κτἑ. et lib. IV. cap. 172. τῶν δὲ ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ, διδοῖ δῶρον ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου., ipsi fere abstinuerunt*) his modis in hac particulae significatione,

Ὡς in temporis significatione.

*) Nolo hoc ita dictum existumari quasi Attici scriptores omnino non usi sint his constructionibus. Nam ὡς ἂν cum coniunctivo aliquoties posuerunt in temporis descriptione, veluti in Cebetis *tabula* p. 168. dicitur: Προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. Vide Hoogeveenum p. 588. ed. Schütz.

Ὡς in temporis significatione cum infinitivo.

et aut aliam particulam ponebant, aut, si quando oratio obliqua magis significanda erat, infinitivum suspendebant ab ea particula, qua de re supra dictum est in ἐπεὶ particula p. 545 sq. et in ἐπειδὴ p. 549. Plura exempla posuit Devarius vol. I. p. 215, in his Platonis e *Convivio* Part. II. vol. II. p. 374. ed. Bekk. p. 174. C. ed. H. Steph, in cuius explicatione bis apud Devarium repone εἶδεν pro ἴδεν.

Ὡς in caussa reddenda.

Haec autem condicio non solum ad tempus est translata, verum etiam ad caussam et rationem, quibus in locis saepius etiam Attici scriptores cum optativo ὡς composuerunt, si quando ex aliorum mente caussam explicare vellent, veluti Thucydides lib. IV. cap. 65. haec habet: *Ἐλθόντας δὲ τοὺς στρατηγοὺς οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν φυγῇ ἐζημίωσας Πυθόδωρον καὶ Σοφοκλέα, τὸν δὲ τρίτον Εὐρυμέδοντα χρήματα ἐπράξαντο, ὡς ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι, δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν*, et Xenophon in *Disciplina Cyri* lib. IV. cap. 2. §. 29. *Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεύς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προαπεπέμψατο τῆς νυκτός, ὡς ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ ψῦχος, καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς ἱππέας παρηκολούθει.*

Ὡς consilium actionis significans.

Propter constructionem porro commemorandi sunt illi loci, in quibus ὡς consilium ac finem actionis significat. Nam quamquam etiam in his locis facile primae particulae vis ac potestas agnoscitur, neque adeo difficilis est constructio ipsa, tamen etiam sic haec particula quaedam singularia habet.

Nam quem ad modum cum particulis ἵνα et ὅπως, quae ipsae quoque actionis consilium significant, in iis locis fere convenit, quando cum optativo, si eventus, qui in cogitatione positus est, significatur, construitur, cum coniunctivo autem, si eventus ipse quasi futurus aliquando ponitur, sic in eo discrepat a particula ἵνα, quod eodem modo, quo ὅπως particula, etiam ἂν particulam in consilii significatione adsciscit, ab ὅπως autem ita distat, quod non eodem modo, quo illa particula, cum futuro in consilio describendo componitur.

Ὡς cum coniunctivo.

Componitur igitur ὡς cum coniunctivo, si futurus eventus spectatur, quod maxume fit in re praesenti, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 4. §. 17. dicitur: *Καὶ παρὰ τὴν γέφυραν τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ πέμψαι κελεύουσι φυλακήν, ὡς διανοεῖται λῦσαι αὐτὴν Τισσαφέρνης τῆς νυκτός, ἤνπερ δύνηται, ὡς μὴ διαβῆτε, ἀλλ' ἐν μέσῳ διαληφθῆτε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς διώρυχος.*, aut si in re quidem praeterita eventus tamen

quasi in actione olim futurus ponitur, quod tum fit, si in narratione induis quasi alterius personam, ut si in eodem Xenophontis scripto lib. I. cap. 9. §. 27. dicitur: Ὅπου δὲ χιλὸς σπάνιος πάνυ εἴη, αὐτὸς δ' ἐδύνατο παρασκευάσασθαι διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν ὑπηρέτας καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, διαπέμπων ἐκέλευε τοὺς φίλους τοῖς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἄγουσιν ἵπποις ἐμβάλλειν τοῦτον τὸν χιλόν, ὡς μὴ πεινῶντες τοὺς ἑαυτοῦ φίλους ἄγωσιν. Conferantur quae supra in ἵνα, μή, ὅπως particulis explicavimus p. 616 sqq. p. 667 sqq. p. 681 sqq. et quae Frankius in *Diariis Darmstad.* anni MDCCCXXXIX. p. 2244 sqq.

Cum optativo autem ὡς, ut reliquae particulae finales, tum coniungitur, si non ipse eventus, qui in actione exspectatus est, ponitur, sed tantum modo cogitatio eventus, quod tum fit, si ex alterius mente indicatur consilium. Id quoniam saepissume in narratione rei praeteritae ita fieri solet, ut eventus, quem ut futurum in actione aliquis ante oculos habuerit, significetur, non absolute ponatur, visum est quibusdam, optativum poni non posse nisi in re praeterita, quod per se falsissumum esse facile apparet. Nam si quando in re praesenti eventus ad cogitationem revocatur, etiam in re praesenti optativus locum habere debet neque desunt exempla, quae id factum esse doceant. Etenim vix potest ulla dubitatio esse quin in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 4. §. 4. e libris optumis Etonensi, Parisiensi 1641. et 2535. rescribendum sit: Ἴσως δέ που ἢ ἀποσκάπτει τι ἢ ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος εἴη ἡ ὁδός., quod non tam ipse eventus, sed eius cogitatio eventus, qui id agit, significatur, quod idem factum esse in simili Xenophontis loco in ἵνα particula supra vidimus p. 625 sq., et in eiusdem scripti lib. I. cap. 6. §. 9. cum libris tantum non omnibus retinendum: Συμβουλεύω ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα, ὡς μηκέτι δέοι τοῦτον φυλάττεσθαι, ἀλλὰ σχολὴ εἴη ἡμῖν τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι τοὺς ἐθέλοντας φίλους, τούτους εὖ ποιεῖν. Continent enim quae ὡς particulam sequuntur verba non eum eventum, quem ipse ponit, qui loquitur, sed cogitationem eventus, quam ii, qui agere iubentur, iam habeant, itaque non debet ullo modo hic curari lib. Paris. 1641., qui δέῃ pro δέοι, neque lib. Etonensis qui ἦν pro εἴη habet, quom reliqui libri in volgatam scripturam conspirent. Vide quae supra p. 622—626. posita sunt. Rem ipsam rectissume etiam declaravit Frankius l. l. p. 1240 sqq. usus de ὡς particula hoc Homeri exemplo ex *Odyssea* lib. II. v. 52.

Ὡς cum optativo in re praesenti.

Οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι,
Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα,
δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι.,

et illo Theocriti ex *Idyllio* XXIV. v. 98.

Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον,
δυσμενέων αἰεὶ καθυπέρτεροι ὡς τελέθοιτε.,

sed in duobus tamen locis cum viro doctissumo dissentio, uno Euripidis, altero Sophoclis. Et in Euripidis quidem *Electra* v. 56 sqq.

Πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι
οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς,
γόους τ' ἀφείην αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.,

quem locum recte atque ordine explicaverat G. Hermannus ad Sophoclis *Electram* v. 57. p. 18., quod dixit δείξωμεν dici ab Electra, quod id consilium, quod in actione suscipienda habuit, vere iam exsequeretur, ἀφείην autem propterea ad cogitationem revocari, quod interventu coniugis iam non posset quod voluisset facere, eo magis licuit Electrae ita dicere, quod aliquam quidem partem consilii sui exsequitur, et tantum modo hoc, quod per τὲ particulam adiicitur, secundarium quid est, quo omisso non minus fiat prius, ut non mirandum sit, quod non desistat ab agendo. In Sophoclis autem loco illo nobilissumo ex *Oedipo Coloneo* v. 7 sqq.

Ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκοισιν, εἴ τινα βλέπεις,
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα
ὅπου ποτ' ἐσμέν.,

quo in loco aperte optativus πυθοίμεθα propterea positus est, quod Ismene iubetur sic Oedipum collocare, quo modo ipsa putet fore ut e praetereuntibus audiant, quo in loco versentur. Haec autem obliqua oratio, quae inest in ὡς particula, si quando in re praesenti cum optativo iungitur, aliis in locis alio modo explicanda est, ut singula exempla, explicata via ac ratione enucleandae constructionis, plura non iuvet conquirere.

Ὡς cum optativo in re praeterita.

De eo autem optativo, qui ὡς particulam sequitur, aut si optativus alius praecessit, ut omnis res ad cogitationem revocetur, aut in narratione rei praeteritae non opus est exempla plura ponere. Satis haec res perspicua erit ex iis, quae in ἵνα, μή, ὅπως particulis dicta sunt supra p. 621. p. 626 sqq. p. 667. p. 668. p. 683.

Ὡς ἂν cum coniunctivo.

Etiam hoc habet ὡς non quidem cum ἵνα particula, sed cum ὅπως commune, quod in eventus exspectati signi-

ficatione, si quando res ad experientiam revocatur, adiuncta ἂν particula ὡς ἂν dicitur cum coniunctivo, qua in formula quid sit discriminis recte docuit G. Hermannus *de particula ἂν* lib. II. cap. 11. p. 120. loco quodam Aeschyli e *Choephoris* v. 983.

Ἐκτείνατ' αὐτὸν καὶ κύκλῳ παραστάδὸν
στέγαστρον ἀνδρῶν δείξαθ', ὡς ἴδῃ πατὴρ
οὐχ οὑμός, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε
Ἥλιος ἄναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς,
ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτέ,
ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον
τὸν μητρός,

quo in loco primum *ὡς ἴδῃ* absolute dicitur, deinde *ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς*, quod hoc tantum modo ita fieri debet, si eveniat aliquando ita ut testis requiratur. Atque ad hoc genus etiam illi loci referendi sunt, quos adtulit G. Hermannus ad Sophoclis *Antigonam* v. 215, in quibus ipse dixit *ὡς ἂν* significare *dum modo* *). Conferantur quae supra p. 685 sq. diximus.

Ὡς ἂν cum optativo.

Denique de *ὡς ἂν* particulis cum optativo vide illa, quae supra in *ὅπως* particula p. 686. explicavimus.

Ὡς cum indicativo in re non facta.

Neque illud eget explicatione, si quando *ὡς* in re non facta cum indicativo coniunctum est, veluti in Sophoclis *Oedipo rege* v. 1391 sqq. ed. Brunck.

Τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθύς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς;

aut apposita *ἂν* particula in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. VII. cap. 6. §. 23. *Ἀλλά, φαίητε ἄν, ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδέ, εἰ ἐβούλετο, ἐδύνατο ἂν ταῦτα ἐξαπατᾶν.*

Ὡς num in consilio significando cum futuro ponatur?

Illud autem non habet *ὡς* particula cum *ὅπως* commune, ut in consilio ac fine actionis designando etiam futu-

---

*) Neque ego ullo modo possum C. Wexio, qui ad Sophoclis *Antigonam* vol. II. p. 112—118. intellegenter de coniunctis particulis *ὡς ἂν* explicavit, hoc concedere, *ὡς ἂν* a tragicis poetis pro *ἕως ἂν* positum esse. Nam quibus locis maxume Wexius nititur e Sophoclis *Philocteta* v. 1330. et *Oedipo Coloneo* v. 1361., de his ego nihil dicam hoc loco, quoniam ipse indignum putat cum eis disputare, qui non concedant in sententiam suam. Sed viderit ipse. Nam facile etiam tacente me agnoscet *ὡς ἂν* vera ac propria vi sua recte intellegi posse. Ceterum etiam quarta significatio, quam posuit Wexius harum particularum, cum hac finali congruet, si primam vim ac potestatem earum spectamus.

rum adsciscere possit. Ii enim loci, qui scriptorum Atticorum huc relati sunt, omnes eius modi sunt, ut ad effectum pertineant, qui si in ὡς particula significatur, non solum in futuro, sed in omni tempore indicativus post eam particulam apponitur, ut si in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. V. cap. 4. §. 11. dicitur: *ὅστις — οὕτω μοι προθύμως ἐβοήθησας, ὡς νῦν τὸ μὲν ἐπ᾽ ἐμοὶ οἴχομαι, τὸ δ᾽ ἐπὶ σοὶ σέσωσμαι.* Et in his quidem locis ad tempora relativa etiam ἂν particula adiungi potest, si res per condicionem pronuntiatur, veluti in Xenophontis *Convivio* cap. 9. §. 3. dicitur: *Εὐθὺς μὲν γὰρ ἡ Ἀριάδνη ἀκούσασα τοιοῦτό τι ἐποίησεν, ὡς πᾶς ἂν ἔγνω ὅτι ἀσμένη ἤκουσε κτἑ.* Itaque non mirum est, si in effectu significando etiam indicativus futuri accedit ad ὡς particulam, quod factum est in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 13. *Ὡς δὲ καλῶς ἕξει τὰ ὑμέτερα, ἢν φίλοι γένησθε, ἐμοὶ μελήσει.* Neque per se falsum est quod liber Guelpherbytanus habet in eodem Xenophontis scripto lib. V. cap. 2. §. 36. *Ὡς δὲ ἔτι μᾶλλον θαῤῥήσεις, καὶ τόδε κατανόησον.*, pro volgato: *θαῤῥῇς.* Nam potuit hoc loco etiam effectus poni, non una significato consilio, id quod fit si *θαῤῥῇς* scribas. Si quis dubitet de rei veritate, conferat Demosthenis orationem *adv. Macartatum* §. 42. ed. Bekk. p. 1063. ed. Reisk., ubi simillima oratio haec est: *Ὡς δὲ καταφανὲς ὑμῖν ἔσται, ὦ ἄνδρες δικασταί; ὅτι τὸ πρότερον ἀναισχυντοῦντες περιεγένοντο, δίκαιον δ᾽ οὐδὲν ἔλεγον, ἀναγίγνωσκε τὰς μαρτυρίας, ὅσαι εἰσὶ ἔτι ὑπόλοιποι.*, ad quem locum non satis recte G. H. Schaeferus in *Apparatu crit. et exeg.* vol. V. p. 108. haec adnotavit: »*ὡς — ἔσται*] *ut — sit. Quod si recte habet, perquam notabilis est haec constructio* τοῦ τελικοῦ ὡς *cum futuri indicativo.*« Nam illud ὡς finalem significationem nullam habet, sed effectum denotat, ut in iis Xenophontis locis, quos modo explicavi. Recte etiam de futuro post ὡς particulam in consilio significando denegavit Aug. Matthiae ad Eurip. *Alcest.* v. 74. vol. VII. p. 118.

Ὡς cum infinitivo in consecutione rerum.

Non dissimilis denique est ὡς particulae significatio, si quando in consecutione rerum ponitur cum infinitivo, ut non accurate sententiarum inter se coniunctio explicetur, sed quasi quidam complexus notionum ponatur infinitivus, quem ad modum idem in ὥστε particula fit et similiter etiam in πρὶν aliisque particulis, ut in illo Xenophontis loco de *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 5. §. 10. *Διφθέρας, ἃς εἶχον σκεπάσματα, ἐπίμπλασας χόρτου κούφου, εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων, ὡς μὴ ἅπτεσθαι τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ.*

aut in Aristotelis *Politicorum* lib. I. cap. 3. §. 6. ed. Stahr. (cap. 8. ed. Bekk.) *Καὶ γὰρ — τὰ μὲν συνεκτίκτει τῶν ζῴων τοσαύτην τροφὴν ὡς ἱκανὴν εἶναι κτἑ.* et innumerabilibus aliis locis. De tragicis vide G. Hermannum ad Sophoclis *Antigonam* v. 292. p. 68.

Et ad hoc genus referendae sunt etiam notissumae illae formulae ὡς συνελόντι εἰπεῖν, ὡς ἐν τύπῳ — εἰρῆσθαι. et quae sunt id genus alia. Neque enim finalem significationem habet ὡς in illis formulis, sed potius consecutionem indicat, veluti in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. III. cap. 1. §. 38. *Ἄνευ γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἂν οὔτε καλὸν οὔτε ἀγαθὸν γένοιτο, ὡς μὲν συνελόντι εἰπεῖν, οὐδαμοῦ.* et in Platonis lib. III. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 158. ed. Bekk. p. 414. A. ed. H. Steph. *Τοιαύτη τις, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ μοι, ὦ Γλαύκων, ἡ ἐκλογὴ εἶναι καὶ κατάστασις τῶν ἀρχόντων τε καὶ φυλάκων, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι.* Etenim in his locis non tam quasi antecedens ipsi sententiae ista formula ponitur, sed sic adiicitur formula, quasi sententia posita hoc nunc iam consequatur, haec summatim dicta esse. **Ὡς συνελόντι εἰπεῖν κτἑ.**

Nullam denique difficultatem et explicatio et constructio ὡς particulae praebet, si ita ponitur, ut fere ὅτι particulae vim ac potestatem habeat in narratione. Nam etiam nos dicimus *wie* pro *dass* in quibusdam formulis et constructio ipsa satis iam in ὅτι particula supra p. 691. sqq. exposita est. Nam praeter quam quod in simplici notatione facti cum indicativo ista particula coniungitur, cum optativo, si res ex alius mente significatur, habet ὡς particula in his quoque locis hoc cum ὅτι particula commune, ut haud raro per ὡς particulam oratio incipiatur, mox autem pro ea constructione accusativus cum infinitivo inferatur, veluti in Xenophontis *Graeca historia* lib. VI. cap. 5. § 42. dicitur: *Ἐλπίζειν χρή, ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς μᾶλλον ἢ κακοὺς αὐτοὺς γενήσεσθαι.* Vide quae supra dicta sunt p. 691 sqq. Sed quod Devarius vol. I. p. 209 sq. dixit ὡς etiam sic usurpari, ut orationem directam, sicuti ὅτι particula, inducat, cuius ille exemplum posuit Demosthenis ex oratione *Midiana* §. 198. ed. Bekk. p. 578, 15. ed. Reisk. *ὅθ' οὗτος, ὡς ἀπήλλαγμαι, περιϊὼν ἐλογοποίει κτἑ.*, is error Devarii est, adsumptus, ut videtur, a Budaeo p. 560., propagatus etiam per Vigerum, quem recte iam Phil. Buttmannus sustulit, qui ad eum locum p. 104. adnotavit, pertinere primam istam personam ἀπήλλαγμαι ad Demosthenem, non ad Midiam, ut hoc quoque loco usitato more dicendi ὡς pro ὅτι positum sit. Cf. etiam G. H. Schaeferi *App. crit. et exeget.* vol. III. **Ὡς idem quod ὅτι.** **Ὡς non introducit orationem directam.**

p. 474. Nam Seagerus Anglus nuper etiam Budaei errorem recoxerat.

Ὡς *nam.*

Etiam reliquae ὡς particulae significationes, quas partim iam adtigit Devarius, difficiles ad explicandum non sunt. Nam quod videtur interdum ὡς *nam* significare, etiam in his locis facile agnoscitur relativa particulae vis. Exempli gratia in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. V. cap. 8. §. 10. si dicitur: *Ἐπεὶ δὲ παρεστηκότων ἡμῶν συνέκαμψε τὸ σκέλος ὁ ἀνήρ, ἀνέκραγον οἱ παρόντες ὅτι ζῇ ὁ ἀνήρ· σὺ δ' εἶπες· Ὁπόσα γε βούλεται, ὡς ἔγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω.*, hoc est proprie: *Quantum quidem volt (vivat), quia ego eum non avehām*, sed non male tamen reddetur sententia per *nam* particulam. Sic etiam in Aristophanis *Acharnensibus* v. 338 sqq.

Ἀλλὰ νυνὶ λέγ', εἴ σοι δοκεῖ τὸν Λακε-
δαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σουστὶ φίλος·
ὡς τόδε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.

et in Euripidis *Phoenissis* v. 1268 sqq. ed. Herm.

Στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα
δεινῆς ἁμίλλης, ὡς ὁ κίνδυνος μέγας,
καὶ τἆθλα δεῖν', ἃ δάκρυά σοι γενήσεται
δισσοῖν στερείσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν.

Ὡς cum imperativo *itaque.*

Longe alio modo autem ὡς particula praecedit imperativis, quibus in locis non caussalis eius vis est, sed consecutionem aliquam ex antecedentibus indicat, ut Latine per *itaque* particulam reddi possit, veluti in Luciani *Abdicato* §. 31. dicitur: *Οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο, ὡς, εἴ γε ἄλλος τις ἀπαλλάξειε, μίσει τόδε ὡς ἀδικοῦντα ἐμέ.*, quem locum recte interpretatus est Hoogeveenus p. 583. ed. Schütz. Sic Aristophanes in *Pace* v. 320.

Ὡς κυκείτω καὶ πατείτω πάντα καὶ ταραττέτω.,

quem locum recte iam explicavit Devarius vol. I. p. 219.

Haec fere sunt, quae mihi de hac particula post Devarium adnotanda viderentur. Nam in reliquis formulis ὡς fere nihil aliud nisi *ut* vel nostrum *wie* significat, et si quid est in eius modi locis memorabile, id nihil ad ipsam particulae vim facit, sed positum est in reliqua oratione,

Ὡς λέγουσι et similia cum infinitivo.

veluti si interposita aliqua formula eius modi, qualis est: ὡς λέγουσι, dein non verbum finitum sequitur, sed infinitivus, quod non solum a poetis, verum etiam ab oratoribus saepe factum est, qua de re conferri poterit G. Hermannus ad Vigerum p. 745. tum p. 751. et rursus p. 894. Refe-

rendum ad hoc genus locorum etiam illud est, quod in optumis quidem libris habetur in Isaei oratione *de Meneclis hereditate* §. 12. ed. Bekk. *Ἐμοὶ μὲν οὖν, ἔφη, συμβαίνειν ἀποδημίαν ὡς σὺ οἶσθα*, pro quo volgo editur: *Ἐμοὶ μὲν οὖν, ἔφη, συμβαίνει ἀποδημία, ὡς σὺ οἶσθα.*

De iis autem particulis, quae consociatae cum ὡς particula ita leguntur, ut unam notionem ambae efficere videantur, haec commemoranda videntur. Primum dicitur

Ὡς ἄν, qua particularum coniunctione ad condicionem revocatur illa comparatio, quam habet ὡς. Et de ὡς ἂν quando in consilio actionis significando legitur coniunctum cum coniunctivo, dictum est supra p. 762 sq. itemque si optativum adiunctum habet p. 763. Neque illud poterit difficile videri, si quando ὡς ἂν in plena sententia ponitur cum coniunctivo, veluti si in Demosthenis oratione *Leptinea* §. 1. ed. Bekk. p. 457. ed. Reisk. dicitur: *Ἄνδρες δικασταί, μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον — ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷόν τε ὦ, συνερεῖν.* Est enim eadem prorsus constructio, quae est, si dicas *ὅπως ἂν δύνωμαι*, vel *ἃ ἂν δύνωμαι* et quae sunt eius modi. Dixit de hoc genere C. Wexius ad Sophoclis *Antigonam* vol. II. p. 112 sq. Ὡς ἄν.

Maxume commemoranda sunt hoc loco coniunctae particulae ὡς ἄν, si in comparatione ita dicuntur, ut si plenam sententiam habere velis, aut idem, quod in primaria enuntiatione est, aut simile verbum repetendum est, qua de re recte observavit Ph. Buttmannus in Indice ad Demosthenis orationem *Midianam* p. 189 sq. usus his Demosthenis verbis ex illa oratione p. 14. ed. Bekk. p. 519, 10. ed. Reisk. *Καὶ θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες ἐποιήσατε.*, quod est ita solvendum: *τοιοῦτον ἐποιήσατε, ὡς ἂν ἐποιήσατε* (vel *ποιήσαιτε*) *ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες.* In hanc rem adtulit Buttmannus Xenophontis *Disciplinam Cyri* lib. I. cap. 3. §. 8. *Καὶ τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων.*, quod ipse explicavit: *ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων ἔροιτο.*

Plenam sententiam habes apud Demosthenem in oratione *adv. Boeotum de nomine* §. 22. ed. Bekk. p. 1001, 10. ed. Reisk. *Ἐγὼ δ' οὐδένα ὑμῶν ἀγνοεῖν οἴομαι ὅτι οὔτ' ἂν ἐποίησε δεκάτην οὐδεὶς παιδίου μὴ νομίζων αὑτοῦ δικαίως εἶναι, οὔτε ποιήσας οὔτε στέρξας, ὡς ἂν υἱόν τις στέρξαι, πάλιν ἔξαρνος ἐτόλμησε γενέσθαι.* cf. G. H. Schaef. in *App. crit. et exeget. ad Demosthenem* vol. II. p. 268. vol. III. p. 325. tum G. Hermannum lib. IV. *de*

particula ἂν cap. 3. §. 184 sq., qui recte hoc quoque observavisse videtur quadam neglegentia in vitae communis usu etiam de certa re dictum videri ὡς ἄν, in qua omittendum erat ἄν, ut si in Demosthenis quae fertur oratione *contra Neaeram* dicatur §. 24. ed. Bekk. p. 1352, 27. ed. Reisk. Καὶ συνέπινε καὶ συνεδείπνει ἐναντίον πολλῶν Νέαιρα αὕτη ὡς ἂν ἑταίρα οὖσα.

Ὥς γε. De ὥς γε vide quae supra in γὲ particula explicata sunt p. 311 sq.

Ὡς δή. De ὡς δὴ coniunctis particulis vide supra δὴ particulam p. 405 sq.

Ὡς δή τι. De ὡς δή τι autem conferantur quae p. 422 sq. explicata sunt.

Ὡς δή τοι. De ὡς δή τοι vide supra p. 431.

Ὡσεί. Etiam ὡσεὶ vel ὡς εἰ particulae, si quando consociatae leguntur, difficiles ad explicandum non sunt. Significant enim proprie *vel si, quasi,* sive vera caussa est sive ficta tantum modo. Atque ita ὡσεὶ etiam, ut ὡς simplex, ponitur eodem modo, quo Latina particula *quasi*, si numerus aliquis non accurate definiri potest, ut sit *prope, circiter.* Vide quae supra in ὡς particula dicta sunt p. 758. et quae a Devario vol. I. p. 217. Et in hoc loco castigandus est quidam error Hartungii, qui vol. I. p. 81. putavit Sophoclem etiam ὡσεί τε dixisse, ut τὲ quasi epicorum sermone pro τοὶ esse videretur, quod supra vidimus Atticos non fecisse nisi in quibusdam formulis, vide quae supra p. 739. posita sunt. In his ὡσεί τε non reponendum est. Nam etiam si ita usurpatur ab Homero, tamen Sophoclis locus ex *Antigona* v. 653 sq. ed. Brunck. aliter explicandus est. Ibi haec leguntur:

Ὡσεί τε non dicitur ab Atticis.

Ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύσειν τινί.,

ut τὲ usitato more dicendi participium πτύσας et verba ὡσεὶ δυσμενῆ coniungat: neque enim solum ea, quae pari condicione essent, sed etiam quae dissimili saepe eo modo a Graecis coniuncta sunt, id quod recte iam intellexit C. Wexius ad h. l. p. 209.

Ὡς οὖν. De coniunctis particulis ὡς οὖν vide quae supra in οὖν particula p. 720 sq. explicata sunt.

Ὥσπερ. De ὥσπερ autem conferantur quae in πὲρ particula dicta sunt supra p. 724. Ὡς enim suam vim comparativam retinet, πὲρ autem vim eam, quam habet ὡς, usitato more auget atque effert, ut Attici quidem scriptores, quo

magis perspicua eorum oratio esset, maluerint ὥσπερ in comparationibus ponere quam simplex ὡς.

'Ωσπερεί. Et in hoc genere saepe etiam dictum est ὡσπερεί, eodem modo, quo ὡσεί, veluti in Aristophanis *Avibus* v. 50 sq. dicitur:

χὠκολοιὸς οὑτοσὶ
ἄνω κέχηνεν ὡσπερεὶ δεικνύς τί μοι.,

quod est per duplicem ellipsin solvendum hoc modo: ἄνω κέχηνεν ὥσπερ κέχηνεν εἰ δεικνύς τί μοι κέχηνεν. Quamquam nemo qui haec verba audit, de supplenda oratione cogitabit.

"Ωσπερ ἂν εἰ. Magis hypothetica oratio elucet, si dicitur, quod saepe dicitur, ὥσπερ ἂν εἰ, quod eandem rationem habet, ut ὡς ἂν vel ὡς ἂν εἰ, de quo vide quae supra posita sunt p. 767. Sic in Demosthenis oratione *Midiana* §. 60. ed. Bekk. p. 534. ed. Reisk. dicitur: Διὰ γὰρ τὸ δεῖν αὐτὸν ἐπιλαβόμενον τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῆσαι καὶ μὴ προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐξεῖναι, ὥσπερ ἂν εἰ ξένον τις ἐξαγαγεῖν ἠβούλετο, ἅπας τις ὤκνει τῆς ἀσελγείας ταύτης αὐτόχειρ ὀφθῆναι γιγνόμενος. Sed id dicitur etiam ut ὥσπερ εἰ cum participio, ut duplex ellipsis in hac quoque formula statuenda sit. Sic in eiusdem Demosthenis oratione *adv. Aphobum* §. 30. ed. Bekk. p. 853, 20. ed. Reisk. Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὴν δίκην ἔλαχον τούτῳ τῆς ἐπιτροπῆς οὐχ ἓν τίμημα συνθείς, ὥσπερ ἂν εἴ τις συκοφαντεῖν ἐπιχειρῶν, ἀλλ' ἕκαστον ἐγγράψας κτἑ., ad quem locum recte G. H. Schaeferus adsimulavit orationem *de corona* §. 214. ed. Bekk. p. 399, 22. ed. Reisk. ὑμᾶς δὲ δέδοικα, μὴ παρεληλυθότων τῶν καιρῶν, ὥσπερ ἂν εἰ κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι τῶν πραγμάτων ἡγούμενοι, μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε.

"Ωσπερ οὖν. De ὥσπερ οὖν denique vide quae supra in οὖν particula dicta sunt p. 720 sq.

Praeterea commemoro in Aeschinis oratione *contra Timarchum* §. 174. ed. Bekk., quo usus est Devarius p. 220., ut ὡς pro ὥστε dictum esse doceret, nunc e libris omnibus ὥστε editum esse.

CAPUT XXXVI.

De ὥστε particula.

Ὥστε. Recte iam Devarius pronuntiavit de duabus significationibus, quas habuit ὥστε particula, unam antiquam ac poetarum, epicorum maxume, propriam esse, alteram omni tempore usitatissumam. Et prior quidem particulae significatio comparationem efficit, sive hoc fit in ficta caussa sive in vera. De vera caussa iam Devarius exemplum posuit, de ficta comparari poterit Aeschylus in *Septem adv. Thebas* v. 62 sq.

> *Σὺ δ' ὥστε ναὸς κεδν'ς οἰακοστρόφος,*
> *φράξαι πόλισμα, πρὶν καταιγίσαι πνοὰς*
> *Ἄρεος κτέ.*

aut Sophocles in *Trachiniis* v. 526 sq. ed. Herm.

> *Κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥστε*
> *πόρτις ἐρήμα.*

Ac sic etiam factum est ut tragici poetae, sicuti reliquas particulas comparativas, sic etiam ὥστε cum omnibus iis modis in comparatione ponerent, quas res et ratio flagitat. Itaque ὥστε et cum coniunctivo, si eventus simpliciter ponebatur, dictum est, veluti in Euripidis *Bacchis* v. 1058 sq. ed. Herm.

> *κυκλοῦτο δ' ὥστε τόξον ἢ κυρτὸς τροχὸς*
> *τόρνῳ γραφόμενος περιφορὰν ἕλκῃ δρόμον.,*

et cum optativo, si cogitatio rei, non eventus indicabatur, veluti in Sophoclis *Trachiniis* v. 112 sqq.

> *Πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος*
> *ἢ Νότου ἢ Βορέα τις*
> *κύματ' ἐν εὐρεῖ πόντῳ*
> *βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδοι,*
> *οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ*
> *τρέφει κτέ.*

Neque enim adsentior in eo loco G. Hermanno ἴδῃ reponenti pro librorum scriptura ἴδοι. Ea autem cogitatio, quam continet optativus, si quando ad rei experientiam revocabatur, dictum est etiam ὥστε cum optativo et ἂν particula, veluti in eadem Sophoclis fabula v. 698 sqq.

Ῥεῖ πᾶν ἄδηλον, καὶ κατέψηκται χθονί,
μορφῇ μάλιστ' εἰκαστόν, ὥστε πρίονος
ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας ἐν τομῇ ξύλου.

Sed tamen oratores Attici aut comici poetae hac comparativa ὥστε particulae significatione usi nunquam sunt. Nam qui loci olim huc vocati sunt, eos hodie satis constat aut explicandos aliter esse aut etiam aliter scribendos. Et Thucydidis quidem locum e lib. VII. cap. 24. iam supra et in ἅτε particula p. 203. et rursus in τὲ γὰρ particulis p. 750 sq. sustulimus. Ibi enim divisis litteris scribendum erat: ὥς τε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι κτἑ. et in Aristophanis *Ecclesiazusis* v. 781 sqq. nunc recte iubente optumorum librorum auctoritate editum est:

Ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διδόναι τἀγαθά,
ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,
οὐχ ὥς τι δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.

Nec huc pertinet neque Isocratis *Panegyricus* p. 73. neque Demosthenis oratio *contra Stephanum* I. p. 1126, 24., quam huc vocavit Reiskius, quo de loco infra dicetur propter aliam caussam.

Etenim iam venio ad alteram ὥστε particulae significationem, qua consecutionem alicuius rei ex antecedentibus significat, ut Latinis particulis *ita ut* respondeat. Id autem dupliciter dicitur, quem ad modum recte iam observavit Devarius vol. I. p. 221., ut aut id, unde consequitur illud, quod introducit ὥστε particula, aperte declaratum sit et definite positum, aut ex antecedentibus eruendum et explicandum videatur. *Ὥστε, ita ut.*

Recte etiam hoc iam explicavit Devarius cum infinitivo pariter atque indicativo poni ὥστε particulam, sed illud non recte pronuntiavit posse etiam cum optativo coniungi ὥστε, quod non fit nisi in oratione obliqua aut, id quod idem est, praecedente alio optativo, ubi usitato more dicendi optativus vicem gerit indicativi, veluti in Xenophontis *Oeconomico* cap. 1. §. 13. si dicitur: Εἰ γοῦν τις χρῷτο τῷ ἀργυρίῳ, ὥστε πριάμενος οἷον ἑταίραν, διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχοι, κάκιον δὲ τὴν ψυχήν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον, πῶς ἂν ἔτι τὸ ἀργύριον αὐτῷ ὠφέλιμον εἴη; Adde Luciani *dialogum mort.* XII. §. 2. Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος ἐνέγκαιτό μου., quo in loco propter obliquam cogitationem optativus locum habet. Nam quod saepe post ὡς particulam optativus cum ἂν particula ponitur, id ad aliam disputationem pertinet.

Neque enim is optativus ab ὥστε particula ullo modo regitur.

Ὥστε cum indicativo an infinitivo.

De discrimine autem, quod intercedit, utrum infinitivum an indicativum, qui soli modi, ut vidimus, aptius cum ὥστε particula cohaereant, post eam particulam ponas, difficile non est statuere. Etenim si infinitivus ponitur, apparet hanc enuntiationem non per se constare, sed fulcrum quasi constructionis in praecedenti oratione quaerendum esse, ut ea constructio necessariam quandam et intimam sententiarum cohaerentiam efficiat, id quod rectissume intellexit V. Chr. Fr. Rostius in *Gr. gr.* p. 643. ed. sext. Contra si ὥστε ita ponitur, ut indicativus accedat, cohaeret quidem etiam oratio cum praecedentibus, sed tamen non ipsa verborum constructione, sed tantum modo per vim relativae *particulae*. Qua re factum est ut aptius per infinitivum sententiae conglutinarentur quam si indicativus ponitur, ut alterum *ita, ut* verti debeat, alterum simpliciter *qua re*. Sic in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. I. cap. 5. §. 13. si dicitur: *Αὐτὸς δὲ λαβὼν τοὺς Θρᾷκας καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ ἦσαν αὐτῷ ἐν τῷ στρατεύματι πλείους ἢ τετταράκοντα, τούτων δ' οἱ πλεῖστοι Θρᾷκες, ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος, ὥστε ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι καὶ αὐτὸν Μένωνα καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα.*, hoc significatur, ex ipsa illa caussa illud necessario consecutum esse. Quod contra si Xenophon ὥστε cum indicativo adiunxisset, non minus quidem eandem rem caussam illius terroris posuisset, sed tamen non tantopere ipsa illa vis, quae hoc effecisset, exstaret. Nam in eodem scripto lib. II. cap. 3. §. 25. dici vix poterat: *Καὶ εἰς μὲν τὴν ὑστεραίαν οὐχ ἧκεν, ὥστε τοὺς Ἕλληνας φροντίζειν.*, quoniam illud factum, quod non venit Tissaphernes, non in se ipso hanc vim habebat, ut solliciti essent Graeci, sed quod ex eo, quod non venit, ipsi debebant sic ratiocinari, inducias sublatas esse, itaque non interna, sed externa earum rerum coniunctio est et recte a Xenophonte scriptum: *Καὶ εἰς μὲν τὴν ὑστεραίαν οὐχ ἧκεν, ὥσθ' οἱ Ἕλληνες ἐφρόντιζον.* Quamquam in multis locis, proinde quasi rem intellegi velis, utraque ratio locum habere potest.

Ὥστε, nunquam consilium actionis significat.

Praeterea hoc adnotandum est ὥστε per se nunquam consilium et finem actionis significare, sed tantum modo consecutionem alicuius rei ex altera, veluti in Thucydidis lib. IV. cap. 37. dicitur: *Ἐκήρυξαν τε εἰ βούλοιντο τὰ ὅπλα παραδοῦναι καὶ σφᾶς αὐτοὺς Ἀθηναίοις ὥστε βουλεῦσαι ὅ, τι ἂν ἐκείνοις δοκῇ*, aut in Xenophontis *Expeditione Cyri* lib. II. cap. 6. §. 6. *Ἐξὸν δὲ ῥᾳθυμεῖν*,

βούλεται ποιεῖν, ὥστε πολεμεῖν. et ibidem lib. V. cap. 1. §. 26. *Ταῦτα δ' ἔλεγεν εἰδὼς ἃ Τιμασίωνι οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Σινωπεῖς ἐπαγγέλοιντο ὥστε ἐκπλεῖν.* vide Krügerum ad h. l. p. 284. Neque alia caussa est in eiusdem Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. III. cap. 2. §. 16. *Καὶ τοῦτο ἐπίστω, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὅτι ἐγώ, ὥστε ἀπελάσαι Χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα, ὧν σὺ νῦν ἔχεις παρ' ἐμοῦ.* et sic se res habet in multis aliis locis.

Ὥστε abundare videtur post quaedam verba.

Neque *ὥστε* particulae vis ac potestas obscura poterit esse in iis locis, in quibus quom argumentum alicuius actionis vel deliberationis et consultationis poni posset, ponitur potius id, quod ex priore actione consequitur, ut ad infinitivum *ὥστε* accedat contra consuetudinem nostram, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 20. dicitur: *Ἦ καὶ οἴει, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος συνελθόν, ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν, ἀλλὰ τοὺς κρατίστους καὶ τιμαῖς καὶ δώροις πλεονεκτεῖν;* et paullo post §. 22. *Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, ἄνδρα οἶδα καὶ τοῦ δήμου, ὃς συνερεῖ, ὥστε μὴ εἰκῇ οὕτως ἰσομοιρίαν εἶναι.* Vide Thucydidis lib. VI. cap. 88. *Καὶ οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς ψηφισάμενοι αὐτοὶ πρῶτοι ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν κτέ.*, ad quem locum conferantur quae Ern. Poppo adtulit, tum quae G. Hermannus ad Sophoclis *Philoctetam* v. 652. adnotavit.

Neque vera significatio *ὥστε* particulae obscurata est, si quando ita ponitur, ut per eam enuntiationem, quam introducit ea particula, caussa reddi videatur, quam ob rem aliquid fiat: quibus in locis inversa sententiae ratio est et suam significationem *ὥστε* facile tuetur, veluti in Euripidis *Hercule furente* v. 144 sqq.

Τίν' ἐλπίδ' ἀλκήν τ' εἰσορᾶτε μὴ θανεῖν;
ἢ τὸν παρ' Ἅιδῃ πατέρα τῶνδε κείμενον
πιστεύεθ' ἥξειν; ὥσθ' ὑπὲρ τὴν ἀξίαν
τὸ πένθος αἴρεσθ', εἰ θανεῖν ὑμᾶς χρεών κτέ.,

quo in loco quod Aug. Matthiae scripserat *ὡς* pro *ὥστε*, ipse retractavit in adnotatione. Nam eo, quod ea res ex ea ratione, qua se gerunt isti, consequi videtur, denique etiam caussa significatur, quam ob rem hoc **ille** quaerat ex iis. Vide quae scripsi in praefatione ad *Herc. fur.* p. V. ed. Pflugk.

Ὥστε in responsione

Ac sic recte observavit etiam G. Hermannus ad Sophoclis *Aiacem* v. 98. *ὥστε* interdum in responsionibus usurpari confirmandi caussa, ut sit *adeo ut*, aut dicam Latine: *feci et ita feci, ut etc.* Ibi enim postquam Minerva dixit:

Ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα;

respondet Aiax:

Ὥστ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

Denique illud recte observatum est a God. Hermanno ad *Vigerum* p. 949. ed. tert. interdum particulam *ὥστε*, praegressa negatione, ita construi, ut ad solum verbum, quod cum negatione coniunctum est, non etiam ad negationem pertineat, veluti in *Supplicibus* Euripidis v. 875.

Φίλων δὲ χρυσὸς πολλάκις δωρουμένων,
οὐκ εἰσεδέξατ' οἶκον, ὥστε τοὺς τρόπους
δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο.

et in eiusdem Euripidis *Iphigenia Taurica* v. 1325.

Οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.

Ὥστε cum participio.

De ipsa autem constructione *ὥστε* particulae hoc adiungendum est, interdum per adtractionem quandam praegresso participio in primaria sententia, idem ita poni in secundaria, ut idem verbum cogitando supplendum sit, quod est in superiore enuntiatione, quo fit ut aptissima positionis et consecutionis efficiatur connexio. Quae adtractio cum fugisset olim interpretes, falso plures loci in suspicionem vocati erant, quam ob rem ego de hoc usu disputavi in *Quaestionum criticarum* lib. I. p. 1—6. Posui ibi hos locos, ut id, quod animadversum a me erat, exemplis comprobarem, Demosthenis orationem *Philippicam* IV. §. 40. ed. Bekk. p. 141. ed. Reisk., quem locum ex optimis ac tantum non omnibus libris ita esse constituendum dixi: *Οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ὁρῶ τὸν ἐν ἡλικίᾳ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους οὕτω διακείμενον οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα οὐδ' ἄτοπον τῶν ὄντων οὐδένα, ὥστε εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες ὅσ' ἂν αὐτός, οὐ φάσκοντα ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν.*, ubi *φάσκοντα* ita explicandum est, ut *ὁρῶ* cogitando suppleas, quasi Latine dicas: *tantum abest ut bonum hunc esse intellegam, ut pessimum, nempe esse intellegam.* Simillimum est quod in *Erotico*, qui fertur Demosthenis, habetur §. 3. ed. Bekk. p. 1402. ed. Reisk. *Ὁρῶν ἐνίους τῶν ἐρωμένων καὶ κάλλους μετεσχηκότων, οὐδετέρᾳ δὲ τῶν εὐτυχιῶν τούτων ὀρθῶς χρωμένους, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῇ τῆς ὄψεως εὐπρεπείᾳ σεμνυμένους, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἐραστὰς ὁμιλίαν δυσχεραίνοντας καὶ τοσοῦτον διημαρτηκότας τοῦ τὰ βέλτιστα κρίνειν, ὥστε διὰ τοὺς λυμαινομένους τῷ πράγματι καὶ τοὺς μετὰ σωφροσύνης πλησιάζειν ἀξι-*

οὕτως δυσκόλως διακειμένους, ἡγησάμην, κτλ. Adde Demosthenis orationem Olynthiacam III. §. 1. ed. Bekk. p. 28 extr. ed. Reisk. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε, ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ, πρότερον σκέψασθαι δέον, ubi aptior oratio est, si ad δέον suppleas ὁρῶ, quam si δέον pro δέον ἐστὶν aut δέον εἶναι accipias. Eodem enim modo rursus Demosthenes locutus est in oratione *contra Stephanum* I. §. 83. ed. Bekk. p. 1126 extr. ed. Reisk. Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ Πασικλέους, παραιτησάμενος καὶ δεηθεὶς ὑμῶν συγγνώμην ἔχειν, εἰ προεληλυθὼς εἰς τοῦτο ὥστε ὑπὸ τῶν ἐμαυτοῦ δούλων ὑβρισθεὶς οὐ δύναμαι κατασχεῖν, ἃ τέως οὐδὲ τῶν ἄλλων λεγόντων ἀκούειν ἐδόκουν, ἐρῶ καὶ οὐ σιωπήσομαι. Neque Isaeus hac adtractione abstinuit, qui in oratione *de hereditate Astyphili* §. 16. ed. Bekk. p. 76. ed. H. Steph. Χωρὶς δὲ τούτων, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἔτι μείζω τεκμήρια παρέξομαι ὡς οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν οὗτοι· ἐπιδείξω γὰρ ὑμῖν ἔχθιστον ἁπάντων ὄντα Ἀστύφιλον Κλέωνι, καὶ οὕτω σφόδρα καὶ δικαίως μισοῦντα τοῦτον, ὥστε πολὺ δὴ θᾶττον διαθέμενον μηδένα ποτὲ τῶν ἑαυτοῦ οἰκείων διαλεχθῆναι Κλέωνι, μᾶλλον ἢ τὸν τούτου υἱὸν ποιησάμενον, neque summus dicendi artifex Isocrates, qui in *Panegyrico* §. 64. ed. Bekk. p. 53 extr. ed. H. Steph. haec habet: Φαίνονται δ' ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Ἀργείων δυστυχησάντων Θηβαίοις ὅτι μέγιστον ἐφρόνησαν ἐπιτάττοντες, ὑπὲρ δὲ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους Ἀργείους καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους μάχῃ κρατήσαντες, ἐκ δὲ τῶν πρὸς Εὐρυσθέα κινδύνων τοὺς οἰκιστὰς τοὺς Σπάρτης καὶ τοὺς ἡγεμόνας τοὺς Λακεδαιμονίων διασώσαντες *), neque philosophorum Graecorum eloquentissimus Plato, qui in lib. VII. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 334. ed. Bekk. p. 519. A. ed. H. Steph. Ἢ οὔπω ἐννενόηκας τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δὲ ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ ταῦτα, ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ' ἠναγκασμένον ὑπη-

*) Ac ne quis de hac adtractione dubitaret, similiter locutus est idem Isocrates in eadem oratione §. 21. ed. Bekk. p. 44 extr. ed. H. Steph. in alia forma relativa: Οὐδεὶς γὰρ ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν. cf. Antiphontis tetral. I. δ. §. 5. ed. Bekk. p. 119 extr. ed. H. Steph., ubi infinitivus eadem adtractionis lege positus est.

φευγειν ὥστε, ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργαζόμενον; quo in loco quod duo interpolati libri habent ἐργάσεται, nos nihil morari potest, non magis quam id, quod pauci libri ὥστε omittunt. Participium enim illud propter antecedens participium positum est, ut in reliquis locis omnibus, quos supra posui.

Ὥστε cum imperativo.

Denique non poterit offensioni esse, si quando post ὥστε imperativus accedit. Etenim in eius modi locis ὥστε nihil aliud est nisi particula consecutiva et vera eius vis prorsus amissa, quod idem factum esse in ἐπεὶ particula supra vidimus p. 543. De ὥστε conferas Platonis lib. II. *de re publica* Part. III. vol. I. p. 67. ed. Bekk. p. 362. D. ed. H. Steph. *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, ὥστε καὶ σύ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἐπάμυνε.* aut Luciani *dialog. mort.* XII. §. 18. *Νὴ Δί', εὐγνώμονα φῄς, ὦ Σκηπίων, ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω, μετ' αὐτὸν δὲ σύ κτξ.* cf. dial. II. § 1. Vide C. E. Ch. Schneiderus ad Platonis *Civitatem* vol. II. p. 267.

Ὥστε cum interrogatione.

Neque aliter res se habet, si quando post ὥστε particulam interrogatio ponitur, quod idem factum est in ἐπεὶ particula, qua de re vide supra p. 542 sq. Ac de ὥστε particula iam exemplum tractavit Devarius vol. I. p. 222. Adde Lysiae or. *contra Agoratum* §. 87. ed. Bekk. p. 138. ed. H. Steph. *Ὥστε πῶς οὐκ ἐπ' αὐτοφώρῳ σὺ εἶ ὁ ἀποκτείνας;* et quae reliqua posuit Hoogeveenus p. 598. ed. Schütz. Caussa enim facilis est et explicata satis.

Ὥστε cum optativo et ἂν particula.

Etiam id ad ipsam ὥστε particulae constructionem nihil facit, si quando cum optativo et ἂν particula ponitur, veluti in Aristophanis *Acharnensibus* v. 944 sqq.

Ἰσχυρόν ἐστιν, ὠγάθ', ὥστ'
οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἴ-
περ ἐκ ποδῶν
κάτω κάρα κρέμαιτο.

Condicio enim per se stat in eius modi locis.

Ὥστε μή et ὥστε οὐ.

Postremo ne illa quidem quaestio, utrum adiuncta negatione dicendum sit ὥστε μὴ an ὥστε οὐ, pertinet ad ipsam vim particulae. Etenim si absolute ponitur consecutio unius rei ex altera, recte se habet ὥστε οὐ, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. I. cap. 4. §. 5. dicitur: *Ταχὺ δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει, διώκων καὶ βάλλων καὶ κατακαίνων, ὥστε ὁ Ἀστυάγης οὐκέτ' εἶχεν αὐτῷ συλλέγειν θηρία,* et quem supra posui Demosthenis locum ex oratione IV. §. 40. ed. Bekk. p. 141. ed. Reisk. Contra si absoluta oratio non est, sed aut ad

condicionem aut ad alterius ratiocinationem res revocatur, μὴ locum habet post ὥστε particulam, veluti in Xenophontis *Disciplina Cyri* lib. II. cap. 2. §. 22. Ἀλλ' ἐγὼ — ἄνδρα οἶδα καὶ τοῦ δήμου. ὃς συνερεῖ, ὥστε μὴ εἰκῆ οὕτως ἰσομοιρίαν εἶναι. Vide quae intellegenter de hoc loco disputavit Hartungius vol. II. p. 118 sq. et p. 127.

CAPUT XXXVII.

De ἄγε, φέρε, ἴθι, hortandi, seu excitandi notis.

De his et de iis, quae Devarius in seqq. capitibus tractavit, nihil fere est adiiciendum. Nam quod huc vocari possit: φέρε ἐὰν δὲ δή, de eo dictum est supra in δὲ δὴ particulis p. 383 sq. Φέρε ἐὰν δὲ δή.

CAPUT XXXVIII.

Praeter δεῦρο inde ab Homero etiam pluralis δεῦτε usurpatus est a Graecis, quem ne Euripides quidem veritus est ponere in *Medeae* v. 894.

Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας.,

ad quem versum vide quae adnotavi in editione Pflugkiana secunda p. 95.

Ceterum recte observavit Elmsleius ad Euripidis *Medeam* v. 1242. p. 272. etiam δεῦρο interdum, ut φέρε, ἄγε, de quibus superiore capite dixit Devarius, fulcrum quasi coniunctivi hortativi fuisse, quamquam illud recte iam animadvertit Devarius, coniunctivum etiam per se locum habere posse, veluti in Euripidis *Bacchis* v. 341. dicitur:

δεῦρό σου στέψω κάρα
κισσῷ.

AD CAPUT XLII.

De τί δὲ et τί οὖν interrogativis signis.

De his conferantur illa, quae in δὲ particula p. 368 sq. et in particula οὖν p. 719. uberius explicavimus.

I.

Index particularum et formularum Graecarum.

B.

Γ.

Δ.

E.

Θ.

I.

II.

Index particularum et formularum Latinarum.

IIII.

Index grammaticus.

IV.

Index locorum memorabiliorum,

qui maxume in adnotationibus tractati sunt.

B.

C.

D.

E.

M.

O.

P.

X.

Errata typographi.

Vol. I.

Vol. I. p. 11. v. 32. scribe *Λακεδαιμονίων* pro *Λακεδαμονίων.*
Vol. I. p. 43. v. 34. scr. *τινὰ* pro *τινᾶ.*
Vol. I. p. 45. v. 21. scr. *πεπραχότων* pro *πεπραχέτων.*
Vol. I p. 46. v. 20. scr. *ἀνδρῶν* pro *ἀνθρῶν.*
Vol. I. p. 48. v. 36. scr. *εἰάθησαν* pro *εἰώθησαν.*
Vol. I. p. 77. v. 40. scr. *Ξανθίας* pro *Ξανδίας.*
Vol. I. p. 93. scr. *τέθνηκε* pro *τέθνηαε.*
Vol. I. p. 102. v. 27. scr. *ἵν'* pro *ἵνα.*
Vol. I. p. 103. v. 23. scr. *Ἀγαμέμνων*, pro *Ἀγαμέμνων.* —
Vol. I. p. 103. v. 24. scr. *τὴν δ' Ἑλένην ὁ Πάρις, πτωχὸς* pro *τὴνδ' Ἑλένην ὁ Πάρις πτωχὸς.*
Vol. I. p. 130. v 3. scr. *ἀπευκτικῶς* pro *ἀπευτικῶς.*
Vol. I. p. 136. v. 4. scr. *οὔτ' αὐτὸς* pro *ουτ' αὐτός.*
Vol. I. p. 155. v. 8. scr. *ἐλλιπῶς* pro *ἐλλειπῶς.*
Vol. I. p. 163. v. 12. scr. *c.* 143. pro *c.* 193.
Vol. I. p. 169. v. 36. scr. *χαμαὶ τἄνω* pro *χάμαι τ' ἄνω.*
Vol. I. p. 174. in margine v. 3. scr. *οὔκουν* pro *οὐκοῦν.*
Vol. I. p. 177. v. 36. scr. *εἶναι, καὶ* pro *εἶναι καί.*
Vol. I. p. 178. v. 36 scr. *εἶθ' οὕτω* pro *εἴθ' οὕτω.*
Vol. I. p. 185. v. 24. scr. *Νεαίρας* pro *νεαίρας.*
Vol. I. p. 187. v. 26. scr. *καὶ ταῦτα* pro *ταὶ ταῦτα.*
Vol. I. p. 189. v. 9. scr. *ἀγνῶτας* pro *ἀγνῶντας.*
Vol. I. p. 191. v. 30. scr. *προσλεύσσων* pro *προσλεύσων.*
Vol. I. p. 192. v. 3. scr. *μιν καὶ* pro *μίν κεν.*
Vol. I. p. 205. v. 2. scr. *fui* pro *sui.*
Vol. I. p. 206. v. 4. scr. *Τὰ μέν τι* pro *Τὸ μὲν τί.*
Vol. I. p. 208. v. 11. scr. *ὡς* pro *ὥς.*
Vol. I. p. 230. col. alt. v. 23. dele verba: *ἐτεόν* 86.
Vol. I. p. 231. col. alt. post v. 23. adde: *οὐ δή που* 168.

NB. In vol. II. multo pauciora librarii errata spero inventum iri. Animadverti tamen vol. II. p. 8. v. 39. *aliu* pro *aliud* scriptum, ibid. p. 842. v. 4. *Euripidis* nomen pro *Sophoclis* positum, ibid. p. 667. v. 15. *ἐμειδὴ* pro *ἐπειδὴ* editum, rursus p. 745. v. 20. *νέας* pro *νέαν* scriptum. Sed haec ac si quae similia sunt peccata lector benevolus facile ipse tollet.

Altenburgi, ex typographeo aulico.